ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΤΩΝ ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ.

THEOPHYLACTI ARCHIEPISCOPI BULGARIÆ IN D. PAULI EPISTOLAS COMMENTARII:

Studio & curâ Reverendiſsimi Patris,
DOMINI AUGUSTINI LINDSELLI,
Epiſcopi HEREFORDENSIS, ex antiquis Manuſcriptis
Codicibus deſcripti, & caſtigati, & nunc primùm Græcè editi.

Cum Latina PHILIPPI MONTANI verſione, ad Græcorum
Exemplarium fidem reſtituta.

LONDINI,
E Typographeo Regio.
M.DC.XXXVI.

BS3650
.T402
Rare HR.room

Hengstenberg Collection

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO Dno. GULIELMO ARCHIEPISCOPO CANTUARIENSI,

totius Angliæ Primati & Metropolitano, Sereniſsimo Principi CAROLO, Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regi, &c. à Sanctioribus Conſiliis, & celeberrimæ Academiæ Oxonienſis Cancellario Honoratiſſimo.

Reverendiſsime Præſul,

Oculos Tibi ſinúmque implere geſtit Theophylactus ille, olim etiam Archiepiſcopus, ſed jam cliens Tuus. Cujus ſe beneficiarium agnoſcit haud gravatim, quòd luculenta pars ſui nunc primulùm luce beatur publicâ; & quidem ſchemate nec Bulgarienſem infulam dedecente. Infelicior an fortunatior, dubium. Affligebatur quidem acerbâ doctis juxtà ac bonis omnibus morte Reverendiſſimi Antiſtitis Herefordenſis, Viri ſummopere venerandi: Cujus in peculio erat inter alios aliquot Orientalis Eccleſiæ Patres è Manuſcriptorum ſitu conquiſitiſsimè ab ipſo erutos, atque publicationi deſtinatos. Refloruit ſub Tuâ demum clientelâ, in quam unà cum reliquis primo Curatore orbatis, à manu noſtrâ ſuſcipere dignatus es. Fidem verò

verò meam, quam editioni emoliendæ adornandæque obſtrinxiſti, ſic liberatam exultim gaudeo: votique jam plenè damnatus, literatum hoc donarium venerabundus offero, ſacro Nominis Tui tholo appenſum. Tametſi aliàs jure Tuo (qui Eccleſiæ noſtræ in ſpeculâ ſtas editiſſimâ) vendices primo Tibi arbitrandum, quicquid intra Religionis pomœria domi naſceretur. Neque enim præſentius alicunde amuletum, quàm à tam auſpicabili præſidio, accerſi quibat adversùm importunos Patromaſtigas, & qualecunque ſuperciliosæ Ignorantiæ faſcinum. Adeò literæ omnes, ſacratiores præſertim, vigere ſe ſentiunt ſub tanto Muſagetâ; qui (Majeſtatis divinæ humanæque nutu) Eccleſiam pietate, Regnum conſiliis, Academiam legibus, Muſas ædibus, Bibliothecam libris, Chalcographiam typis indies auget. Quò magis ille cœleſtis Ἀρχιποίμλω Tuæ Te Cathedræ, cujus prærogativam omni ἀρχιερατικῇ virtute illuſtras & ſtatuminas, diutinâ cum gloriâ Tuâ ac publicâ fauſtitate ſoſpitet. Ita voveo

Paternitati Tuæ

humillimè devotus,

T. Bailius.

LECTORI.

PRæmaturus Doctiſsimorum obitus quàm gravi Eccleſiæ Studiorúmque incommodo evenire aſſolet, condocefecit nuperus Reverendiſsimi Viri, atque omni literarum genere excultiſsimi, Domini *Auguſtini Lindſelli* Epiſcopi Herefordenſis, inter media optimæ frugis molimina abrepti. Quem ita extinctum etiam ignoti flebunt. At verò mei muneris eſſe duxi (qui in iſtiuſmodi ſtudiis illi inſervierim) non tam defunctum ignavo queſtu proſequi, quàm quæ voluerit, meminiſſe; quæ mandaverit, exequi. Hinc animus mihi accendebatur, hoſce Theophylacti Commentarios, quos ille bono publico deſtinaverat, pro mediocritate meâ potiùs excolere, quàm unà cum ipſo ſepelire. Priores ipſius curas, atque etiam ſecundas experti erant: manus tantùm deerat ſuprema. Unde licèt fortaſsis haud uſque adeò abſolutos, non tamen omnino neglectos prodire comperies. Deſcribebantur è vetuſto Codice Manuſcripto Illuſtriſsimi Comitis Arundeliani, Angliæ Mareſchalli, Viri ut antiquo ſtemmate, ita politæ antiquitatis ſtudio decantati. Poſt Apographon cum Prototypo fideliter commiſſum, ad unum & alterum Exemplar Oxonienſe inſtituta eſt caſtigatio. Quâ in re quantum ille fidei induſtriæque præſtitit, teſtando erunt Viri ad elegantiorem doctrinam facti, *Thomas Triplet* amicus mihi unicus, & *Joannes Gregorius*; quos in poſterioris Exemplaris collatione ſibi Συνεργοὺς adſcivit. Cæterarum ſcilicet illius curarum ego ipſe conſcius, editionem iſtam ad mentem ejus, quantum pote, adornavi.

adornavi. Diſcrepantes Codicum lectiones, quarum hæc index notula (″) textui inſeritur, appinguntur areæ marginali. Aſteriſcus dictionem loquitur ab uno aut altero Codice abſentem, atque ſine magno ſententiæ detrimento delebilem. (ἰσ.) teſſera eſt conjecturæ: cui parciùs indulſimus, quò tibi facultas magis integra judicandi. Latina quidem verſio eſt *Philippi Montani*: verùm ubique adeò à nobis interpolata, atque ad Græcorum veritatem revocata; ut (ſi per operas Typographicas licuiſſet importunè feſtinabundas) minus tædium foret novæ prorſus condendæ. Id quod committentibus liquebit. Vale.

ΘΕΟΦΥ-

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

THEOPHYLACTI

BVLGARIÆ ARCHIEPISCOPI EPISTOLÆ DIVI PAVLI AD ROMANOS EXPOSITIO.

Ὑπόθεσις τῆς πρὸς Ρωμαίους ἐπιστολῆς.

Ἡ συνεχὴς ἀνάγνωσις τῶν θείων γραφῶν, εἰς τὴν γνῶσιν αὐτῶν ἄγει· ἀψευδὴς γὰρ ὁ εἰπών, Ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε, κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. Καὶ τῶν ἐπιστολῶν τοίνυν τοῦ μακαρίου Παύλου τὰ μυστήρια μαθησόμεθα, συνεχῶς αὐτοῖς καὶ ἐμμελῶς ἐντυγχάνοντες· τῶν γὰρ ἄλλων ἁπάντων ἐπλεονέκτησε τῇ τούτου διδασκαλίας λόγῳ. Καὶ εἰκότως· ὅτι γὰρ περισσοτέρων πόνων ἐκοπίασε, καὶ πλείονος ἔτυχε τοῦ πνεύματος ἐπεπαίδευτο χάριν. Καὶ οὐ μόνον ἀπὸ τῶν ἐπιστολῶν τοῦτο δῆλον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν πράξεων. Ἑρμῆς γὰρ ἐνομίσθη παρὰ τοῖς ἀπίστοις,

Argumentum Epistolæ ad Romanos.

Assidua divinarum scripturarum lectio, ad ipsarum cognitionem ducit. Mentiri enim nescit, qui dixit: Quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis. Mat.7.7. *Proinde Epistolarum Beati Pauli mysteria perdiscemus, si assiduè diligentérque in eis versemur. Cæteris enim omnibus doctrinæ ratione præstantior erat. Et meritò quidem. Nam quoniam omnibus abundantiùs laboravit, ampliorem etiam spiritûs gratiam assecutus est. Neq; hoc ex Epistolis ejus tantummodo, verumetiam ex Apostolorum actis perspicuum fit. Mercurius enim ab infidelibus ob sermonis præstantiam existimatus est.*

Prima autem nobis proponitur hæc ad Romanos Epiſtola, non quòd prima ſcripta fuerit: binæ enim illæ ad Corinthios hanc præcedunt, & iſtas rurſum ea quæ eſt ad Theſſalonicenſes, in qua eos de miniſterio Hieroſolymam mittendo non ſine laude commonefacit. Præterea, Epiſtola ad Galatas, hanc ad Romanos præcedit. Atqui cæteris Epiſtolis hæc eſt prior, hæc ad Romanos, inquam. Quî itaque factum eſt, ut primum locum obtinuerit? Quoniam in ſacra Scriptura hujuſmodi ordo non eſt neceſſarius. Siquidem & duodecim Prophetæ, etiamſi proximâ temporum ſerie alter alterum non ſubſequatur, ſed longo intervallo ab invicem diſtent, in Bibliorum tamen ſerie continuato ordine collocantur. Scribit autem Paulus ad Romanos, perinde acſi Chriſti miniſterio fungendi neceſſitas ipſi incumberet, ac veluti ad eos, qui univerſo terrarum orbi præſidebant. Nam qui capiti prodeſt, toti corpori profuerit.

δλλὰ τῦ τῦ λόγου κατάρχειν. Πρόκειται δ' ἡμῖν πρὸς τὴν πρὸς Ρωμαίους· οὐκ ὀρθῶς πρώτην αὐτὴν ἐγράφη· καὶ γὰρ πρὸ αὐτῆς εἰσιν αἱ πρὸς Κορινθίους δύο· καὶ πρὸ τούτων αὖ ἡ πρὸς Θεσσαλονικεῖς, ἐν ᾗ περὶ τῆς εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα πεμπομένης συλλογῆς ἐπαινῶν αὐτοὺς αἰνίττεται· ἀλλὰ καὶ ἡ πρὸς Γαλάτας, πρότερά ὅστι ταύτης τῆς πρὸς Ρωμαίους. Τῶν μέντοι ἄλλων ὑστεροῦν, πρότερα αὕτη, ἡ πρὸς Ρωμαίους φημί. Πῶς οὖν πρώτην τέτακε); ὅτι οὐδὲ τῇ γραφῇ ἡ τοιαύτη τάξις ἐστὶν ἀναγκαία. Καὶ γὰρ καὶ οἱ δώδεκα προφῆται, οὐκ ἐφεξῆς ὄντες ἀλλήλοις κατὰ τοὺς χρόνους, ἀλλὰ "πολλῷ διεστηκότες ἀλλήλων, ὅμως ἐν τῇ τῶν βιβλίων τάξει ἐφεξῆς εἰσι κείμενοι. Γράφει δὲ Ρωμαίοις ὁ Παῦλος, οἷα δὴ χρέος ἔχων λειτουργὸς τῦ Χριστοῦ· καὶ ὡς προκαθημένοις τῆς οἰκουμένης. Ὁ γὰρ τῇ κεφαλῇ ὠφελῶν, καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα ὠφέλησει.

" Isa. πολύ.

THEO-

THEOPHYLACTI COMMENTARIVS IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

ΚΕΦ. α.

ΠΑῦλος.] Οὔτε ὁ Μωσῆς, οὔτε πολλοὶ τῶν μετ' αὐτὸν, ἀλλ' οὗτος οἱ θυαγγελισταί, τὰ ὀνόματα αὐτῶν προτεθείκασι τοῖς συγγράμμασιν. Ὁ δὲ μακάριος οὗτος, πάντα χοῦ τῶν ἐπιστολῶν, τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα προτίθησι· διότι ἐκεῖνοι μὲν πρὸς τοὺς παρόντας ἔγραφον· οὗτος δὲ διὰ μακροῦ τὰ γράμματα διεπέμπετο, καὶ εἰκότως τὸν νόμον τῶν ἐπιστολικοῦ χαρακτῆρος ἐπλήρου. Ἐν μόνοι τοι τῇ πρὸς Ἑβραίους, οὐ ποιεῖ τοῦτο. ὅπου γὰρ ἀπεχθῶς εἶχον πρὸς αὐτὸν, ἵνα μὴ τοῦ ὀνόματος θύθεν ἀκούσαντες ἀποπηδήσωσι, κρύπτει τοῦτο ἐν προοιμίοις. Τίνος δὲ ἕνεκα ἀπὸ Σαύλου Παῦλος ἐκλήθη; ἵνα μηδὲ κατὰ τοῦτο ὑπαπωθῇ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, ὀνομαζομένου Κηφᾶ, (ὃ ἑρμηνεύεται Πέτρος) καὶ τοῦ υἱοῦ Ζεβεδαίου, ἐπονομαζομένων Βοανηργὲς, ὅ ἐστι, υἱοὶ βροντῆς.

Δοῦλος.] Πολλοὶ δουλείας τρόποι. ὁ μὲν ἀπὸ τῆς δημιουργίας, καθ' ὃν, πάντα τὰ πνεύματα δοῦλά σοί· ὁ δὲ ἀπὸ τῆς πίστεως, καθ' ὃν εἴρηται, ὅτι ὑπηκούσατε εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς· ὁ δὲ ἀπὸ τῆς πολιτείας, καθ' ὃν καὶ Μωσῆς θεράπων Θεοῦ. κατὰ πάντας οὖν τοὺς τρόπους τοὺς τρεῖς, δοῦλος ὁ Παῦλος.

Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Τὰ τῆς οἰκονομίας ὀνόματα προβάλλεται, ἀπὸ τῶν κάτω θεν ὅτι τὰ ἄνω ὑπερέχον. Καὶ γὰρ μετὰ τὴν σάρκωσιν, Ἰησοῦς καὶ Χριστός. ἐχρίσθη γὰρ, ἐλαίῳ μὲν ὑδαμοῦς, τῷ δὲ ἁγίῳ πνεύματι· ὃ καὶ κρεῖττόν ἐστι πάντως τοῦ ἐλαίου. Ὅτι δὲ καὶ χωρὶς τοῦ ἐλαίου χρίσις ἐστὶν, ἐν μόνῳ τῷ πνεύματι, ἄκουσον· Μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου· περὶ τῶν τοῦ νόμου γὰρ ὁ λόγος,

CAP. I.

Paulus.] Neque Moſes, neque plerique alii qui illum ſunt ſubſecuti, imò neq; Euangeliſtæ nomina ſua ſcriptis ſuis præpoſuerunt. Divus autem iſte, ubique Epiſtolis ſuis nomen ſuum præponit: quòd illi quidem ad præſentes ſcribebant, hic verò è longinquo literas mittebat, & ut par erat, characteris epiſtolaris legem complebat. In epiſtola tamen ad Hebræos iſtud non facit. Nam quoniam infeſto erga ipſum erant animo, ne ſtatim, audito ejus nomine, protinus reſilirent, iſtud in proœmio occultat. Cujus autem rei gratiâ ex Saulo Paulus dictus eſt? Ut neque in hoc, Apoſtolorum anteſignano, qui Cephas appellatus eſt, quod valet, ſi interpreteris, Petrum, minor eſſet: aut filiis Zebedæi, qui Boanerges, id eſt, filii tonitrûs, cognominati fuere.

Servus.] Servitutis multi ſunt modi. Alius quidem ab opificio & creatione, ſecundùm quem dicitur: *Omnia tibi ſerviunt.* Pſa.118.91. Alius à fide, juxta quem dictum eſt: *Quoniam obediiſtis, in quam traditi eſtis formam doctrinæ.* Rom. 6.17. Alius à vitæ inſtituto: quomodo Moſes dictus eſt famulus Dei. Proinde modis his omnibus Paulus nominatur ſervus.

Jeſu Chriſti.] Oeconomiæ & diſpenſationis nomina præponit, ab inferioribus ad ſuperiora recurrens. Etenim poſt incarnationem, *Jeſus*, &, *Chriſtus* i. e. unctus, dictus eſt: unctus enim eſt, haudquaquã oleo, ſed Spiritu ſancto, qui oleo eſt omnino pretioſior. Porrò quòd unctio etiam ſine oleo ſit, per Spiritum ſolum, audi: *Ne tangatis unctos meos.* Pſa.104.15. Quod verbum, de iis, qui ante legem fuere, accipiendum eſt, quo

tempore unctionis per oleum, ne nomen quidem innotuit.

Vocatus.] Humilis & modesti animi hoc verbum est. Indicat enim, quòd non ipse quærendo invenerit, sed vocatus accesserit.

Apostolus.] Hoc posuit ad aliorum discrimen qui vocati sunt. Etenim fideles omnes, vocati : at illi ad credendum duntaxat : mihi verò, inquit, muneris apostolici functio, seu legatio commissa est, quæ & Christo, cùm à Patre mitteretur, concredita erat.

Segregatus in Evangelium Dei.] Hoc est, selectus ad Evangelii ministerium. Aliter autem & segregatus, pro eo, quòd est prædestinatus ad hoc, accipitur ; ut cùm ad
Ier.1.5. Hieremiam Deus ait : *Priusquam exires ex matrice, sanctificavi te.* Quinetiam ipse
Gal.1.15. Paulus alibi ait : *Quando visum est Deo, qui me segregavit ex utero matris.* Porrò non frustra dicit, *Vocatus sum*, & *Segregatus in Evangelium.* Quoniam verò ei ad arrogantes sermo erat, illum fide dignum efficit, ceu divinitus missum. Evangelium autem dicitur, non solùm propter bona jam peracta, verumetiam ob futura. Consolatur insuper auditorem ipso statim Evangelii nomine. Non enim tristia quædam, qualia Prophetarum vaticinia, sed innumerorum bonorũ thesauros Evangelium complectitur. Deinde, Evangelium hoc, Dei est, h.e. Patris, tum quòd ab ipso donatum sit, tum quòd ipsum manifestum reddat. Etsi enim in veteri testamento cognitus erat, solis tamen Judæis erat cognitus, neque illis ipsis, ut Pater. Postea verò per Evangelium revelatus est universo terrarum orbi, unà cum filio suo.

2 *Quod antea promiserat per Prophetas suos.*] Cùm tanquam novam, prædicationem illam Evangelii calumniarentur, demonstat hoc ipsum vel Græcis (sive gentibus) antiquius esse, & in Prophetis jam antea perscriptum. Præterea ipsum Evangelii vocabulum in Davide invenitur, dum
Psal.67.12. inquit : *Dominus dabit verbum evangelizantibus, virtute multa.* Et in Isaia,

ὅτε οὐδὲ ὄνομα τὸ τῆς ἐλαίᾳ χρίσεως ἴδῃ.

Κλητός.] Ταπεινοφροσύνης τὸ ῥῆμα· δείκνυσι γὰρ ὅτι οὐκ αὐτὸς ζητήσας εὗρεν, ἀλλὰ κληθεὶς παρεγένετο.

Ἀπόστολος] Τοῦτο τέθεικε πρὸς αὐτοδιαστολὴν τῶν ἑτέρων κλητῶν. καὶ πάντες μὲν γὰρ οἱ πιστοὶ, κλητοί· ἀλλ' οὐκεῖνοι μὲν, μέχρι τῆς πίστεως· ἐγὼ δέ, φησι, καὶ τιμῆς ἀποστολικῆς ἐνεχείσθην, ὡς καὶ ὁ Χριστὸς ἐγκεχείρισο, ὅτε τῆς παρὰ τοῦ πατρὸς ἀπεστάλης.

Ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ] Τουτέστιν, ἀποκεκληρωμένος εἰς τὸ τῆς εὐαγγελίου διακονίαν. καὶ ἄλλως ὁ, ἀφωρισμένος, ἀντὶ τοῦ προωρισμένος εἰς τοῦτο· ὡς καὶ πρὸς Ἱερεμίαν φησὶν ὁ Θεός. Πρὸ τοῦ σε ἐξελθεῖν σε μήτρας, ἡγίακά σε. Καὶ ὁ Παῦλος δὲ αὐτὸς ἀλλαχοῦ φησιν· Ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς, ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου. Οὐ μάτην δὲ λέγει, ὅτι κλητός εἰμι, καὶ ὅτι ἀφωρισμένος εἰς τὸ εὐαγγέλιον· ἀλλ' ὅπως πρὸς δόξαν ἀκούσῃ τὸ λόγος αὐτοῦ, ἀξιόπιστον αὐτὸν ποιεῖ, ὡς θεόθεν ὄντα. Εὐαγγέλιον δὲ λέγεται, οὐ διὰ τὰ γενόμενα ἀγαθὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὰ μέλλοντα. Ἐδεδώρηται δὲ καὶ τὸ ἀκεραίως οὕτως διὰ τὸ ὀνόματος. Οὐ γὰρ σκύθρωπά τινα, οἷα τὰ τῶν προφητῶν, ἀλλὰ μυρίων ἀγαθῶν ἐπαγγελίας προείρηκε. Τὸ δὲ εὐαγγέλιον τοῦτο, τοῦ Θεοῦ ὄντος, τουτέστι, τοῦ πατρὸς, καὶ ὡς δωρηθὲν παρ' αὐτοῦ, καὶ ὡς γνωρίζον αὐτόν. Εἰ γὰρ καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ ἔγνωστο, ἀλλ' Ἰουδαίοις μόνοις· καὶ οὐδὲ τούτοις, ὡς πατήρ· ὕστερον δὲ, διὰ τοῦ εὐαγγελίου ὅλῃ καλύπτῃ τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ, μυοῦντος τοῦ υἱοῦ. ἐπαγγελίας προείρηκε] *al.* ἐπαγγελίας ἐπεσημήνατο.

2 Ὃ προεπηγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ] Ἐπειδὴ ὡς καινὸν διέβαλλον τὸ κήρυγμα, δείκνυσιν αὐτὸ πρεσβύτερον ὂν καὶ Ἑλλήνων, καὶ ἐν προφήταις προδιαγεγραμμένον. καὶ αὐτοῖς ἤδη ῥήμασι τοῦ εὐαγγελίου τὸ ὄνομα εὑρίσκεται ἐν Δαβὶδ, ὡς τό, Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις, δυνάμει πολλῇ· καὶ ἐν Ἡσαΐᾳ,

Ησαΐα, Ως ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην.

Εν γραφαῖς ἁγίαις] Ου γὰρ ἔλεγον οἱ προφῆται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔγραφον, καὶ διὰ παραγμῶν ἐτύπουν· ὡς Αβραὰμ διὰ τοῦ Ισαὰκ, καὶ ὁ Μωϋσῆς διὰ τοῦ ὄφεως, καὶ τῆς τῶν χειρῶν ἐκτάσεως, καὶ τῆς τοῦ ἀμνοῦ σφαγῆς. Καὶ γὰρ ὅταν μέλλῃ μεγάλα τινὰ [a] κατασκευάζειν ὁ Θεὸς, πρὸ πολλῶν αὐτὰ προφωνεῖ χρόνων. Εἰ [b] οὖν καὶ λέγῃ, ὅτι πολλοὶ προφῆται ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον, αὐτοῦ τοῦ σάρκα, φησὶν, οὐκ εἶδον, καὶ αὐτὰ ὅτι τῶν ὄψεων τὰ σημεῖα.

[a] κατασκευάζειν. [b] οὖν γοῦν.

3 Περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα] Εντεῦθεν φανερῶς τὰς δύο γενέσεις δηλοῖ· ἐν μὲν τῷ εἰπεῖν, περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τουτέστι, τοῦ Θεοῦ, τὴν ἄνω γέννησιν· ἐν δὲ τῷ προσθεῖναι, ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, τὴν κάτω. προσθεὶς δὲ καὶ τὸ, κατὰ σάρκα, ἔδειξεν ὅτι κατὰ πνεῦμα γέννησίς ἐστι τοῦ αὐτοῦ. Ου τοίνυν περὶ ψιλοῦ ἀνθρώπου ἐστὶ τὸ εὐαγγέλιον· περὶ γὰρ οὗ μὲν υἱοῦ οὐ Θεοῦ ἐστιν· ἀλλ' οὐδὲ περὶ ψιλοῦ Θεοῦ· περὶ γὰρ οὗ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα, οὗ αὐτοῦ ὄντος ἀμφότερα, καὶ υἱοῦ Θεοῦ, καὶ υἱοῦ Δαβίδ. Καὶ λοιπὸν αἱμυνέσθω Νεστόριος. Τῆς δὲ κατὰ σάρκα γεννήσεως αὐτοῦ μεμνῆται καὶ οὗτος, ὡς καὶ οἱ τρεῖς εὐαγγελισταὶ, ὡς ἀπὸ ταύτης [a] ἐπὶ τὴν ἄνω γέννησιν. καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος πρῶτον ὤφθη ἄνθρωπος, εἶτα ἐγνώσθη Θεός.

[a] ἐπὶ.

4 Τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, Ιησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν.] Εἶπεν ἄνω, ὅτι περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἐστὶ τὸ εὐαγγέλιον· νυνὶ οὖν κατασκευάζει, πῶς ἐγνώσθη υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ φησι, τοῦ ὁρισθέντος, τουτέστιν, ἀποδειχθέντος, βεβαιωθέντος, κριθέντος. ὅρος γὰρ ἡ κρίσις, καὶ ἡ ψῆφος, καὶ ἡ ἀπόφασις. Πάντες γὰρ ὡρίσαντο καὶ ἐψηφίσαντο αὐτὸν εἶναι υἱὸν

tibus, virtute multâ. Et in Eſaia : *Speciosi pedes evangelizantium pacem.* Eſ. 52.7.

In Scripturis ſanctis] Non enim verba duntaxat Prophetæ fecerunt, ſed & literis mandârunt ſua, ac per res figurârunt. Quemadmodum Abraham per Iſaacum, & Moſes per ſerpentem, manuúmq; extenſionem, agníque mactationem. Etenim cùm ardua quæpiam moliturus eſt Deus, multo eadem antè tempore vaticinatur ac prædicit. Quando ergo ait, *quòd multi Prophetæ cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt :* hoc dicit, nempe, quòd carnem illam ſuam non viderint, adeóque ſigna ipſa, quæ ipſorum oculis fuerant expoſita. Mat.13.16.

3 *De filio ſuo, qui natus eſt ex ſemine David ſecundùm carnem.*] Hîc perſpicuè duas generationes manifeſtat : per hoc enim quod ait, *de filio ejus*, hoc eſt, Dei, ſupernam generationem : per hoc autem quod apponit, *ex ſemine David*, inferiorem hanc. Adjiciens porrò, *ſecundùm carnem*, indicavit quòd & ſecundùm ſpiritum ejuſdem ſit generatio. Quocirca non de nudo & ſimplici homine Evangelium hoc eſt : nam de filio Dei eſt : neque de nudo & ſimplici Deo : nam de nato ex ſemine Davidis ſecundùm carnem ; ita ut idem ſit utrumque, nempe & filius Dei, & filius Davidis. In poſterum itaque Neſtorius erubeſcat. Generationis autem ejus, quæ eſt ſecundùm carnem, meminit etiam iſte, perinde ac tres Evangeliſtæ : ut ab hâc auditores ad ſupernam illam generationem quaſi manu ducat. Siquidem & ipſe Dominus primùm viſus eſt homo, deinde cognitus eſt Deus.

4 *Qui definitus eſt filius Dei in virtute ſecundùm ſpiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum, Ieſu Chriſti Domini noſtri.*] Suprà dixit, Evangelium eſſe *de filio ſuo :* nunc igitur aſtruit, quânam ratione cognitus ſit filius Dei, inquiens ; *definitus*, hoc eſt, demonſtratus, confirmatus, judicatus. Definitio enim eſt ipſa judicatio, ſuffragium ſeu calculus, & ſententia. Nam cuncti definierunt judicârúntque ipſum eſſe

filium Dei. Undénam? *In virtute*, hoc eſt, ex potentiâ & efficaciâ ſignorum quæ faciebat. Præterea, *ſecundùm ſpiritum ſanctificationis*, hoc eſt, ex ſpiritu per quem ſanctificabat credentes. Dei enim eſt, donare talia. Quinetiam, *ex reſurrectione mortuorum*: nam primus ille, & ſolus, ſe ipſe excitavit. Itaque ex reſurrectione definitus eſt ac declaratus filius Dei. Magnum enim & hoc eſt, perinde atque ipſe ait: *Cùm* Ioh.8.28. *exaltaveritis me à terrâ, tum cognoſcetis quòd ego ſum.*

5 *Per quem accepimus gratiam & Apoſtolatum ad obediendum fidei.*] Vide modeſtiam & animi candorem: nihil, inquit, noſtrum, ſed omnia per filium accepimus. Atqui per ſpiritum accepêre Apoſtolatũ & Ioh. 16. 13. gratiam. *Ille enim*, inquit, *docebit vos.* Et Act. 13.2. Spiritus ait; *Segregate mihi Paulum & Bar-* 1 Cor.12.8. *nabam.* Ac, *per Spiritum datur ſermo ſapientiæ.* Ecquid hoc? Quæ Spiritûs ſunt, Filii pariter ſunt, & contrà. *Gratiam* autem, inquit, *accepimus & Apoſtolatum*, hoc eſt, non ipſi virtute noſtrâ, ut Apoſtoli efficeremur, impetravimus, cæterùm hoc à ſupernâ gratiâ. Imò & perſuadere, gratiæ eſt. Circuire enim & prædicare, Apoſtolorum munus eſt: perſuadere verò auditoribus, totum eſt Dei. *Ad obediendum fidei*: non ad inanem verborum pugnam, non ad quæſtiones, aut ad artificioſam orationis ſtructuram miſſi ſumus, inquit; verùm *ad obediendum fidei*; ut qui inſtituti fuerint, credentes, inquit, citra contradictionem obediant.

In omnibus gentibus, pro nomine ejus.] *In omnibus* porrò *gentibus* accepimus gratiam, non ego ſolus, verùm reliqui etiam Apoſtoli: non enim jam Paulus omnes gentes circumîerat. Niſi quiſpiam dicat, etiamſi non vivus, poſt mortem tamen ad omnes gentes tranſeat per Epiſtolas. Ut autem credant, audientes de nomine Chriſti, non de eſſentiâ ipſius. Nomen enim Chriſti erat, quod & ſigna faciebat. Atque iſtuc fide opus habet: neque

Θεοῦ. Πόθεν; ἐν δυνάμει, τουτέστιν, ἀπὸ τῆς δυνάμεως τῶν σημείων "ὧν ἐποίη. "χ. 2. Αλλὰ καὶ κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, τουτέστιν, οὐκ ἀπὸ τοῦ πνεύματος, δι' οὗ ἡγίαζε τοὺς πιστεύοντας· Θεοῦ γὰρ τὸ τοιαῦτα χαρίζεσθαι. Αλλὰ καὶ ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν· πρῶτος γὰρ οὗτος, καὶ μόνος, ἑαυτὸν ἤγειρε. Καὶ οὐκ ἀπὸ ἀναστάσεως οὕτω ὡρίσθη καὶ ἀπεφάνθη υἱὸς Θεοῦ· μέγα γὰρ καὶ τοῦτο, ὡς καὶ αὐτὸς λέγει· Οταν ὑψώσητέ με ἀπὸ τῆς γῆς, τότε γνώσεσθε ὅτι ἐγώ εἰμι.

5 Δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν εἰς ὑπακοὴν πίστεως.] Οσα φιλονωμοσύνως· οὐδὲν, φησιν, ἡμέτερον, ἀλλὰ πάντα ἐλάβομεν "ἀφ' ἑνός. "χ. ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. μέν ἀφὰ τοῦ πνεύματος ἔλαβον τὴν ἀποστολὴν καὶ τὴν χάριν. Εκφνος γάρ, φησιν, ὁδηγήσει ὑμᾶς· καὶ τὸ πνεῦμα φησιν, Αφορίσατέ μοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Βαρνάβαν· καὶ, ἀφὰ τοῦ πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας. Καὶ τί τοῦτο; Τὰ τοῦ πνεύματος, ἅπερ υἱοῦ εἰσι, καὶ τὰ ἔμπαλιν. Χάριν δέ, φησιν, ἐλάβομεν καὶ ἀποστολὴν, τουτέστιν, οὐκ αὐτοὶ κατωρθώσαμεν τὸ γενέσθαι ἀπόστολοι, ἀλλ' οὐκ ἦν δύνασθαι χάριτος τοῦτο. Αλλὰ καὶ τὸ πείθειν, ἦν χάριτος· τὸ μὲν γὰρ ἀπιέναι καὶ κηρύττειν, τῶν ἀποστόλων. τὸ δὲ πείθειν τοὺς ἀκούοντας, ὅλον τοῦ Θεοῦ. Εἰς ὑπακοὴν πίστεως· οὐκ εἰς λογομαχίας καὶ ζητήσεις, ἢ κατασκευὰς, ἀπεστάλημεν, φησιν, ἀλλ' εἰς ὑπακοὴν πίστεως· ἵνα, φησὶν, οἱ διδασκόμενοι ὑπακούωσιν ἀναντιῤῥήτως πιστεύοντες.

Εν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.] Εν πᾶσι δὲ τοῖς ἔθνεσιν ἐλάβομεν χάριν, οὐκ ἐγὼ μόνος, ἀλλὰ καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι. Ου γὰρ δὴ Παῦλος πάντα τὰ ἔθνη περιῆλθεν· εἰ μή τις εἴποι ὅτι εἰ καὶ μὴ ζῶν, ἀλλ' οὖν μετὰ τελευτὴν, εἰς πάντα τὰ ἔθνη περίεισι διὰ τῶν ἐπιστολῶν. ἵνα δὲ πιστεύσωσιν ἀκούοντες περὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ, "οὐχὶ περὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ· "χ. ὑ. γὰρ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ἦν, ὃ καὶ τὰ σημεῖα ἐποίη. Καὶ τοῦτο δὲ πίστεως δεῖται·

οὐδὲ

οὐδὲ γὰρ ὑφ' αὑτῶ λογισμῷ καταληπτόν. Ὅσα γὰρ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι δωρεὰν διὰ τοῦ εὐαγγελίου, οὐχ ἑνὶ ἔθνει, ὡς ἡ παλαιὰ, ἀλλὰ πᾶσι δοθῆναι δεῖ.

6 Ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς, κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Ἐνταῦθα καθαιρεῖ αὐτῶν τὸ ὀφρυῶδες. Οὐ γὰρ πλέον ἔχετε τῶν ἄλλων ἐθνῶν, οἱ δοκοῦντες ἄρχειν· ἀλλ' ὥσπερ τοῖς ἄλλοις, οὕτω καὶ ὑμῖν, κηρύττομεν· μὴ οὖν κομπάζετε. Ἀλλὰ καὶ ἄλλως· κλητοὶ γάρ ἐστε καὶ αὐτοὶ· χάριτι προληφθέντες, οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν προσιόντες.

7 Πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ ἀγαπητοῖς Θεοῦ, κλητοῖς ἁγίοις.] Οὐ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς ἐν Ῥώμῃ, ἀλλὰ τοῖς ἀγαπητοῖς Θεοῦ· πόθεν δῆλον ὅτι ἀγαπητοί; ἐκ τοῦ ἁγιασμοῦ· ἁγίοις γὰρ τοὺς πιστοὺς καλεῖ πάντας. Πάλιν δὲ, κλητοῖς, προσέθηκε, τῆς εὐεργεσίας αὐτοὺς ὑπομιμνήσκων, καὶ δεικνύων, ὅτι καὶ ὄντες ὑπάτων καὶ ὑπαρχόντων ἦτε, ἀλλ' ὁ Θεὸς ὑμᾶς ἐν τῇ αὐτῇ κλήσει ἐκάλεσεν, ἣ καὶ τοὺς ἰδιώτας, ὁμοίως ὑμᾶς ἀγαπήσας, καὶ ἁγιάσας. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἠγαπήθητε, καὶ ἐκλήθητε, καὶ ἡγιάσθητε ὁμοίως, καὶ τῶν εὐτελεστέρων μὴ ἐπαίρεσθε.

Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη.] Καὶ ὁ Κύριος τοῦτο πρῶτον ῥῆμα εἰς τὰς οἰκίας εἰσιοῦσι τοῖς ἀποστόλοις λέγειν ἐπέταξε, φησὶ, τῆς εἰρήνης. Οὐδὲ γὰρ μικρὸν πόλεμον κατέλυσεν, ὃν ἡμῖν ἡ ἁμαρτία πρὸς τὸν Θεὸν ἀπέτεκεν· ἡ δὲ εἰρήνη αὕτη, οὐκ ἐξ ἡμετέρων πόνων, ἀλλὰ ἐκ τῆς θείας χάριτος· πρότερον οὖν ἡ χάρις, εἶτα ἡ εἰρήνη. Ταῦτα οὖν τὰ δύο ἀγαθὰ ἐπεύχεται μένειν διηνεκῆ καὶ ἀκίνητα, ὥστε μὴ πάλιν ἁμαρτόντων ἡμῶν, ἕτερον διαρρήγνυσθαι πόλεμον.

Ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Βαβαὶ, πόσον ἡ χάρις ἴσχυσεν, ἡ ἐκ τῆς θείας ἀγάπης; Οἱ γὰρ ἐχθροὶ καὶ ἄτιμοι, πατέρα ἐσχήκαμεν τὸν Θεόν. Ἀπὸ γοῦν τοῦ Θεοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἴη ὑμῖν βεβαία ἡ χάρις, καὶ ἡ εἰρήνη· τῶν καὶ δόντων ταῦτα, καὶ δυναμένων φυλάξαι.

8 Πρῶτον μὲν εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου

enim ratione comprehendi poteſt. Animadverte hîc Evangelii donum, non uni videlicet genti, veteris Teſtamenti in morem, ſed omnibus communicatum.

6 *In quibus eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti.*] Hîc tollit illorum faſtum & ſupercilium. Non enim plus quàm cæteræ gentes obtinuiſtis, qui videmini imperare, quin vobis perinde ac cæteris prædicamus. Nolite igitur gloriari. Poteſt etiam aliter intelligi. Vocati enim eſtis & ipſi, gratiâ anticipati, non propriâ virtute accedentes.

7 *Omnibus qui Romæ eſtis, dilectis Dei, vocatis ſanctis.*] Non omnibus ſimpliciter Romæ agentibus, cæterùm *dilectis Dei.* Unde verò liquet quòd *dilecti?* ex ſanctificatione. Sanctos autem fideles vocat omnes. Rurſus autem *vocatos* appoſuit, beneficium illis ad memoriam revocans, ac ſimul indicans, quòd etiamſi ex Conſulibus & Primatibus eratis, Deus tamen eâdem vos vocatione vocavit, quâ privatos; peræquè vos diligens & ſanctificans. Quoniam igitur ſimiliter & dilecti eſtis, & vocati, & ſanctificati, in tenuiores ne efferamini.

Gratia vobis & pax.] Quin & Dominus verbum hoc primum Apoſtolis ædes intrantibus dicendum præcepit, verbum, inquam, pacis. Neque enim exiguum bellum diremit, quod nobis peccatum adversùs Deum pepererat: pax autem illa non ex noſtris laboribus, ſed ex divinâ gratiâ profluxit: priùs itaque gratia eſt, deinde pax. Hæc itaque duo bona perpetua manere optat & immota, ne denuò nobis in peccatum relabentibus aliud bellum exuſcitetur.

4 *Deo patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto.*] Papæ! quantùm valuit gratia ex divinâ orta dilectione! Nam qui hoſtes & inglorii eramus, patrem nacti ſumus ipſum Deum. *A Deo patre* igitur *& Domino noſtro Jeſu Chriſto*, ſit vobis ſtabilis gratia & pax: ab his, inquam, qui hæc ut dederunt, ita & conſervare poſſunt.

8 *Primùm quidem gratias ago Deo meo*

per

per Jesum Christum, pro omnibus vobis, quoniam fides vestra annunciatur in universo mundo.] Proœmium animâ Paulinâ dignum, quo docemur & ipsi gratias agere; nec pro nostris tantùm, sed etiam proximorum bonis: hoc namq; charitas est. Gratias autem agit, non pro terrestribus quibusdam & pereuntibus bonis, verùm propterea quòd Romani crediderunt. Porrò, quòd ait, *Deo meo*, affectũ, quem habebat, declaravit, Deum communem sibi privatim vendicando: quod & factitârunt Prophetæ. Quinetiã Deus hoc
Exod. 3.15. ipse facit, Deum Abrahami & Isaaci & Jacobi sese nominans, ut suã erga ipsos charitatem demonstraret. Gratias agere autem inquit, *per Jesum Christum.* Iste enim nobis gratiarum actionis ad Deum patrem mediator est, non solùm nos docens gratias agere, sed & nostram gratiarum actionem patri offerens. Cujus porrò rei causâ gratias agit? Quòd *fides* Romanorum *annunciatur in universo mundo.* Duarum illis rerum testimoniũ dicit, & quòd crediderunt, & quòd tantâ libertate & fiduciâ crediderũt, ut fides illorũ in universo mundo prædicetur, adeóq; per ipsos alii omnes utilitatẽ percipiant, ad regiæ scilicet urbis æmulationẽ & imitationem accensi. Imò cùm Petrus Romæ Evangelium prædicâsset, quæ illius erant, sua reputans, pro fide Petri discipulorum gratias agit; adeò ab invidiâ quidem alienus erat.

διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ.] Πρέπον τῇ Παύλου ψυχῇ τὸ προοίμιον, δι' ὃ διδασκόμεθα καὶ αὐτοὶ εὐχαριστεῖν· καὶ οὐχ ὑπὲρ οἰκείων ἀγαθῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πλησίον· τοῦτο γὰρ ἀγάπη. Εὐχαριστεῖ δέ, οὐχ ὅτι γήινοις τισὶ καὶ ἀπολλυμένοις, ἀλλ' ὅτι ἐπίστευσαν Ρωμαῖοι. Εἰπὼν δέ, τῷ Θεῷ μου, ἔδειξε τὴν διάθεσιν ἣν ἔχει, τὸν κοινὸν Θεὸν ἰδιοποιούμενος, ὡς καὶ οἱ προφῆται. Καὶ ὁ Θεὸς δὲ αὐτὸς τοῦτο ποιεῖ, Θεὸν Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, αὐτὸν ὀνομάζων, ἵνα τὴν πρὸς αὐτοὺς ἀγάπην ἐνδείξηται. Εὐχαριστεῖν δέ φησι, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· οὗτος γὰρ καὶ τὴν πρὸς τὸν πατέρα "εὐχαριστίας ἡμῶν ὁ μεσίτης, οὐ μόνον διδάσκων εὐχαριστεῖν, ἀλλὰ καὶ προσάγων τὴν ἡμετέραν εὐχαριστίαν τῷ πατρί. τίνος δὲ χάριν εὐχαριστεῖ; ὅτι ἡ πίστις τῶν Ρωμαίων καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. Δύο αὐτοῖς μαρτυρεῖ, ὅτι τε ἐπίστευσαν, καὶ ὅτι μετὰ τοσαύτης παῤῥησίας, ὥστε τὴν πίστιν αὐτῶν καταγγέλλεσθαι ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, καὶ δι' αὐτῶν ὠφελεῖσθαι πολλούς, εἰς ζῆλον καὶ μίμησιν τῆς βασιλίδος πόλεως ἐκκαιομένους. Καίτοι ὑπὸ τοῦ Πέτρου κηρύξαντος ἐν Ρώμῃ, ὅμως τὰ ἐκείνου, οἰκεῖα ἡγούμενος, εὐχαριστεῖ· ἀλλὰ τῆς πίστεως τῶν ὑπὸ Πέτρου μαθητῶν, οὕτω βασκανίας ἀπήλλακτο.

9 *Testis enim mihi est Deus, cui servio in spiritu meo in Evangelio filii ejus, quòd sine intermissione mentionem vestri faciam semper in orationibus meis.*] Quia nunquam eos viderat, dicturus autem erat, *semper mentionem vestrî facio*, testem invocat eum qui cordis abdita novit. Intuere verò hîc apostolica viscera, affectúmque singularem, siquidem passim meminit hominum quos etiam non conspexerat. Ubi hoc? in precationibus, idque incessanter. Colo autem Deum, hoc est, servio Deo; *in spiritu meo*, id est, non carnali cultu; sed spirituali. Gentilis enim cultus, & carnalis & erroneus est: Judaïcus autem, erroris quidem expers, attamen &

9 Μάρτυς γάρ μού ἐστιν ὁ Θεὸς, ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι πάντοτε, ὁπὶ τῶν προσευχῶν μου.] Εἰκὸς δὲ ἐνταῦθα ἐπὶ αὐτοῖς ἐωρακώς, ἔμελλε δὲ εἰπεῖν, ὅτι ἀεὶ μέμνημαι ὑμῶν, μάρτυρα καλεῖ τὸν τὰς καρδίας εἰδότα. Ὅρα δὲ παλαίσματα, εἶπε πάντοτε ἐμέμνητο μὲν οὐδέποτε μηδὲ ὁρακότων αὐτῶν. Καὶ πῶς; ἐν ταῖς προσευχαῖς, καὶ τότε ἀδιαλείπτως. Λατρεύω δὲ τῷ Θεῷ, τοῦτ' ἔστι, δουλεύω· ἐν τῷ πνεύματί μου, τουτέστιν, οὐ σαρκικῇ λατρείᾳ, ἀλλὰ πνευματικῇ. ἡ μὲν γὰρ Ἑλληνικὴ λατρεία, καὶ σαρκικὴ καὶ πεπλανημένη· ἡ δὲ Ἰουδαϊκὴ, ἀπλανὴς μέν, ἀλλὰ σωματικὴ

"χ. εὐαρεστίας.

ματικὴ καὶ αὕτη· ἡ ὄντως καὶ Χριστιανῶν λατρεία, καὶ ἀληθινὴ, καὶ πνευματικὴ· ὅθεν καὶ ὁ Κύριος τῇ Σαμαρείτιδί φησιν, ὅτι οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνήσουσιν. Ἐπεὶ δὲ πολλοὶ τῆς λατρείας οἱ τρόποι· ὁ μὲν γὰρ λατρεύει καὶ δουλεύει Θεῷ ἐν τοῖς τὰ καθ' ἑαυτὸν μόνα οἰκονομῶν· ὁ δὲ ἐν τοῖς καὶ ξένων ἐπιμελεῖσθαι, καὶ χηρῶν προΐστασθαι, ὡς ὁ περὶ Στέφανον· ὁ δὲ ἐν τῇ τοῦ λόγου διακονίᾳ· διὰ τοῦτό φησιν ὁ Παῦλος, ὅτι ᾧ ἐγὼ λατρεύω ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ υἱοῦ. Καίτοι τοῦ πατρὸς ἔφησεν εἶναι τὸ εὐαγγέλιον λέγω· ἀλλ' οὐδὲν καινόν· τὰ γὰρ τοῦ πατρὸς, τοῦ υἱοῦ, καὶ τὰ τοῦ υἱοῦ, τοῦ πατρός. Λέγει δὲ τοῦτο, δεικνύων ἀναγκαίαν αὐτοῖς τινὰ ταύτην ἐπ' αὐτοὺς φροντίδα. Ὁ γὰρ τοῦ δουλεύειν τῷ εὐαγγελίου ἐγκεχειρισμένος, ἀνάγκην ἔχει πάντων φροντίζειν τῶν τὸν λόγον προσδεχομένων.

"χ. δουλείας

10 Δεόμενος εἴ πως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ, ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς.] Νῦν προσθήσει τίνος αὐτοῖς μέμνηται· ἐπὶ τοῦ ἐλθεῖν, φησὶ, πρὸς ὑμᾶς. Ὅρα δὲ πῶς ἐφίλει μὲν αὐτοὺς, καὶ ἔσπευδεν ἰδεῖν· οὐ μὴν παρὰ τὸ τοῦ Θεοῦ δοκοῦν. Ἀλλ' ἡμεῖς, ἂν μηδένα φιλῶμεν, ἢ ἐπιδεῖν φιλήσωμέν ποτε, παρὰ τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ τοῦτο ποιοῦμεν. Ὁ δὲ Παῦλος, τὸ μὲν ὀφεῖλον διϊσχυρῶς ὡς αὐτοὺς ἰδεῖν, ἀπὸ ἀγάπης σφοδρᾶς ἐπεῖπε· τὸ δὲ ἐπιτεῖνον τοῦ τοῦ Θεοῦ νεύματι, ἀπὸ εὐλαβείας πολλῆς ἐδείκνυ. Καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς αἰτεῖν ἀποτυγχάνοντες, μὴ ἀχθώμεθα· οὐ γὰρ ἐσμεν Παύλου βελτίους, ὃς καὶ ὑπὲρ τοῦ σκόλοπος τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσε καὶ οὐκ ἔτυχε· τοῦτο γὰρ ὃ συμφέρον.

11 Ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν.] Ἄλλοι μὲν ὑπὲρ ἄλλων "ὁδοιπορίας μακρὰς στέλλονται, ἐγὼ δέ, φησιν, ἵνα τι μεταδῶ ὑμῖν. Μετριοφρονῶν δὲ τοῦτο λέγει· οὐ γὰρ εἶπεν, ἵνα διδάξω, ἀλλ' ἵνα ὅπερ ἔλαβον, μεταδῶ. καὶ τοῦτο μικρὸν καὶ

"χ. ἀποδημίας.

ipse corporalis est. Christianus autem cultus, & verus est, & spiritualis: quod & Dominus Samaritanæ dicit: *Veri adoratores in spiritu & veritate adorabunt.* Quoniam verò, multi sint cultûs modi; (Alius enim Deum colit; illíque inservit in suarum tantummodo rerum dispensatione: alius hospitibus & peregrinis adhibendo curam, ac viduarum præfecturam neque non solicitudinem gerendo, itidem ut Stephanus: alius in verbi ministerio) propter hoc ipsum Paulus inquit, *Cui ego servio in Evangelio filii.* Atqui suprà dixit, Evangelium esse patris: sed nihil mirum. Quæ enim Patris sunt, Filii etiam sunt; & quæ Filii, Patris. Hæc autem commemorans, necessariam suam super illis curam demonstrat. Cui enim Evangelii annunciandi servitus est commissa, illi necesse est, ut omnium qui verbum exceperunt, curam gerat. Ioh 4.23.

10 *Obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei, ut veniam ad vos.*] Nunc adjicit, qua de causa illorum meminerit, nempe, *ut venirem*, inquit, *ad vos.* Vide autem quàm impensè quidem eos amabat ac videre festinabat; non tamen præter voluntatem Dei. Nos verò, aut neminem amore complectimur, aut si quem unquam complexi fuerimus, hoc præter voluntatem Dei agimus. Cæterùm quòd Paulus jugiter orabat ut videret eos, ex vehementi hoc charitate faciebat: quòd verò Dei nutui obtemperat, religionis erat indicium. Nos itaque, si quando precum nostrarum non efficiamur compotes, ne ægrè feramus. Neque enim Paulo sumus meliores, qui pro stimulo ter Deum precatus est, nec tamen quod voluit est assecutus: hoc enim illi profuit.

11 *Desidero enim videre vos, ut aliquod vobis donum impertiar spirituale.*] Alii pro aliis quidem rebus longam profectionem suscipiunt: ego verò inquit, *ut vobis aliquid impertiar.* Hoc autem dicit, modestiam spirans. Non enim ait, ut instituam vos, sed, ut quod accepi, communicem. Et hoc quoque

quoque exiguum & modestũ. Porrò, donũ sive gratia, omne id est, quod ad audientiũ commoditatem doctores indicant: nam etiamsi rectum officium, & ex virtute factũ esse videatur: attamen rectè ac præclarè à nobis facta, propterea quòd superno opus habeant auxilio, dona sunt & charismata.

12 *Ad confirmandos vos, hoc autem est, ut communem capiam consolationem in vobis per mutuam fidem vestram simul & meam.*] Clanculum indicavit multâ ipsis opus esse correctione. Postquam autem & hoc valde molestum erat, (dicere namque potuissent, Quid ais? concutimur? circumferimur? tuáque ut confirmemur operâ indigemus?) infert, *hoc autem est, ut consolationem simul capiam.* Quod verò ait, hujusmodi est: Multas sustinuistis afflictiones: *desideravi* igitur *vos videre*, ut quadantenus vos consolarer, imò potiùs, ut & ipse consolationem acciperem: commune enim hoc lucrum est. Quasi enim in captivitate degentes, qui tum fideles erant, opus habebant mutuo conventu, quò impensè alter alterum consolarentur. Quid inde? Num & Paulus illorum auxilio indigebat? Absit à te istud, ô Ecclesiæ columna! Verùm ne impetuosum sermonem faciat, néve illos feriat seu percellat, uti diximus, hac propter & sese eorum consolationis indigere ait. Sin autem quispiam consolationem hîc dixerit esse lætitiam, quam ob fidei Romanorum incrementum habuerit, atque eâ indigere Paulum, rectè meâ quidem sententiâ dixerit: quod & perspicuum est ex eo quod ait, *Per mutuam fidem vestram simul & meam*, ut sit hæc sententia: Ego quidem conspectâ fide vestrâ solamen capiam, atque lætabor ex animo: vos verò per meã fidem confirmabimini, consolatione acceptâ de iis rebus, quibus fortasse præ pusillanimitate concutimini. Verùm hæc non apertè dicit, cæterùm orationem artificiosè contexit, uti dictum est.

13 *Nolo autem vos ignorare fratres, quòd sæpe proposui venire ad vos, & prohibitus*

συμμέξαι. Χάρισμα δέ ἐστι πνῦ, ὅταν οἱ διδάσκαλοι εἰς ὠφέλειαν τῶν ἀκουόντων ἐνδείκνυνται. Εἰ γὰρ καὶ κατόρθωμα δοκεῖ, ἀλλ' οὖν καὶ τὰ κατορθώματα ἡμῶν χαρίσματά ἐστι, διὰ τὸ τῆς ἄνωθεν δεῖσθαι ῥοπῆς. "χ. δὲ. "χ. ἀφελ.

12 Εἰς τὸ συμπαρακληθῆναι ὑμᾶς· τοῦτο δέ ἐστι, συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν, διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως, ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ.] Λαθραιότατα ἔδειξε πολλῆς δεομένους διορθώσεως. Ἐπεὶ οὖν καὶ τοῦτο σφόδρα φορτικὸν ἦν (εἶπον γὰρ ἄν, τί λέγεις; σαλευόμεθα; περιφερόμεθα; καὶ σοῦ δεόμεθα εἰς τὸ συμπαρακληθῆναι;) ἐπάγει, τοῦτο δέ ἐστι, συμπαρακληθῆναι. Ὃ γὰρ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· πολλὰς ὑπεμείνατε θλίψεις· ἐπεθύμησα τοίνυν ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι παρακαλέσω· μᾶλλον δέ, ἵνα καὶ αὐτὸς παράκλησιν δέξωμαι· κοινὸν γὰρ ἐστὶ τὸ κέρδος. Ὥσπερ γὰρ ἐν αἰχμαλωσίᾳ ὄντες, οἱ τότε πιστοὶ, ἐδέοντο τῆς πρὸς ἀλλήλους συναγωγῆς, καὶ μεγάλως παρεμυθοῦντο· τί οὖν; καὶ Παῦλος ἐδεῖτο τῆς παρ' ἐκείνων συμμαχίας; ἄπαγε, ὁ τῆς ἐκκλησίας στῦλος. Ἀλλ' ἵνα μὴ καταφορικὸν ποιήσῃ τὸν λόγον, καὶ πλήξῃ, ὡς εἴπομεν, ἀκοὰς, τοῦτο ἔνεκεν καὶ αὐτὸς δέδωκε τῆς παρ' ἐκείνων παρακλήσεως ἔφη. Εἰ δέ τις ἐνταῦθα παράκλησιν εἰ λέγει, τὴν διὰ φρονήσεως, τὴν διὰ τῆς τῶν πίστεως τῶν Ῥωμαίων ἐπιδοθῆναι, καὶ ταύτης δεῖσθαι τὸν Παῦλον, καλῶς ἂν εἴποι. Ὃ δῆλον, καὶ ἐκ τοῦ λέγειν, διὰ τὴν ἐν ἀλλήλοις πίστεως ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ· ὡς εἰ τὸν λόγον τοιοῦτον· Καὶ ἐγὼ μέν, ἰδὼν τὴν πίστιν ὑμῶν, παρακληθήσομαι καὶ διαθρασυνθήσομαι· καὶ ὑμεῖς δέ, διὰ τῆς ἐν ἐμοὶ πίστεως ἐπιρρωσθήσεσθε, παραμυθηθέντες ἐφ' οἷς ἴσως διὰ μικροψυχίαν σαλεύεσθε. Ἀλλ' ἁπλῶς ταῦτα λέγει φανερῶς, ἀλλὰ μεταβολὴν τοῦ λόγου, ὡς εἴρηται. "ἰσ. αὐτὸν.

13 Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι πολλάκις προεθέμην προσελθεῖν πρὸς ὑμᾶς

γίνεῖν, & ἐκωλύθην ἄχρι τ δδε.] Επειδὴ ἀνωτέρω εἶπεν, ὅτι εὔχομαι γίνεσθαι πρὸς ὑμᾶς, εἰκὸς δέ τινας ὑπονοῆσαι, ὅτι εἰ εὔχῃ καὶ ὀπτάνεσθαι ἐσπουδακέναι, καὶ προσκαλέσαι, καὶ προσκληθῆναι, τί δὲ κωλύον γίνεσθαι; ἐπήγαγε, ὅτι ἐκωλύθην ἐλθεῖν ὑπὸ Θεοῦ. Ορα δὲ πῶς ὁ πρεσβεύειν δοκῶν τί ἐκωλύθη, ἀλλ' ὑποτάσσεται τοῖς διατάγμασι, παιδεύων & ἡμᾶς, ἵνα μὴ περιεργαζώμεθα ἃ ὁ Θεὸς ποιεῖ. Δείκνυσιν οὖν τοῖς Ρωμαίοις, ὅτι ὐ δι' ῥαθυμίαν, ἢ καταφρόνησιν, οὐκ ἦρχετο. τοσοῦτον γὰρ πρόκειμαι ὑμῶν, ὅτι οὐδὲ κωλυόμενος ἀφίσταμαι, ἀλλὰ πάλιν & πάλιν ἐπιχειρῶν ἐλθεῖν, διὰ τ σφοδρὰν πρὸς ὑμᾶς ἀγάπην.

Ινα τινὰ καρπὸν σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν, καθὼς & ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν.] Επειδὴ πρόκειται ἡ πόλις, & πάντες πρὸς αὐτὴν συνέρρεον, διὰ τὰ ἐν αὐτῇ θαύματα, καὶ τὴν δόξαν αὐτῆς, ἵνα μή τις νομίσῃ τ Παῦλον διὰ τ αὐτὴν αἰτίαν ὀπτάνεσθαι τ θέας αὐτῆς, φησι, διὰ τοῦτο ἐπεθύμουν ἐλθεῖν, ἵνα τινὰ καρπὸν σχῶ. ἅμα δὲ, & τὴν ἄλλην ὑπόνοιαν λύει· ἴσως γὰρ εἶπεν ἄν τις, ὅτι διὰ τοῦτο ἐκωλύθης, διότι ὐ κατὰ Θεὸν ἐλθεῖν ἐζήλου. Φησὶν οὖν, ὅτι καρπὸν σχεῖν ἐζηλόμην. Ουκ εἶπε δὲ, ἵνα κατηχήσω, ἵνα διδάξω· ἀλλὰ μετριοφρονῶν, ἵνα τινὰ καρπὸν σχῶ, ὥσπερ καὶ ἀνωτέρω, ἵνα τὴν μεταδῶ χάρισμα. Συσταίνων δὲ καὶ αὐτοὺς, φησι, καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι. Μὴ γὰρ ὅτι βασιλεύετε, νομίσητε χρείττους εἶναι τῶν λοιπῶν ἐθνῶν· ἐν ἴσῃ γὰρ τάξει ἵστασθε.

14 Ελλησί τε & βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμί. 15 Ουτω τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον & ὑμῖν τοῖς ἐν Ρωμῃ εὐαγγελίσασθαι.] Καὶ τοῦτο μετριοφροσύνης· οὐδὲν γὰρ, φησιν, ἐγὼ χαρίζομαι, ἀλλ' ὑπόταγμα πληρῶ δεσποτικὸν, & τῷ Θεῷ εὐχαριστεῖν δεῖ ὑμᾶς· ὀφθαλμὸς γὰρ ὁ εὐεργετῶν, ἐγὼ δὲ ὀφειλέτης εἰμὶ, καὶ ἀπαιτη-

sum hucusque.] Postquam suprà dixerat, *Opto venire ad vos*, ac verisimile erat quosdam cogitare secum, Si optas & concupiscis consolari, & consolationem rursus accipere, quid est quod prohibeat, quò minùs venias? subintulit, Quoniam *prohibitus sum* à Deo. Animadverte verò, quomodo non curiosè inquirat cur sit prohibitus. Nam Dominicis mandatis planè obsequitur, eruditus & nos, ne curiosè indagemus ea quæ Deus facit. Denunciat itaq; Romanis, quòd non per socordiam aut contemptum non venerit. Adeò enim ardenter vos diligo, ut neque prohibitus destiterim, sed iterum atque iterum conatus sim venire, ob vehementem erga vos dilectionem.

Ut fructum aliquem habeam in vobis, quemadmodum & in reliquis gentibus.] Quia celeberrima erat urbs, & omnes ad eam confluebant propter miranda quæ in ipsa spectabantur, & magnificentiam ejus, ne quis existimet, quòd Paulus ob eandem causam eos videre desideret; propter hoc, inquit, desiderabam venire, *ut fructum aliquem habeam.* Simul autem & aliam suspicionem diluit. Forsan enim dixisset quispiam, eam ob causam prohibebaris, quòd non secundùm Dei voluntatem venire volueris: dicit igitur, fructum habere volebam. Non autem ait, ut instituam, ut doceam, verùm moderatè loquens, *ut aliquem fructum habeam:* perinde ac suprà, *ut aliquod donum impertiam.* Illorum autem fastũ compescens, inquit, *quemadmodum & in reliquis gentibus.* Non enim quia imperium orbis penes vos est, arbitremini vos reliquis gentibus præstantiores esse: æquali enim ordine collocamini.

14 *Græcis & barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum.* 15 *Ita quantum in me est, paratus sum & vobis, qui Romæ estis, evangelizare.*] Hoc etiam ex modestia manat. Nihil enim, inquit, ego dono, verùm Domini mei mandatum adimpleo, Deóque vos gratias agere convenit: siquidem ille benefactor est, ego verò debitor sum, & irrecusabile debitum habeo

prædicandi

prædicandi ipsum scilicet munus : quod
1 Cor. 9.16. & Corinthiis dicebat : *Væ mihi, si non evangelizavero.* Proinde sanè paratus sum & vobis Evangelium annunciare, etiamsi pericula oculis obversentur. Tanto in Christum flagrabat studio.

16 *Non enim pudet me Evangelii Christi. Virtus enim Dei est ad salutem omni credenti.*] Cùm Romani ad mundi hujus gloriam mirificè obstupefacti essent, ipse verò prædicaturus erat, qui nihil non ignominiæ pertulerat, Jesum; ac verisimile erat ipsis pudori hoc fore, si talis existimaretur servator : propterea, *Non me pudet*, inquit. Illos juxtà docens, ne pudefiant : quandoquidem & ipse nedum non pudefiebat, quin potiùs pulchrum sibi putabat, & gloriabatur eo nomine. Quià verò & ipsi sapientiæ nomine turgidi erant, Ego, inquit, crucem venio prædicaturus, nec propterea pudore suffundor : nam, *virtus Dei est in salutem.* Est etiam virtus (sive potentia) ad punitionem, quemadmodum Ægyptiis suam Deus potentiam demonstrabat, ipsos pœnâ afficiens.
Mat. 10. 28. Est præterea & ad interitum, ut cùm ait : *Timete eum, qui potest perdere in gehenna.* Quæ igitur ego Paulus prædico, non pœnam neque interitum continent, sed salutem. Cui autem? omni credenti. Non enim simpliciter cunctis Evangelium cedit ad salutem, sed accipientibus illud.

Judæo primùm, & Græco.] *Primùm* hîc est ordinis honos, non gratiæ exuberantia. Non enim plus habet Judæus (aut præferendus est) eò quòd majorem justitiâ acceperit : verùm quòd primus eam acceperit, honoratus est : solius idcirco verbi est honor.

17 *Justitia enim Dei in ipso revelatur*
Habac. 2.4. *ex fide in fidem, sicut scriptum est; Justus autem ex fide vivet.*] Cùm dixerit quòd ad salutem esset Evangelium, exponit, quî hoc sit : nempe servet nos quòd *justitia Dei*, non sanè nostra. Qualem enim justitiam nos haberemus execrati operibus & corrupti? At verò Deus justificavit nos, non ex operibus, sed ex fide, quæ ad fidem uberiorem &

τον χρέος ἔχω, ὁ κηρύττειν· ὃ καὶ τοῖς Κορινθίοις ἔφη, Οὐαὶ μοι ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι. Προθυμος οὖν εἰμι καὶ ὑμῖν κηρύξαι, κἂν κίνδυνοι προφορῶνται· ὅτως ἔζεε τῇ ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ σπουδῇ.

16 Ου γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ· δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι.] Επειδὴ οἱ Ρωμαῖοι σφόδρα ἦσαν ἐκπεπληγμένοι περὶ τὴν τοῦ κόσμου δόξαν, αὐτὸς ὁ ἔμελλε κηρύττειν τὰ πάντα καὶ τὴν ἀτιμίαν ὑπο- "ἢ ἀδοξίαν
μένειν Ιησοῦ, καὶ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ἐπαισχύνεσθαι τοιούτου δοκοῦντι σωτῆρι· διὸ τοῦτό φησιν, οὐκ ἐπαισχύνομαι· ἐκείνους γὰρ ἐδίδασκεν μὴ ἐπαισχύνεσθαι, ἐπεί τοί γε αὐτὸς οὐ μόνον οὐκ ἐπῃσχύνετο, ἀλλὰ καὶ ἐκαυχᾶτο. Αμα δὲ καὶ ὅτι αὐτοὶ ὅτι σοφίᾳ ἐκόμπαζον, ἐγὼ, φησι, ἔρχομαι κηρύττων, καὶ οὐ διὰ τοῦτο αἰσχύνομαι· δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν. ἔστι καὶ δύναμις εἰς κόλασιν, ὡς τοῖς Αἰγυπτίοις ἐνεδείκνυτο ὁ Θεὸς τὴν αὐτοῦ δύναμιν, κολάζων αὐτούς· ἔστι καὶ εἰς ἀπώλειαν, ὡς Φοβήθητε τὸν δυνάμενον ἀπολέσαι καὶ γέενναν. Α τοίνυν ἐγὼ ὁ Παῦλος κηρύττω, οὐ κόλασιν καὶ ἀπώλειαν προφέρει, ἀλλὰ σωτηρίαν· τίνι δέ; παντὶ τῷ πιστεύοντι. Ου γὰρ ἁπλῶς πᾶσίν ἐστιν εἰς σωτηρίαν τὸ εὐαγγέλιον, ἀλλὰ τοῖς προσδεχομένοις.

Ιουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ελλήνι.] Τὸ πρῶτον σύνταξα, τάξεώς ἐστι τιμή, οὐ χάριτος πλεονασμός. οὐ γὰρ πλέον ἔχει ὁ Ιουδαῖος, ἐν τῷ μείζονα λαβεῖν δικαιοσύνην, ἀλλ' ἐν τῷ πρῶτον αὐτὴν λαβεῖν, τετίμηται· ῥήματος οὖν ἐστι τιμὴ μόνον.

17 Δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται) οὐκ πίστεως εἰς πίστιν, καθὼς γέγραπται· ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται.] Επειδὴ, ὅτι εἰς σωτηρίαν ἐστὶ τὸ εὐαγγέλιον, λέγει καὶ πῶς ἐστι τοῦτο· ὅτι ἡ δικαιοσύνη τοῦ Θεοῦ σώζει ἡμᾶς· οὐ γὰρ ἡμετέραν ποίαν γὰρ ἔχομεν δικαιοσύνην ἡμεῖς ἐβδελυγμένοι τοῖς ἔργοις καὶ διεφθαρμένοι; ἀλλ' ὁ Θεὸς ἐδικαίωσεν ἡμᾶς· οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐκ πίστεως· ἥτις

εἰς

εἰς πίστιν πλείω καὶ μείζω προκόπτην ὀφείλῃ. Οὐ γὰρ ἔρχεῖ ὁ πρώτως πιστεύσας, ἀλλ' ἐκ τῆς εἰσαγωγικῆς πίστεως δεῖ ἡμᾶς διαβαίνειν εἰς τὴν τελεωτέραν πίστιν, τὴν ἀμετάπτωτον δηλαδὴ καὶ βεβαίαν ἵδρυσιν, καθὸ καὶ οἱ ἀπόστολοι εἶπον πρὸς τὸν Κύριον, Πρόσθες ἡμῖν πίστιν. Βεβαιοῖ γὰρ ὃ λέγω, φημὶ δὲ, ὅτι ἐκ πίστεως ἐδικαιώθημεν, ἀπὸ τῆς Ἀμβακούμ. Ὁ δίκαιος γάρ, φησιν, ἐκ πίστεως ζήσεται. Ἐπειδὴ γὰρ ἅπαξ ἡμῖν ὁ Θεὸς ἐχαρίσατο, ὑπερβαίνει τοὺς ἀνθρωπίνους λογισμοὺς, εἰκότως τῆς πίστεως δεῖ ἡμῖν· ὡς ἐάν γε ἐρευνῶμεν περιεργάζεσθαι, ὃ πάνυ ἀπωλέσαμεν.

18 Ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ Θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων.] Ἀπὸ τῆς χρηστοτέρων * ἀρξάμενος, καὶ εἰπὼν, ὅτι δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἀποκαλύπτεται, νῦν λέγει καὶ τὰ φοβοῦσαν δυνάμενα· οἶδε γὰρ ὅτι οἱ πλείους τῷ φόβῳ πρὸς τὴν ἀρετὴν ἕλκονται. Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς μέμνηται " τῆς βασιλείας τότε. Καὶ οἱ προφῆται τὰ ἀγαθὰ προτιθέασιν, εἶτα τὰ κακά· ὅτι ἐκεῖνα μέν, τὴν προαιρουμένης τοῦ Θεοῦ γνώμης· ταῦτα δὲ, τῆς ἡμετέρας ῥᾳθυμίας. Σκόπει δὲ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λόγου· ἦλθε, φησιν, ὁ Κύριος, δικαιοσύνην σοι φέρων καὶ ἄφεσιν· ἐὰν μὲν δέξῃ, τότε ἀποκαλύπτεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἀπὸ οὐρανοῦ, ἡ κατὰ τὴν δευτέραν δηλαδὴ προσοψίαν. Καὶ νῦν μὲν γὰρ ἀπολαύομεν τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, ἀλλὰ πρὸς διόρθωσιν· τότε δὲ πρὸς κόλασιν μόνον. Καὶ νῦν μὲν ὑπὸ ἀνθρώπων δοκοῦμεν ὑπερεάζεσθαι καὶ πολλὰ, τότε δὲ φανερὰ ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ κόλασις ὑπὲρ πᾶσαν ἀσέβειαν. Ἡ μὲν δεισιδαιμονία, καὶ ἡ δυσέβεια, μία· ἡ δὲ ἀσέβεια πολυμερής· διὸ καὶ τοῦτο εἶπε, πᾶσαν ἀσέβειαν, ὡς πολλῶν ὄντων ὁδῶν. Καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων. Ἄλλο ἀσέβεια, καὶ ἄλλο ἀδικία· ἡ μὲν γὰρ, εἰς Θεὸν· ἡ δὲ ἀδικία, εἰς ἀνθρώπους· καὶ ἡ μὲν, τοῦ θεωρητικοῦ ἁμάρτημα· ἡ δὲ, τοῦ πρακτικοῦ. πολλαὶ δὲ καὶ αἱ ταύτης ὁδοί· ἀδικεῖ γάρ τις τὸν πλησίον

majorem procedere debet. Nec enim satis est primùm credidisse, cæterùm ex introductoria fide oportet nos ascendere ad consummatiorem fidem, immobilem nempe & firmam sedem, seu stabilimentum: sicut & Apostoli dixerunt ad Dominum: *Adauge nobis fidem.* Confirmat autem quod ait, nempe, quòd ex fide justificati sumus, ex prophetia Habacuc: *Justus* enim, inquit, *ex fide vivet.* Cùm enim ea quæ nobis per gratiam suam Deus impertiit, humanas cogitationes excedant, meritò nobis fide opus est. Nam si cœperimus curiosi divinarum rerum scrutatores esse, universum perdidimus. Luc. 17. 5.

18 *Revelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem & injustitiam hominum, veritatem in injustitia detinentium.*] Cùm à commodioribus orsus esset, dixissetq; justitiam Dei per Evangelium revelari, nunc ea profert quæ terrere queant: novit enim quòd plures metu ad virtutem trahuntur. Hunc in modum Deus regni mentionem faciens, simul gehennæ meminit: Prophetæ item primùm bona præponunt, deinde mala subjiciunt. Nam illa quidem sunt præcedentis & præcipuæ voluntatis Dei, hæc autem nostræ ignaviæ. Considera autem hîc orationis consecutionem. Venit, inquit, Dominus justitiam tibi adferens, noxæque dimissionem: quæ si non admiseris, tum revelatur ira Dei de cœlo, quæ videlicet in secundo exprometur adventu. Ac hodie quidem experimur iram ejus, verùm ad correctionem: tum verò ad supplicium tantùmodo. Et nunc quidem ab hominibus videmur in multis lædi & affligi: tunc verò manifesta erit pœna divina *super omnem impietatem.* Verus sanè cultus & pietas una est; impietas verò, multifida: eam ob rem dixit, *omnem impietatem*, ceu multæ sint ejus viæ: & *injustitiam hominum.* Aliud est impietas, & aliud injustitia. Illa enim in Deum, injustitia verò in homines. Ac illa quidem mentis in speculatione versantis peccatum est, hæc verò in opere consistentis. Hujus porrò sunt multæ semitæ. Nam iujurius est quispiam

* χρ.

" χρ. τῆς βασιλείας τότε.

proximo, cùm in pecuniâ & facultatibus, tum in uxore & gloriâ. Quidã verò asserunt, etiam injustitiam de dogmatibus hîc positam. Quid verò sit, *veritatem in injustitia detinentium*, audi: veritas, sive quæ de Deo est cognitio, mortalibus ab initio est insita: hanc veritatem atque notitiam Græci in injustitia detinuerunt, hoc est, quantum in ipsis erat, injuriâ affecerunt, idolis deferentes gloriam Dei. Perinde ac si quis pecunias accipiens, ad regis gloriam insumendas, illas in prædones & scorta prodigat, rectè dicetur injurius esse adversùs regis gloriam & magnificentiam. Græci itaque in injustitia detinuerunt, hoc est, cooperuerunt, & injustè veluti tenebris obfuscârunt gloriam Dei & cognitionem, cùm non decenter neque commodè illâ uterentur.

19 *Quia quod de Deo cognosci potest, manifestum est in illis: Deus enim ipsis manifestavit.* 20 *Invisibilia enim ipsius à creaturâ mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus potentia & divinitas: ita ut sint inexcusabiles:* 21 *Quia cùm Deum cognovissent, non ut Deum glorificaverunt, aut gratias egêrunt.*] Suprà dixit, quòd cognitionem Dei injuriâ affecerunt Græci, eâ nimirum abutentes. Unde igitur perspicuum sit quòd Dei notitiam habuerint, nunc explicat: *quoniam quod de Deo cognosci potest, manifestum est in illis.* Deinde hoc ipsum corroborat, inquiens, quoniam ex bona creaturarum constitutione prædicatur opifex: quemadmodum & David ait: *Cœli enarrant gloriam Dei.* Quid autem sit, quod de Deo cognosci possit, ita discere queas. De Deo, aliud quidem cognosci non potest, ut ipsa essentia: aliud verò cognosci potest, ut omnia quæ sunt circa essentiam, nempe bonitas, sapientia, potentia, divinitas, sive majestas: quæ & invisibilia ejus divus Paulus nominat, intellecta quidem ex operibus. Græcis itaque monstravit quicquid de sese cognosci posset, sive omnia ad essentiam ejus spectantia: quæ oculis quidem sensibilibus invisibilia sunt,

Psal. 18. 1.

καὶ ἐν χρήμασι, καὶ ἐν γυναικὶ, καὶ ἐν δόξῃ. Τινὲς δέ φασιν, ὅτι καὶ τὴν ἀδικίαν περὶ δογμάτων ἔθηκε. Τί δέ ἐστι, τὴν τῆς ἀληθείας ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων, ἄκουε. Ἡ ἀλήθεια, ἤτοι ἡ περὶ Θεοῦ γνῶσις, τοῖς ἀνθρώποις ἐνετέθη ἐξ ἀρχῆς· Ταύτην τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὴν γνῶσιν, οἱ Ἕλληνες ἐν ἀδικίᾳ κατέσχον, τουτέστιν, ἠδίκησαν τὸ ὄσον ἐπ' αὐτοῖς, εἰδώλοις περιθέντες τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. Ὥσπερ καὶ ὁ χρήματα λαβὼν ὥστε εἰς τὴν τοῦ βασιλέως δόξαν ἀναλῶσαι, ἀντὶ εἰς λῃστὰς δαπανήσῃ ταῦτα καὶ πόρνας, λεχθείη ἂν ἀδικῆσαι τὴν τοῦ βασιλέως δόξαν. Καὶ οἱ Ἕλληνες οὖν ἐν ἀδικίᾳ κατέσχον, τουτέστι, κατεκάλυψαν, καὶ ἐσκότισαν ἀδίκως "τὴν "γρ. τὴν γνῶσιν τοῦ Θεοῦ. δόξαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν γνῶσιν, οὐκ εἰς ὃ προσῆκον αὐτῇ χρησάμενοι.

5 Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα. 6 Τοῦτο γινώσκοντες, ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη, ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ.] Οὐκ εἶπεν ὅτι ἐκοινωνήσαμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ σύμφυτοι γεγόναμεν, τῆς φυτείας ὀνόματι τὴν ἐκ ταύτης καρπὸν αἰνιξάμενος. Ταφὲν γὰρ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἐν τῇ γῇ, καρπὸν σωτηρίας ἠνέγκεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἡμεῖς μὲν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνος δὲ ἐν τῇ γῇ ἐτάφη· καὶ ἡμεῖς μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἐκεῖνος δὲ τῷ σώματι· διὰ τοῦτο οὐκ εἶπε, τῷ θανάτῳ, ἀλλὰ τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου. Καὶ τῆς ἀναστάσεως οὖν κοινωνοὶ ἐσόμεθα, ζωὴν αἰώνιον καὶ αὐτοὶ κληρονομοῦντες, διὰ τῶν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις ἀνάστασιν ὑποδειξάμενοι. Καὶ γὰρ ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος, τουτέστιν, ἡ κακία, συνεσταυρώθη, τουτέστιν, ὁμοίως τῷ σώματι τοῦ Χριστοῦ, ἐν τῷ βαπτίσματι ἐτάφη, ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, τουτέστιν, ἤτοι ἡ ἀπὸ διαφόρων μερῶν συγκειμένη κακία, καὶ ὥσπερ

ptizati ſumus? 4 *Conſepulti igitur ſumus per baptiſma in mortem, ut quo modo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ſic & nos in novitate vitæ ambulemus.*] Quomodo peccato mortui ſimus, jam adſtruit, per baptiſma inquiens. In mortem enim Chriſti baptizati ſumus, hoc eſt, ut & nos ſicut ille moriamur. Quod enim Chriſto eſt crux & ſepulchrũ, id nobis eſt baptiſma, etiamſi ad eadem utrumque non pertineat. Ipſe namque carni mortuus eſt & reſurrexit, nos autem peccato morientes, reſurgimus virtuti: ut ſicuti Chriſtus carne *reſurrexit à mortuis per gloriam patris*, hoc eſt, per propriam divinitatem (nam gloria patris eſt filius) ſic & nos aliâ reſurrectione reſurgamus, novâ ſcilicet vivendi ratione. Quum enim fornicator ſit temperans, ecce mortem & reſurrectionem, vitio in homine moriente, ac virtute reſurgente & reviviſcente.

5 *Si enim complantati ſumus ſimilitudini mortis ipſius, ſimul & reſurrectionis erimus:* 6 *Hoc ſcientes, quòd vetus noſter homo ſimul crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati, ut ultrà non ſerviamus peccato.*] Non dixit, quòd communicaverimus ſimilitudini mortis ejus, verùm *complantati ſumus*, plantationis nomine fructum qui ex ea provenit, adumbrans. Corpus enim Domini in terra ſepultum, ſalutis fructum protulit. Quia autem nos in aqua, ille verò in terra ſepultus eſt, & nos quidem quoad peccatum, ille verò quatenus ad corpus; idcirco non dixit, morti, ſed *ſimilitudini mortis*. Proinde & reſurrectionis conſortes erimus, vitæ æternæ hæreditatem poſſeſſuri, propterea quòd eam quæ in operibus bonis conſiſtit reſurrectionem priùs repræſentavimus. Etenim vetus noſter homo, id eſt, malitia, *ſimul crucifixus eſt*, hoc eſt, perinde ut corpus Chriſti, in baptiſmate ſepultus eſt, *ut abolectur corpus peccati*, id eſt, ſive vitium ex variis partibus compoſitum ac tanquam in unum corpus coaleſcens,

coalescens, sive corpus nostrum ad peccandum proclive: propterea infert, *ut non ultrà inserviamus peccato.* Volo enim, inquit, ipsum esse mortuum, non ut destruatur, sed ne peccet.

7 *Qui enim mortuus est, justificatus est à peccato.*] De quolibet homine hoc ait: Quemadmodum qui vitâ functus est, *justificatus est à peccato*, hoc est, absolutus est, liberatus est: ita & tu qui baptizatus & mortuus es peccato, mortuus ei persevera.

8 *Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quòd & simul vivemus cum ipso,* 9 *Scientes quòd Christus resurgens à mortuis, porrò non moritur; mors illi ultrà non dominabitur.* 10 *Quòd enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quòd autem vivit, vivit Deo.* 11 *Sic & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo, in Christo Jesu Domino nostro.*] Reiterare idem videtur, at secus se res habet. Suprà enim dicebat, quòd oporteret nos peccato semper manere mortuos: nunc autem verba facit de resurrectione novæ vitæ, quam secundùm Deum nos semper habere convenit. Si enim mortui sumus cum Christo per baptisma, credimus quòd & resurrectionem, quæ in novitate vitæ consistit, obtinebimus apud nos semper manentem. Nam & Christus excitatus, in sempiterna secula vivit, non ampliùs moriturus. Etenim illud; *Quòd mortuus est, peccato mortuus est*, hoc est, propter peccatum nostrum, cùm minimè morti obnoxius esset. *Quòd autem vivit, vivit Deo*, id est, divinâ potentiâ. Vivit enim semper in virtute & potentia Dei & Patris. Quia autem Christus secundò non moritur, neque nos secundam mortem per alterum baptisma habemus. Maneamus igitur in prioribus, hoc est, in morte quidem peccati, in resurrectione autem vitæ quæ est secundùm Deum. Hoc autem continget nobis, *In Christo Jesu*, id est, auxilio illius. Qui enim nos mortuos excitavit, multò magis viventes in vita conservabit.

ἐν σῶμα ὄσα, ἢ χ̀ ὁ σῶμα ἡμῶν τ̀ ἁμαρτητικόν· διὸ ὅτι φέρει, φ̀ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ, Βούλομαι γάρ, φησιν, αὐτὸ τοῦτο εἶ) νεκρὸν, ὑχ ἵνα ἀφανισθῇ, ἀλ' ἵνα μὴ ἁμαρτάνῃ.

7 Ο γ̀ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τ̃ ἁμαρτίας.] Περὶ παντὸς ἀνθρώπου τοῦτό φησιν, ὅτι ὥσπερ ὁ ἀποθανὼν, δεδικαίωται ἀπὸ τ̃ ἁμαρτίας, τουτέστιν, ἀπολέλυται, ἠλευθέρωται, οὕτω χ̀ σὺ ὁ βαπτισθεὶς, χ̀ νεκρωθεὶς τῇ ἁμαρτίᾳ, μένε νεκρός.

8 Εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ, πιστεύομεν ὅτι χ̀ συζήσομεν αὐτῷ· 9 Εἰδότες ὅτι Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, ὐκέτι ἀποθνήσκει· θάνατος αὐτ̃ οὐκέτι κυριεύει. 10 Ο γ̀ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφάπαξ· ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ. 11 Οὕτω χ̀ ὑμεῖς λογίζεσθε, ἑαυτοὺς νεκροὺς μὲν τοῦ) τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ Θεῷ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.] Δοκεῖ παλιλλογεῖν, ἀλλ' οὐκ ἔστι. Καὶ γ̀ ἀνωτέρω μέν, περὶ τ̃ ἀεὶ δεῖν νεκροὺς μένειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ, ἔλεγε· νυνὶ δὲ, περὶ τ̃ ἀεὶ ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς τ̀ ἀνάστασιν τ̃ χ̃ Θεὸν πολιτείας. Εἰ γ̀ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ διὰ τ̃ βαπτίσματος, πιστεύομεν ὅτι χ̀ τ̀ ἐν καινότητι ζωῆς ἀνάστασιν ἕξομεν ἀεὶ παρ' ἡμῖν. Καὶ γ̀ ὁ Χριστὸς ἐγερθεὶς, ἀεὶ ζῇ, οὐκέτι ἀποθνήσκων. Καὶ οὐκεῖνο γ̀, Ο ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανε, τοῦτ' ἔστι, διὰ τὰ ἁμαρτήματα τ̀ ἡμετέραν, χ̀ ὐχ ὑπόδικος ὢν τ̃ θανάτῳ. Ο δὲ ζῇ, ζῇ τ̃ Θεῷ, τουτέστι, τῇ θείᾳ δυνάμει. Ζῇ γ̀ ἀεὶ ἐν τῇ δυνάμει τ̃ Θεοῦ καὶ πατρός. Ἐπειδὴ δὲ δεύτερον οὐκ ἀποθνήσκει Χριστὸς, οὐδὲ ἡμεῖς δεύτερον θάνατον διὰ ἑτέρου βαπτίσματος ἔχομεν. Μένωμεν οὖν ἐπὶ τ̀ πρώτερον, τουτέστι, τ̃ θανάτῳ μὲν τ̃ ἁμαρτίας, ἀναστάσεως δὲ τ̃ χ̃ Θεὸν βίου. Τοῦτο δὲ γενήσεται ἡμῖν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τουτέστιν, ἐν τῇ συμμαχίᾳ ἐκείνου. Ο γ̀ νεκροὺς ὄντας ἀναστήσας, πολλῷ μᾶλλον ζῶντας ἐν τῇ ζωῇ σωτηρήσει.

12 Μὴ

12 Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ.] Δείκνυς ὅτι ἡ βία καὶ ἀνάγκη κατεχόμεθα ὑπὸ τῆς κακίας, διὰ ἐκόντες, οὐκ εἶπε, μὴ τυραννείτω, διὰ, μὴ βασιλευέτω· βασιλεία γὰρ ἐκόντων ὄντων ἐπιτροπία. Εἰπὼν δέ, ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, ἔδειξε δύο τοῦτο· ἓν μέν, ὅτι ὅτε τὰ ἡδέα τοῦ σώματος, μόνιμα· θνητὸν γάρ ἐστιν· ὥστε οὐ δεῖ χαρίζεσθαι αὐτῷ ἐν τούτοις· ὅτε τὰ ἐπίπονα φιλοσοφοῦμεν· ὥστε οὐ δεῖ φεύγειν τὰ λυπηρά, καὶ τοὺς πρὸς τὰς ἡδονὰς ἀγῶνας. Δεύτερον δέ, ὅτι ἀναμιμνήσκει ἡμᾶς, ὅτι ἡ θνητότης ἐξ ἁμαρτίας. Μηκέτι οὖν δουλούσης αὐτῇ, τῇ θανάτου ἐπιφερούσῃ. Πῶς δὲ βασιλεύει ἡ ἁμαρτία; Εἰ ὑπακούσωμεν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τοῦ σώματος. Ὥστε οὐ τὸ σῶμα φύσει βλάπτει, ἀλλὰ τὸ ὑπακούειν τῇ ἁμαρτίᾳ. Ὅρα δὲ πάλιν χάριν τοῦ Χριστοῦ, πῶς ὁ μὲν Ἀδὰμ ἥμαρτε, καίτοι μὴ θνητὸν ἔχων σῶμα· ἡμεῖς δὲ ἐν θνητῷ σώματι περιχαρόμεθα τῆς ἁμαρτίας.

13 Μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας, καὶ τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ Θεῷ.] Πῦ εἰσιν οἱ Μανιχαῖοι, οἱ λέγοντες τὸ σῶμα φύσει πονηρόν; ὅπλον γάρ ἐστι· τὸ δὲ ὅπλον, μέσον ἀρετῆς καὶ κακίας. Τῷ στρατιώτῃ, ἡ μάχαιρα ὅπλον ὑπὲρ τῆς πολιτῶν· τῷ λῃστῇ, ἡ μάχαιρα ὅπλον κατὰ τῶν πολιτῶν. Μὴ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ. Ὁ γὰρ ἁμαρτάνων, ἀδικεῖ μέν, καὶ τὸν πλησίον πολλάκις, πάντοτε δὲ ἑαυτόν. Ἀλλὰ τῷ Θεῷ παραστήσατε, ἐννοήσαντες τὸ μέσον τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ὑπὸ τίνι βέλτιον τάττεσθαι καὶ βασιλεύεσθαι, ἆρα τῇ νεκρωσάσῃ ἁμαρτίᾳ, ἢ τῷ ζωώσαντι Θεῷ. Ὅπλα δὲ δικαιοσύνης τὰ μέλη εἶπεν, ἅμα μὲν δείκνυσιν, ὃ καὶ ἀνωτέρω εἴρηται, ὅτι οὐ πονηρὸν τὸ σῶμα, εἴγε ὅπλον δικαιοσύνης

12 *Non ergo regnet peccatum in mortali veſtro corpore, ut obediatis ipſi in cupiditatibus ipſius.*] Oſtendens quòd non vi aut neceſſitate à vitiis detinemur, ſed noſtrâ ſponte, non dixit, tyrannidem non exerceat; ſed, *ne regnet.* Regnum enim eſt voluntariorum principatus. Cùm autem dixit, *in mortali veſtro corpore*, duo hæc indicavit: alterum, quòd neque ſuavia corpori ſtabilia ſint, morti ſiquidem eſt obnoxium: quare non eſt cur iſtiuſmodi voluptatibus tradatur corpus: neque difficilia ac laborioſa perpetuò maneant: hinc triſtia haudquaquam ſunt fugienda, neque certamina, quæ nobis adverſùs voluptates ſint ineunda. Alterum eſt, quòd nobis ad memoriam revocat ac docet, mortalitatem ipſam ex peccato eſſe. Non igitur in poſterum illi inſervias, mortem, ſcilicet, afferenti. Quo igitur modo regnat peccatum? ſi obedierimus ei in cupiditatibus corporis. Itaque corpus ſuâ naturâ haud nocet, ſed obedire peccato. Obſerva hîc Chriſti gratiam, quòd Adam quidem peccârit, etiamſi corpus mortale non habuit: nos verò in corpore mortali peccatum ſuperamus.

13 *Ne exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos ipſos Deo tanquam ex mortuis viventes, & membra veſtra arma juſtitiæ Deo.*] Ubi Manichæi, qui corpus naturâ pravum dicunt? Armorum enim hic nomine cenſetur. Arma verò, media inter virtutem & vitium. Militi, enſis eſt inſtrumentum pro civibus; prædoni, gladius inſtrumentum eſt contra cives. *Ne exhibete* igitur *membra veſtra arma injuſtitiæ peccato.* Qui enim peccat, injuriam ſanè infert, proximo, ſæpe; ſibi verò, ſemper. *Sed exhibete vos ipſos Deo*, expendèntes quantum intereſt inter Deum & peccatum, & utri melius ſit ſubjici & gubernari; occidenti peccato, an vivificanti Deo. Dicens autem, *membra, arma juſtitiæ*, partim oſtendit, id quod ſuprà dictum eſt, quòd corpus non eſt pravum, ſiquidem juſtitiæ arma ſive inſtrumentum fieri poſſit:

partim

partim quòd & prælium inſtet, atque oporteat nos ſub Deo imperatore eſſe, nec non arma pro anima noſtra ſumere.

14 *Peccatum enim vobis non dominabitur. Non enim eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.*] Corpus, inquit, veſtrum, ante Chriſti adventum à peccato facilè expugnari potuit. Neque enim Spiritus aderat qui ſuccurreret, neque baptiſma quod mortificare poſſet. Propterea & lex præcipiens & ſuggerens quid agendum eſſet, nihil perficiebat. Poſt Chriſti autem adventum lucta facilior eſt reddita: ideóque certamina majora, ceu auxilio ampliori nobis ſuppeditato. Non dominabitur igitur nobis peccatum, niſi nimiùm nos ipſi ſubdiderîmus. Non enim eſt lex quæ jubet tantùm, nihil autem auxilii præbet, verùm gratia, quæ & priora peccata remittit, & adversùs futura munit.

15 *Quid igitur? Peccabimus, quoniam non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia? Abſit.* 16 *An neſcitis quòd cui exhibetis vos ipſos ſervos ad obedientiam, ſervi eſtis cui obeditis, ſive peccati ad mortem, ſive obedientiæ ad juſtitiam?*] Ubiq; objectiones has ſuſpectas habet: ideo & producit & diluit, quemadmodum & hanc, ad quam reſpondet, dicens, *Abſit*. Deinde oſtendit quòd facile nobis ſit non peccare. Cogitate enim apud vos utrum ſit commodius, ſervos vos eſſe peccati, veſtrâ ſponte illi ſubjectos (hoc enim indicat per verbum *exhibete*) & lucrari mortem, hoc eſt, nullis unquam ſeculis finiendum ſupplicium (nam Adami peccatum mortem peperit corporalem, & quæ diſſolvitur: Peccatum autem quod nunc eſt, æternæ morti, pœnæ nimirum ſempiternæ tradit hominem) an ſervire Deo, & juſtitiam, aliáque ex hac promanantia bona lucrari.

17 *Gratia autem Deo; quoniam eratis ſervi peccati, obediſtis autem ex corde in eam formam doctrinæ in quam traditi eſtis.*] *Gratia Deo:* non enim erat humanarum virium quòd nos ab illis malis liberamur;

δυνάται γὰρ ἀνέλεγξ· ἅμα δὲ, ὅτι καὶ πόλεμος ἐφέστηκε, καὶ δεῖ ὑπὸ Θεῷ " στρατηγῷ τοῦ), " γρ. στρατηγῷ. καὶ τὰ ὅπλα ὑπὲρ τῆς ψυχῆς πτῆναι.

14 Ἁμαρτία γὰρ ὑμῶν οὐ κυριεύσει. οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον, ἀλλὰ ὑπὸ χάριν.] Τὸ σῶμά, φησιν, ὑμῶν, πρὸ μὲν τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, εὐκαταγώνιστον ἦν τῇ ἁμαρτίᾳ. οὔτε γὰρ πνεῦμα παρῆν ὃ βοηθοῖ, οὔτε βάπτισμα τὸ νεκρῶσαν δυνάμενον. διὸ καὶ ὁ νόμος ὑπαγορεύων τὰ πρακτέα, οὐδὲν ἤνυεν· ἐλθόντος δὲ τοῦ Χριστοῦ, τὰ παλαίσματα εὐκολώτερα γέγονε. διὸ καὶ μείζω τὰ ἀγωνίσματα, ὡς μείζονος βοηθείας δεδομένης ἡμῖν. Οὐ κυριεύσει οὖν ἡ ἁμαρτία ἡμῶν, ἐὰν μὴ σφόδρα ἑαυτοὺς ὑποκαταπλίνωμεν· Οὐ γάρ ἐστι νόμος ὁ κελεύων μόνον, μηδεμίαν δὲ βοήθειαν διδοὺς, ἀλλὰ χάρις ἡ καὶ τὰ πρότερα ἁμαρτήματα ἀφιεῖσα, καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ἀσφαλιζομένη.

15 Τί οὖν; ἁμαρτήσομεν ὅτι οὐκ ἐσμὲν ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν; μὴ γένοιτο. 16 Οὐκ οἴδατε ὅτι ᾧ παρίστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοὴν, δοῦλοί ἐστε ᾧ ὑπακούετε, ἤτοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον, ἢ ὑπακοῆς εἰς δικαιοσύνην;] Πανταχοῦ τὰς ἀνυπάρκτους ταύτας ὑποβάλλει, καὶ διὰ τοῦτο ῥᾳδίαν τὴν λύσιν, ὥσπερ καὶ ταύτην, εἰπών, μὴ γένοιτο. Εἶτα δείκνυσιν ὅτι εὔκολον ἡμῖν τὸ μὴ ἁμαρτάνειν. Ἐννοήσατε γὰρ ποῖον χρῆμα, δούλους εἶναι) ἁμαρτίας ἐκείνῃς ὑποταττομένους ταύτῃ, (τοῦτο γὰρ δηλοῖ διὰ τοῦ παρίστάνετε) καὶ κερδαίνειν τὸ θάνατον, τουτέστι, τὴν ἀθανασίαν κόλασιν, (ἡ μὲν γὰρ τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτία, θάνατον σωματικὸν καὶ λυόμενον ἔτεκεν· ἡ δὲ νῦν ἁμαρτία θανάτῳ αἰωνίῳ, τῇ κολαστῇ φημὶ, τὸ ἀνθρωπον παραδίδωσιν) ἢ ὑπακούειν Θεῷ, καὶ δικαιοσύνην κερδαίνειν, καὶ τὰ ἐκ ταύτης ἀγαθά.

17 Χάρις δὲ τῷ Θεῷ, ὅτι ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς.] Χάρις τῷ Θεῷ. Οὐκ ἀνθρωπίνη γὰρ ἰσχὺς " τὸ ἀπαλλαγῆναι ἡμᾶς ἐκεί- " χρῆσθαι νων

νων τῶν κακῶν, ἀλλὰ θείας. διὸ καὶ βύτερεῖσθαι δεῖ. Οὐκ ἰωαγκάσθητε δὲ, ἀλλ' ἑκόντες ἐν καρδίᾳ ὑπηκούσατε. Ὡςε "χ. μὴν. "μὴ παλινδρομήσητε ὅπῃ ὃ χεῖρον, ὃ ἑκόντες ἀπέστητε. Δείκνύων δὲ ὅτι εἰ καὶ αὐτοὶ προσῆλθον, ἀλλ' ὅμως τὸ τοῦ Θεοῦ χάρισμα ὃ πολὺ, προσετέθηκε, ὃ, παρεδόθητε, τυτέστιν, ὑπὸ Θεοῦ ὡδηγήθητε εἰς τὸν τύπον τῆς διδαχῆς. Τίς δὲ ὁ τύπος τῆς διδαχῆς; τὸ ὀρθῶς ζῆν, καὶ μὴ πολιτείας δεῖσθαι.

18 Ἐλευθερωθέντες δὲ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ. 19 Ἀνθρώπινον λέγω, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν. ὥσπερ γὰρ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν· οὕτω νῦν παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ εἰς ἁγιασμόν.] Δύο ταῦτα εὐηργετήθητε παρὰ τοῦ Θεοῦ, τό, τε ἐλευθερωθῆναι τῆς τοσαύτης αἰσχύνης, καὶ τὸ δουλωθῆναι τῇ δικαιοσύνῃ· ὅπερ ἐστὶ δόξης ἀπολαῦσαι πολλῆς. Μέλλων δὲ εἰπεῖν, ὅτι ὅσον "χ. ἐδουλώθητε. "ἐδουλώσατε τῇ ἁμαρτίᾳ, δουλώσατε τῷ Θεῷ· παραλαβών φησιν, ἀνθρώπινον λέγω, τυτέστιν, εὐτελές, μικροπρεπὲς, σύμμετρον τῇ ἀσθενείᾳ ὑμῶν. Εδει μὲν γὰρ πολλαπλάσιον τὸ μέτρον τῆς δουλείας ὑποδείκνυσθαι τῷ Θεῷ "ἣν τῇ "χ. ὅπερ. ἁμαρτίᾳ· ὅμως δ' οὖν διὰ τὴν ἀσθένειαν καὶ τὸ ἴσον εἰσενέγκατε. Ὅρα δὲ πῶς σπαργήσασα τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν ἐδούλωσεν, εἰπών, Ὡσπερ γὰρ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα. αὐτοὶ γάρ, φησιν, ἑαυτοὺς αἰχμαλωτίζοντες, ὑποχείρους παρεστήσατε τῇ ἀκαθαρσίᾳ, τυτέστι, μοιχείᾳ, πορνείᾳ, ἁρπαστοποιίᾳ, καὶ τί περὶ μόνης ἀκαθαρσίας λέγω; πάσῃ ἀνομίᾳ, καθολικώτερον πως τὸν λόγον. Τὸ δὲ, εἰς τὴν ἀνομίαν, τῦτ' ἔστιν, εἰς τὸ ὑπερπλέον ἀνομῆσαι. Οὐ γὰρ ὀφείλετε τινὰ ἁμαρτίαν ἐποιήσατε, ἵνα δὲ ἄλλη ταύτης, ἀλλ' ὑπερέκκαυμα ταύτην "χ. μᾶλλον. ἔχητε εἰς τὸ ὑπὲρ "πλέον ἀνομῆσαι. Τῷ ἴσῳ τοίνυν μέτρῳ παραστήσατε

sed planè divini auxilii: propterea & gratos vos esse oportet. Porrò non estis coacti, sed sponte ex animo obedistis. Proinde ne retrocurratis ad id quod deterius est, à quo non inviti destitistis. Monstrans autem, quòd etiamsi ipsi accesserint, totum tamen isthuc divinæ gratiæ opus esse, adjecit, *Traditi estis*, hoc est, à Deo in eam doctrinæ formam perducti estis. Quæ verò isthæc forma doctrinæ est? Rectè & cum optima conversatione vitam ducere.

18 *Liberati autem à peccato, servi facti estis justitiæ.* 19 *Humanum quiddam dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra serva immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra serva justitiæ ad sanctificationem.*] Duo ista beneficia à Deo accepistis, & quòd liberati estis à tanta turpitudine, & quòd servi facti estis justitiæ: quod summo vobis est honori. Cùm autem dicere vellet, in quantum servi fuistis peccati, in tantum nunc inservite Deo; antevertens hoc, *Humanum*, inquit, *dico*, hoc est, exiguum quiddam, humile, imbecillitati vestræ consonum. Oportebat quidem multò majorem esse servitutis mensuram quæ Deo erat exhibenda, quàm quæ peccato: attamen propter infirmitatem vestram, æqualem saltem exhibete. Animadverte autem, quàm apertissimè, nec non summâ perspicuitate voluntariam nostram servitutem indicârit, inquiens; *Sicut enim membra vestra exhibuistis serva.* Ipsi enim vos ipsos captivantes, subjecistis vos impuritati, hoc est, adulterio, fornicationi, rerum nefariarum patrationi: & quid de sola impuritate verba facio? omni potiùs iniquitati, ut universum dicã. Quod autem ait, *Ad iniquitatem*, hoc est; ad legem ulteriùs violandam. Nam post patratum aliquod à vobis peccatum, hîc non conquiescitis, sed ad augendum iniquitatis vestræ modum, hoc ipsum vobis est in fomitem. Pari itaq; mensurâ exhibete

bete membra vestra serva justitiæ, id est, omni virtuti, ut in temperantia & sanctificatione vitam ducatis pro priori impuritate.

20 *Cùm enim servi essetis peccati, liberi fuistis justitiæ.* 21 *Quem igitur fructum habebatis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? finis enim illorum mors est.*] Quando in vitiis & malitiâ vivebatis, inquit, eratis planè à justitia soluti, non subjecti ei, recusantes ipsi omnino servire, sed ab ea in libertatem vos vindicantes. Quare nunc servientes justitiæ, non omnino subjiciamini peccato. At verò quid fructûs & commodi ex impuritate habuistis? nihil, præter ignominiam, & quid dico ignominiam? mortem: *finis enim illorum mors*; corporis quidem sæpenumero, animæ verò omnino. Verùm à morte liberati estis per gratiam Christi, pudor verò adhuc commodè sanè remanet: nunc enim pudet vos istorum scelerum.

22 *Nunc verò liberati à peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam.* 23 *Stipendium enim peccati, mors: donum autem Dei vita æterna in Christo Jesu Domino nostro.*] Operum peccati fructus est pudor: justitiæ fructus sanctificatio, & puritas, & castitas. Finis illorum, mors: finis hujus vita æterna. *Stipendia enim peccati, mors.* Stipendium dicitur cibarium militibus ab Imperatore datum. Vobis igitur sibi servientibus peccatum elargiebatur, inquit, stipendium & servitutis mercedem, mortem. *Donum autem Dei.* Non dixit, merces quæ est à Deo, sed donum. Non enim retributionem & remunerationem laborum vestrorum accepistis, sed ex gratia hæc omnia contigerunt in Christo Jesu: Ipse enim hæc est operatus.

τὰ μὴν ὑμῖν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ, τοῖς ἁγιασμοῖς τυτέσι, πάσῃ ἀρετῇ, ὥστε ἐν σωφροσύνῃ καὶ ἁγιασμῷ διάγειν, ἀντὶ τῆς πονηρᾶς ἀκαθαρσίας. χ. ἁγιασμοῖς.

20 Ὅτε γὰρ ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ. 21 Τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε, ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε; τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων θάνατος.] Ὅτε ἐν κακίᾳ ἐζῆτε, φησὶν, ἀπολελυμένοι ἦτε ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης, μὴ ὑποτεταγμένοι αὐτῇ, μηδὲ θέλοντες δουλεύειν ὅλως αὐτῇ, ἀλλ' ἐλευθεριάζοντες ἀπὸ ταύτης. Ἐκοῦν καὶ νῦν δουλεύοντες τῇ δικαιοσύνῃ, μηδόλως ὑποπίπτετε τῇ ἁμαρτίᾳ. Καίτοι τί ἐκαρπώσασθε ἀπὸ τῆς ἀκαθαρσίας; ὄφελον ἀλλὰ μὴ ἢ αἰσχύνην· καὶ τί λέγω αἰσχύνην; θάνατον· τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων θάνατος· καὶ σωματικὸς μὲν πολλάκις, πάντως δὲ ψυχικός. Ἀλλὰ τοῦ μὲν θανάτου ἀπηλλάγητε διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ· ἡ δὲ αἰσχύνη ἐπιφύεται ἔτι παραμένει· νῦν γὰρ ἐπαισχύνεσθε ὅτι τούτοις.

22 Νυνὶ δὲ ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, δουλωθέντες δὲ τῷ Θεῷ, ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμόν· τὸ δὲ τέλος, ζωὴν αἰώνιον. 23 Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, θάνατος· τὸ δὲ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, ζωὴ αἰώνιος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.] Τῶν τῆς ἁμαρτίας ἔργων ὁ καρπὸς αἰσχύνη· τῆς δικαιοσύνης ὁ καρπὸς ἁγιασμὸς, καὶ καθαρότης, καὶ ἁγνεία. Τὸ τέλος ἐκείνων, θάνατος· τὸ τέλος ταύτης, ζωὴ αἰώνιος. Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, θάνατος. Ὀψώνιον λέγει, τὸ τοῖς στρατιώταις παρὰ τοῦ βασιλέως διδόμενον σιτηρέσιον. Καὶ ὑμῖν οὖν δουλεύουσιν ἐδίδου, φησὶν, ἡ ἁμαρτία ὀψώνιον καὶ ἀντιμισθίαν τῆς δουλείας, τὸν θάνατον. Τὸ δὲ χάρισμα τοῦ Θεοῦ. Οὐκ εἶπεν, ἡ ἀντιμισθία ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὸ χάρισμα. Οὐ γὰρ ἀμοιβὴν καὶ ἀντίδοσιν πόνων ἐλάβετε, ἀλλὰ χάριτι ταῦτα πάντα ἐγένετο ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· αὐτὸς γὰρ ταῦτα εἰργάσατο.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. ζ.

Ἀγνοεῖτε, ἀδελφοὶ, (γινώσκουσι γὰρ νόμον λαλῶ) ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ; 2 Ἡ γὰρ ὑπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρός. 3 Ἄρα οὖν ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς μοιχαλὶς χρηματίσει, ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου· τοῦ μὴ εἶναι αὐτὴν μοιχαλίδα, γενομένην ἀνδρὶ ἑτέρῳ.] Ἀφέλιμος τῇ ἠθικῇ, ὅτι τὸ δογματικὸν μεταβαίνει, καὶ δείκνυσιν ὅτι οὐκέτι ὀφείλουσιν (τοῦτο τὸν νόμον. Καὶ γὰρ ὁ νόμος, φησὶν, ὃν καὶ ὑμεῖς γινώσκετε, κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ. Τοῖς γὰρ τεθνηκόσιν οὐκέτι διαστέλλεται· ὥστε καὶ ὑμεῖς ἀπεθάνετε αὐτῷ, καὶ λοιπὸν οὐκέτι κυριεύει ὑμῶν. Ἐν ἀρχῇ μὲν οὕτω τοῦτο ἠνίξατο· ἐξῆς δὲ ἄλλως τὸ αὐτὸ φησιν, ὅτι ἀποθανόντος τοῦ ἀνδρὸς, ἡ γυνὴ ἔξουσίαν ἔχει ἑτέρῳ συζευχθῆναι. Οὐκοῦν καὶ ἐνταῦθα, ὁ μὲν νόμος ἀνδρὶ ἔοικεν, ὑμᾶς δὲ γυναικί. Εἶτα τὸ ἀκόλουθον εἰκότως εἶπεν, Ὥστε, ἀδελφοὶ, οὐ κυριεύει ὑμῶν ὁ νόμος· ἀπέθανε γάρ. Ἀλλ' οὐκ εἶπεν οὕτως, ἵνα μὴ πλήξῃ τοὺς Ἰουδαίους, ἀλλὰ τὴν γυναῖκα εἰσάγει τελειοῦσθαι, τουτέστιν, αὐτοὺς, ὥστε διπλῆς ἀπολαῦσαι τῆς ἐλευθερίας. Εἰ γὰρ τελειωθέντες τοῦ ἀνδρὸς, ἀπηλλάχθαι τῆς ἐξουσίας τοῦ νόμου, πολλῷ μᾶλλον ἠλευθερῶσθαι ὅτε καὶ αὐτὴ τετελευτηκυῖα φαίνεται.

4 Ὥστε, ἀδελφοί μου, ἐθανατώθητε καὶ ὑμεῖς τῷ νόμῳ διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ γενέσθαι ὑμᾶς ἑτέρῳ τῷ ἐκ νεκρῶν ἐγερθέντι, ἵνα καρποφορήσωμεν τῷ Θεῷ.] Εἰ νεκροὶ γεγόνατε, φησὶν, οὐκ ἐστὲ τοῦτο νόμον. Εἰ γὰρ τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρὸς, οὐκ ἔστιν ὑπεύθυνος ἡ γυνὴ, πολλῷ μᾶλλον αὐτὴ τετελευτηκυῖα ἀπηλλακται τοῦ ζυγοῦ τοῦ νόμου. Ὁρᾷς σοφίαν, πῶς δείκνυσιν αὐτὸν τὸν νόμον βουλόμενον τὸ ἀποστῆναι αὐτοῦ. Ἀπηλλάγητε οὖν καὶ ὑμεῖς τοῦ

CAP. VII.

AN ignoratis, fratres, (scientibus enim legem loquor) quòd lex dominatur in hominem quanto tempore vivit? 2 Nam quæ sub viro est mulier, viventi viro alligata est ex lege: si autem mortuus fuerit vir, soluta est à lege viri. 3 Vivente itaque viro, adultera vocabitur, si fuerit cum alio viro. Si autem mortuus fuerit vir, libera est, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro.] Morali prætermissâ, ad dogmaticam instituendi rationem transit, ostendens quòd non ampliùs debeant esse sub lege. Etenim lex, inquit, quam & vos tenetis, dominatur in hominem tantisper dum vixerit: defunctis enim non ampliùs sancitur. Itaque & vos illi mortui estis, vobisque deinceps non ampliùs dominatur. Porrò hoc in principio quidem sic innuit; deinceps verò id ipsum aliàs dicit: Quòd scilicet, marito mortuo, mulieri copia facta est, ut alteri copulari queat. Proinde & hîc quidem lex viro assimilatur, vos autem uxori. Deinde consectarium erat dicere, Itaque fratres, non dominatur vobis lex, siquidem est mortua: verùm hunc ad modum non dixit, ne offenderet Judæos: sed mortuam uxorem introduxit, hoc est, ipsos, ut ita duplici libertate fruantur. Nam si mortuo marito mulier liberata est à potestate legis, multò magis asserta est in libertatem, quando & ipsa mortua esse cernitur.

4 *Itaque fratres mei, mortificati estis & vos legi, per corpus Christi, ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo.*] Si vitâ defuncti estis, inquit, non estis sub lege. Si enim mortuo marito non ampliùs ejus lege tenetur uxor, multo magis ipsa mortua liberata est à jugo legis. Observa hîc sapientiam, uti ostendit, ipsam quidem legem velle ut ab ipsa deficiant. Liberati estis igitur & vos à lege per corpus Christi crucifixi &

occisi pro nobis. Corpus enim illud propterea occisum est, ut vos moriamini quidem legi, jungamini verò alteri, qui pro vobis mortem obiit, & postea excitatus est. Lex enim mortua, non ampliùs vivit: Christus verò vitâ defunctus, vivit. Quocirca non est data vobis potestas ab isto vivente desciscendi. Ecquid inde lucri? *Ut fructum feramus Deo*, hoc est, ut ex hac copula quâ Christo juncti sumus, liberos progeneremus Deo, nempe bona opera.

5 *Quando enim eramus in carne, affectus peccatorum qui sunt per legem, operabantur in membris nostris ut fructificarent morti.*] Demonstrans quòd nihil nobis lex prosit ad hoc ut effugiamus carnales affectus, sed eos tantummodo indicet: Quando eramus, inquit, in carnali vita & pravis operibus, affectus peccatorum, qui per legem manifestabantur & agnoscebantur, efficaces erant per animam in membris nostris. Non dixit quòd membra operarenter pravitatem, ne locum daret accusationi carnis. Anima enim est instar citharœdi, membra verò ut cithara. Malè namque & ineptè pulsante citharœdo, malè resonat quoque cithara. Cùm itaque sub lege essemus, nec possemus affectus effugere, progenerabamus prava opera morti.

6 *Nunc autem soluti sumus à lege, mortui ei, in qua detinebamur, ut serviamus nos in novitate spiritûs, & non in vetustate literæ.*] Non dixit solutam esse legem, ne offenderet Judæos; sed, *nos soluti sumus à lege*, quod est, absoluti sumus, liberati sumus, defuncti vitâ & mortui, & immobiles facti ad illam rem in qua detinebamur. Ea verò res peccatum erat: in ipso enim veluti vinculo quodam detinebamur. Mortui autem sumus erga istud, *ut serviamus*, nempe Deo, *in novitate spiritûs, & non in vetustate literæ.* Quondam enim virtus difficulter admodum perficiebatur, eò quòd Adamus multas naturæ imminutiones in mortali suo

νόμου διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, τοῦ σταυρωθέντος καὶ θανατωθέντος ὑπὲρ ἡμῶν. Τὸ γὰρ σῶμα " ἐκεῖνο διὰ τοῦτο ἐθανατώθη, ἵνα " ἴσ. ἐκεῖνο. ὑμεῖς ἀποθάνητε μὲν τῷ νόμῳ, ἠλευθερώθητε δὲ ὑπὸ ἕτερον τὸν ἀποθανόντα ὑπὲρ ἡμῶν, εἶτα καὶ ἐγερθέντα. Ὁ μὲν γὰρ νόμος ἀπέθανεν, οὐκέτι ζῇ· ὁ δὲ Χριστὸς θανὼν, ζῇ. ὥστε οὐκ ἔχετε ἐξουσίαν τοῦ ζῶντος τούτου ἀποστῆναι. Καὶ τί ὄφελος; Ἵνα καρποφορήσωμεν τῷ Θεῷ, τοῦτέστιν, ἵνα ἐκ τῆς συζυγίας ταύτης τῆς πρὸς τὸν Χριστὸν, τεκνογονήσωμεν τῷ Θεῷ, τοῦτ' ἔστι ἀγαθάς δηλαδή.

5 Ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν τῇ σαρκὶ, τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν τὰ διὰ τοῦ νόμου, ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, εἰς τὸ καρποφορῆσαι τῷ θανάτῳ.] Δῆλον ὅτι ὁ νόμος οὐδὲν ἡμῖν " συνετέλεσεν εἰς τὸ φυ- " χ. συμπλεῖν τὰ σαρκικὰ πάθη, ἀλλὰ μόνον ἐδείκνυ ταῦτα· Ὅτε ἦμεν, φησὶν, ἐν τῷ σαρκικῷ βίῳ, καὶ ταῖς πονηραῖς πράξεσι, τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν, τὰ διὰ τοῦ νόμου φανερούμενα καὶ γνωριζόμενα, ἐνηργεῖτο τοῦτ' ἔστι ψυχῆς ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν. Οὐκ εἶπεν ὅτι τὰ μέλη * ἐνήργει τινὰ πονηρὰ, ἵνα * ἡμῶν. μὴ δώσῃ χώραν κατηγορῆσαι τὸ σαρκός. Ἡ γὰρ ψυχή ἐστιν οἷόν τις κιθαρῳδὸς, τὰ δὲ μέλη κιθάρα· κακῶς οὖν κρούοντος τοῦ κιθαρῳδοῦ, κακῶς ἠχεῖ καὶ ἡ κιθάρα. Ὑπὸ τὸν νόμον τοίνυν ὄντες, " ὅτε τὰ πάθη οὐκ ἐδυνά- " χ. imi. μεθα φυγεῖν, ἐτεκνογονοῦμεν ταῖς πονηραῖς πράξεσι τῷ θανάτῳ.

6 Νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀποθανόντες ἐν ᾧ κατειχόμεθα, ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν καινότητι πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος.] Οὐκ εἶπεν, ὅτι κατηργήθη ὁ νόμος, ἵνα μὴ πλήξῃ τοὺς Ἰουδαίους· ἀλλὰ, κατηργήθημεν ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νόμου, τοῦτ' ἔστιν, ἀπελύθημεν, ἠλευθερώθημεν, ἀποθανόντες, καὶ νεκροὶ, καὶ ἀκίνητοι γεγόναμεν πρὸς ἐκεῖνο τὸ πρᾶγμα ἐν ᾧ κατειχόμεθα, ὅπερ ἦν ἡ ἁμαρτία. Ἐν αὐτῇ γὰρ οἷόν τινι δεσμῷ κατειχόμεθα. Ἀπεθάνομεν οὖν πρὸς ταύτην, ἵνα δουλεύσωμεν τῷ Θεῷ δηλαδὴ, ἐν καινότητι πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος. Παλαιὰ μὲν γὰρ δυσκατόρθωτος ἦν ἡ ἀρετὴ, ἅτε τοῦ Ἀδὰμ

ἐν

ἐν τῷ ζωοποιῆσαι σὺν τῷ Χριστῷ (χάριτί ἐστε σεσωσμένοι) καὶ συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα ἐνδείξηται ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις τὸ ὑπερβάλλον πλοῦτος τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τῇ γὰρ χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ πίστεως· καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν, θεοῦ τὸ δῶρον· οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μή τις καυχήσηται. Αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν ὁ θεὸς ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν. Διὸ μνημονεύετε ὅτι ποτὲ ὑμεῖς τὰ ἔθνη ἐν σαρκὶ, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου, ὅτι ἦτε τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ. Νυνὶ δὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ὑμεῖς οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν ἐγενήθητε ἐγγὺς ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας, ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν αὐτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάξῃ τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι τῷ θεῷ διὰ τοῦ σταυροῦ, ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν ἐν αὐτῷ. Καὶ ἐλθὼν εὐηγγελίσατο εἰρήνην ὑμῖν τοῖς μακρὰν καὶ τοῖς ἐγγύς· ὅτι δι' αὐτοῦ ἔχομεν τὴν προσαγωγὴν οἱ ἀμφότεροι ἐν ἑνὶ πνεύματι πρὸς τὸν πατέρα. Ἄρα οὖν οὐκέτι ἐστὲ ξένοι καὶ πάροικοι, ἀλλὰ ἐστὲ συμπολῖται τῶν ἁγίων καὶ οἰκεῖοι τοῦ θεοῦ, ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ, ἐν ᾧ πᾶσα οἰκοδομὴ συναρμολογουμένη αὔξει εἰς ναὸν ἅγιον ἐν κυρίῳ, ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε εἰς κατοικητήριον τοῦ θεοῦ ἐν πνεύματι.

corpore recepiſſet. Jam nunc verò per gratiam Chriſti in baptiſmate, natura noſtra confortata eſt per ſpiritum, qui nos novos fecit & juvenes, ac liberavit à vetuſtate ac infirmitate literæ. Propterea & in lege rarum quiddam erat virginitas, nunc autem in Eccleſia Chriſti multæ virginum chiliades rectè agentium inveniuntur: Nec non in contemptu mortis, ſimiliter.

7 Τί οὖν ἐροῦμεν; ὅτι ὁ νόμος ἁμαρτία; Μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνων, εἰ μὴ διὰ νόμου. τήν τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ἤδειν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν, Οὐκ ἐπιθυμήσεις.] Πολλὰ εἰπὼν ἃ ἐδόκει διαβολὴν φέρειν τοῦ νόμου, τοῦτο, Ἁμαρτία ὑμᾶς οὐ κυριεύσει· οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν· καὶ, Νόμος παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα· καὶ πρὸ μικροῦ, Ὅτι τὰ παραπτώματα τῶν ἁμαρτιῶν, τὰ διὰ τοῦ νόμου· καὶ, παλαιότητα γράμματος· παραπόλει τὴν ὑπόνοιαν τοιάνδε, οἷόν τινα αὐτῷδε εἰσάγων ὥσπερ συμβουλευτικῶς, καὶ λέγων, Τί οὖν ἐροῦμεν περὶ τοῦ νόμου; ὅτι ἁμαρτία; Εἶτα λύων τοῦτο, πρῶτον μὲν ἀπηρθρωτικῶς, ὡς εἰώθειν ὅτε τὴν σφόδρα ἀτόπων λέγειν· Εἶτα καὶ λογισμοὺς προτείνει, ἁμαρτία μὲν οὐκ ἔστι, φησὶ, γνωριστικὸς δὲ τῆς ἁμαρτίας· οὐ γὰρ ἤδειν τὴν ἐπιθυμίαν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν, Οὐκ ἐπιθυμήσεις. Καὶ πῶς λοιπὸν ὁ κατακλυσμὸς γέγονε; πῶς τὰ Σόδομα ἐνεπρήσθη, εἰ μὴ καὶ πρὸ τοῦ νόμου ἐγινώσκετο κακὸν ἡ ἐπιθυμία; Ἐγινώσκετο μέν, ἀλλ' οὐχ ἡ ἐπιτεταμένη ἐπιθυμία, οὐδὲ οὕτως ἀκριβῶς" καὶ μὴν τοῦ ἀπὸ τοῦ νόμου μαρτυρίας. Πρότερον μὲν γὰρ μόνῳ τῷ φυσικῷ νόμῳ διεγινώσκετο, ὕστερον δὲ καὶ τῷ γραπτῷ· ὃ καὶ μείζονος τιμωρίας προσῆκον. ἀλλ' οὐ τῷ τοῦ νόμου διδασκαλίᾳ, ἀλλὰ τῷ τῶν μὴ προσεχόντων ῥαθυμίᾳ· ὃ καὶ ἐξῆς δηλοῖ.

7 *Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum non cognovi niſi per legem. Concupiſcentiam enim neſciebam, niſi lex diceret; Non concupiſces.*] Cùm multa dixiſſet quæ videbantur legi calumniam adferre, quale eſt, *Peccatum vobis non dominabitur, non enim eſtis ſub lege, ſed ſub gratia:* &, *Lex ſubintravit, ut exuberaret delictum:* & quod paulo antè dixit, *Affectus peccatorum, qui per legem:* &, *Vetuſtatem literæ:* ſuſpicioni huic quandam veluti objectionem quaſi per conſultationem introducens medetur, inquiens: Quid igitur dicemus de lege? *peccatúmne eſt?* Atque hanc oppoſitionem diluit primùm inficiando, (uti conſuevit in vehementer abſurdis dicere;) poſthac rationes etiam proponens, Peccatum quidem non eſt, inquit, ſed enim index peccati: *Non enim nôram cupiditatem, niſi lex diceret, Non concupiſces.* At enim quâ ratione inductum fuerit diluvium? Quomodo Sodoma incendio perierunt, ſi ante legem concupiſcentia malum eſſe ignorabatur? Cognoſcebatur quidem, ſed non intenſa & latè patens concupiſcentia, neque adeò exactè percipiebatur ac cum legis teſtimonio. Priùs enim ſolâ naturæ lege cognoſcebatur, poſtea verò & ſcriptâ lege, quod & majus ſupplicium infert. Id verò non accidit ex inſtitutione & doctrina legis, ſed ex ignavia legis præceptis non auſcultantium, perinde ac in ſequentibus patefit.

8 Ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἡ ἁμαρτία, διὰ τῆς ἐντολῆς κατειργάσατο ἐν ἐμοὶ πᾶσαν ἐπιθυμίαν· χωρὶς γὰρ νόμου ἁμαρτία νεκρά.

8 *Occaſione autem acceptâ, peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. Sine lege enim peccatum erat mortuum.*]

tnum.] Non dixit quòd lex operata sit concupiscentiam, sed peccatum,) quod est secundùm Chrysostomum, ignava & corrupta voluntas) sive diabolus (hunc enim nonnulli peccatum esse putaverunt) sive voluptatis studium, ac impetus ad deteriora legis institutione in contrarium utebatur. Perinde enim ac si medicus quispiam febricitanti & frigidæ potionem intempestivè expetenti implendæ cupiditatis copiam non præstans, ipsam augeat, non est accusandus; siquidem medici est prohibere, patientis autem non bibere: consimilem ad rationem lex quidem docebat ut hominem à concupiscentia abduceret: voluntas autem peccati amans, auxit concupiscentiam, & non unum, sed omnia cupiditatum genera admisit, intensè quod malum est operans. Quum enim magis inhibetur quispiam, tunc magis furit. Tum itaque apparuit peccatum, quando lex erat transgressa. *Nam citra legem peccatum est mortuum*, hoc est, non reputatur esse. Porrò, lege existente, & quid deceat præcipiente, vivit peccatum, id est, subsistit & peccatum esse apparet, iis nimirum, qui legem transgrediuntur, ex scientiâ peccantibus.

κεφ.] Οὐκ εἶπεν ὅτι ὁ νόμος κατέργασατο τὴν ἐπιθυμίαν, ἀλλ' ἡ ἁμαρτία, (ἤ ἐστι κατὰ τὸν Χρυσόστομον, ῥᾳθυμος προαίρεσις καὶ διεφθαρμένη) ἢ ὁ διάβολος, (τοῦτον γὰρ ἁμαρτίαν τινὲς ἐνόησαν) ἢ ἡ φιλοδονία, καὶ ἡ ἐπὶ τὸ χεῖρον ὁρμὴ τῇ τοῦ νόμου διδασκαλίᾳ πρὸς τὸ ἐναντίον ἐχρήσατο. Ὥσπερ γὰρ εἴτις ἰατρὸς πυρέττοντι καὶ ψυχροποσίας ἀκαίρως ἐπιθυμοῦντι, μὴ παρέχων ἐμφορηθῆναι τῆς ἐπιθυμίας, αὐξήσοι ἑαυτῷ, οὐκ ἂν ἐγκληθείη· τοῦ μὲν γὰρ ἰατροῦ τὸ κωλύσαι, τοῦ δὲ κάμνοντος τὸ μὴ πιεῖν· οὕτω καὶ ὁ νόμος ἐδίδασκεν ἵνα ἀπαγάγῃ τὴν ἐπιθυμίας· ἡ δὲ φιλαμάρτημων προαίρεσις ηὔξησε τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ οὐ μίαν, ἀλλὰ πᾶσαν κατέργασατο, ἐπιτεταμένως τὸ κακὸν ἐνεργοῦσα. Ὅταν γὰρ κωλύηταί τις, τότε μᾶλλον ἐκμαίνεται. Τότε δὲ καὶ ἐφάνη ἡ ἁμαρτία, ὅτε ὁ νόμος παρεβαίνετο. Χωρὶς γὰρ νόμου ἁμαρτία νενέκρωται· τουτέστιν, οὐ λογίζεται εἶναι). Νόμου δὲ ὄντος, τοῦ δέον ἐπαναρρυέντος, ἡ ἁμαρτία ζῇ, τουτέστιν, ὑφίσταται καὶ δοκεῖ ἁμαρτία, ὡς τῶν παραβαινόντων τὸν νόμον ἐν γνώσει πλημμόντων.

9 *Ego autem vivebam sine lege aliquando. Sed cùm venisset mandatum, peccatum revixit, ego autem mortuus sum.*] Ante Mosen, inquit, vivebam sine lege: quare neque admodum condemnabar: (In propria autem persona, humanam naturam dicit.) At cùm venisset mandatum, peccatum apparuit esse peccatum. Antea enim etiamsi peccâssent, non nôrant tamen mortales. Legis autem vel hoc est bonum, quòd homines fecerit noviisse quòd peccant. Quod verò dicit, *mortuus sum*, dupliciter intelliges, & pro, peccavi, & pro, majori pœnæ factus sum obnoxius, quod non legis culpâ evênit, sed ejus qui non attendit. Ueluti exempli gratiâ; Ægrotabat quispiam, & ignorabat se ægrotare: deinde adveniens medicus ostendit ei quòd ægrotaret, & quòd ab hoc cibo tanquam ægritudinem augente

9 Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ· ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν, ἐγὼ δὲ ἀπέθανον.] Πρὸ τοῦ Μωσέως, φησὶν, ἔζων χωρὶς νόμου· διὸ οὐδὲ σφόδρα κατεδικαζόμην· " ἐν τῷ οἰκείῳ δὲ " χ. ἐν δὲ τῷ. προσώπῳ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν λέγει· Ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἐφάνη ἁμαρτία. Οἱ πρότερον γὰρ, εἰ καὶ ἡμάρτανον, ἀλλ' οὐκ ἤδεσαν. Καὶ τοῦτο δὲ τοῦ νόμου καλὸν, ὅτι ἐποίησε τοὺς ἀνθρώπους γινώσκειν ὅτι ἁμαρτάνουσι. Τὸ δὲ, ἀπέθανον, " διπλῶς νοήσεις, " χ. διπλῶς καὶ ἀντὶ τοῦ, " ἥμαρτον, καὶ ἀντὶ τοῦ, σφο- " χ. ἥμαρτον. δροτέρας κολάσεως ὑπόδικος ἐγενόμην· Οἷον ὁ τοῦ νόμου ἔγκλημα, ἀλλὰ τοῦ μὴ προσέχοντος αὐτῷ· οἷ ἐν ὑποδείγματι· Ἀρρώστης τις, καὶ οὐδὲ ἤδει ὅτι ἀρρωστεῖ· εἶτα ἦλθεν ἰατρὸς, καὶ ἐδίδαξεν αὐτὸν ὅτι ἀρρωστεῖ, καὶ ὅτι τοῦδε τοῦ βρώματος, ὡς τὴν ἀρρωστίαν

ἀῤῥωστίαν αὔξοντος, ἀπέχεσθαι δεῖ· Ο δὲ οὐκ ἤκουσεν, εἶτα ἀπέθανεν.

10 Καὶ εὑρέθη μοι ἡ ἐντολὴ ἡ εἰς ζωὴν, αὕτη εἰς θάνατον. 11 Ἡ γὰρ ἁμαρτία ἀφορμὴν λαβοῦσα διὰ τῆς ἐντολῆς, ἐξηπάτησέ με, καὶ δι' αὐτῆς ἀπέκτεινεν.] Οὐκ εἶπεν ὅτι ἡ ἐντολὴ γέγονέ μοι θάνατος, ἀλλ' εὑρέθη, ὃ καινὸν καὶ παράδοξον τῆς ἀτοπίας ὕπτως ἑρμηνεύων. Ο μὲν γὰρ σκοπὸς αὐτῆς εἰς ζωὴν ἦγε, καὶ διὰ τοῦτο ἐδόθη. Εἰ δὲ θάνατος ἐξέβη ἐντεῦθεν, οὐκ αὐτῆς τὸ ἔγκλημα. ἡ γὰρ ἁμαρτία, τουτέστιν, ἡ ὁπὸ τὸ χεῖρον ὁρμὴ, καὶ ἡ διεφθαρμένη καὶ φιλαμαρτήμων γνώμη, μᾶλλον ἂν κυριώτερον εἰπεῖν, ἡ ἡδονὴ ἐξηπάτησέ με, καὶ ἀπέκτεινε διὰ τῆς ἐντολῆς. Εἰ μὴ γὰρ ἦν ἡ ἐντολὴ ἐπιτιμῶσα τῇ ἁμαρτίᾳ, ὥστε ὡς ἁμαρτίαν παραπλῆξαι ἐλογιζόμην αὐτὴν, ὥστε κολάσεως ἐπάξιος ἦν. τὸ γὰρ, ἀπέκτεινε, ἐπ' ἀμφοτέρων δεῖ νοεῖν, καὶ ὅτι τῷ ἁμαρτάνειν, καὶ ὅτι τῷ κολάζεσθαι, ᵃ χ. ἂν. ὡσπερ ᵃ καὶ δυνατέρωι εἴρηται, ἀπέθανον. Τὸ οὖν συμπέρασμα πᾶν τῆς ἀποστολικῆς ἐπινοίας τοιοῦτόν ἐστι. Νόμου μὴ ὄντος, ἁμαρτία οὐ λογίζεται· οὐ νόμου δὲ ἐλθόντος καὶ παραβαινομένου, ἐφάνη ἡ ἁμαρτία, καὶ ἀνέζησεν. Ὥστε διὰ τῆς ἐντολῆς παραβαινομένης ἡ ἁμαρτία, τουτέστιν, ἡ τῆς ἁμαρτίας ἔκφανσις καὶ ὑπόστασις ὑφίσταται, πρότερον μὴ ᵃ χ. ὑφισαμένη. ὑφισαμένης μηδὲ ᵇ λογιζομένης, ἐν ᾧ μηδὲ νόμου ὄντος. Αἴτιος μὲν οὖν καθ' αὑτὸν ὁ νόμος τῆς ἁμαρτίας οὐκ ἦν· οὐ μὴν οὐδὲ λυτρώσασθαι ταύτης ἴσχυεν. ὥστε τῆς χείρονος ἐδεήθημεν, διὰ τὸ τοῦτον ἰσχύειν. ᵇ χ. λογιζομένη.

12 Ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία, καὶ δικαία, καὶ ἀγαθή.] Ἰδοὺ φανερώτατα ἐναῦθα Μαρκιονιτῶν, καὶ Μανιχαίων, καὶ Σιμωνιανῶν, καὶ πάντων τῶν τὴν παλαιὰν διαβαλλόντων, τὰ στόματα ἐπέφραξεν. ἅγιον γὰρ τὸν νόμον ἀναφωνήσας σαφῶς, καὶ τὴν ἐντολὴν ἁγίαν, καὶ δικαίαν, καὶ ἀγαθήν. Διαφέρει δὲ νόμος * ἐντολῆς, ὡς καθολικώτερον μερικωτέρου. Τοῦ γὰρ νόμου τὰ μὲν ἐστὶ δόγματα, τὰ δὲ ἐντολαί. καὶ τὰ δόγματα οὖν τοῦ νόμου ἅγια, καὶ αἱ περὶ πραξέων ἐντολαὶ, ἅγιαι καὶ δικαίαι * ἅγιος.

abstinere oporteat: is verò non est obsecutus medico, & mortuus est.

10 *Et inventum est mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem.* 11 *Peccatum enim occasione acceptâ per mandatum, seduxit me, & per illud occîdit.*] Non dixit quòd mandatum factum est mihi mors, sed inventum est, novam & inexpectatam absurditatem ita exponens: Nam scopus ipsius ad vitam ducebat, & eo etiam fine datum est. Quòd si autem mors hinc evênit, non ipsius certè culpa: nam peccatum, hoc est impetus ad deteriora, corruptáque & peccati amans voluntas aut sententia, ac ut magis propriè dicam, voluptas seduxit me, & occîdit per mandatum. Nisi enim mandatum esset indicans peccatum, neq; tanquam peccator reputarer, neque pœnæ essem obnoxius. Nam, *occîdit*, de utroque intelligendum est, & de peccato, & de supplicio, perinde ac suprà dictum est, *mortuus sum*. Tota itaque conclusio Apostolicæ sententiæ, est hujusmodi: Lege non existente, peccatum non imputatur: lege autem adveniente, & violatâ, apparuit peccatum & revixit. Itaque per mandatum prævaricatione violatum, peccatum, hoc est, peccati manifestatio & subsistentia subit, cùm antè neque subsisteret, neque imputaretur, eò quòd neque lex extabat. Causa itaque per se lex peccati haudquaquam erat: nec tamen ab eo nos liberare potuit: Ob hujus itaque debilitatem, gratiâ planè indiguimus.

12 *Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & justum, & bonum.*] En manifestissimè hic Marcionitarum, Manichæorum, & Simonianorum, omniúmque vetus testamentum calumniantium ora obstruxit. Sanctam enim legem palàm pronunciat, & mandatum sanctum, & justum, & bonum. Differt autem lex à mandato, quemadmodum universale à particulari. Legis enim alia quidem sunt decreta, alia verò mandata. Decreta itaque legis sive dogmata sancta sunt, mandata etiam de re-

bus gerendis, ſancta, juſta, & bona ſunt. Boni igitur & juſti Dei ſunt legis lationes, etiamſi hæretici prædicti pravi Dei legem eſſe impiè calumnientur.

13 *Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors? Abſit. Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum eſt mortem.*] Lex, inquit, non eſt facta mihi mors; ſed peccatum me occîdit, ut appareat quale quantúmque ſit malum, quódque lege ipſi medelam adferente, deterius evaderet. Peccatum autem, ut & ſuprà commemoratum, intelliges amantem voluptatis ſententiam ſeu mentem, atque vehementem ad peccatum motionem, atque adeò Diabolum, ipſúmque actum præ voluptate pellicientem. Gratias igitur Chriſto, qui nos à tanto malo liberavit.

Ut fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum.] *Ut fiat*, pro appareat, quanta ſit peccati pernicies: quemadmodum & illud; *Sit autem Deus verax*, pro, palàm fiat & perſpicuum. Iſtud autem per mandatum demonſtratum eſt. Uſum eſt enim peccatum mandato ad mortem: perinde ac infirmitas vel morbus, quando per medica pharmaca redditur deterior, malam ſui habitudinem per medicam artem declarare dici queat, quum ex ea nihil juvetur.

14 *Scimus enim quòd lex ſpiritualis ſit, ego autem carnalis, venundatus ſub peccato.*] Quia dixerat, quòd jam per mandatum peccatum apparuit, ne arbitreris legem cauſam eſſe peccati, defendit eam, commune ſuffragium proferens, ac dicens: Novimus quòd lex ſpiritualis eſt; id enim eſt in confeſſo, nec cuipiam obſcurum. Tantum enim abeſt ut lex ſit cauſa peccati, ut virtutis potiùs ſit præceptrix, vitiíque inimica & hoſtis: hoc enim eſt quod ait, *Spiritualis eſt.* Unde igitur peccatum enatum eſt, ſi lex tam miranda ſit magiſtra? à diſcipulorum ſocordia & imbecillitate. *Ego* enim, inquit, *carnalis ſum*, hoc eſt, univerſa humana natura, cùm quæ ante ſancitam legem, tum quæ tempore legis, univerſam affectu-

ἀγαθή. Ὡςτε ὁ ἀγαθὸς καὶ δικαίος Θεοῦ εἰσι νομοθετήματα, κἂν οἱ ῥηθέντες αἱρετικοὶ τὸν πονηρὸν Θεοῦ τὸν νόμον βλασφημῶσι.

13 Τὸ οὖν ἀγαθὸν, ἐμοὶ γέγονε θάνατος; Μὴ γένοιτο. Ἀλλ' ἡ ἁμαρτία, ἵνα φανῇ ἁμαρτία, διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι κατεργαζομένη θάνατον.] Ὁ μὲν νόμος, φησὶν, οὐ γέγονέ μοι θάνατος, " Ἀλλ' ἡ ἁμαρτία με "Ν. ΒΒ. ἐθανάτωσεν, ἵνα φανῇ πηλίκον ὄντι κακὸν, καὶ ὅτι καὶ ὑπὸ τοῦ νόμου ἰατρευόμενον, χεῖρον ἐγένετο. Ἁμαρτίαν δὲ, ὡς ἐξ ἀνωτέρω ἐπομνήσθη, νοήσεις ἐκ τῆς φιλήδονον γνώμην, καὶ τὸν ὅτι τὸ ἁμαρτάνειν ὁρμὴν, ἤδη δὲ καὶ τὴν διάβολον, καὶ αὐτὴν ἢ τὴν πρᾶξιν διὰ τὴν ἡδονῆς ἐπισύρασθαι. Χάρις οὖν τῷ Χριστῷ τοσούτου κακοῦ ἡμᾶς ἀπαλλάξαντι.

Ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς.] Τὸ, ἵνα γένηται, ἀντὶ τοῦ, ἵνα φανῇ ἥλιος ὅλεθρος ἡ ἁμαρτία· ὥσπερ ἐκ τοῦ, Γενέσθω δὲ ὁ Θεὸς ἀληθὴς, ἀντὶ τοῦ, φανήτω. Τοῦτο δὲ διὰ τῆς ἐντολῆς ἐδείχθη· ἐλεήσατο, γὰρ τὴν ἐντολὴν εἰς θάνατον· ὥσπερ ἐκ νόσημα, ὅταν διὰ τῆς ἰατρικῆς φαρμάκων χεῖρον γένηται, τὴν κακοήθειαν αὐτοῦ ἐκφαίνειν λεχθεῖη διὰ τῆς ἰατρικῆς τέχνης, ὡς μὴ ὠφελούμενον ὑπ' αὐτῆς.

14 Οἴδαμεν γὰρ ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν· ἐγὼ δὲ σαρκικός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν.] Ἐπειδὴ εἶπεν ὅτι ἤδη διὰ τῆς ἐντολῆς ἡ ἁμαρτία ἐφάνη, ἵνα μὴ νομίσῃς τὸν νόμον αἴτιον εἶναι αὐτῆς, ἀπολογεῖται ὑπὲρ αὐτοῦ, κοινὴν ἐκφέρων ψῆφον, καὶ λέγων· Οἴδαμεν ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν· ὁμολογούμενον γάρ ἐστι τοῦτο, φησι, καὶ πᾶσιν ἐγνωσμένον, ὅτι τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ αἴτιος εἶναι ὁ νόμος ἁμαρτίας, ὥςτε καὶ διδάσκαλος ἀρετῆς ἐστι καὶ κακίας πολέμιος· Τοῦτο γάρ τὸ, πνευματικός. Πόθεν οὖν ἡ ἁμαρτία γέγονεν, εἰ ὅτου θαυμαστός ἐστιν ὁ διδάσκαλος; Παρὰ τὴν τῶν μαθητῶν ῥᾳθυμίαν καὶ ἀσθένειαν. Ἐγὼ γάρ, φησι, σαρκικός εἰμι, τουτέστιν, ἡ ἀνθρωπίνη πᾶσα φύσις, ἥτε πρὸ νόμου, καὶ

ἡ

ἡ ἐν νόμῳ, πάντα τὸν ὄχλον τῶν παθῶν ἐπεισαχθέντα αὐτῇ ἔχει. Οὐ γὰρ μόνον θνητοὶ γεγόναμεν ἐκ τῆς παραβάσεως τοῦ Ἀδάμ, ἀλλὰ καὶ ἡ φύσις ἐδέξατο τὰ πάθη, προσηλίσκετο τὴν ἁμαρτίαν, καὶ δούλη γιγομένη, ὥστε μηδὲ ἀνακύψαι δυνάσθαι.

15 Ὃ γὰρ κατεργάζομαι, φησιν, οὐ γινώσκω.] Οὐ τὴν πάντελῆ ἄγνοιαν ἐνταῦθά, φησιν. Εἰ γὰρ ἀγνοοῦντες ἡμάρτανον, πῶς λοιπὸν ἐκολάζοντο; Ἀλλὰ τί φησι; σκοτίζομαι, συναρπάζομαι, οὐκ οἶδα πῶς με συναρπάζει ἡ ἁμαρτία. ὥστε τὸ, οὐ γινώσκω, οὐκ ἄγνοιαν ἐμφαίνει τοῦ προκτέου, ἀλλὰ πρόνοιαν, καὶ ὑποβολήν, καὶ ἀπάτην, καὶ συναρπαγήν. Ταῦτα δὲ πάντα περὶ τῶν πρὸ τῆς οἰκονομίας τοῦ Χριστοῦ ἀνθρώπων λέγει, εἰ καὶ τὸ οἰκεῖον πρόσωπον τέθεικεν.

Οὐ γὰρ ὃ θέλω, τοῦτο πράσσω.] Ἀντὶ τοῦ, Οὐ γὰρ ὃ ἤθελον οἱ τότε ἄνθρωποι, τοῦτο ἔπραττον. Οὐκ ἀνάγκην δὲ εἰσάγει, οὐδὲ βίαν διὰ τῶν τοιούτων λόγων· ἀλλὰ τί φησιν; ἀντὶ τοῦ, ὃ μὴ ἐπῄνουν, ὃ μὴ ἀπεδέχοντο, ὃ μὴ ἠγάπων, τοῦτο ἐποίουν· ἐπάγει γὰρ ἐφεξῆς·

Ἀλλὰ ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ.] Ὁρᾷς ὅτι οὐ βίαν εἰσάγει, οὐδὲ ἀνάγκην; ἐπήγαγε γὰρ ἄν, ἀλλ' ὃ ἀναγκάζομαι, τοῦτο πράττω. Νῦν δὲ οὐχ οὕτως εἶπεν, ἀλλ' ὃ μισῶ. ὥστε τὸ, ὃ οὐ θέλω, οὕτω νοήσῃς, ὡς ἀξιελήφθη. Πῶς οὖν ἐγίνοντο τὰ κακά; Κατὰ συναρπαγὴν, καὶ ἀσθένειαν, ἣν ἔσχον ἀπὸ τῆς παραβάσεως τοῦ Ἀδάμ. Ταύτην οὖν τὴν ἀσθένειαν ὁ μὲν νόμος οὐκ ἴσχυσεν ἰάσασθαι, καίτοι τὸ πρακτέον ὑπαγορεύων· ὁ δὲ Χριστὸς ἐλθὼν ἰάσατο. Οὗτος οὖν ἐστὶν ὁ σκοπὸς τῷ ἀποστόλῳ ἀφ' ἁπάντων, ὧν τε εἶπεν, καὶ ὧν μέλλει εἰπεῖν, τὸ δεῖξαι τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν αἰάσιτα παθοῦσαν, καὶ οὐκ ἄλλου ἰασθεῖσαν, ἢ τοῦ τοῦ Χριστοῦ.

16 Εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ, σύμφημι τῷ νόμῳ ὅτι καλός.] Ὅτι καλὸν ὁ νόμος, δῆλον ἐξ ὧν καὶ αὐτὸς οἶδα φυσικῶς τὸ

um turbam ſibi aggregatam habuit. Non enim tantùm mortales facti ſumus ex Adami prævaricatione, verumetiam affectus pravos natura recepit, ſub peccato vendita & in ſervitutem redacta, ita ut ne caput quidem erigere queat.

15 *Quod enim operor*, inquit, *non intelligo.*] Non omnigenam hic ignorantiam dicit. Si enim ex ignorantia peccabant, quomodo deinceps puniebantur? Sed quid ait? Tenebris obſepior, huc illuc rapior, nec quomodo me peccatum rapiat, novi. Quare cùm ait, *Non novi*, haud ignorantiam rei agendæ indicat, ſed circumſtantiam, & inſidias, ac deceptionem, & raptum. Hæc autem omnia de mortalibus qui ante Chriſti in carnem adventum fuere, dicit, etiamſi propriam perſonam poſuerit.

Non enim quod volo, hoc ago.] Pro eò quod eſt, Non enim quod voluerunt homines, qui tum vixere, illud egêrunt. Non inducit autem neceſſitatem, neque vim per hujuſmodi ſermones. At quid ait? Quòd non laudabant, quod non recipiebant, quod non diligebant, hoc faciebant. Infert enim deinceps;

Sed quod odi, hoc facio.] Viden' quòd neque vim, neque neceſſitatem hîc infert? Aliàs intuliſſet, Sed quod cogor, hoc ago: jam verò non ſic dixit, ſed, *quod odi*. Quare illud, *quod nolo*, ſic accipias, ut expoſitum eſt. Quomodo igitur contingebant mala? per arreptionem, per infirmitatem quâ laborabant ex prævaricatione Adami. Hanc porrò infirmitatem lex profectò ſanare non potuit, etiamſi quid agendum eſſet dictaret: Chriſtus autem accedens ſanavit. Hic igitur Apoſtolo ſcopus eſt per omnia quæ dixit, & quæ dicturus eſt, demonſtrare humanam naturam immedicabilia paſſam, nec ab ullo alio ſanitati reſtitutam, præterquam à ſolo Chriſto.

16 *Si autem quod nolo, iſtud facio, conſentio legi quòd bona eſt.*] Quòd bona ſit lex, inde conſtat, quòd novi naturaliter quid

quid agendum sit, & non sum mente corruptus, etiamsi vitium prosequor.

17 *Nunc autem jam non operor illud, sed quod habitat in me peccatum.* 18 *Novi autem quòd non habitet in me, hoc est in carne mea, bonum.*] Non dixit quòd caro illud operetur, sed peccatum, hoc est peccati tyrannis me rapiens. Quid igitur hìc nugantur & ganniunt, qui carnem criminantur, & à Dei opificio alienant? Et quomodo, inquiunt, aït, *quòd non habitet in carne mea, bonum?* Audi quâ id ratione dicat: Ex duobus homo compositus est, ex anima & carne: horum alterum, anima videlicet, imperium habet in omnibus: caro autem serva est. Non habitat igitur in carne mea bonum, id est, non est situm in ejus potestate, sed in animæ arbitrio. Quidquid igitur anima elegerit, caro prosequitur. Quemadmodum si quis dicat, Bona & concinna pulsatio non est in cithara, sed in citharœdo: non enim citharam calumniatur, sed artificis excellentiam instrumento comparari ostendit.

Velle enim adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio. 19 *Non enim quod volo facio bonum; sed quod nolo malum, hoc ago.* 20 *Si autem quod nolo ego, hoc facio, jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.*] Cùm aït, *Non invenio*, vim & insidias peccati demonstravit. Liberat enim cùm essentiam animæ, tum essentiam carnis à crimine & accusatione, totúmque in pravam operationem & voluntatem transfert. Nam cùm dicit, *quod nolo:* animam liberat à crimine: cùm verò subdit, *jam non ego operor illud*, carnem ab accusatione immunem servat. Ecquid igitur est quod malum operatur? peccatum, quod est, juxta Chrysostomi sententiam, prava voluntas & peccandi avida. Ista verò non est opus Dei, sed nostra motio & affectus. Ipsa quidem simpliciter voluntas, Dei opus est: talis autem voluntas ad nos pertinet, & mentem nostram. Dictum est autem suprà quid sit peccatum, nempe peccati typ. τῆ γνώμη.

ωροσκλέον, κὴ ὰ διέφθαρμαι" τ γνώμλν, ἐὶ κὴ τ κακίαν μέ ἐρχομαι.

17 Νυνὶ δὲ οκέτι ἐγὼ κατεργάζομαι ἀὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία. 18 Οἶδα δὲ ὅτι οκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τυτέσιν, ἐν τῆ σαρκί μου, ἀγαθόν.] Οὐκ εἶπεν ὅτι ἡ σὰρξ αὐτὸ κατεργάζεται, ἀλλ' ἡ ἁμαρτία, τυτέσιν, ἡ τ ἁμαρτίας τυραννὶς σπαράζουσά με. Ὡσε τὶ φλυαροῦσιν οἱ τὶν σάρκα διαβάλλοντες, κὴ "τὶν τ Θεῦ δημιυργίαν ἀλλοτριοῦντες; Ἀκουε πῶς φασι, λέγει ὅτι οκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τυτέσιν, ἐν τῆ σαρκί μου, ἀγαθόν; Ἀκουε πῶς τῦτό φησιν. Ἐκ δύο ὁ ἄνθρωπος σύγκειται, ψυχῆς τε κὴ σαρκός· τύτων ἡ μὲν ψυχὴ τ κράτος ἔχει ἐν πᾶσιν· ἡ δὲ σὰρξ, δύλη ἐστίν. Οὐκ οἰκεῖ οὖν ἐν τῆ σαρκὶ τ ἀγαθόν, αὐτὴ γάρ, ὰ κέκτηται ἐν τῆ "ταύτης ἐξυσία, ἀλλ' ἐν τῆ τ ψυχῆς. Ὁ οὖν ἔλκων ἡ ψυχὴ, σκεῦος σαφεῖ ἡ σὰρξ. ὥσπερ εἴ τις εἴποι, ὅτι οκ ἔστιν ἐν τῆ κιθάρᾳ τ καλὸν κρῦμα, ἀλλ' ἐν ᾧ κιθαρίζῃ. Οὐ γὰρ τ κιθάραν διαβάλλει, ἀλλὰ τ ἐπιτοχίαν τῦ τεχνίτου σαφῶς τ ὄργανον δείκνυσι.

24 Τῇ γὰρ ἐλπίδι ἐσώθημεν· ἐλπὶς δὲ βλεπομένη, οὐκ ἔστιν ἐλπίς· 25 ὃ γὰρ βλέπει τις, τί καὶ * ἐλπίζει; εἰ δὲ * πῶς. ὃ οὐ βλέπομεν, ἐλπίζομεν, δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα.] Ἐπειδὴ περὶ μελλόντων προαγμάτων ἔλεγε τοῖς πολλοῖς ἀπιστουμένων, φησὶ, μὴ ἀπιστήσῃς σὺ ὁ πιστὸς οἷς λέγω· ἐξ ὧν γὰρ ἤδη ἔλαβες, πίστευσον καὶ περὶ τῶν μελλόντων. Καὶ ὥσπερ οὖν εἰσενεγκὼν προτέρων, εἰ μὴ τῇ πίστει μόνῃ, μεγάλα ἔλαβες παρὰ Θεοῦ; οὕτω καὶ νῦν τὴν πίστιν χρῆσαι περὶ τῶν * τῶν μελλόντων ἐλπίδα. Ἡ γὰρ ἐλπὶς τότε τῷ ὄντι ἐστὶν ἐλπὶς, ὅταν περὶ τῶν μὴ βλεπομένων ᾖ. Ὁ γὰρ βλέπει τις, τί καὶ ἐλπίζει; Μὴ τοίνυν πάντα ἐνταῦθα ζητῶμεν· δι' ὑπομονῆς γὰρ ἀπεκδεχόμεθα τὰ μέλλοντα. Ὑπομονὴν δὲ ὅταν ἀκούσῃς, ἀγῶνας καὶ ἱδρῶτας νόει δηλοῦσθαι. Ὑπομένειν γὰρ ὀφείλει ὁ Χριστιανὸς, ἀπεκδεχόμενος τὰ μὴ ὁρώμενα, ἐλπιζόμενα δὲ διὰ τὴν πίστιν.

26 Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα συναντιλαμβάνεται τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν.] Ὑπομονῆς ἐμνημόνευσε· πολλαχοῦ δὲ τοίνυν τὴν ἀκροατὴν, φησὶν ὅτι καὶ τὸ πνεῦμα συναντιλαμβάνεται ἡμῖν. Ὥστε μὴ ἀπογίνου ἐλπίζων καὶ ὑπομένων· βοηθεῖ γάρ σοι τὸ πνεῦμα, μόνην τὴν ἐλπίδα καὶ τὴν ὑπομονὴν εἰσφέροντι.

Τὸ

Τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα καθὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν.] Δείκνυσι πῶς βοηθεῖ τὸ πνεῦμα ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, καί φησιν, ὅτι, τοσοῦτόν ἐσμεν ἀσθενεῖς, ὥστε οὐδὲ τί δεῖ προσεύξασθαι οἴδαμεν· πάντες * ἁπλῶς, καὶ ἐγὼ ὁ Παῦλος. Καὶ γὰρ αὐτὸς προσηύξατο τοῦ τοῦ σκόλοπος, καὶ τοῦ τοῦ εἰς Ρώμην ἀπελθεῖν· καὶ Μωϋσῆς ὑπὲρ τοῦ τοῦ Παραμείνειν ἰδεῖν· καὶ Ιερεμίας ὑπὲρ Ιουδαίων, ἀγνοοῦντες τὸ δέον. Ταῦτα δὴ λέγει νῦν ὁ Παῦλος, ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν τοὺς ἐν Ρώμῃ πιστοὺς διωκομένους καὶ θλιβομένους, μένειν αἰτεῖν, καὶ μὴ λαμβάνοντας, σκανδαλίζεσθαι. Δείκνυσιν οὖν ὅτι οὐκ οἶδέ τις αἰτεῖν τὸ συμφέρον. Οφείλετε οὖν ὑπομένειν· τὸ δὲ πνεῦμα μόνον οἶδε τί συμφέρει ὑμῖν· διὸ ἐπάγει.

Αλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις.] Ωσπερ πολλὰ χαρίσματα τοῖς βαπτιζομένοις ἐδίδου πάλαι ὁ Θεὸς καὶ διάφορα, ἃ δὴ καὶ πνεύματα ἐκαλοῦντο, καὶ ὁ μὲν εἶχε προφητείας χάρισμα, ὁ δὲ σοφίας, ὁ δὲ ἄλλό τι· ὅτου καὶ χάρισμα ὠφελοῦντος ἐδίδου, καὶ αὐτὸ ἐκαλεῖτο πνεῦμα. Επειδὴ γὰρ πολλὰ τῶν συμφερόντων ἡμῖν ἀγνοοῦντες, τὰ μὴ συμφέροντα αἰτούμεθα, ἤρχετο χάρισμα εὐχῆς εἰς ἕνα πάντων τότε, καὶ τὸ κοινῇ συμφέρον αὐτός τε ἵστατο αἰτῶν, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐδίδασκεν αἰτεῖν. Πνεῦμα τοίνυν αὐτὸν καλεῖ τὸ χάρισμα, καὶ τοῦ ψυχικοῦ τοῦ δεχομένου τὸ χάρισμα τῆς εὐχῆς, καὶ συντυγχάνοντα ὑπὲρ Θεῷ καὶ στενάζοντα. Μετὰ γὰρ πολλῆς κατανύξεως ἵστατο ὁ πνευματικὸς ἄνθρωπος ἐκεῖνος, καὶ πολλῶν στεναγμῶν. Οὗ καὶ νῦν σύμβολόν ἐστιν ὁ διάκονος, ἱστάμενος, καὶ τὰς ἐκτενεῖς δεήσεις ποιούμενος ὑπὲρ τοῦ λαοῦ.

27 Ο δὲ ἐρευνῶν τὰς καρδίας, οἶδε τί τὸ φρόνημα τοῦ πνεύματος, ὅτι κατὰ Θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἁγίων.] Οὐχ ὡς ἀγνοοῦντος, φησι, τοῦ Θεοῦ ἵσταται ὁ ἄνθρωπος

Nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus.] Oſtendit quânam ratione ſpiritus ſuccurrat infirmitatibus noſtris, inquiens, Adeò ſumus imbecilles nos, ut vel quid orare debeamus, ignoremus: in univerſum omnes, adeóque ego Paulus. Nam & ille pro ſtimulo orabat, atque ut Romam proficiſceretur: Moyſes item, ut Palæſtinam videat: Hieremias item pro Judæis; ignorantes quid opportunum ſeu neceſſarium eſſet. Hæc verò jam divus Paulus commemorat, quòd veriſimile erat, fideles qui Romæ perſecutionibus & afflictionibus quatiebantur, ceſſationem ac quietem petere: & cùm non aſſequerentur, deſpondere animum & offendi. Commonſtrat igitur, quòd nemo mortalium illud petere nôrit quod expediat. Vos itaque, ſuſtinere debetis: ſolus autem ſpiritus compertum habet quid vobis proſit. Propterea infert.

Sed ille ipſe Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.] Quemadmodum multa dona necnon diverſa baptizatis dabat olim Deus, quæ & ipſa ſpiritus appellabantur, & alius quidem habebat prophetiæ donum, alius ſapientiæ, alius quoddam aliud: hunc ad modum donum orationis impertiebat, quod & ipſum vocabatur ſpiritus. Cùm enim pleraque eorum quæ nobis proſint ignorantes, inutilia peteremus, accedebat orationis chariſma uni cuidam eorum qui tum vixerunt, & quod communiter omnibus conferebat ipſe ſtans precabatur, aliósque id petere docebat. Spiritum igitur hic vocat hujuſmodi donum, & animam recipientem precationis donum, ac interpellantem apud Deum ingemiſcentémque. Nam magna cum compunctione ſtabat ſpiritualis ille homo, & multis gemitibus: cujus hodiéque ſymbolum eſt Diaconus, ſtans, intentáſque ſupplicationes pro populo effundens.

27 *Qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret ſpiritus, qui ſecundùm Deum poſtulat pro ſanctis.*] Non veluti ignorante Deo ſtans precatur homo ille. Qui enim ſcrutatur

ſcrutatur corda, novit quis ſit ſenſus ſpiritûs, id eſt, ſpiritualis hominis. Nam quæ Deo grata ſunt, ea poſtulat pro iis qui ſunt in eccleſia fideles: Hi enim, *ſancti*. Atque hoc fit, ut nos diſcamus petere ſecundùm Deum, ſive quæ Deo placeant. Quia igitur ſpiritus intercedit pro nobis, ne deſpondeas animum, quiſquis es qui afflictione premeris.

28 *Scimus autem quòd diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt.*] Quæ jam antea commemorata ſunt, nempe, quòd creatura ſubjecta eſt vanitati: quódque incorruptibilitatem ſit aſſúmptura: & iterum, Quid orare debeamus, ignoramus: admoninitiones erant iis qui Romæ adfligebantur, ſicuti annotavimus. Quæ verò nunc ſubdit, omnium ſunt manifeſtiſſima. Nam *diligentibus Deum, omnia*, quantumvis ardua videantur & aſpera, *in bonum cooperantur*. Non dixit autem, quòd nihil triſte, nihílve difficile invadat diligentes Deum, ſed, quòd invadant quidem, verùm iſtis malis & afflictionibus Deus in commodum afflictorum utitur. Deinde, quia hoc incredibile videbatur, à præteritis hoc ſtabilit, inquiens: *Iis qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt*. Etenim vocavit te, inquit, cùm longè abeſſes, ſibíque te propinquũ fecit, & non multò magis vocato opem feret? Vocatus eſt autem homo *ſecundùm propoſitũ*, hoc eſt, ſecundùm propriam voluntatem. Non enim ſufficit vocatio, (alioquin omnes ſervati eſſent, ſiquidem & omnes ſunt vocati) verumetiam voluntate opus eſt.

29 *Nam quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri imagini filii ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* 30 *Quos autem prædeſtinavit, hos & vocavit.*] Præſcit Deus eos qui vocatione digni ſunt, deinde prædeſtinat. Prior itaque eſt præſcientia, poſtea ſequitur prædeſtinatio. Prædeſtinationem autem intelliges, impermutabilem Dei bonam voluntatem. Prænovit itaq; Paulum vocatione Evangelii dignum

πος αὐτῷ. Ὁ γὰρ ἐρευνῶν τὰς καρδίας, οἶδε τί τὸ φρόνημα τοῦ πνεύματος, τουτέστι, τὴν πνευματικὴν αὐθεφσιν· ὅτι τὰ δοκοῦντα τῷ Θεῷ, ἐκεῖνα αἰτεῖ ὑπὲρ τῶν ἁγίων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πιστῶν. Οὗτοι γὰρ οἱ ἅγιοι. Γίνεται τοῦτο, ἵνα ἡμεῖς μανθάνωμεν αἰτεῖν τὸν Θεὸν, ἤγουν τὰ ἀρέσκοντα τῷ Θεῷ. Ἐπεὶ οὖν τὸ πνεῦμα ὑπὲρ ἡμῶν ἐντυγχάνῃ, μὴ λυποῦ ὁ θλιβόμενος. "χ. ἐκκλησιαστικῶν.

28 Οἴδαμεν δὲ ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν, πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν.] Καὶ τὰ πρότερον μὲν εἰρημένα, ὅτι ἡ κτίσις ὑπετάγη τῇ ματαιότητι· καὶ, ὅτι ἀφθαρτισθήσεται· καὶ αὖθις, Τί προσευξόμεθα οὐκ οἴδαμεν, παραμύθιά τινες ἦσαν τοῖς ἐν Ρώμῃ κακουχουμένοις, ὡς προεσημειωσάμεθα· τὰ δὲ νῦν, φανερώτατα. Τοῖς γὰρ ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν, πάντα, καὶ τὰ δοκοῦντα δυσχερῆ καὶ θλιβερά, συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. Οὐκ εἶπε δέ, ὅτι οὐδὲν ἐπέρχεται δεινὸν τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν, ἀλλ' ὅτι ἔπεισι μὲν, ἀλλὰ πρὸς τὸ συμφέρον τῶν κακουχουμένων χειρεται ὁ Θεὸς τοῖς δεινοῖς. Εἶτα, ἐπειδὴ ἄπιστον ἐδόκει τοῦτο, ἀπὸ τῶν προλαβόντων βεβαιοῖ αὖθις, λέγων, Τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς. Καὶ γὰρ καλέσει σε, φησι, μακρὰν ὄντα, καὶ οἰκεῖόν σε ἐποίησε· καὶ πόσῳ μᾶλλον κληθέντος οὐκ ἀπολείψει; Κλητὸς δὲ γέγονεν ἀνθρωπος κατὰ πρόθεσιν, τουτέστι, καθ' οἰκείαν προαίρεσιν. Οὐκ ἀρκεῖ γὰρ ἡ κλῆσις, ἐπεὶ πάντες ἂν ἐσώθησαν· πάντες γὰρ ἐκλήθησαν· ἀλλὰ χρεία καὶ τῆς προαιρέσεως. "χ. φανερώτατα γρ.

29 Ὅτι οὓς προέγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. 30 Οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε.] "Προγινώσκει ὁ Θεὸς τοὺς ἀξίους τῆς κλήσεως, εἶθ' οὕτως προορίζει. Πρότερα οὖν ἡ πρόγνωσις, εἶτα ὁ προορισμός. Προορισμὸν δὲ νόησε, τὸ ἀμετάθετον τοῦ Θεοῦ ἀγαθὸν θέλημα. Προέγνω οὖν ὅτι ὁ Παῦλος ἄξιος τῆς κλήσεως τοῦ εὐαγγελίου, "χ. προγινώσκων.

βύαγελίω, καὶ ὅτω προώρισε, τούτους, ἀμεταθέτως ὥρισε, καὶ ἔστησε ὃ καλέσαν αὐτόν. Συμμόρφους οὖν ποιεῖ τῆ εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὃς προεγνώσκει ἀξίους. Ὁ γὰρ ὄντως ὁ μονογενὴς φύσει, τοῦτο αὐτοὶ γενόμενοι χάριτι καὶ υἱοὶ Θεοῦ καὶ αὐτοὶ χρηματίσθητε. Πρωτότοκος δὲ ὅστις ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς κατὰ τὴν οἰκονομίαν· κατὰ γὰρ τὴν θεότητα μονογενής. Ἐπεὶ γὰρ ἡ προσληφθεῖσα σὰρξ ἐχρίσθη πρὸ τοῦ χρίοντος, καὶ ἀπαρχὴ ἡμῶν ἐγένετο, ἁγιασθεῖσα ἐν Χριστῷ τῷ κατακρίτου φύσεως, εἰκότως πρωτότοκός ὅστι, καὶ ἀδελφοὶ αὐτοῦ χρηματίζομεν.

Οὓς δὲ ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσε.] Διὰ τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας ἀπαλλάξας τῶν ἁμαρτιῶν καὶ δικαίους ποιήσας.

Οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε.] Τῆς υἱοθεσίας τε ἀξιώσας αὐτοὺς, καὶ τἄλλα χαρίσματα αὐτοῖς δούς.

31 Τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; Εἰ ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν;] Ὁρᾶς ὅπ "ἐμφατέσατα σὺν τῷ δηλοῖ," ὅτι πρὸς τοὺς θλιβομένους ποιεῖται τὸν λόγον; τοιαῦτα γὰρ ὠφελεῖ "λέγειν. Εἰ τοσούτων ἠξιώθημεν ἀγαθῶν ἐχθροὶ ὄντες, μὴ τὸ δικαιωθῆναι καὶ δοξασθῆναι πόσῳ μᾶλλον; καὶ τοῦ Θεοῦ ὄντος ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; Κἂν γὰρ ἡ οἰκουμένη πᾶσα ἐπαναστῇ, ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία εἰς τὸν ἡμετέραν σωτηρίαν καὶ δόξαν προκεχείρισται τῷ ἐπαναστάσαι.

32 Ὅστε γε ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται;] Ἀφίημι, φησι, τἄλλα, ἃ προλαβὼν εἶπον, ὅτι ἐδικαίωσεν, ὅτι ἐδόξασεν. Ἀλλὰ τοῦτο σκόπει, ὅτι * τοῦ ἰδίου, τουτέστι, τοῦ μονογενοῦς, τοῦ ἀγαπητοῦ, τοῦ φύσει ἐξ αὐτοῦ, (εἰσὶ γὰρ καὶ ἐλαττωτοὶ υἱοὶ αὐτοῦ διὰ τοῦ βαπτίσματος) τούτου οὖν οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν παρέδωκεν αὐτὸν, καὶ ταῦτα πάντων, τουτέστιν, εὐγενῶν, δυσγενῶν, εὐτελῶν, ἐνδόξων· καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' εἰς σφαγὴν παρέδωκε· καὶ πῶς οὐ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσε-

* αὐτοῦ.

esse, sicque prædestinavit, hoc est, impermutabiliter decrevit, adeóque statuit vocare ipsum. Conformes igitur efficit imagini filii, quos prænoscit dignos. Quod enim unigenitus est secundùm naturam, hoc ipsi facti sunt per gratiam, ut & ipsi filii Dei vocarentur. Primogenitus autem est inter multos fratres secundùm dispensationem: nam secundùm divinitatem est unigenitus. Quia enim assumpta caro uncta est præsentiâ totius inungentis, ac primitiæ nostræ factus est, sanctificatâ in Christo damnatâ nostrâ naturâ, meritò primogenitus est, fratréisque ipsius appellamur.

Quos autem vocavit, hos & justificavit.] Per lavacrum regenerationis liberans à peccatis, justósque efficiens.

Quos autem justificavit, hos & glorificavit.] In filios nimirum adoptans illos, aliáque illis impertiens dona.

31 *Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos?*] Viden' apertissimè hîc indicare ipsum quòd verba faciat ad afflictos? Hujusmodi enim propenodum dicit: Si tantis bonis digni judicati sumus cùm hostes essemus, quanto majoribus donabimur post justificationem & glorificationem nostram? Ac si Deus pro nobis sit, quis adversùm nos erit? Etiamsi enim universus orbis insurgat adversùm nos, Dei tamen sapientia ad nostram salutem & gloriam hunc convertet insultum.

32 *Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit ipsum, quomodo & cum ipso non omnia nobis donabit?*] Omitto cætera, inquit, quæ suprà commemoravi, quòd justificavit, & quòd glorificavit nos. Verùm hoc considera, quòd filio suo proprio, hoc est, unigenito, dilecto, qui naturâ ex ipso est; (sunt enim & adoptatitii per baptisma) huic non pepercit, sed pro nobis tradidit ipsum, ídque pro omnibus, hoc est, tum ingenuis, tum non ingenuis, & humili & celebri loco natis: Neque simpliciter, verùm ad mactationem tradidit. Quî ergo jã non omnia nobis donaret?

naret? Qui enim Dominum dedit, facultates non dabit? Cùm itaque non dat aliquid, id non conducit, atque ideò non dat. Ne igitur impensè desideres liberationem, qui adfligeris propter Christum. Si enim conferat, accipies, erisque compos voti.

33 *Quis accusabit adversùs electos Dei?*] Quia inter alias tentationes & illud à Judæis objiciebatur fidelibus, quòd facilè immutarentur, & confertim ad Christianismum deciderent, Deus, inquit, vos elegit, & quis est qui accuset electionem Dei? Si artifex quicquam elegerit, nemo est qui culpet: ecquis est qui Dei electionem reprehensurus sit?

Deus est qui justificat. 34 *Quis est qui condemnet? Christus qui mortuus est, imò qui & resurrexit.*] Non dixit, Deus est qui remittit peccata: verùm, quod multo majus erat, *Deus est qui justificat.* Ne igitur metuamus neque tentantes neq; exprobrantes. Nam Deus elegit, & justificavit nos: & is qui mortuus est pro nobis, imò qui & resurrexit, Christus est filius ille Dei. Quis igitur condemnabit tantâ gloriâ donatos ac dignatos?

Qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.] *Interpellat pro nobis*, dixit, ut Christi erga nos dilectionem commonstret: quòd etiamsi ea quæ ad corporis sui dispensationem pertinerent ad implevit, amicum tamen & clementem suum erga nos affectum nondum dissolvit, verùm quasi legatus pro nobis intercedit: Hoc enim significat ἐντυγχάνει. Nam ista dictio unigeniti gloriæ diminutionem nequaquam infert. Nam cùm priùs dixisset, *Qui est ad dextram Dei*, (quod majestatis ejus est indicium) intulit deinde, *interpellat:* nihil aliud per hoc innuens, quàm, uti dictum est, ejus erga nos dilectionem: quandoquidem & de Patre dictum sit, *Tanquam Deo exhortante per nos.* Nunquid igitur gloria Dei imminuitur, quia exhortatur, sive obsectat? imò potiùs ineffabilis ipsius erga nos curæ argumentum est. Nonnulli

2 Cor. 5. 20.

ται; Ο γὰρ τ' δεσποτικῶν δοὺς, τὰ χρήματα δ' δώσει; Ὡσε ὅπερ δ' δίδωσιν, δ' συμφέρει, καὶ δι' ὃ τοῦτο δ' δίδωσι. Μὴ τοίνυν σφόδρα παθῆς τὴν ἄφεσιν ὁ θλιβόμενος διὰ Χριστόν· Εἰ γὰρ συμφέρει, λήψῃ.

33 Τίς ἐγκαλέσει κατ' ἐκλεκτῶν Θεοῦ;] Ἐπειδὴ μετ' τ' ἄλλων πειρασμῶν καὶ ὠνείδιζοντο οἱ πιστοὶ παρὰ τ' Ἰουδαίων, ὡς θὰ μεταβολοι, καὶ ἀθρόως μεταπεσόντες εἰς χειρισμούς· φησὶν ὅτι ὁ Θεὸς ἐξελέξατο ὑμᾶς, καὶ τίς ὁ ἐγκαλῶν ὑμῖν τῇ ἐκλογῇ τ' Θεοῦ; Ἀνθρωπος τεχνίτης ἐὰν ἐκλέξηταί τι, οὐθεὶς ὁ μεμφόμενος· καὶ Θεοῦ ἐκλεξαμένου, τίς ὁ ἐγκαλῶν;

Θεὸς ὁ δικαιῶν. 34 Τίς ὁ κατακρίνων; Χριστὸς ὁ ἀποθανών, μᾶλλον δ' καὶ ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν.] Οὐκ εἶπε, Θεὸς ὁ ἀφεὶς τὰ ἁμαρτήματα, ἅπερ ὁ πολλῷ μᾶλλον ἦν, Θεὸς ὁ δικαιῶν. Μὴ τοίνυν φοβώμεθα, μήτε τοὺς πειράζοντας, μήτε τοὺς ὀνειδίζοντας. Θεὸς γὰρ ἐξελέξατο, καὶ δικαίους ἐποίησε· καὶ ὁ ἀποθανὼν ὑπὲρ ἡμῶν μᾶλλον δ' καὶ δυάσας, Χριστός ἐστιν ὁ υἱὸς τ' Θεοῦ. Τίς οὖν ὁ κατακρίνων τοὺς τοσαύτης δόξης ἀξιωθέντας.

Ος καί ἐστιν ἐν δεξιᾷ τ' Θεοῦ, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν.] Τὸ, ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν, εἶπεν, ἵνα δείξῃ τὴν περὶ ἡμᾶς ἀγάπην τ' Χριστοῦ· ὅτι καίτοι τὰ τ' σωματικῆς οἰκονομίας πληρώσας, δ' κατέλυσε τὴν περὶ ἡμᾶς φιλάνθρωπον φύσιν, ἀλλὰ παρεσθαίνει ὑπὲρ ἡμῶν· τοῦτο γὰρ τὸ, ἐντυγχάνει. Οὐ γὰρ δήπου ἐλαττοῖ τ' μονογενοῦς δόξης εἰσάγει ἡ λέξις αὕτη· πρότερον γὰρ εἰπὼν τὸ, Ος ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ" Θεοῦ, (ὅπερ τ' μεγαλειότητός ἐστιν αὐ- " κ. παθ.
τοῦ ἐνδεικτικόν,) εἶτ' καὶ ἐπήγαγε, τὸ, ἐντυγχάνει· σαφὲς δ' ἀπὸ δηλῶν εἶναι τοῦτο, ἢ, ὡς εἴρηται, τ' περὶ ἡμᾶς ἀγάπην· ἐπεὶ καὶ περὶ τοῦ Πατρὸς εἴρηται, Ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν. Ἆρα οὖν διὰ τοῦτο ἐλαττοῦται ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ, εἴπερ παρακαλεῖ; ἀπὸ πολλοῦ τῆς ἀφάτου περὶ ἡμᾶς κηδεμονίας ἐνδεικτικόν ἐστι τοῦτο. Τινὲς δὲ, ὅτι, ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν,

ἡμῶν, ὅτως ἐνόησαν, ὅτι καθὸ τὸ σῶμα φορᾷ, καὶ οὐκ ἀπέθετο αὐτὸ, ὡς οἱ Μανιχαῖοι λεροῦσιν, αὐτὸ τοῦτο πρεσβεία ἐστὶ καὶ ἔντευξις πρὸς τὸν Πατέρα. Βλέπων γὰρ αὐτὸ ὁ Πατὴρ, ἀναμιμνήσκεται τῆς πρὸς ἀνθρώπους ἀγάπης, δι' ὃν ἐφόρησε * σῶμα ὁ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ εἰς οἶκτον νεύει καὶ ἔλεον. Ταῦτα οὖν λέγει ὁ Παῦλος, ὅπερ πολλάκις εἶπον, τοὺς θλιβομένους παραμυθούμενος, καὶ δηλῶν αὐτοῖς, ὅτι καὶ τὸ Πνεῦμα ὑπὲρ ἡμῶν ἐντυγχάνει, καὶ ὁ Πατὴρ τὸν ἴδιον υἱὸν οὐκ ἐφείσατο ὑπὲρ ἡμῶν οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ καὶ ἐδικαίωσεν ἡμᾶς, καὶ ἐδόξασε, καὶ ὁ υἱὸς ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν. Καὶ λοιπὸν οὐ δεῖ ἡμᾶς ἀθυμεῖν καὶ καταπίπτειν.

* al.

35 Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ; θλῖψις, ἢ στενοχωρία, ἢ λιμὸς, ἢ διωγμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα;] Μετὸ ἔδειξε τὴν ἄφατον ἀγάπην τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος περὶ ἡμᾶς, ὥσπερ ἐνθουσιᾷ, καί φησι, Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ; Τὸν γὰρ ὕτως ἀγαπηθέντα, καὶ τοσαύτης ἀξιωθέντα προνοίας, οὐδέν ἐστιν ὃ διαστῆσαι δυνήσεται. Τῷ τὴν θλῖψιν καὶ ὄνομα καὶ τὴν στενοχωρίας, συμπεριέλαβε πάντα τὰ καθ' ἡμῶν δυνάμενα, κἂν μὴ ἀπηριθμήσατο ἰδικῶς ταῦτα.

35 *Quis nos ſeparabit à dilectione Dei? Tribulatio? an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius?*] Cùm demonſtrâſſet ineffabilem dilectionem Patris & Filii & Spiritûs Sancti circa nos, veluti jam divino numine adflatus exclamat, *Quis nos ſeparabit à dilectione Dei?* Adeò enim dilectum, tantâque dignatum providentiâ, nihil eſt quod ſeparare poſſit. Tribulationis autem & anguſtiæ nomine complexus eſt omnia quæcunque affligere queant, etiamſi ea ſigillatim non enumeraverit.

36 (Καθὼς γέγραπται, ὅτι ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν, ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς.)] Ἵνα μὴ δόξῃ ἐγκαταλείψεως εἶναι τὸ θλίβεσθαι καὶ στενοχωρεῖσθαι, παράγει καὶ τὴν προφήτειαν προσαναφωνοῦντα ταῦτα, καὶ παράκλησιν μεγίστην ὑποδηλοῦντα, τὸ δεῖν τὸν Θεὸν πάσχειν, μᾶλλον δὲ θανατοῦσθαι ὅλην τὴν ἡμέραν· ὃ δὴ τῇ προαιρέσει· τῇ γὰρ φύσει τοῦτο ἀδύνατον. Τὸ δὲ θανατοῦσθαι τοῦτο, θυσιάζεσθαι ἐστὶ τῷ Θεῷ· τοῦτο γὰρ αἰνίττεται διὰ τοῦ εἰπεῖν, ὡς πρόβατα σφαγῆς. Καὶ ὅπερ ὥσπερ ἐκεῖνα οὐκ ἀντιτείνεται σφαττόμενα, ὕτως οὐδὲ ἡμεῖς.

36 (*Sicut ſcriptum eſt; Propter te mortificamur toto die: æſtimati ſumus ſicut oves mactationi deſtinatæ.*)] Ne videatur afflictio & anguſtia ſignum eſſe divinæ derelictionis, profert in medium prophetam, qui jam antea hæc vaticinatus ſit, maximámque conſolationem ſubindicârit eſſe pro Dei gloria pati, vel potiùs occîdi totum diem: quod ſanè fit animi voluntate & propoſito; naturæ namque hoc eſt impoſſibile. Occîdi autem, eſt offerri & mactari Deo: iſtud enim ſubindicat per hoc quod ait, *Tanquam oves mactationi deſtinatæ.* Et perinde ac illæ non reſiſtunt dum mactantur, ſic neque nos. Pſal. 43.

37 Ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶ-

37 *Sed in his omnibus ſuperamus per eum*

qui dilexit nos.] Quia dixerat, occidimur, consolationem nunc adjicit, ne quis humana cogitans deficiat & desperet, non inquiens, vincimus, sed, superamus sive supervincimus, hoc est, cum omni facilitate citra sudores & labores, & per ea ipsa quibus nobis insidiæ tenduntur. Hæc enim perfectissima est victoria, quando dum agimur & pellimur, persequentibus superiores reddimur. Ne itaque diffidas. Deus enim est qui nos in certaminibus adjutat, imò qui & dilexit nos. Quare nihil mirum si vel in mediis periculis victoriam facilè obtineamus.

38 *Persuasum enim habemus, quòd neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura,* 39 *Neque altitudo, neque profunditas, neque aliqua alia creatura poterit nos separare à dilectione Dei quæ est in Christo Iesu Domino nostro.*] Primùm dixit quòd delixit nos Deus: deinde sic suam ipsius erga Deum charitatem & amorem ponit, ut nihil videatur magnũ de se ipso dicere. Adeò, inquit, pendemus ex dilectione Dei, ut non solùm quæ huic vitæ contingunt incommoda nos ab ea avocare nequeant: verumetiam si tyrannus aliquis mortem interminetur futuram, quæ in supplicio sit duratura: si polliceatur vitam nullis seculis intermorituram, allaborans hoc pacto nos abstrahere à Deo, nihil planè efficiet. Ecquid mihi reges ac tyrannos objicis? Neque angeli, neque omnes supernæ potestates poterunt nos avertere: neque præsentia, neque futura, neque altitudo, hoc est, quæ in cœlis, neque profunditas, hoc est, quæ in terra, neque gloria, neq; ignominia. Quidam per altitudinem, cœlorum regnum; per profunditatem, jacturam ejus intelligunt. Insuper, si aliud esset mundi opificium tantum quantum visibile hoc & intelligibile, à dilectione ejus me non averterit. Non autem quòd angeli homines à Deo desciscere faciant, hoc dixit: verùm ex suppositione sermonem hunc protulit, & ex abundantia ostendere

μὴν δηλοῖ τῶ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς.] Εἰπὼν ὅτι θανατώμεθα, πάλιν ἐπ τῶ παραμυθίαν ἐπάγει, ἵνα μή τις ἀνθρώπινα φρονήσας ἀπαγορεύσῃ· καὶ φησιν, οὐχ ὅτι νικῶμεν, ἀλλ', ὑπερνικῶμεν, τουτέστι, μετὰ εὐκολίας ἁπάσης, χωρὶς ἱδρώτων καὶ πόνων, καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις δι' ὧν ὑπερβαλλόμεθα. Τοῦτο γὰρ ἡ τελειοτάτη νίκη, ὅταν ἐλαυνόμενοι τῶν διωκόντων ὑπερισχύωμεν. Καὶ μὴ ἀπιστήσῃς· Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ συναγωνιζόμενος· ἀλλὰ καὶ ἠγάπησεν ἡμᾶς. Ὥστε θαυμαστὸν, εἰ ὑπερνικῶμεν ἐν μέσοις τοῖς δεινοῖς.

38 Πέπεισμαι γὰρ ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, 39 Οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτέ τις κτίσις ἑτέρα, δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.] Πρῶτον εἶπεν, ὅτι ἠγάπησεν ἡμᾶς ὁ Θεός· εἶθ' οὕτω τὸν αὐτοῦ πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπην ἐπήσιν, ἵνα μηδὲν δόξῃ μέγα λέγειν περὶ ἑαυτοῦ. Φησὶν οὖν, ὅτι τοσοῦτον ἀξαρτώμεθα τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης, ὥστε οὐ μόνον τὰ ἐν βίῳ τούτῳ συγκεχλημένα δεινὰ οὐ δυνήσονται ἡμᾶς ἀποξῆναι ταύτης· "κ. ἀλλ' κἂν θανατώδη τις ἀπειλῇ τὰ μέλλοντα, καὶ ἀθάνατον, καὶ ἐν τῇ κολάσει. "κ. ξύσαι. ἀλλὰ κἂν τυραννός τις ἀπειλῇ τὰ μέλλοντα θάνατον τὸν ἐν τῇ κολάσει, κἂν ζωὴν ἐπαγγέλληται τὴν ἀκατάλυτον, ὑπισχνῆται ἡμᾶς "ἀποξῆναι τοῦ Θεοῦ. Καὶ τί μοι λέγεις βασιλεῖς καὶ τυράννους; οὐδὲ ἄγγελοι, οὐδὲ πᾶσαι αἱ ἄνω δυνάμεις δυνήσονται ἡμᾶς παραστῆσαι· οὐδὲ τὰ παρόντα, οὐδὲ τὰ μέλλοντα, οὔτε ὕψωμα, τουτέστι, τὰ ἐν οὐρανοῖς, οὔτε βάθος, τουτέστι, τὰ ἐν τῇ γῇ, οὔτε δόξα, οὔτε ἀδοξία. Τινὲς δὲ ὕψωμα τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, βάθος δὲ τὴν ἀποτυχίαν ταύτης νοοῦσιν. Ἀλλὰ καὶ δύο ἑτέρα κτίσις ἐστὶν, ὅση ἡ ὁρατὴ καὶ ἡ νοητὴ, οὐκ ἂν με τῆς ἀγάπης ταύτης "ἀποκόψαι. Οὐχ ὡς τῶν ἀγγέλων δὲ "κ. ἐγκόψειν ἢ ἀπόστασίν. ἀφιστώντων τινὰς δυνήσεσθαι ἀπὸ Χριστοῦ, εἶπε τοῦτο, ἀλλὰ κατ' ὑπόθεσιν τὸν λόγον ποιεῖται, καὶ οὐκ ἀδεεσίας ἥλων δέ-

ξαι

ξαι τ ὑπερβολὴν τ ἀγάπης τ Θεοῦ· ὐχ ὡ φασιν οἱ Ἑβραῖοι ἔχειν, ἀλλὰ τ ὸν Χριστῷ Ἰησοῦ. Καὶ γὰρ Ἰουδαῖοί φασιν ἀγαπᾶν τ Θεὸν, ἀλλ' οὐκ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὐ γὰρ ἔχουσι τ πρὸς Χριστὸν πίστιν.

volens dilectionis Dei magnitudinem & excellentiam: non qualem Hebræi se habere dicunt, sed qualis est iis qui sunt in Christo Jesu. Etenim Judæi dicunt sese diligere Deum, verùm non in Christo Jesu: non enim habent fidem in Christum.

ΚΕΦ. θ.

Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, ὐ ψεύδομαι, (συμμαρτυρούσης μοι τ συνειδήσεώς μου ἐν πνεύματι ἁγίῳ) 2 Ὅτι λύπη μοί ἐστι μεγάλη, καὶ ἀδιάλειπτος ὀδυνὴ ἐν τῇ καρδίᾳ μου.] Μέλλει προϊὼν δηλοῦν ὅτι ὐ πάντες οἱ ἐξ Ἀβραὰμ, σπέρμα αὐτοῦ εἰσι. Καὶ ἵνα μὴ δόξῃ κατ' ἐμπάθειαν ταῦτα λέγειν, προλαμβάνει, καὶ λέγει περὶ τῶν Ἑβραίων τὰ χρηστότερα, τ ὑπόνοιαν ταύτην ἀναιρῶν, καὶ ὁμολογεῖ αὐτοὺς ὑπερβαλλόντως φιλεῖν. Ἵνα δὲ μὴ ἀπιστηθῇ, φησιν, Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, ὐ ψεύδομαι. Καὶ "συμμαρτυρούσης μοι τ Χριστοῦ, τ ἑαυτῷ συνείδησιν, ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, καὶ φησιν, ὅτι λύπη μοί ἐστι μεγάλη, κατεσθίουσά μου τὴν καρδίαν, ὑπὲρ τῶν Ἑβραίων, ὅτι ἔξω τῆς χάριτος γεγόνασι· τοῦτο γὰρ μέλλει εἰπεῖν.

" χ. παρὰ γρ.

3 Ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τ Χριστοῦ, ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα.] Τί ἐστι τὸ ἀνάθεμα μάθε πρῶτον· χωρισμὸς, ἀλλοτρίωσις. Ὥσπερ γὰρ τ ἀναθήματος τοῦ ἀπτεσθαι τοῦ Θεοῦ πάντες ἀφασι τολμᾷ, οὕτω καὶ τ ἀναθεματισμένου· πλὴν ἑτέρῳ τρόπῳ. Τῷ μὲν γὰρ ἱερῷ ἀναθήματι, τιμῆς ἕνεκεν ὐ τολμᾷ τις ἐγγίσαι, ὡς ἀνακειμένῳ Θεῷ· τοῦτο δὲ χωρίζον πάντες, ὡς ἀπέρχον καὶ ἀπηλλοτριωμένον Θεοῦ. Τί οὖν ἐστιν ὃ λέγει ὁ Παῦλος; Φαίνεται γὰρ ἐναντία λέγων τοῖς ἀνωτέρω ῥηθεῖσι. Τότε μὲν γὰρ ἔλεγεν, Ὅτι οὐδεὶς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τ ἀγάπης τοῦ Θεοῦ· νῦν δὲ εὔχεσθαί φησι, χωρισθῆναι ἀπὸ τοῦ Χρι-

" χ. ἀναθεματισμένου.

" χ. Θεῷ.

CAP. IX.

Veritatem dico in Christo, non mentior, (testimonium mihi perhibente conscientiâ meâ in spiritu sancto) 2 *Quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo.*] Demonstraturus est in procursu, quòd non omnes, qui ex Abraham, semen ipsius sint. Ne verò ex affectu hæc videatur dicere, antevertit, ac de Hebræis meliora dicit, suspicionem hanc adimens, confitetúrque se illos excellenter amare. Ne verò suspectus habeatur, ac fide parùm dignus, *Veritatem*, inquit, *dico in Christo, non mentior.* Producítque tres in testimonium, Christum, suam ipsus conscientiam, & Spiritum sanctum, inquiens; Quoniam tristitia mihi est magna, cor meum exedens, Hebræorum nomine, quòd extra gratiam sint: hoc enim dicturus est;

3 *Optârim enim ipse ego anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui mihi sunt cognati secundùm carnem.*] Quid anathema sit, primùm disce: Separatio, abalienatio. Quemadmodum enim munus Deo oblatum nemo audet attingere: ita cum excommunicato agi solet: veruntamen aliâ ratione. Sacro enim muneri nemo sese admovere audet honoris causâ. Quippe Deo collatum consecratúmq; est: ab hoc verò separantur omnes, ceu profano, abalienatóq; à Deo. Quid igitur est quod dicit Paulus? Videtur enim hoc loco supradictis contradicere: illic enim dixit, *Nemo nos separabit à charitate Dei:* jam nunc verò optare se ait, ut à Christo separetur. Videtur ergo

contraria dicere, ſed non ita ſe res habet; quandoquidem & hoc pro charitate Dei dicat. Quum enim omnes Deum accuſarent, quòd Hebræos adoptione donatos, glorificatósq;, adeòq; majores Chriſti appellatos, ejiceret, ignominiâque afficeret, atque in illorũ locum gentes, quæ ipſum nunquam agnoviſſent, induceret: ejúſque providentiæ obmurmurarent, ac blaſphemarent, quaſi hæc injuſtè fierent, & Deus ipſorũ progenitoribus, quibus ipſa dona pollicebatur, impoſuerat: mœrens itaq; Paulus, anxiéque motus & morſus pro Dei gloria, optavit anathema, id eſt, abalienatus eſſe à Chriſto, ut illi ſervarentur, diſſolveretúrque eorum adverſùs Deum maledicentia. Viden' igitur quòd ex amore quo in Deum inflammatus eſt, optat, ſi modò fieri poſſit, ſeparari à cœtu eorum qui cum Chriſto æternùm vivent? Non à charitate ipſius, ſed gloriâ ipſius, & gloriæ fructu. Perinde ac patres ſæpenumero à filiis ſegregantur, ut glorificentur filii, minimè tamen à filiorũ dilectione abalienati, ſed ipſi inglorii eſſe cupientes, ut illi celebres evadant. Itaque ipſe, inquit, ego, qui innumera tanſegi, diligens Deum ſuprà quàm natura ferat, opto, ait, pro gloria Dei excidere à gloria Chriſti. Hoc autem non eſt excidere, ſed potiùs adſequi. Quod verò ait, Pro fratribus meis, qui mihi ſunt cognati ſecundùm carnem, viſcera indicat, & quàm vehementi charitate erga eos affectus erat.

4 *Qui ſunt Iſraelitæ, quorum eſt adoptio, & gloria, & teſtamenta, & legislatio, & cultus, & promiſſiones;* 5 *Quorum ſunt patres, & ex quibus Chriſtus quo ad carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Amen.*] Commendat hîc Judæos, eóſque magni facit, ne videatur, uti dixi, ex affectu, vel perturbatione animi, vel odio loqui. Tacitè autem innuit, quòd Deus illos ſervare volüerit: quod inde ſatis colligitur, quia illos adoptione filiorum dignatus eſt & gloria, & quia patribus promiſſiones fecerit, aliáque omnia excellentia eis impertierit, Chriſtúmque adeò ex ipſis

ςοῦ. Δοκεῖ οὖν ἐναντία λέγειν, οὐκ ἔστι δέ. Καὶ γὰρ ⸀τοῦτο ὑπὲρ τ᾽ ἀγάπης τοῦ Θεοῦ λέγει. Ἐπειδὴ γὰρ ἅπαντες τῷ Θεοῦ κατηγόρουν, ὅτι τοὺς ἀξιωθέντας τ᾽ υἱοθεσίας, καὶ δοξασθέντας, καὶ πατέρας Χριστοῦ γεγενημένους, τοὺς Ἑβραίους ἐξέβαλε, καὶ ἠτίμωσεν, ἀντεισήγαγε δὲ τοὺς μηδέποτε αὐτὸν ὑπηγόντας, τοὺς ὄξ ἐθνῶν· καὶ κατεγόγγυζον τ᾽ προνοίας, καὶ ἐβλασφήμουν, ὡς ἀδίκως τούτων γινομένων, καὶ ⸀τοῦ Θεοῦ ἀπατήσαντος τοὺς προγόνους, οἷς καὶ [a] δωρεὰς ἐπηγγείλατο· λέγων ὁ Παῦλος καὶ δακνόμενος ὑπὲρ τ᾽ τοῦ Θεοῦ δόξης, ἠυξατο αὐτὸς ⸀τοῦτο), ὥστε σωθῆναι ἐκείνους, καὶ καταλυθῆναι τὴν κτ᾽ Θεοῦ βλασφημίαν. Ὁρᾷς οὖν ὅτι διὰ τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην θύγεται, εἰ δυνατὸν, χωρισθῆναι ⸀τοῦ τ᾽ Χριστὸν χρεών; [b] οὐχὶ τ᾽ ἀγάπης αὐτός, ἀλλὰ τ᾽ δόξης αὐτός, καὶ τῆς ἀπολαύσεως ἐκείνης. Ὥσπερ καὶ πατέρες πολλάκις χωρίζονται τ᾽ υἱῶν, ἵνα καὶ οἱ υἱοὶ δοξασθῶσιν· οὐχὶ τ᾽ ἀγάπης τῶν παίδων χωρίζόμενοι, ἀλλὰ ἀδόξων βουλόμενοι, ἵν᾽ ἔνδοξοι θαυμασθῶσιν. Αὐτὸς οὖν ἐγώ, φησιν, ὁ μυρία καταρθώσας, ὁ ἀγαπήσας ὑπὲρ φύσιν τ᾽ Θεὸν, θύχομαι ὑπὲρ τ᾽ δόξης ⸀τοῦ Θεοῦ, ἀποπεσεῖν τ᾽ δόξης ⸀τοῦ Χριστοῦ. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἐκπεσεῖν, ἀλλ᾽ ὑπερτυχεῖν μᾶλλον. Τὸ δὲ, ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κτ᾽ σάρκα, τὰ σπλάγχνα ἐνδείκνυται, καὶ ὡς ⸀διακαίεται ὑπὲρ αὐτῶν.

4 Οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται, ὧν ἡ υἱοθεσία, καὶ ἡ δόξα, καὶ αἱ διαθῆκαι, ⸀ἡ νομοθεσία, καὶ ἡ λατρεία, καὶ αἱ ἐπαγγελίαι· 5 Ὧν οἱ πατέρες, καὶ ⸀ὃξ ὧν ὁ Χριστὸς ⸀τὸ κτ᾽ σάρκα, ὁ ὢν ⸀ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.] Ἐπαινῶ τούτοις ἐνταῦθα ⸀μεγαλύνει, ἵνα (ὥσπερ ἔφην) μὴ δόξῃ καθ᾽ ἑμπάθειάν λέγειν. Ῥῆμα δὲ καὶ ἐπαγωνίᾳ ἐστὶ, ⸀ὅτι ὁ μὲν Θεὸς ἠθέλησε αὐτοὺς σωθῆναι· καὶ δῆλον ⸀ἐκ ὧν υἱοθεσίας ἠξίωσε καὶ δόξης, καὶ ⸀ὃξ ὧν τοῖς πατράσιν ἐπηγγείλατο, καὶ τἄλλα πάντα * ⸀ἐξαίρετα αὐτοῖς ἔδωκε, καὶ τ᾽ Χριστὸν ⸀ἐξ αὐτῶν γενέσθαι ⸀ηὐδόκησεν· αὐτοὶ δὲ τῷ

[a] χ. τῶν δωρεαί.

[b] χ. ὑ.

* al.

τῷ Θεῷ περὶ αὐτῶν. Διὸ καὶ ἐκπλαγεὶς τῇ ἀγάπῃ τοῦ Θεοῦ, ἀναφέρει τῷ μονογενεῖ τὴν εὐχαριστίαν, καί φησιν, Ὁ ὢν ὑπὲρ πάντων Θεὸς εὐλογητός. Εἰ γὰρ καὶ ἕτεροί, φησι, βλασφημοῦσιν, ὡς οὐκ εὐλόγως γενομένης τῆς τῶν ἐθνῶν "προσαγωγῆς, ἀλλ' ἡμεῖς οἱ τὰ μυστήρια εἰδότες τοῦ Χριστοῦ, οἰδαμεν ὅτι δι' ὃν δεδόξασται ἐστὶν ἄξιος. Καὶ ἐντεῦθεν δὲ καταισχύνεται Ἄρειος, ἅτε τοῦ Παύλου τὸν Χριστὸν ὑπὲρ πάντων Θεὸν ἀναγορεύοντος.

"προσαγωγήν.

6 Οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ.] Ἐγὼ μὲν, φησι, λυποῦμαι, ὅτι βλασφημεῖται ὁ Θεὸς, καὶ ἤθελον διὰ τοῦτο ἵνα πάντες σωθῶσι· πλὴν εἰ καὶ μὴ πάντες σώζονται, ἀλλ' οὖν τοῦτο ἐφύσατο ὁ Θεὸς, ἐφ' οἷς ἐπηγγείλατο τοῖς πατράσιν, οὐδὲ ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος αὐτοῦ· Ὃ γὰρ ἐπηγγείλατο, καὶ ἐποίησε· κἂν οἱ βλασφημοῦντες λέγωσιν, ὅτι ἄλλοις ἐπηγγείλατο, καὶ ἄλλοις ἔδωκεν. Ἀκουε γὰρ τῆς ἑξῆς.

6 *Non autem quòd exciderit verbum Dei.*] Ego, inquit, uror & affligor, quòd Deus blaſphematur, ac eapropter optavi omnes ſalvos fieri. Verùm ſi non omnes ſerventur, earu ob rem non eſt mentitus Deus in iis quæ promiſit patribus, neque excidit verbum ejus. Quod enim promiſit, hoc etiam præſtitit : etiamſi maledici dicant, quòd aliis promiſerit, aliis verò dederit. Audi enim ſequentia.

7 Οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραήλ· οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραάμ, πάντες τέκνα.] Ὃ ἐπηγγείλατο, φησιν, ὁ Θεὸς, τοῦτο καὶ ἐποίησεν· Εἶπε γάρ, Ὅτι σοὶ καὶ τῷ σπέρματί σου δώσω. Ἴδωμεν οὖν ποῖόν ἐστι τὸ σπέρμα. Οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἀβραάμ, ἁπλῶς οὗτοι σπέρμα· σοφοὶ οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραηλῖται· ἀλλ' οἱ κατὰ τὸν Ἰσαὰκ γνησιεύοντες, καὶ οἱ τῆς τοῦ Ἰσραὴλ ἀρετῆς ἄξιοι, δι' ἧς Θεὸν εἶδεν. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι οἱ ἐξ Ἰακὼβ, ἀλλ', οἱ ἐξ Ἰσραήλ, τὴν τιμίαν ὀνόματος μνημονεύσας. Ἐὰν οὖν μάθῃς τίνες κατὰ τὸν Ἰσαὰκ γνήσιοι, τότε εὑρήσεις ἀδιάψευστον τὴν ἐπαγγελίαν· τούτοις γὰρ "ἐδόθη τὰ ἐπαγγελθέντα. Ὥστε οὐ βλασφημεῖται ἐστὶν ἄξιος ὁ Θεός. Ὃ γὰρ εἶπεν ἐποίησε, κἂν τινες οὐ νοοῦσιν.

"ἐδόθησαν.

7 *Non enim omnes qui ex Iſrael, hi Iſraelitæ : neque quia ſunt ſemen Abrahami, propterea ſunt omnes filii.*] Quod promiſerat, inquit, Deus, hoc etiam præſtitit. Dixit enim ; *Tibi & ſemini tuo dabo.* Videamus igitur quale ſit ſemen. Non enim omnes qui ex Abrahamo, illi ſimpliciter ſunt ſemen : neque qui ex Iſrael, ſunt Iſraelitæ : verùm qui ſecundùm Iſaacum nati ſunt, quique Iſraelis virtute conſpicui, per quam Deum conſpexit. Non enim dixit, Qui ex Jacob, ſed, *qui ex Iſrael*, honoratioris nominis mentionem faciens. Vbi igitur didiceris qui ſecundùm Iſaac naſcantur, invenies vacantem mendacio promiſſionem : iſtis enim promiſſa ſunt exhibita. Quare Deus haudquaquam maledictis inceſſendus : quod enim dixit, id opere pariter complevit, etiamſi nonnulli haud intelligant. Gen. 13. 15.

8 Ἀλλ' ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα, τουτέστιν, οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς, ταῦτα τέκνα τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται εἰς σπέρμα.

8 *Sed in Iſaac vocabitur tibi ſemen, id eſt, non qui filii carnis, hi filii Dei : ſed qui filii ſunt promiſſionis æſtimantur in ſemine.* 9 *Promiſſionis enim verbum hoc*

eſt ;

Gen.18.10. *est: Secundùm hoc tempus veniam, & erit Sarrhæ filius.*] Non ego, inquit, tibi interpretor quid sit revera semen Abrahami, sed veteris testamenti scriptura, quæ dicit,

Gen.21.12. *In Isaac vocabitur tibi semen.* Quocirca quotquot secundùm Isaac nati sunt, hoc est, ex promissione, illi sunt revera filii Abraham, imò verò Dei. Verbum enim divinum omnino impletum erat. Non enim Isaac lege potentiâq; naturæ natus est, verùm secundùm potentiam promissionis. *Nam secundùm hoc tempus veniam, & erit Sarrhæ filius:* Verbum itaque Dei finxit Isaac, & genuit: Consimili sanè ratione super nos filios Dei in lavacro baptismatis, veluti in matrice, verba divina pronunciantur, eáque nos refingunt. Siquidem in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti, baptizati generamur. Ac perinde ut illic Isaaci generationem promiserat, quam postea implevit, sic & nostram regenerationem promisit per prophetas, & postea perfecit. Quare illud, *In Isaac vocabitur tibi semen*, sic accipiendum est: Illi sunt semen Abrahami, qui Isaaci nativitatis ad instar sunt geniti, hoc est per verbum divinum. Non igitur excidit sermo Dei, cæterùm vero semini, hoc est, fidelibus ex gentibus, qui facti sunt filii Dei sicut & Isaac, quatenus & hi ex promissione, dedit quæ promisit. Sin autem Judæi dicant quòd istud, *In Isaac vocabitur tibi semen*, hoc significat, nempe, quòd ii qui Isaac prognati erant, semen Abrahæ reputentur, oporteret & Idumæos & omnes ab ipso oriundos semen Abrahæ appellari. Siquidem ipsorum progenitor Esau filius erat Isaac. Atqui jam non solùm non vocâtur Abrahami filii, verùm etiam valdè sunt abalienati, alienigenique dicuntur.

10 · *Non solùm autem, sed Rebecca etiam ex uno conceperat, Isaac patre nostro.*] Monstravit quòd cùm multi & varii Abrahamo essent filii, Isaac vocatus sit semen: Itaque & ii, qui simili quâ ipse nascuntur ratione. Jam verò ait: Non in Isaac tan-

9 Επαγγελίας γὰρ ὁ λόγος οὗτος· Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι, καὶ ἔσται τῇ Σάρρᾳ υἱός.] Οὐκ ἐγώ, φησιν, "ἑρμηνεύω σοι τί ἐστὶ" ἀληθὲς σπέρμα τοῦ Αβραὰμ, ἀλλ' ἡ παλαιὰ, εἰ καθῶσα, Ἐν Ισαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα. Ὡστε ὅσοι κατὰ τὸν Ισαὰκ ἐτέχθησαν, τοῦτέστιν, ἐξ ἐπαγγελίας, οὗτοί εἰσιν ἀληθῶς τέκνα Αβραὰμ, μᾶλλον δὲ τοῦ Θεοῦ· Τὸ γὰρ πρᾶγμα θεῖον λόγου ἐγένετο. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ὁ Ισαὰκ νόμῳ καὶ δυνάμει φύσεως ἐγεννήθη, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ἐπαγγελίας· Κατὰ τὸν καιρὸν γὰρ τοῦτον ἐλεύσομαι, καὶ ἔσται τῇ Σάρρᾳ υἱός. Τὸ οὖν ῥῆμα τοῦ Θεοῦ διέπλασε τὸν Ισαὰκ καὶ "ἐγέννησεν. Οὕτω δὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ, "ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ, ὡς ἐν μήτρᾳ, ῥήματα θεῖα ἐπιλέγεται, καὶ ἐκεῖνα ἡμᾶς ἀναπλάττουσιν. Εἰς ὄνομα γὰρ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος βαπτιζόμενοι γεννώμεθα. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖ ἐπηγγείλατο τὸν τοῦ Ισαὰκ γέννησιν, οὕτω καὶ τοὺς προφήτας, καὶ μετὰ ταῦτα ἐτελείωσεν· Ὡστε τὸ, Ἐν Ισαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα, οὕτω νοητέον, αὐτὴ τοῦ, Ἐκεῖνοί εἰσι σπέρμα Αβραὰμ, οἱ κατὰ τὸ εἰπὸν τοῦ Ισαὰκ γεννήσεως γεννηθέντες, τοῦτέστι, διὰ λόγου θείου. Οὐκ ἄρα ἐξέπεσεν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τῷ ἀληθινῷ σπέρματι, τοῦτέστι, τοῖς ἐξ ἐθνῶν πιστοῖς, τοῖς γνησίοις τέκνοις Θεοῦ ὡς καὶ ὁ Ισαὰκ, καθὸ καὶ ὅτι ἐξ ἐπαγγελίας, δέδωκεν ἃ ὑπέσχετο. Εἰ δὲ λέγοιεν οἱ Ιουδαῖοι, ὅτι Ὃ, Ἐν Ισαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα, τοῦτο δηλοῖ, Ὃ τοὺς ἐξ Ισαὰκ γνησιωθέντας λογίζεσθαι τοῦ Αβραὰμ εἰς σπέρμα, ἔδει καὶ τοὺς Ιδουμαίους, καὶ "πόρρω ὄντας ἐκείνους, σπέρμα Αβραὰμ χρηματίζειν. Ο" γὰρ πατήρ αὐτῶν Ησαῦ, υἱὸς ἦν τοῦ Ισαάκ. Νῦν δὲ μόνον οὐ χρηματίζουσιν υἱοὶ τοῦ Αβραὰμ, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀλλοτρίων), καὶ ἀλλόφυλοι ὀνομάζονται.

10 Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ Ρεβέκκα, ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα, τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ισαάκ.] Ἔδειξεν ὅτι πολλῶν καὶ διαφόρων ὄντων τέκνων τοῦ Αβραὰμ, ὁ Ισαὰκ ἐκλήθη σπέρμα· ὥστε καὶ οἱ ὁμοίως αὐτῷ γεγόμενοι· Καὶ νῦν οὖν φησιν, ὅτι οὐ μόνον

" χ. ἑρμηνεύσω τι.
" χ. ἀληθὲς.
" χ. ἐγεννήθη.
" χ. ὡς ἐν μήτρᾳ, τῇ κολυμβήθρᾳ.
" Chrys. πάντας τοὺς ἀπ' ἐκείνου.
" χ. δὲ.

ἢ ὅτι τῷ Ισαὰκ τέτο ἴδοις, ἀλλὰ ὃ μεῖζον, καὶ ὅτι ἀδελφῶν ὁμοπατρείων καὶ ὁμομητρείων καὶ δίδυμον, τέτε Ησαῦ καὶ τῷ Ιακώβ. Οὐδὲ γὰρ ταῦτὸ ἔτυχον αὐτῶν ἀπήλαυσεν, ἀλλ' ὁ μὲν ἐξελέγη, ὁ δὲ ἐμισήθη. Ωςε μὴ ἀπαίτει λόγους τίνος ἕνεκα τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἐξελέξατο, καὶ σπέρμα Αβραὰμ, μᾶλλον δὲ θεῖον ἐποίησε, τοὺς δὲ Εβραίους ἀπώσατο.

11 Μήπω γὰρ γεννηθέντων, μηδὲ πεπραχότων ἀγαθὸν ἢ φαῦλον, ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν πρόθεσις τοῦ Θεοῦ μένῃ, οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐκ τοῦ καλοῦντος, 12 Ερρέθη αὐτῇ, Οτι ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι. 13 Καθὼς γέγραπται, Τὸν Ιακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ησαῦ ἐμίσησα.] Αναγκαῖόν ἐστι πρόσθεν ἡμᾶς τὸν νοῦν τῶν μελλόντων ῥηθῆναι ἐφ' ἅπερ μακρὸς ὁ λόγος τοῦ ἀποστόλου. Επεφθὴ γὰρ ἔλεγον οἱ πολλοὶ, Τίνος ἕνεκα καὶ ἔθνη πρόσεστιν τῷ Εβραίων; (οὐ γὰρ δὴ εἴποι τις, ὅτι δι' ἀρετήν· πάντες γὰρ ἥμαρτον) συνάγει ὁ ἀπόστολος πολλὰ ἄτοπα, ἡμῖν μὲν ἀκαταλήπτα, μόνῳ δὲ Θεῷ καταληπτά· καὶ δείκνυσι πρῶτον τοὺς δύο διδύμους ἀδελφοὺς, ὅτι ὁ μὲν δι' ἀρετὴν ὁ ἐκλεγεὶς ἐξελέγη, οὐδὲ ἀφ' κακίαν ὁ μισηθεὶς ἐμισήθη· (Οὐ γὰρ ἐπράξαντο ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἔτι ἐν τῇ νηδύι τῆς μητρὸς ὄντες·) ἀλλὰ τῇ θείᾳ προθέσει, τουτέστι, τῇ προγνώσει, ὁ μὲν ἐξελέγη καὶ ἠγαπήθη, ὁ δὲ ἐμισήθη, καθὼς καὶ ὁ προφήτης λέγει, Οτι τὸν μὲν ἠγάπησα, τὸν δὲ ἐμίσησα· ἵνα ὃ πρὸ ᾖ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς αὐτοῦ προθέσεως καὶ προγνώσεως. Καὶ τί λέγω τούτες; ἀλλὰ καὶ οἱ Ισραηλῖται πάντες ἐμοσχοποίησαν, καὶ οἱ μὲν ἐκολάσθησαν, οἱ δὲ οὔ. Καὶ ὁ Φαραὼ σκληρὸς μὲν ἦν ἀληθῶς· ἦσαν πολλοὶ καὶ ἄλλοι. Πῶς οὖν μόνος κολάζεται; Ορᾷς ὅτι τοῦτα μὲν ἀκατάληπτα ἀνθρώποις, μόνῳ δὲ Θεῷ καταληπτά; Οὕτως οὖν καὶ ἡ τῶν ἐθνῶν ἐκλογὴ, καὶ τῶν Εβραίων ἀποβολὴ, ἡμῖν μὲν παράλογος δοκεῖ, τῷ δὲ

tùm hoc videre queas, ſed quod majus eſt, in fratribus etiam ex eodem patre & matre, iiſque geminis propagatis, Eſau nimirum & Iacob. Neque enim illi eadem ſunt conſecuti, ſed alter quidem electus, alter verò odio eſt habitus. Quare ne quæras cur gentes elegerit, eáſque ſemen Abrahæ, imò divinum fecerit, Hebræos autem repulerit.

11 *Cùm enim nondum nati eſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali (ut ſecundùm electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante)* 12 *Dictum eſt ei: Major ſerviet minori:* 13 *ſicut ſcriptum eſt, Jacob dilexi, Eſau autem odio habui.*] Neceſſũ fuerit hîc nos præmittere, atque ſummatim explicare ſenſum eorum quæ prolixè dicturus eſt Apoſtolus. Quia enim non pauci dicebant, Ecquur Deus gentes Hebræis prætulit? (Nec enim quiſquam dixerit iſthuc virtutis ergô contigiſſe: omnes enim peccaverunt) colligit Apoſtolus multa ambigua noſtro quidem ingenio incomprehenſibilia, ſoli autem Deo comprehenſibilia: ſtatuítque primùm ante conſpectum, quòd inter illos duos fratres didymos, alter quidem qui electus eſt, non ſit propter virtutem electus: alter verò qui odio eſt habitus, ob vitia non ſit rejectus (non enim egerunt quicquam boni aut mali, cùm adhuc in utero eſſent) verùm divino propoſito, hoc eſt, præſcientiâ, alter quidem eſt electus & dilectus, alter verò odio habitus, itidem ut propheta teſtatur; *Alterum quidem dilexi, alterum verò odi*, ut totum ſit Dei atque propoſiti ipſius & præſcientiæ. Et quid hos dico? imò Iſraelitæ omnes vitulum conflârunt, & alii quidem puniti ſint, alii verò non item. Præterea, Pharao revera durus erat, atque itidem alii multi. Quare igitur ſolus ille punitur? Viden' hæc hominibus eſſe incomprehenſibilia, ſoli autem Deo perceptibilia? Hanc ad rationem gentium electio, Judæorúmque rejectio, nobis quidem præter rationem & abſurda videtur, Deo autem eſt juſtiſſima.

Gen.25.23.

Mala.1.2.

ᾗ. γνώσεως

ſtiſſima. Hæc eſt ſententia totius in quo nunc verſatur loci.

14 *Quid igitur dicemus? Numquid injuſtitia eſt apud Deum? Abſit.*] Itaq; neque in nos ethnicos, neq; in Judæos injuſtus eſt Deus.

Exod.33.19 15 *Moyſi enim dicit, Miſerebor cujuſcunque miſertus fuero: & commiſerabor quemcunque commiſeratus fuero.*] Adjungit, ut & ſuprà dictum eſt, & alium locum ex veteri teſtamento, oſtendens, quòd ſolus Deus nôrit qui ſint digni vel honore, vel pœnâ. Nam quamvis omnes ex æquo peccâſſent, cùm vitulum finxerunt, Deus tamen aliorum quidem miſeretur, alios verò tradit Levitis ut interficerentur. Neq; Moſes tantus apud Deum, rationem novit: & tu cauſam poſtulas cur gentes Judæis ſint prælatæ, cùm tamen peccatis infectæ eſſent? Atqui Paulus potuit rationem dicere, quam & allo in loco reddidit, quoniã Iſraelitæ ex operibus exiſtimârunt ſe juſtificari: iſtæ verò ex fide, & gratia: verùm id jam nunc non dicit, abundè curioſis ora obſtruens, ac ſuadens ut nihili eorum quæ ad Deum ſpectant rationem exigant.

16 *Igitur non eſt volentis neque currentis, ſed miſerentis Dei.*] Voluit quidem Iſaac benedicere Eſau, currebat autem Eſau in campum, ut venatu captâ ferâ, benedictionem à patre reportaret. Sed Deus juſto judicio Jacobum, ceu prorſus dignum, benedictionem conſequi fecit. Videtur autem hîc liberum arbitrium tollere Apoſtolus, at iſtud non agit; Sed quemadmodum de domo dicimus, Totum eſt artificis, cùm interim opus habeat materie, & cooperatoribus ipſum adjuvantibus: attamen quia rei conſummatio ab illo pendet, dicimus Totum hoc illius eſt: Ita etiam de Deo dicimus, quòd totum Dei ſit, quamvis & noſtrâ voluntate indigeat Deus. Sed quoniam ille conſummat & perficit, & ille coronat, & ille condemnat, dicimus quòd totum Dei ſit.

17 *Dicit enim ſcriptura Pharaoni: In hoc ipſum excitavi te, ut oſtendam in te virtutem*

Θεῷ δικαιοπάτη. Οὗτός ἐστιν ὁ νοῦς πολλοῦ τοῦ χωρίου.

14 Τί οὖν ἐροῦμεν; Μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; Μὴ γένοιτο.] Οὐκοῦν οὐδὲ ἐφ' ἡμῶν τῶν ἐθνικῶν ἢ τῶν Ἰουδαίων ἄδικος ὁ Θεός.

15 Τῷ γὰρ Μωσῇ λέγει, Ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτιρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω.] Ἐπισωρεύει, ὡς ἢ μωρότερον εἰρηκώς, καὶ ἕτερον ἐκ τῶν παλαιῶν, δεικνύων ὅτι ὁ Θεὸς μένος οἶδε τοὺς ἀξίους ἢ ἡμῶν, ἢ κολάσεως. Καίτοι γὰρ πάντων ὁμοίως ἁμαρτόντων ὅτε ἐμοσχοποίησαν, ὅμως ὁ Θεὸς τοὺς μὲν ἐλεεῖ, τοὺς δὲ παραδίδωσι τοῖς Λευίταις εἰς σφαγήν. Καὶ οὐδὲ Μωσῆς οἶδε τὴν αἰτίαν, ὁ τοσοῦτος· καὶ σὺ αἰτίας ἀπαιτεῖς, ἵνος ἕνεκα οἱ ἐθνικοὶ προεπιμηθήσθη, καὶ ταῦτα ἁμαρτωλοὶ ὄντες; Καίτοι ἠδύνατο ὁ Παῦλος εἰπεῖν τὴν αἰτίαν, ἣν ἄλλοχοῦ εἶπεν· Ὅτι οἱ μὲν Ἰσραηλῖται ἐξ ἔργων νόμισθν δικαιοῦσθαι· ὅτοι δὲ, οὐκ πίστεως καὶ χάριτος· ἀλλ' ὁ λέγει νῦν, οὐκ περιουσίας ὑποτιμῶν τοὺς προτέρους, καὶ πείθων μηδὲν τῶν τοῦ Θεοῦ λογοπραγεῖν.

16 Ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ.] Ἤθελε μὲν εὐλογῆσαι Ἰσαὰκ τὸν Ἡσαῦ· ἔτρεχε δὲ Ἡσαῦ εἰς τὸ πεδίον, ὡς δὴ θηρεύσας θήραν εὐλογηθῆ. Ὁ δὲ Θεὸς τὸν Ἰακὼβ χρίσῃ δικαίᾳ, ὡς ἄξιον πάντως, τῆς εὐλογίας τυχεῖν ἐποίησε. Δοκεῖ δὲ ἐνταῦθα τὸ αὐτεξούσιον ἀναιρεῖν ὁ ἀπόστολος· οὐκ ἔστι δέ· ἀλλ' ὥσπερ ὅτι τῆς οἰκίας λέγομεν, ὅτι τοῦ πολλῶ τοῦ τεχνίτου ἐστί, καίτοι δεῖται καὶ ὕλης, καὶ τῶν συνεργησόντων αὐτῷ· ἀλλ' ὅμως ὅτῳ τὸ τέλος ἐκείνου ἐστί, λέγομεν ὅτι τοῦ πολλῶ ἐκείνου ἐστίν· οὕτω καὶ ὅτι τοῦ Θεοῦ λέγομεν, ὅτι τοῦ πολλῶ τοῦ Θεοῦ ἐστί, καίτοι τῆς ἡμετέρας προθυμίας δεῖται ὁ Θεός· ἀλλ' ὅτῳ ἐκεῖνος τελειοῖ, καὶ ἐκεῖνος στεφανοῖ, καὶ ἐκεῖνος κατακρίνει, λέγομεν ὅτι τοῦ πολλῶ τοῦ Θεοῦ ἐστιν.

17 Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ τῷ Φαραὼ· Ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρέ σε, ὅπως ἐν-

δείξωμαι

δείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου, καὶ ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ.] Ωσπερ ἐπὶ τῶν μοχθοποιησάντων, φησὶν, οἱ μὲν ἐσώθησαν, οἱ δὲ ἐκολάσθησαν, τοῦ Θεοῦ μόνου εἰδότος τοὺς ἀξίους ἢ σωτηρίας, ἢ κολάσεως· οὕτω καὶ ὁ Φαραὼ μόνος, καίτοι πολλῶν καὶ ἄλλων ψυχμῶν πονηρῶν, ἀπήλαυσε τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ· * διὰ τοῦτο γὰρ αὐτὸ ἐξήγειρά σε, φησὶν, ὦ Φαραὼ, τουτέστιν, εἰς τὸ μέσον ἤγαγον, ἵνα διὰ σοῦ φανῇ ἡ δύναμίς μου, καὶ συγκαλῶσι πολλοὶ, διαγγελθέντος τοῦ ὀνόματός μου, ὡς δικαίου καὶ δυνατοῦ, ἐν πάσῃ τῇ γῇ.

* χ. διαγγελῇ.

18 Ἄρα οὖν ὃν θέλει ἐλεᾷ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει.] Ἐπάγει τὸ συμπέρασμα, καὶ ἀποφαίνεται, ὅτι οὐ δεῖ ζητεῖν ἀπαιτεῖν τὸν Θεόν· οὐ γὰρ θέλει ἐλεᾷ, ὡς ἐπὶ τῶν μοχθοποιησάντων Ισραηλιτῶν· ὃν δὲ θέλει σκληρύνει, ὡς τὸν Φαραώ. Τί δέ ἐστι τὸ, σκληρύνει; Φαίνεται γὰρ ἄτοπον. Ωσπερ ὁ ἥλιος τὸν πηλὸν σκληρύνει, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τὴν πελίνην καρδίαν τοῦ Φαραὼ λέγεται σκληρύνειν. πῶς; τῇ μακροθυμίᾳ· μακροθυμῶν γὰρ ἐπ' αὐτῷ, σκληρότερον αὐτὸν εἰργάζετο. Ωσπερ εἴ τις ἔχει δοῦλον πονηρὸν, εἶτα φιλανθρώπως αὐτῷ χρᾶται, πονηρότερον αὐτὸν ἐργάζεται· οὐχ ὡς αὐτὸς τὴν πονηρίαν αὐτοῦ διδάσκων, ἀλλ' ὡς ἐκείνου τῇ μακροθυμίᾳ εἰς τὴν τῆς πονηρίας αὔξησιν χωροῦντος, εἶτα δὴ καταφρονοῦντος ταύτης.

19 Ἐρεῖς οὖν μοι, Τί ἔτι μέμφεται; τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε;] Σπουδάζει διὰ πολλῶν, ὅσα πολλάκις εἶπεν, δεῖξαι, ὅτι τοῦ Θεῷ μόνῳ γινώσκονται αἱ οἰκονομίαι καὶ τὰ κρίματα ταῦτα· διὸ καὶ πολλαχοῦ σιωπᾷ ἄπορα πολλὰ, καὶ οὐκ ἐπάγει τὰς λύσεις, ἵνα στενοχωρήσας τὸν ἀκροατὴν, πείσῃ ὅτι ἀκατάληπτα, καὶ ἀκατανόητα ταῦτά ἐστιν. Οἷον οὖν λέγει ἐνταῦθα, τοιοῦτόν ἐστιν. Ἀντίθεσιν εἰσάγει τοίνυν καὶ ἀπορίαν, ὅτι ἐὰν ὃν θέλει σκληρύνῃ, τί ἔτι μέμφεται τοῦ πταίοντι; τοῦ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ, τίς ἠδύνατο ἀντιστῆναι; Ἠθέλησε, καὶ

tutem meam & ut annuncietur nomen meum in universa terra.] Quemadmodum, inquit, eorum qui vitulũ finxerant, alii quidem servati erant, alii verò supplicio affecti, solo Deo cognoscente, quinam digni essent ut aut servarentur, aut punirentur: sic & solus Pharao, cùm plerique alii & impii & scelerati essent, iram Dei expertus est. *Propter hoc ipsum* enim, inquit, *ô Pharao, excitavi te*, id est, in medium protuli, ut per te appareat potentia mea, coerceantúrque multi, nomine meo ceu justo & potenti prædicato in universa terra.

18 *Ergo cujus vult miseretur, & quem vult indurat.*] Infert conclusionem, ac demonstrat, quòd non oporteat rationem exigere à Deo. *Cujus enim vult miseretur*: perinde atque in Israelitis, qui vitulum finxerant: *& quem vult indurat*, ut Pharaonem. Quid autem est, *indurat*? videtur enim absurdum esse. Quemadmodum sol lutum indurat, sic Deus luteum Pharaonis cor dicitur indurâsse. Quánam ratione? per longanimitatem. Longanimem enim sese illi exhibens, duriorem ipsum faciebat: perinde ac siquis servum habeat sceleratum, quò se humaniorem illi ostenderit, hoc eum reddit nequiorem: non quòd ipse perversitatem nequitiámve eum doceat, cæterùm quòd Domini longanimitate iste ad perversitatis sũæ incrementum abutatur, quippe qui eam contemnat.

19 *Dices igitur mihi, Quid adhuc queritur? voluntati enim ejus quis resistat?*] Conatur per omnia, quod sæpenumero dixi, commonstrare, quòd soli Deo sint cognitæ sũæ rerum dispensationes, atque judicia hæc. Hinc undique haud pauca ambigua colligit, quorum nullam dilutionem adfert, ut ad angustiam redacto auditore, persuadeat ei hæc esse incomprehensibilia, adeóque humani ingenii captum excedere. Quod igitur hîc dicit, est hujusmodi. Objectionem adducit, adeóque dubitationem: Si quem velit induret, quid adhuc de peccante conqueritur? voluntati namque e-

jus

jus quis poterit resistere? Voluit etenim, & induravit, meritóque impegit induratus; Cur ergo de illo queritur & punit? Hæc sanè objectio producta est, uti ostendat hujusmodi dubia soli Deo perceptibilia. Vnde nec ipse hanc diluit, sed dubitanti os obstruit, dicens;

20 *Atqui ô homo, tu quis es qui ex adverso respondeas Deo?*] Viden' quomodo cohibeat importunam curiositatem, frænúmque imponat, erudiens nos ut discamus quid Deus sit, & quid homo. Tu quis es? imperiúmne cum eo partiris? Num judex es eorum quæ ipsum oporteat facere aut non facere? Nam explorare quid sic deceat, vel non deceat, est ejus qui ex adverso respondeat opponatúrque Deo. Verùm haudquaquam ita faciendum, sed obtemperandum est iis quæ Deus fecerit, quomodocunque etiam sese habuerint.

Nunquid dicet figmentum ei qui se finxit, Ecquid me sic finxisti? 21 An non habet potestatē figulus ex eadē massa facere alind quidem vas in honorem, alind verò ad ignominiam?] Hoc exemplo usus est Paulus, non ut è medio tolleret liberum nostrū arbitrium, neque ut nos torpore languidos ac planè immobiles ostenderet: verùm ut doceret quomodo nos oporteat obedire Deo, atque intensum silentium, neque non summam obedientiam exhibere. Perinde, inquit, ut figulus ex eadem massa, quæ animus tulerit, fingit, neque ullum ei vas contradicit: sic cùm Hic ex eodem genere mortalium alios quidem puniat, alios verò honore dignetur, ne sis tu curiosus, sed adora tantummodo, lutúmque imitare: ac ut illud manum figuli sequitur, sic tu consilio & voluntati omnia gubernantis cede. Noveris autem qui hæc legis, quòd sicut in vasibus non ipsa massa alia quidem nobilia, alia verò ignobilia efficit; (est enim una & eadem) sed usus eorum qui ista sibi vendicant: pari ratione in hominibus, non ipsa natura (utpote una & eadem) hos quidem pœnæ, illos verò gloriæ

ἐσκλήρωνε, καὶ εἰκότως ἔπαισεν ὁ σκληρυνθείς· πῶς οὖν αὐτῷ μέμφεται, καὶ κολάζει; Αὕτη μὲν ἡ ἀπόθεσις εἰσαχθεῖσα, δείκνυσι τὸ δεῖξαι ἄπορα "ταῦτα καὶ μόνῳ καταληπτά· διὸ οὐδὲ αὐτὸς λύει "τοῦτο, ἀλλ' ὑποτομίζει τὸν ἀποφαινόμενα, λέγων· "κ. τὰ πρὸς αὐτὰ. "κ. ταῦτα.

20 Μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ;] Ορᾷς πῶς ἀναστέλλει τὴν ἀκαιρον παρεργίαν, καὶ χαλινὸν ὑποτίθησι, παιδεύων εἰδέναι τί μοὶ Θεὸς, τί δ' ἄνθρωπος. Σὺ τίς εἶ; συμμερίστης αὐτῷ τῆς ἀρχῆς; δικαστὴς αὐτῷ ὧν δεῖ "ποιεῖν, ἢ μή; Τὸ γὰρ ἐξετάζειν, ὅτι ὕτως ἔπρεπε, καὶ οὐχ ὕτως ἔπρεπεν, ἀνταποκειμένου ἐστὶ, καὶ ἀνταγωνιζομένου τῷ Θεῷ· οὐ χρὴ δὲ ὕτω ποιεῖν, ἀλλὰ πείθεσθαι τοῖς κρείττοσιν, ὅπως δὲ γένωνται. "κ. ποιῆσαι.

Μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, τί με "ἐποίησας ὕτως; 21 Η οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τῆς πηλοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι, ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν;] Τῷ ὑποδείγματι τούτῳ ἐχρήσατο ὁ Παῦλος, οὐχ ἵνα ἀνέλῃ τὸ αὐτεξούσιον ἡμῶν, οὐδ' ἵνα ἀργοὺς ὄντας καὶ ἀκινήτους ἡμᾶς δείξῃ· ἀλλὰ διδάσκων πῶς δεῖ πείθεσθαι Θεῷ, καὶ ἐπιτεταμένην σιγὴν καὶ ὑπακοὴν ἐπιδείκνυσθαι. Καθάπερ γὰρ, φησιν, ὁ κεραμεὺς ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος, ἃ βούλεται ποιεῖ καὶ οὐδεὶς ἀντιλέγει αὐτῷ τῶν σκευῶν· οὕτω καὶ τοῦτον, ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, τοὺς μὲν κολάζοντα, τοὺς δὲ τιμῶντα, μὴ παρεργάζου, ἀλλὰ παρατήρει μόνον, καὶ μιμοῦ τὸν πηλόν· καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος ἕπεται τῇ χειρὶ τοῦ κεραμέως, οὕτω καὶ σὺ τῇ γνώμῃ τοῦ οἰκονομοῦντος. Ἴσθι δὲ ὁ ἀναγινώσκων, ὅτι ὥσπερ ὁπὶ τῶν σκευῶν, οὐχὶ τὸ φύραμα ποιεῖ τὰ μὲν ἔντιμα, τὰ δὲ ἄτιμα· ἓν γὰρ ὄντι καὶ τὸ αὐτό. Ἀλλ' ἡ χρῆσις τῶν μεταχειριζομένων· οὕτω καὶ ὁπὶ τῶν ἀνθρώπων, οὐχ ἡ φύσις τοὺς μὲν ποιεῖ κολάσεως ἀξίους, τοὺς

τοις δὲ τεφθύων· μία γάρ ὅστιν· ἀλλ' ἡ τροθαίρεσις.

4 *Eum, qui ſic iſtud operatus eſt, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, congregatis vobis, & meo ſpiritu,*] Ne videatur arrogans, eos aſſumit conſortes, *congregatis vobis*, inquiens, *in nomine Chriſti*, hoc eſt, ut conventus non fiat humano quopiam affectu, ſed ſecundùm Deum: ut Chriſtus ipſe vos congreget, pro quo etiam convenitis. Præfecit autem ipſis ſuum etiam ſpiritum, ne ipſum veniâ dignentur, ſed rectè judicent, æquè ac ſi ipſe præſtò eſſet.

4 Τὸν οὕτω τοῦτο κατεργασάμενον, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ συναχθέντων ὑμῶν καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος,] Ἵνα μὴ δόξῃ αὐθαδὴς, καὶ αὐτοὺς προσλαμβάνηται κοινωνούς· συναχθέντων γὰρ ὑμῶν, φησὶν, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, τουτέστιν, ἵνα μὴ κατ' ἀνθρωπίνην προσληψιν ἡ συνάξις γένηται, ἀλλὰ κατὰ Θεόν· ἵνα αὐτὸς ὁ Χριστὸς συνάξῃ ὑμᾶς, ὑπὲρ οὗ καὶ συνέρχεσθε. Ἐπέτρεψε γὰρ αὐτοῖς καὶ τὸ αὐτοῦ πνεῦμα, ἵνα μὴ συγγνώμης αὐτὸν ἀξιώσωσιν, ἀλλ' ὀρθῶς κελεύωσιν, ὡς καὶ αὐτοῦ παρόντος.

5 *Cum virtute Domini noſtri Jeſu Chriſti, tradere talem Satanæ.*] Hoc eſt, vel quòd Chriſtus talem vobis dare queat gratiam, quâ diabolo illum tradere poſſitis: vel quòd & ipſe vobiſcum adversùs iſtum ſuffragium ferat. Nec dixit, Dedere, ſed, *tradere*, ſubaperiens ei reſipiſcentiæ januas. Neque nominis ejus rurſus meminit, ſed, *talem*, dicit.

5 Συνὼν τῇ δυνάμει τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ.] Τουτέστιν, ἢ ὅτι ὁ Χριστὸς δυνάμενος τοιαύτην ὑμῖν χάριν δοῦναι, ὥστε δυνασθῆναι τοῦτον παραδοῦναι τῷ διαβόλῳ παραδιδόναι· ἢ ὅτι καὶ αὐτὸς μετ' ὑμῶν καθ' αὑτοῦ φέρει τὴν ψῆφον. Καὶ οὐκ εἶπεν, ἐκδοῦναι, ἀλλὰ παραδοῦναι· ὑπανοίγων αὐτῷ τὰς τῆς μετανοίας θύρας. Καὶ οὐδὲ πάλιν ὀνόματος μέμνηται, ἀλλὰ, τὸν τοιοῦτον, λέγει.

In interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini Jeſu.] Hoc eſt, ut morbo ſeipſum maceret. Cùm enim a corporis voluptate cupiditates oriantur, corpus puniri vult, *ut ſpiritus*, id eſt anima, ſervetur: non quaſi iſta ſola ſervaretur, ſed quaſi hoc conceſſo, quòd eâ ſervatâ, corpus etiam ſervabitur. Quidam verò ſpiritum, donum ſpirituale appellant, nimirum ut

Εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.] Τουτέστιν, ἵνα νόσῳ αὐτὸν τήξῃ. ὅπερ γὰρ ἐκ τῆς σωματικῆς τρυφῆς αἱ ἐπιθυμίαι, τὸ σῶμα κολασθῆναι βούλεται, ἵνα τὸ πνεῦμα, τουτέστιν, ἡ ψυχὴ σωθῇ. οὐχ ὡς ταύτης σωζομένης μόνης, ἀλλ' ὡς ὁμολογηθέντος τούτου, ὅτι ταύτης σωζομένης, καὶ τὸ σῶμα σωθήσεται. Τινὲς δὲ φασι πνεῦμα, τὸ χάρισμα, ἵνα

ἵνα σῶον τηρηθῇ αὐτῷ, καὶ μὴ ἀναχωρήσῃ ὡς ὀξ ἀσεβοῦς. Τοῦτο δὲ κηδομένου μᾶλλον ἢ τιμωρουμένου ὅστ. Καλῶς γὰρ τὴν ἡμέραν ἐκείνης" ἀνεμνήσθη, ἵνα καὶ ἐκεῖνοι δείσαντες, τὴν ἰατρείαν ἀπενέγκωσι, καὶ ἐκεῖνος ὡσαύτως ταύτην δέξηται. Οὐχὶ τὴν τινος τῶν ὀλιγοψύχων, καθάπερ καὶ ὅτε τοῦ Ἰωβ, τοῦ σώματος ἅψασθαι, ἀλλὰ μὴ καὶ τῆς ψυχῆς.

" χ. αὐτὴν.

6 Οὐ καλὸν τὸ καύχημα ὑμῶν.] Αἰνίττεται ὅτι αὐτοὶ οὐκ εἴασαν αὐτὸν μετανοῆσαι, κωλύοντες εἰς αὐτόν. καὶ γὰρ εἷς τῶν παρ' αὐτοῖς σοφῶν ἦν οὗτος.

Οὐκ οἴδατε ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ;] Καὶ ὑμῶν, φησὶν, οὐκ ἐκείνου μόνου κηδομαι. Εἰ γὰρ ἀμελούμενον τὸ κακὸν αὐξάνει καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα τῆς ἐκκλησίας λυμήνασθαι. Ὥσπερ γὰρ ἡ ζύμη μικρὰ οὖσα, τὸ φύραμα" πᾶν ζημιοῖ καὶ πρὸς ἑαυτὸ μεταβάλλει· οὕτω καὶ ὁ τούτου ἁμάρτημα πρὸς ἑαυτὸ πολλοὺς ὑπισπάσεται.

" χ. ὅλον.

7 Ἐκκαθάρατε οὖν τὴν παλαιὰν ζύμην, ἵνα ἦτε νέον φύραμα, καθώς ἐστε ἄζυμοι.] Τουτέστι, τὸν πόρνον τοῦτον ἐκβάλλετε, μᾶλλον δὲ καὶ ἄλλους κακούς. Πάλαι γὰρ ζύμην πάσην κακίαν φησί. Καὶ οὐκ εἶπε, καθάρατε, ἀλλὰ, ἐκκαθάρατε, τουτέστι, μετὰ ἀκριβείας καθάρατε, ἵνα νέον φύραμα καὶ ἀμιγὲς κακίας ἦτε. Καθὼς ἐστε, φησὶ τοῦτ' ἔστι, καθὼς πρέπει ὑμᾶς, χωρὶς ζύμης, τουτέστι, τῆς παλαιᾶς κακίας, καὶ ὀξώδους καὶ δακνώσης τῇ μεταμελείᾳ.

Καὶ γὰρ τὸ Πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστός.] Ἐπειδὴ ἀζύμων ἐμνήσθη, ταῦτα γὰρ ἐν τῷ Πάσχα ἐσθίοντο, ἀναμιγνύσας τὰ ἄζυμα τί ἐστιν, ὅτι ἡ ἀληθὴς ἡ ἀμιγὴς κακίας, νῦν" ἀναμιγνὺς καὶ τὸ Πάσχα. καί φησιν, ὅτι ὁ Χριστός ἐστιν ἡμῶν τὸ Πάσχα, τυθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν. Ὀφείλομεν οὖν τὰ ἄζυμα, τουτέστι, τὸν ἀπὸ πάσης κακίας καθαρότητα περιέπειν.

" χ. ἀναμίξας.

8 Ὥστε ἑορτάζωμεν μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας.] Δείκνυσιν ὅτι πᾶς ὁ χρόνος ἑορτῆς ἐστι καιρὸς τοῖς Χριστιανοῖς, ἀλλὰ τὸν ὑπὲρ

salvum ei ſervetur, nec ab eo ceu ex impio diſcedat. Hoc enim curam gerentis potiùs eſt, quàm punientis. Pulchrè autem diei illius meminit, ut & illi ſibi metuentes, medicinam afferant, & ille itidem hanc recipiat. Metam autem diabolo ſtatuit, æquè atque in Jobo, ut corpus tantùm, non autem animam attingat.

6 *Non bona eſt gloriatio veſtra.*] Subindicat, quòd ipſi non permiſerint eum reſipiſcere, gloriantes ejus nomine. Nam unus ex Corinthiorum ſapientibus erat.

Neſcitis quòd modicum fermenti totam maſſam fermentat?] Et veſtri, inquit, non illius tantummodo curam habeo. Nam malum neglectum, reliquum eccleſiæ corpus vaſtare poteſt. Ut enim fermentum, modicum cùm ſit, totam maſſam fermentat, ac in ſeipſum alterat: ſic & hujus pecatum ad ſeſe pleroſq; alios attrahet.

7 *Expurgate itaque vetus fermentum, ut ſitis nova conſperſio, quemadmodum eſtis azymi.*] Hoc eſt, fornicatorem iſtum ejicite, imò & alios qui mali ſunt. Vetus enim fermentum omnis generis vitia nominat. Et non dixit, Purgate, ſed, *expurgate*, hoc eſt, ſummâ diligentiâ purgate, ut ſitis nova maſſa, quæ non ſit vitiis mixta. *Quemadmodum eſtis*, hoc eſt, ſicuti decet vos eſſe, ſine fermento, id eſt, vetere malitiâ, quæ acetoſa eſt, & mordicans per pœnitentiam.

Etenim paſcha noſtrum pro nobis immolatus eſt Chriſtus.] Quia azymorum, meminit, quæ paſchatis tempore edebantur, ſimulatque per allegoriam quid ſint azyma explicavit, nimirum affectio vitiis non contaminata; nunc allegoricè interpretatur quid ſit Paſcha, Chriſtus, inquiens, paſcha noſtrum eſt, pro nobis mactatus. Debemus igitur azyma, id eſt, omnem ab omnibus vitiis puritatem amplecti.

8 *Feriàs itaque celebremus, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & verſutiæ.*] Oſtendit quòd omne tempus feriarum ſit occaſio & opportunitas Chriſtianis,

ſtianis, propter excellentiam traditorum illis bonorum. Ob eam enim cauſam homo factus & occiſus eſt filius Dei, ut te feriari faceret: non in fermento veteris Adami, neque in vita vitiis plena, vel, quod pejus eſt, verſutiâ. Malus enim eſt, quiſquis malè agit: verſutus autem, qui & cum profunditate, ac doloſâ mente malè agit.

Sed in azymis ſinceritatis & veritatis.] Hoc eſt, in vita ſyncera ſive pura, ut opponatur malitiæ: & verâ, hoc eſt, hypocriſi ac dolo vacante, ut verſutiæ opponatur. Vel veritatem intelligere poteris ad diſcrimen veterum figurarum, quæ non fuerunt veritas. Vult enim Chriſtianum veteribus figuris ſuperiorem eſſe. Vel ſyncéritatem accipies pro puritate quæ per opera fit: veritatem autem, pro contemplatione.

9 *Scripſi vobis in epiſtola, ne commiſceremini fornicatoribus.*] In qua epiſtola? in hâc ipſa. Cùm enim ſuprà dixiſſet, *Expurgate vetus fermentum*, fornicatorem, ut ſuprà dictum eſt, ſubinnuens, unde perſpicuum fecit, quod fornicatoribus commiſceri non oportet; ſuſpicati eſſent fortaſſe ab omnibus fornicatoribus, ab iis etiam qui apud Græcos eſſent, recedendum eſſe. Interpretatur igitur qualibus præcepit.

10 *Et non omnino fornicatoribus mundi hujus, aut avaris, aut rapacibus, aut Idolorum cultoribus: alioqui debueratis ex hoc mundo exiiſſe.*] *Omnino*, tanquam de re confeſſâ ac manifeſtâ poſuit. Hæc verò hujus orationis eſt conſtructio: Et omnino non prohibui ne cum mundi fornicatoribus converſaremini, hoc eſt, Græcis: alioquin alium terrarum orbem quærere oporteret. Quî enim fieri poteſt, cùm in una eademq; urbe plures ſint Græci & peccatores, ut non commiſceamini talibus?

11 *Nunc autem ſcripſi vobis, non commiſceri, ſi is qui frater nominatur, ſit fornicator, aut avarus, aut idolorum cultor, aut conviciator, aut ebrioſus, aut rapax,*

ἑαυτὸν τῷ δοθέντων αὐτοῖς ἀγαθῶν. Διὰ τοῦτο γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἀνθρωπος γέγονε, καὶ ἐτύθη, ἵνα σε ἑορτάζειν ποιήσῃ· οὐκ ἐν ζύμῃ δὲ παλαιᾷ Ἀδάμ, οὐδὲ ἐν βίῳ κακίας πλήρει, μᾶλλον δὲ ὃ λέγω, πονηρίας· Κακὸς μὲν γὰρ πᾶς ὁ δὲ κακὸν πράττων· πονηρὸς δὲ, ὁ καὶ μετὰ "βαθυπάτου καὶ δολερᾶς γνώμης. "χ. Βαθύπατος καὶ πονηρᾶς γν.

Αλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας.] Τουτέστιν, ἐν βίῳ εἰλικρινεῖ, ἤτοι καθαρῷ, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς κακίας· καὶ ἀληθεῖ, τουτέστιν, ἀνυποκρίτῳ, ἀδόλῳ, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς πονηρίας. Ἢ τὸ, ἀληθείας, δυνάσας νοῆσαι, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν παλαιῶν τύπων, οἵτινες οὐκ ἦσαν ἀλήθεια. Βούλεται γὰρ τὸν Χριστιανὸν τῶν ἐν τῇ παλαιᾷ τύπων ὑπερτερον εἶναι. Ἢ εἰλικρινείαν μὲν, τὴν καθαρότητα, ἡ δὲ ἀλήθειαν, τὴν θεωρίαν.

9 Ἐγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ, μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις.] Ἐν ποίᾳ ἐπιστολῇ; Ἐν αὐτῇ ταύτῃ· Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἀνωτέρω, ὅτι ἐκκαθάρατε τὴν παλαιὰν ζύμην, τὸν πεπορνευκότα, ὡς δεδήλωται, αἰνιττόμενος, δι' οὗ ἐδηλοῦτο τὸ μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις· ἴσως ὑπενόησαν ἂν ὅτι πάντων τῶν πόρνων καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι χωρίζεσθαι δεῖ. Ἐρμηνεύει τοίνυν ποίων προήκατο.

10 Καὶ οὐ πάντως τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου τούτου, ἢ τοῖς πλεονέκταις, ἢ ἅρπαξιν, ἢ εἰδωλολάτραις· ἐπεὶ ὠφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν.] Τὸ, πάντως, ὡς ὅτι ὡμολογημένον τέθηκε προσφυῶς. Ἡ συνταξις δὲ τοῦ λόγου τοιαύτη· Καὶ πάντως οὐ τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου συναναμίγνυσθαι ἐκώλυσα, τουτέστι, τοῖς παρ' Ἕλλησιν· ἐπὶ ἑτέραν οἰκουμένην ὠφείλετε ζητῆσαι· πῶς γὰρ δυνατὸν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει πλείονων ὄντων παρ' Ἕλλησιν, μὴ συναναμίγνυσθαι "τοῖς τοιούτοις; "χ. πόρνοις.

11 Νυνὶ δὲ ἔγραψα ὑμῖν μὴ συναναμίγνυσθαι, ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ εἰδωλολάτρης, ἢ λοίδορος, ἢ μέθυσος, ἢ ἅρπαξ,

τῷ

τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν.] Οραῖς ὅτι οὐχ εἷς μόνος ἦν πόρνος, ἀλλὰ καὶ ἕτεροι, καὶ ἐν διαφόροις κακίαις. Καὶ πῶς ἀδελφὸς ὢν, εἰδωλολάτρης εἶναι δύναται; ὥσπερ ὅτε τῶν Σαμαρειτῶν συνέβη ποτὲ, οἱ ἐξ ἡμισείας ἠυσέβουν· οὕτω καὶ ἐν τούτοις τινὲς τῶν εἰδώλων εἴχοντο ἔτι. Ἄλλως τε δὲ προσκαταβάλλεται τὸν περὶ τῶν τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθιόντων λόγον. Καλῶς δὲ εἶπε τὸ, ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος. Ὀνομα μὲν μόνον ἀδελφῶν ἔχει, ἐστὶ δὲ τῇ ἀληθείᾳ, πᾶς ὁ τοῖς ἀπηριθμημένοις ἔνοχος. Τὸ δὲ, ἢ πόρνος, δύναται μὲν καὶ ὡς διαζευκτικὸς συνδεσμος νοηθῆναι, καθὼς καὶ τὰ ἑξῆς· δύναται δὲ καὶ ὡς ῥῆμα, ἀντὶ τοῦ, ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, ᾖ, τουτέστιν, ὑπάρχῃ πόρνος, καὶ τὰ ἑξῆς, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν, ἵνα γνοὺς ὅτι βδέλυγμά ἐστι διὰ τὴν κακίαν, ἀπόσχηται τούτης.

12 Τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν;] Ἔξω τοὺς Ἕλληνας ὀνομάζει· ἔσω δὲ, τοὺς Χριστιανούς. Οὐδείς μοι, φησι, λόγος περὶ τοὺς ἔξω· αὐτὸ γὰρ τοῦτο, ἔξω τῶν ἐμῶν νόμων εἰσί. Περιττὸν οὖν τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ τιθέναι τοῖς ἔξω τῆς Χριστοῦ αὐλῆς· οὕτω γὰρ ὁ νόμος λαλεῖ, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ.

Οὐχὶ τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε; 13 Τοὺς δὲ ἔξω, ὁ Θεὸς κρινεῖ.] Τινὲς εἰς τὸ, οὐχὶ, στίζουσιν· Εἶτα ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ἀναγινώσκουσι χωρὶς ἐρωτήσεως, Τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε. Ἐπεὶ γὰρ ἀνω, ὅτι τί μοι τοὺς ἔξω κρίνειν, ἐπήγαγε, ὅτι οὐχὶ ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἔστι μοι τὸ κρίνειν ἐκείνους. Τινὲς δὲ συναπτῶς καὶ ἐρωτηματικῶς ἀναγινώσκουσιν· οὐχὶ τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε; ἀντὶ τοῦ, οὐχὶ τοὺς Χριστιανοὺς ὀφείλετε ὑμεῖς κρίνειν; τοὺς δὲ ἔξω ὁ Θεὸς φοβερώτερος δικαστὴς παραλήψεται. Ὥστε, εἰ παρ' ὑμῶν οἱ ἔσω κρίνοιντο, ἐκφύγοιεν τὴν φοβερωτέραν κρίσιν τοῦ Θεοῦ.

Cum hujuſmodi nec cibum ſumere.] Vides non unicum ſolummodo ſcortatorem fuiſſe, ſed diverſos, idque in variis ſceleribus. At quomodo is qui frater eſt, idolorum cultor eſſe poteſt? Quemadmodum in Samaritanis olim contigit, qui ex dimidia parte pii eſſent, Deique cultores videbantur: ſic apud iſtos accidit. Ex his enim nonnulli idolis detinebantur adhuc. Præterea viam præſtruit ſermoni, quem de iis, qui idolis immolata edebant, habiturus eſt. Pulchrè autem dixit, *Qui frater nominatur.* Siquidem nomen tantummodo fratris habet, revera autem frater non eſt, quiſquis enumeratis vitiis obnoxius eſt. Quod inquit, ἢ πόρνος, poteſt per conjunctionem diſjunctivam intelligi, perinde ac ſequentia. Poteſt etiam ut verbum accipi pro eo quod eſt, Si quis frater nominatus, *ſit*, hoc eſt, exiſtat fornicator, &c. Cum tali ne cibus quidem ſumendus, ut agnoſcens ſe abominationem eſſe propter ſcelus, ab eo abſtineat.

12 *Quid enim mihi de iis qui foris ſunt judicare?*] Eos qui foris ſunt, Græcos ſive Gentiles nominat: qui intus, Chriſtianos. Nulla mihi, inquit, cura de iis qui foris ſunt: tantum enim eſt quod ait, Extra meas leges ſunt. Supervacaneum itaque foret legem ſancire iis qui extra Chriſti regiam & aulam agunt. *Quæcunque enim lex loquitur, iis, qui ſunt in lege, loquitur.* Rom. 3. 19.

Nonne de iis qui intus ſunt, vos judicatis? 13 *Eos verò qui foris ſunt, Deus judicabit.*] Nonnulli particulam οὐχὶ, id eſt, nonne, puncto interſtinguunt: deinde ab alio principio ſine interrogatione legunt, *De iis qui intus ſunt, vos judicatis.* Cùm enim ſuprà dixiſſet, *Quid enim mihi de iis qui foris ſunt, judicare?* ſubintulit, Non: quaſi dicat, meâ nihil refert illos judicare. Quidam verò junctim cum interrogatione leguntˌ *Nonne de iis qui intus ſunt, vos judicatis?* hoc eſt, Nonne Chriſtiani à vobis judicandi ſunt? Eos verò qui foris ſunt, horribilior judex excipiet. Proinde, ſi à vobis, qui intus ſunt, judicantur, Dei judicium, quod terribilius eſt, evadent.

An-

Auferte malum ex vobis ipſis.] Meminit ſcripturæ loci in veteri Teſtamento, ut commonſtret quòd jam olim legislatori placuerit, ut ſcelerati exſcinderentur. Quod ait, *Ex vobis ipſis*, oſtendit quòd impii ſublatio ipſis majori erit emolumento.

Deut. 13. 6.

Καὶ ἐξαρεῖτε " τὸν πονηρὸν ἐξ ὑ- " χ. τὸ.
μῶν αὐτῶν.] Εμνημόνθυσε ῥήσεως ἐν τῇ παλαιᾷ κειμένης· ἵνα δείξῃ ὅτι καὶ ἄνωθεν ἐδόκει τῷ νομοθέτῃ τοὺς πονηροὺς ἐκτέμνεσθαι. τὸ δὲ, ἐξ ὑμῶν αὐτῶν, δείκνυσιν ὅτι μᾶλλον αὐτῶν ὠφέλειά ἐστιν ἡ ἔξαρσις τοῦ πονηροῦ.

CAP. VI.

Audet aliquis veſtrûm, habens negotium adversùs fratrem ſuum, judicari apud injuſtos, & non apud ſanctos.] Plerique in pecuniariis cauſis diſſidentes, apud Græcos judices contendebant, utpote legum peritos. Hoc igitur nunc corrigit, quod obiter in medium incidit. Poſtquam enim mentionem fecit avarorũ, actutùm efferbuit præ eorum curâ qui talia patrârant. Intuere autem quomodo ſtatim ab initio indignationẽ ſuam oſtendat, audaciam appellans rem iſtam ac prævaricationem. Non autem dixit, Apud infideles, ſed, *Apud injuſtos*. Cùm enim is qui litigat, juſtum aſſequi laborat, oſtendit eos iſtud haud conſecutos. Injuſti enim ſunt, inquit, judices Græci: quî igitur tibi juſtè judicabunt? *Sanctos* autem fideles appellat, ex ipſis nominibus differentiam demonſtrans; illi namque injuſti ſunt, iſti verò ſancti.

2 *An neſcitis quòd ſancti mundum judicabunt?*] Quia fideles, utpote indocti, ad litem dirimendam non videbantur idonei, authoritatem illis conciliat: primùm quidem ſanctos appellando, deinde affirmando quòd mundum ſunt judicaturi: non ipſi quidem ſedentes, ac ſententiam proferentes (Dominus enim judicabit) verùm condemnabunt. Cùm enim ipſi, qui ſimilibus affectionibus obnoxii erant, inventi fuerint fideles, illi verò infideles, nonne hoc condemnatio eſt infidelium?

Quòd ſi in vobis judicatur mundus, indigni eſtis judiciis minimis?] Obſerva quòd

ΚΕΦ. ϛ.

Τολμᾷ τις ὑμῶν πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ πρᾶγμα ἔχων, κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων, καὶ οὐκ ἐπὶ τῶν ἁγίων;] Πολλοὶ χρηματικὰς δίκας ἔχοντες, ἐκείνοντο πρὸς τοὺς Ελληνας δικαστὰς, ἅτε νομομαθεῖς. Τοῦτο τοίνυν διορθοῦται πρεμπτεσὸν εἰς τὸ μέσον. Επειδὴ γὰρ ἐμνήσθη πλεονεκτῶν, οὐδὲς ἔζεσε τὴν πρὸς τῶν ἁμαρτανόντων καὶ τοιαῦτα φερόντων. Καὶ ὅρα ὅπως δυμὸν ἐνδείκνυται ἐξ ἀρχῆς, καὶ τόλμαν καλεῖ τὸ πρᾶγμα καὶ παρανομίαν. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι τῶν ἀπίστων, ἀλλ' ὅτι τῶν ἀδίκων. Επειδὴ γὰρ ὁ δικαζόμενος τοῦ δικαίου τυχεῖν βούλεται, δείκνυσιν αὐτοὺς τοῦτο οὐ τυγχάνοντας. ἄδικοι γάρ, φησὶν, εἰσὶν οἱ " κρίνοντες Ελληνες· πῶς οὖν σοι δικαίως " χ. διαζοντες. κρινοῦσιν; Αγίους δὲ τοὺς πιστοὺς φησὶν, ἐξ αὐτῶν τῶν ὀνομάτων δεικνὺς τὴν διαφοράν· οἱ μὲν γὰρ ἄδικοί εἰσιν, οἱ δὲ ἅγιοι.

2 Η οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινοῦσιν;] Επειδὴ οἱ πιστοὶ ἰδιῶται ὄντες οὐκ ἀξιόπιστοι ἐδόκουν πρὸς ὃ " τεμεῖν ἐπιτίθεσιν, ἀξιοπίστους αὐτοὺς " χ. κρινῆν. " ποιῶ, πρῶτον μὲν ἁγίους καλέσας, εἶ- " χ. κλῆ. τα εἰπὼν, ὅτι τὸν κόσμον κρινοῦσιν· οὐκ αὐτοὶ καθήμενοι καὶ δικάζοντες (ὁ γὰρ Κύριος κρινεῖ) ἀλλὰ καταχρινοῦσιν. Οὕτω γὰρ ὁμοιοπαθεῖς ὄντες, εὑρεθῶσιν αὐτοὶ μὴ πιστεύσαντες, ἐκεῖνοι δὲ ἀπιστήσαντες, οὐ κατάκρισις τοῦτο τῶν ἀπίστων;

Καὶ εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος, ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων;] Ορᾷ, οὐκ

οὐκ εἶπεν, ὅτι ὑφ' ὑμῶν κρίνεται, ἀλλ', ἐν ὑμῖν· τουτέστιν, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μὲν κρίνεται, ἐν ὑμῖν δὲ κατακρίνεται, ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ ὑμᾶς ὑπόδειγμα τῆς πιστεύσαι ποιεῖσθαι. Τὸ δὲ, ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων, τοιοῦτον ἔχει νοῦν. Ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ὑπὸ τῶν ἔσω κρινομένους αἰσχύνεσθαι, τοὐναντίον μέν φησιν οὗτος ἐστὶν αἰσχύνη, φησὶν, ὅταν ὑπὸ τῶν ἔξωθεν κρίνεσθε. Ἐκεῖνα γὰρ ἐστὶν ἐλάχιστα δικαστήρια, ἃ τὰ ἔσω.

3 Οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν; μήτιγε βιωτικά;] Ἀγγέλους τοὺς δαίμονας φησὶ· καὶ τούτους οὕτω καταχρινοῦμεν, ἔτεροι οἱ ἐν σαρκὶ ἡμεῖς τῶν ἀσωμάτων αὐτῶν πλέον ὑρεθῶμεν ἔχοντες.

4 Βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε, τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τούτους καθίζετε. 5 Πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω· οὕτως οὐκ ἔνι ἐν ὑμῖν σοφὸς οὐδὲ εἷς, ὃς δυνήσεται διακρῖναι ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ;] Ἐκ περιουσίας βουλόμενος ἀποφῆσαι αὐτοὺς τῶν ἔξω δικαστηρίων, φησὶν, ὅπως ἴσως εἴπῃ τις ἡμῖν, ὅτι οὐκ ἔνι σοφός τις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὁ διακρῖναι δυνάμενος. Εἰ γὰρ καὶ τὰ ὑμῶν λόγου οὐκ ἔνι σοφὸς, τοὺς ἐξουθενημένους μᾶλλον δικαστὰς καθίζετε, ἢ τοὺς ἀπίστους. Τοῦτο δὲ εἶπον πρὸς ἐντροπὴν ὑμῶν, σεσωρευκὼς τῇ ψυδεῖ προφάσει ὑμῶν· ἐπεὶ ἄρα τοσαύτη σπάνις ἐστὶ σοφῶν παρ' ὑμῖν, ὥστε τοὺς εὐτελεῖς καὶ ἰδιωτικωτέρους κρίνειν. Τὸ, ἀδελφοῦ δὲ αὐτοῦ, προσέθηκε, σημαίνων ὅτι " ὅτε πρὸς τὸν ἀδελφόν ἐστιν ἡ δίκη, οὐδὲ πολλῆς χρεία σοφίας καὶ γνώσεως, ἅτε τῆς ἀδελφικῆς διαθέσεως πολλὰ συνεργούσης πρὸς λύσιν τῆς φιλονεικίας.

" χ. ἐπιλ.

6 Ἀλλὰ ἀδελφὸς μετὰ ἀδελφοῦ κρίνεται, καὶ τοῦτο ἐπὶ ἀπίστων;] Διπλοῦν τὸ κακὸν, ὅτι τε πρὸς ἀδελφὸν ἡ κρίσις, καὶ ὅτι ἐπὶ ἀπίστων.

7 Ἤδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ἐν ὑμῖν ἐστιν, ὅτι κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν.] Πρότερον ἐώλυε τὸ κρίνεσθαι πρὸς τοῖς ἀπίστοις· νυνὶ

non dixerit, a vobis judicatur, sed, *in vobis*: hoc est, à Deo quidem judicatur, in vobis autem condemnatur, pro, ex hoc quòd vos credentes iis eratis pro exemplo. Quod autem ait, *indigni estis judiciis minimis*, hujusmodi sensum habet, Cùm enim verisimile esset ipsos ab iis qui intùs erant judicatos pudefieri; è diverso, inquit, contumeliam retulerîtis, si ab illis qui foris sunt, hoc est, ab infidelibus judicemini. Minima enim sunt illa tribunalia; quæ intùs sunt non item.

3 *Nescitis, quòd angelos judicabimus? quanto magis secularia?*] Angelos dæmones appellat, quos condemnabimus, quando nos carne vestiti, incorporeis istis substantiis excellentiores fuerîmus reperti.

4 *Judicia igitur de rebus temporariis si habeatis, qui in ecclesia contempti sunt, eos constituite.* 5 *Ad verecundiam vestram dico: Sic non est inter vos quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum?*] Ab exoticis judiciis eos revocare volens, ex abundanti adjicit: Forsan dixerit quispiam, quòd non sit sapiens in ecclesia, qui dijudicare possit. Si enim secundùm vestram existimationem non est sapiens, contemptos potiùs judices constituite, quàm infideles. Istud autem dixi, *ad verecundiam vestram*, inani vestræ prætextui consentiens: quandoquidem tanta est raritas sapientum apud vos, ut viles & indoctiores judicium exerceant. *Fratrem suum*, adjecit, indicans quòd siquando adversùs fratrem sit contentio, variâ rerum cognitione non est opus, affectione nimirum fraternâ ad litis solutionem cooperante.

6 *Sed frater cum fratre judicio contendit, & hoc apud infideles?*] Duplex malum, & quòd erga fratrem sit judicium, & quòd apud infideles.

7 *Jam quidem omnino delictum est in vobis, quoniam judicia habetis inter vosmetipsos.*] Antea hoc sùstulit, quod judicarentur apud infideles: nunc autem ipsam

omnino disceptationem tollit, inquiens: *Omnino est delictum*, id est, condemnatio & pudor, *quoniam omnino habetis judicia*, hoc est, causas judiciarias inter vos invicem, hoc enim est quod ait, *inter vosmetipsos*. Emphaticè verò hoc dixit. Nos enim Christiani fratres nostros nosmetipsos existimare debemus.

Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? 8 *Sed ipsi injuriam infertis, ac defraudatis, idque fratres.*] Multiplex accusatio. Prima quidem, quòd injuriam passi, sustinere non nôrant: altera, quòd ipsi potiùs injuriam inferant: tertia, quòd fratribus. Bonum esset, inquit, neque injuriam facere, neque pati: in summa autem, melius est pati.

9 *An nescitis quòd iniqui regnum Dei non possidebunt?*] Exhortationem comminatione concludit, sermonem vehementiorem reddens: ac veluti in re confessa ipsos interrogat.

Ne erretis.] Hîc occultè indicat fuisse nonnullos apud eos, qui dicerent: Clemens est Deus, nec puniet nos, verùm in regnum introducet. Ait igitur, *Ne erretis*. Etenim revera erroris est & impostura, hîc sperare commoda, posthac verò illic diversum consequi.

Neque fornicatores.] Eum qui jam condemnatus erat, primo loco ponit.

Neque idolorum cultores, neque mœchi, neque molles.] Molles, turpia patientes nominat. Infert igitur & turpia agentes.

10 *Neque masculorum concubitores, neque avari, neque fures, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.*] Quærunt multi, quare conjunxit ebriosos & maledicos cum idolorum cultoribus, & cum eis qui scelera nefanda perpetrant? Quoniam nimirum Christus ipse, eum qui dixerit fratri suo, Fatue, reum faciat gehennæ: ac rursus quia Judæi ex ebrietate ad idololatriam pervenerunt. Deinde, non de supplicio jam nunc loquitur: sed de regni amissio-

Mat. 5. 22.

ὴ καὶ αὖθ' ὅλως κεῖνεσθαι δύναμαι, λέγων, ὅτι ὅλως ἥττημα· τοῦτ' ἔστι, κατάκρισις, αἰσχύνη, ὅτι ὅλως ἔχετε κρίματα, τοῦτ' ἔστι, δίκας μεθ' ἑαυτῶν· τοῦτο γὰρ ὅτι ὅ, μεθ' ἑαυτῶν. Ἐμφατικῶς δὲ τοῦτο εἶπεν· ἑαυτοὺς γὰρ ὀφείλομεν λογίζεσθαι οἱ Χριστιανοὶ τοὺς ἀδελφούς.

Διατί μᾶλλον ἀδικεῖσθε; διατί μᾶλλον ἀποστερεῖσθε; 8 Ἀλλ' αὐτοὶ ἀδικεῖτε καὶ ἀποστερεῖτε, καὶ τοῦτο ἀδελφούς] Πολλαπλοῦν ὁ ἔγκλημα· πρῶτον μέν, ὅτι οὐκ οἴδασιν ἀδικούμενοι φέρειν· δεύτερον δέ, ὅτι ἀδικοῦσι μᾶλλον αὐτοί· τρίτον, ὅτι ἀδελφούς. Καλὸν μέν ἐστι, φησι, μήτε ἀδικεῖν, μήτε ἀδικεῖσθαι· ἐν ἁπλογῇ δέ, βέλτιον τὸ ἀδικεῖσθαι.

9 Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι ἄδικοι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν;] Εἰς ἀπειλὴν καταπλήττει τὴν παραίνεσιν, ἰσχυρότερον ποιῶν τὸν λόγον, καὶ ὡς ἐπ' ὁμολογουμένῳ πράγματι ἐρωτῶν αὐτούς.

Μὴ πλανᾶσθε.] Ἐνόμιζόν τινας παρ' αὐτοῖς ὄντας, οἳ ἔλεγον, ὅτι φιλάνθρωπός ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ οὐ κολάσει, ἀλλ' εἰς τὴν βασιλείαν εἰσάξει. Φησὶν οὖν, Μὴ πλανᾶσθε· καὶ γὰρ ὄντως ἀπάτης ἐστὶ καὶ πλάνης ἐλπίσαι ἀνόμως χρῆσαι, εἶτα ἐκεῖ τῶν ἐναντίων ἐπιτυχεῖν. "χρήσασθαι.

Οὔτε πόρνοι.] Τὸν ἤδη καταδικασθέντα πρῶτον τίθησιν.

Οὐδὲ εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοί.] Μοιχοὺς φησι τοὺς αἰσχροπαθοῦντας. Ἐπιφέρει "γοῦν καὶ τοὺς αἰ- "κ. τοὺς σχροποιοῦντας. ἀρσ.

10 Οὔτε ἁρπαγες, οὔτε πλεονέκται, οὔτε κλέπται, οὔτε μέθυσοι, οὐ λοίδορες, οὐχ ἅρπαγες, βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν.] Ζητοῦσι πολλοὶ, τί δήποτε τοὺς "μέθυσους καὶ λοιδόρους μετὰ τῶν εἰ- "κ. μέθυδωλολατρῶν καὶ τῶν ἁρπακτοποιῶν τέθεικεν; οντας. Ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς τὸν ἐπόνατα, φησὶ, τῷ ἀδελφῷ, ἔνοχον εἶπε γεέννης· καὶ αὖ, Ἰουδαῖοι οὐκ εἰς μέθης εἰς εἰδωλολατρείαν ἦλθον. Ἐπεὶτα, οὐ περὶ κολάσεως, ὁ λόγος νῦν, ἀλλὰ περὶ ἀπωλείας βασι-

λείας

λείας. Τῆς μὲν οὖν βασιλείας ὁμοίως πάντες ἐκπίπτουσιν· εἰ δὲ ἐν τοῖς κολάσεσι διαφορὰν ἕξουσιν, οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ ζητεῖν.

"χ. ἐν τοῖς κολάσεσιν.

11 Καὶ ταῦτά τινες ἦτε, ἀλλὰ ἀπελούσασθε, ἀλλὰ ἡγιάσθητε, ἀλλὰ ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ καὶ ἐν τῷ πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.] Εννοήσατε, φησιν, ἡλίκων ὑμᾶς κακῶν ἀπήλλαξε, καὶ ἡλίκα ὑμῖν ἐχαρίσατο ὁ Θεὸς ἀγαθά· Εἴληφε γὰρ καὶ ὑμεῖς τὰ εἰρημένα πάντα· ἀλλὰ καθαρσὺς τούτων ὑμᾶς ἐποίησε· καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἡγίασε. Πῶς; δικαιώσας, φησίν· ἀπέλυσε γὰρ· εἶτα δικαιώσας ἡγίασεν· Οὐκ ἐν ᾧ τις δεῖνος, ἢ τοῦ δεῖνος διδασκάλου ὀνόματι, ἀλλ' ἐν ᾧ τῷ Χριστοῦ, καὶ ἐν ᾧ ἀγίῳ Πνεύματι· τοῦτέστιν, ἡ Τριὰς" ὑμῖν ταῦτα ἐχαρίσατο. Ἐν γὰρ τῷ εἰπεῖν ὅτι ὁ Θεὸς ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν ᾧ ἀγίῳ Πνεύματι ἡγίασεν, οὐδὲν ἄλλο ἢ τὴν Τριάδα σημαίνει.

"χ. ὑμῖν.

12 Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει.] Ἐπειδὴ καὶ εἶπε περὶ τοῦ πορνεύοντος, καὶ αὖθις μέλλει εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ, παρεμβάλλει λοιπὸν καὶ περὶ τοῦ γαστριμαργίας λόγον. Ἐκ γὰρ ταύτης ὡς ὑποπόλιον τὸ τῆς πορνείας πάθος. Φησὶν οὖν, ὅτι ἔξεστί μοι φαγεῖν καὶ πιεῖν, ἀλλ' οὐ συμφέρει μὴ ἀμετρίας" ταῦτα ποιεῖν.

"χ. τοῦτο.

Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐκ ἐγὼ ἐξουσιασθήσομαί τινος.] Κύριός εἰμί, φησι, τοῦ φαγεῖν καὶ πιεῖν· ἀλλ' ἐὰν τούτοις ἐμαυτὸν ἐκδῶ ἀμέτρως, δοῦλος αὐτῶν ἀντὶ κυρίου εὑρήσομαι. Ὁ μὲν γὰρ εἰς δέον αὐτοῖς κεχρημένος, αὐτὸς αὐτῶν κύριός ἐστιν· ὁ δὲ εἰς ἀμετρίαν ἀξιῶν, οὐκέτι κύριος, ἀλλὰ δοῦλος αὐτῶν γίνεται, τῆς ἀδηφαγίας ἐν αὐτῷ τυραννούσης. Εἶδες πῶς τὸ νομίζοντα ἐξουσίαν ἔχειν, ἔδειξεν ὑποπεσόντα; Σκόπει γάρ. ἐκείνων ἕκαστος ἔλεγεν, ἔξεστί μοι πεφυκέναι· αὐτὸς φησι, ὅτι οὐχ οὕτως αὐτὸ" ποιεῖν ὡς ἐξουσίαν ἔχων αὐτῶν, ἀλλ' ὡς τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ αὐτὸς ὑποκείμενος. Οὐ γὰρ ἔχεις ἐξουσίαν τῆς γαστρὸς, ἕως ἂν ἄσωτος ᾖς, ἀλλ' αὕτη σου πολὺ ἐξουσίαν ἔχει.

" Chryſoſt. πῶς.

ne. E regno autem pariter omnes excidunt: num verò in pœnis diſcrimen habituri ſint, non eſt præſentis loci indagare.

11 *Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed juſtificati eſtis in nomine Domini Jeſu, & in ſpiritu Dei noſtri.*] Intelligite, inquit, à qualibus malis vos liberârit, quantáque vobis bona largitus ſit Deus. Habebatis enim vos prædicta omnia: verùm ab iis vos mundavit Deus: & non ſolùm hoc, ſed etiam ſanctificavit. Quomodo? juſtificando, inquit, vos. Abluit enim vos, deinde juſtificans ſanctificavit: non hujus vel illius doctoris nomine, cæterùm in Chriſti nomine, Spiritúque Sancto: id eſt, Trinitas iſta vobis donavit. Cùm enim dicit quòd Deus in nomine Chriſti & Spiritu ſancto nos ſanctificârit, nihil aliud quàm Trinitatem ponit.

12 *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.*] Quia fornicatoris ſuprà meminit, ac de illo rurſum verba facturus eſt, ſermonem de guloſitate interponit. Ex hac enim plerunque fornicationis malum provenire ſolet. Ait ergo: Licet mihi edere & bibere, ſed non prodeſt iſthæc immoderatè facere.

Omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate.] Dominus ſum, inquit, edendi & bibendi: verùm ſi me iſtis immoderatè dedam, ſervus eorum pro domino inveniar. Nam qui illis utitur utì decet, iſte illorum dominus eſt: qui verò in intemperantiam dilabitur, non ampliùs dominus, ſed ſervus eorum fit, guloſitate nimirum in illo regnante. Vidiſti quomodo eum, qui ſe poteſtate præditum exiſtimat, ſubditum eſſe oſtenderit? Perpende enim: Quilibet eorum dicebat; Licet mihi voluptuosè vivere: Ille dicit, quòd id non perinde facis, ac ſi poteſtatem habeas in illud, ſed veluti huic ipſe poteſtati ſis ſubjectus. Nam quamdiu intemperans manes, non habes poteſtatem in ventrem, ſed iſte in te poteſtatem occupat.

13 *Eſcæ ventri, & venter eſcis.*] *Ventrem*, guloſitatem dicit, non membrum noſtrum: *eſcas* autem, immoderatum ciborum uſum. Ait ergo, immoderatum ciborum uſum, amicitiam & affinitatem cum guloſitate habere, háncque cum illo: Nec poſſunt nos hæc ad Chriſtum perducere, ſed ad ſeſe tranſmittunt obtemperantes ſibi: nimirum exceſſus ad guloſitatem, guloſitas verò ad exceſſum.

Deus autem & hunc & has deſtruet.] Non ventrem, ſed guloſitatem: neque cibum, ſed immoderatum eorum uſum. *Deſtruet*, nonnulli pro prædictione accipiunt ejus, quod in futuro ſeculo eventurum eſt. Nam illic neque edemus, neque bibemus. Quòd ſi illic non licebit modicè manducare, multo magis immoderatio & guloſitas tolletur. *Theologus* autem dicendo ventrem unà cum cibis deſtructioni obnoxiis aboleri, indicavit, quòd ſimulatque ſaturatus fuerit venter, deſtruitur, qui adeò multa interim inquirat. Quidam autem dicunt, quòd adhortationem voto ſignaverit, exoptans utì deſtruatur ſive aboleatur tum immoderatio, tum guloſitas.

Corpus autem non fornicationi, ſed Domino, Dominus autem corpori.] Ecce oſtendit quòd propter ſermonem de fornicatione, primò locutus ſit de guloſitate. Conſequens enim erat dicere; Corpus non cibis, neque alvo: ille verò non ſic dixit, ſed, *fornicationi:* oſtendens qui ſit voluptatis effectus, nempe ſcortatio. Quod autem ait, eſt hujuſmodi: Corpus, inquit, non eum in finem formatum eſt, ut delicietur, & in fornicationem incidat: cæterùm ut Chriſtum ceu caput ſuum ſequatur, ac rurſus Dominus ceu caput illi inſideat.

14 *Deus verò & Dominum ſuſcitavit, & nos ſuſcitabit per virtutem ſuam.*] Noli animo fluctuare, audiens quòd Deus Dominum excitavit. Nam iis, tanquam infantibus, condeſcendit. Et quoniam de Patre, ceu causâ, concorditer omnes ma-

13 Τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασι.] Κοιλίαν τὴν γαστριμαργίαν φησὶν, ἤ τὸ μῆκος ἡμῶν· βρώματα δὲ τὴν ἀμετρίαν τῶν βρωμάτων. Φησὶν οὖν ὅτι ἡ ἀμετρία τῶν βρωμάτων πρὸς τὴν γαστριμαργίαν, φιλίαν καὶ οἰκειότητα ἔχει, κἀκείνη πρὸς ταύτην· καὶ ἡ δυὰς ταῦτα πρὸς Χριστὸν ἡμᾶς ἀγαγεῖν, ἀλλ' ἑαυτοῖς προσαπέμπουσι τὰς πλησμονὰς αὐτῶν, ἡ ἀμετρία τῇ γαστριμαργίᾳ, καὶ ἐκείνη ταύτῃ.

Ὁ δὲ Θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει.] Οὐ τὴν γαστέρα, ἀλλὰ τὴν γαστριμαργίαν· οὐδὲ τὴν τροφὴν, ἀλλὰ τὴν ἀμετρίαν· τὸ δὲ, καταργήσει, τινὲς μὲν φασιν, ὅτι προαγόρευσις τοῦτό ἐστι περὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐκεῖ φαγεῖν, οὔτε πιεῖν. Καὶ εἰ τὸ συμμέτρως φαγεῖν οὐκ ἔστιν ἐκεῖ, πολλῷ μᾶλλον ἡ ἀμετρία καὶ ἡ γαστριμαργία καταργηθήσεται. Ὁ δὲ Θεολόγος τὸ καταργούμενον αὐτικα σὺν τοῖς καταργουμένοις βρώμασιν εἰπὼν, ἐδήλωσεν ὅτι ἅμα τῷ χορτασθῆναι καταργεῖται ἡ τὰ πολλὰ τέως ζητοῦσα. Τινὲς δέ φασιν, ὅτι τὴν προαιρετικὴν ὀρεξιν ἐπεσφράγισεν, ἐπιτυχάλυπτος ὡς ἂν καταργηθείη, ἤγουν παυθείη καὶ ἡ ἀμετρία καὶ ἡ γαστριμαργία.

Τὸ δὲ σῶμα οὐ τῇ πορνείᾳ, ἀλλὰ τῷ Κυρίῳ, καὶ ὁ Κύριος τῷ σώματι.] Ἰδοὺ ἔδειξεν, ὅτι σκοπὸν τὴν περὶ τῆς πορνείας λόγον περὶ γαστριμαργίας προέφερεν· ἀκόλουθον γὰρ ἦν εἰπεῖν· Τὸ δὲ σῶμα, οὐ τοῖς βρώμασιν, οὐδὲ τῇ κοιλίᾳ· ὁ δὲ οὐχ οὕτως εἶπεν, ἀλλὰ, τῇ πορνείᾳ, δείκνυς τὸ ἀποτέλεσμα τῆς τρυφῆς, ὅτι πορνεία. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι. Τὸ σῶμά, φησιν, οὐ σκοπὸν τοῦτο πέπλασται, ἵνα τρυφᾷ καὶ εἰς πορνείαν ἐμπίπτῃ· ἀλλ' ἵνα τῷ Χριστῷ ἀκολουθῇ ὡς κεφαλῇ αὐτοῦ, καὶ αὖ ὁ Κύριος ὡς κεφαλὴ ὑπερκάθηται αὐτῷ.

14 Ὁ δὲ Θεὸς καὶ τὸν Κύριον ἤγειρε, καὶ ἡμᾶς ἐξεγερεῖ σκοπὸν τὴν δυνάμεως αὐτοῦ.] Μὴ θορυβηθῇς ἀκούσας ὅτι ὁ Θεὸς τὸν Κύριον ἤγειρεν· ὡς γὰρ νηπίοις αὐτοῖς συγκαταβαίνει. Καὶ ὅπως τῷ Πατρὶς, ὡς αὐτὸν, ὁμοθυμαδὸν πάντες μεγάλα ἐδόξαζον,

χ. κατακριθήσεται.
ἴσ. κοιλίαν κατ-

χ. ἕνωσιν.

χ. ἐξεγερεῖ
χ. πάντα μέγα

ἐδόξαζον, διὰ τοῦτο καὶ τὸ ἔγερσιν τοῦ Πατρὶ ἀναθήσει, ὃς ἡμᾶς αὐτὸς ἐγερθῆναι ἀποφαίνεται. ὥσπερ γὰρ τὴν κεφαλὴν ἡμῶν, τὸν Χριστόν, φησί, ἤγειρε, καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα, ἡμᾶς, ἐξεγερεῖ. Πιστοποιούμενος οὖν τὸν λόγον, προσέθηκε, διὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, ὡσανεὶ τοῦτο λέγων· Μὴ ἀπιστήσητε οἷς λέγω· ἡ δύναμις γὰρ τοῦ Θεοῦ μεγάλα κατορθοῦσα, καὶ τοῦτο ποιήσει. Οπόταν οὖν ὡς αἰτίῳ τοῦ Πατρὶ τὴν ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ ἀναθήσει, δῆλον ὅτι τὸν Κύριον περὶ ἑαυτοῦ λέγειν, Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Καὶ αὖ γέγραπται· Οτι πέφηνεν ἑαυτὸν ζῶντα. Ωστε αὐτὸς ἑαυτὸν ἐγείραντος, ὡς Πατρὶ, ὡς αἰτίῳ, τὸ προσῆκον προσῆψε. (χ. ἐπήγαγε.)

15 Οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα (χ. ἡμῶν.) ὑμῶν μέλη Χριστοῦ ἐστι;] Πάλιν ὅτι τὸ προσκόμμιον ἦλθε πρᾴνεσιν, τὴν καὶ τὸ πορνείας· φρικωδέστατον γὰρ τὸν λόγον μεταχειρίζεται.

Αρας οὖν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, ποιήσω πόρνης μέλη; Μὴ γένοιτο.] Οὐκ εἶπε, ζεύξω πόρνῃ; ἀλλ' ὁ φρικῶδες ἦν, ποιήσω πόρνης μέλη; τίς γὰρ οὐ φείξῃ (χ. τόπων.) τοῦτο ἀκούων, τὸ ἀποσπάσας τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, καὶ ποιήσας τοῦτα πόρνης;

16 Οὐκ οἴδατε ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ, ἓν σῶμά ἐστιν; Εσονται γάρ, φησιν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.] Πιστοῦται ὃ εἶπε, πῶς γίνονται πόρνης τὰ τοῦ Χριστοῦ μέλη. Διὰ τῆς συνελθούσεώς, φησιν, ἓν γίνεται ὁ ἀνὴρ πρὸς τὴν πόρνην. ὥστε καὶ τὰ μέλη αὐτοῦ, ἃ ἦσαν Χριστοῦ, ἐκείνης μέλη ἐγένοντο.

17 Ο δὲ κολλώμενος τοῦ Κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐστιν.] Οσα πῶς ἀπ' αὐτῶν γυμνῶν τῶν ὀνομάτων τὴν πόρνης καὶ τοῦ Χριστοῦ προσάγει τὴν κατηγορίαν, διανοιῶν αὐτῇ. Φησὶν οὖν ὅτι ὁ τοῦ Κυρίῳ κολλώμενος, πνεῦμα γίνεται μόνον, τοῦ μηδὲν ποιεῖν σαρκικόν· τουτέστι, πνευματικὸς καθίσταται. Η γὰρ πρὸς τὸν Κύριον ἕνωσις, τὸν ἁγιασμὸν τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ χορηγεῖ.

gna sentiebant: ideò resurrectionem Patri refert, nósque ab ipso excitandos dicit. Sicut enim caput nostrum, nempe Christum excitavit; ita & reliquum corpus, nos nimirum, excitabit. Confirmans autem sermonem suum, addidit, *Per virtutem suam:* quasi dicat: Nolite diffidere iis quæ dico: nam potentia Dei quæ tam magna gessit, hoc etiam effectum dabit. Quòd verò Patri, ceu autori, Christi excitationem refert, planum est ex eo quòd Dominus de seipso dicit: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Et rursus scriptum est; *Exhibuit seipsum viventem.* Quare cùm ipse seipsum excitaverit, Patri, ceu causæ, res attribuitur. Ioh. 2. 19. Act. 1. 3.

15 *Nescitis quòd corpora vestra sint membra Christi.*] Redit denuò ad propositam admonitionem, quæ contra fornicationem erat susceptа. Terribilissimo autem argumento sermonem auspicatur.

Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit.] Non dixit, copulabo scorto? verùm, quod tremendum erat, *faciam membra scorti?* Quis enim non perhorrescat hoc audiens, nempe, membra Christi avellere, eáque membra meretricis facere?

16 *An nescitis quòd qui adhæret meretrici, unum corpus est? Erunt enim, inquit, duo in carnem unam.*] Confirmat quod dixit, quomodo videlicet scorti membra efficiantur, quæ sunt Christi. Per commixtionem, inquit, vir unum cum scorto efficitur: quare & membra ejus, quæ fuerunt membra Christi, in scorti membra permutata sunt.

Qui autem adhæret Domino, unus spiritus est.] Observa quomodo ab ipsis nudis verbis scorti & Christi, promoveat accusationem, vehementiorem ipsam reddens. Ait itaque: Qui Domino adjungitur, nihil aliud quàm spiritus efficitur, dum nihil carnale transigit: hoc est, spiritualis efficitur. Domino enim uniri, sanctificationem Spiritûs ipsi suppeditat. Per hæc autem

tem commonſtravit quónam modo fideles membra Chriſti efficiantur.

18 *Fugite fornicationem.*] Ceu perſecutricem, quæ nunquam non corporibus noſtris immineat, fugere nos eam adhortatur; ut omnibus viribus noſtris ab ea abſtineamus, conſulens. Nihil enim adeò nos perſequitur, ac carnalis iſta concupiſcentia.

Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt: qui verò fornicatur, in proprium corpus peccat.] Fornicatione totum corpus, inquit, coïnquinatur: unde & ad balneas accurrere ſolent qui fornicati ſunt, ceu corpore jam polluto. In ipſum itaque corpus delinquit ſcortator, contaminans ipſum, ſordibúſque conſpurcans. Ac etiamſi cædes per corpus fieri videatur, non tamen totum corpus coïnquinat. Nam veriſimile eſt lapide petere, vel ligno, vel alio quopiam inſtrumento, & non inquinari corpus: fornicationem autem citra corpus perficere impoſſibile eſt: unde neceſſariò etiam coïnquinatur. Rem autem exaggerare voluerat, quia de ipſa præſens exhortatio inſtituta eſt. Non enim omnino omnium peſſima eſt fornicatio. Alias etiam quaſdam ſolutiones novi. Exempli gratiâ. Qui fornicatur, in proprium corpus peccat, quatenus non prolis deſiderio, perinde ac cum legitima conjuge, miſcetur, ſed fruſtra ipſum corrumpit ſeminis profuſione, ac debilitat. Rurſus aliter: Qui fornicatur, in fœminam cui miſcetur, peccat, quæ corpus ipſius eſt per congreſſum. Nam quatenus illegitimè cum ea miſcetur, peccat in ipſam. Atqui magni Joannis ſolutio cunctis eſt præſtantior, prima nimirum. Ambigunt autem hîc nonnulli, dicentes; Quid igitur? Nónne & invidia corpus tabefacit, adeóque diſſolvit? Verùm diluunt ad hunc rurſus modum: Invidia eſt paſſio, non actio: de actione autem nunc ſermocinatur Apoſtolus. Ait enim: *Omne peccatum quodcunque fecerit homo:* non autem de paſſione loquitur. Invidia enim non fit à nobis, ſed efficitur in nobis.

Εδήξε ὁ λόγῳ τούτων καὶ πῶς Χριστοῦ μέλη γίνονται οἱ πιστοί.

18 Φεύγετε τὴν πορνείαν.] Ὡσανέρ τινα διώκτειαν ὄσφρ, καὶ ἀεὶ ἡμῖν ἐπικειμένην, φεύγειν παρεκέλευται, τὴν ἐπιτιθεμένην ἀποχλοῦ ταύτης νουθετῶν ἡμῖν. Οὐδὲν γὰρ οὕτω διώκει ἡμᾶς, ὡς ἡ σαρκικὴ ἐπιθυμία.

Πᾶν ἁμάρτημα ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν· ὁ δὲ πορνεύων, εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει.] Ὑπὸ τῆς πορνείας, φησὶν, ὅλον μολύνεται) τὸ σῶμα· ὅθεν καὶ ἐπὶ βαθμεῖα τρέχειν ἔθος τοῖς πορνεύσασιν, ὡς μολυνθέντος δηλαδὴ τοῦ σώματος. Εἰς αὐτὸ τοίνυν τὸ σῶμα ἁμαρτάνει ὁ πόρνος, μολύνων αὐτὸ καὶ καταῤῥυπαίνων. Εἰ γὰρ καὶ ὁ φόνος δοκεῖ δι' ἑτέρου σώματος γίνεσθαι, ἀλλ' ὅμως πῶς τὸ "σῶμα μολύνει. Εἰκὸς γὰρ ἢ λίθῳ, ἢ ξύλῳ βαλεῖν, ἢ ἄλλῳ τινὶ ὀργάνῳ, καὶ μὴ μιαίνεσθαι τὸ σῶμα· πορνείαν δὲ τελεσθῆναι χωρὶς ἑτέρου σώματος ἀδύνατον· ὅθεν ἀναγκαίως καὶ μολύνεται. Ἐξάραι δὲ ἠβουλήθη τὸ πρᾶγμα, ὅπου καὶ αὐτοῦ "παρεισπέσοι ἡ πρᾶγμα. Οὐ γὰρ πάντων πάντων χεῖρον ἡ πορνεία· Οἶδα καὶ ἄλλας εἰς τοῦτο λύσεις· οἷον, ὅτι ὁ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει, καθὸ μὲν παιδοποιίας ἐπιθυμία, "ὡς παρὰ "γ. ὑ. ἔννομον γυναῖκα, μίγνυται, ἀλλὰ μάτην αὐτὸ φθείρει τῇ ἀπορροῇ, καὶ "ἀδυ- "γ. ἐκλύ- ναμοῖ. Καὶ αὖ ἄλλως· ὅτι ὁ πορνεύων, εἰς τὴν γυναῖκα ἢ μίγνυται ἁμαρτάνει, ἥτις σῶμα αὐτοῦ ἐστι διὰ τὴν συνελεύσεως· "γ. συνέ- καθὸ γὰρ μίγνυται αὐτῇ νομίμως, ἁμαρτάνει εἰς αὐτόν. Πλὴν ἡ τοῦ μεγάλου Ἰωάννου λύσις, "πασῶν κρείττων, "γ. πάν- ἡ πρώτη δηλαδή· Ἀποξύουσι δέ τινες, τί οὖν; ὁ φθόνος δὲ τήκει τὸ σῶμα; καὶ λύουσι πάλιν, ὅτι ὁ φθόνος πάθος ἐστὶν, οὐκ ἐνέργεια· τοῦ δὲ ἐνεργείας δὲ νῦν ὁ λόγος τῷ ἀποστόλῳ. Φησὶ γὰρ· Πᾶν ἁμάρτημα ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος· οὐ μιλὶ τοῦ πάθους· Ο γὰρ φθόνος δὲ γίνεται παρ' ἡμῶν, ἀλλ' ἐνεργεῖται ἐν ἡμῖν.

19 Η οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ τοῦ Θεοῦ;] Exforbet eum plus & magnitudo donationis, hujus, scilicet, Spiritûs, & dignitas dantis, hoc est, Dei. Templum, inquit, estis, & sanctum, Spiritûs nimirum sancti. Ne igitur polluatis templum istiusmodi sanctum, neque inutile reddatis Dei donum: à Deo enim habetis & donum & spiritum.

19 *An nescitis quòd corpora vestra sint templum Spiritûs sancti, qui est in vobis, quem habetis à Deo?*] Vehementiùs eos perterrefacit doni magnitudine, hoc est, Spiritûs, tum dignitate donantis, hoc est, Dei. Templum, inquit, estis, & sanctum, Spiritûs nimirum sancti. Ne igitur polluatis templum istiusmodi sanctum, neque inutile reddatis Dei donum: à Deo enim habetis & donum & spiritum.

20 Καὶ οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν; ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς.] Υπὸ δεσπότην, φησίν, ἐστε, καὶ οὐδὲν ἔχετε ἴδιον, οὔτε τὸ σῶμα· ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς, τουτέστι, διὰ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. Ωστε τὰ μὴν ὑμῶν ἄλλῳ δεσπότῃ ὑποκείνται, καὶ ὅπῃ θέλει ἕκαστος, ἄγεσθαι χρῆναι δεῖ. Ταῦτα δὲ λέγει, οὐ τὸ αὐτεξούσιον ἀναιρῶν, ἀλλὰ τὸ δίκαιον δείκνυσι τοῦ δεῖν ἡμᾶς δουλεύειν τῷ Θεῷ, ὑφ' οὗ καὶ ἠγοράσθημεν.

20 *Et non estis vestrî ipsorum? siquidem empti estis pretio:*] Sub Domino, inquit, estis, nihilque proprium habetis, ne ipsum quidem corpus: *empti* enim *estis pretio*, nempe per sanguinem Christi. Proinde membra vestra alii Domino sunt subjecta, & quò vult ille, duci oportet ea. Hæc autem dicens, liberum arbitrium non tollit, cæterùm par & justum esse monstrat, nos Deo servire, à quo & empti sumus.

Δοξάσατε δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν.] Επεὶ οὖν ἠγοράσθητε, φησι, δοξάσατε* τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν, τὰς ἀγαθὰς πράξεις δι' οὗ σώματος τελοῦντες, καὶ ἅγιον αὐτὸ τηροῦντες καὶ καθαρόν. Δοξάζει γὰρ ὁ Θεὸς, τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν ὁρώντων τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀκολούθως δοξαζόντων αὐτόν.

Glorificate Deum in corpore vestro.] Quoniam empti estis, inquit, glorificate Deum in corpore vestro, bona opera per corpus perficientes, sanctúmque ipsum servantes & purum. Glorificatur enim Deus, quum bona opera vestra homines viderint, ac deinceps Deum glorificârint.

* al.

Καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν.] Δείκνυσιν ὅτι οὐ σώματι μόνον χρὴ φεύγειν τὴν πορνείαν, ἀλλὰ καὶ ψυχῇ, τῷ μηδὲ κατ' διάνοιαν μολύνεσθαι. Πνεῦμα γὰρ τὴν διάνοιαν ἐκάλεσε· καὶ ἡ ἐν τῇ καρδίᾳ γὰρ μοιχεία ἐν εὐαγγελίοις ἀπηγόρευται.

Et spiritu vestro.] Ostendit quòd non corpore tantùm evitare oportet fornicationem, cæterùm & animâ, ut ne mente quidem coinquinemur. *Spiritum* enim mentem nominavit. Nam quod etiam in corde est adulterium, in Evangelio interdictum est. Matt. 5. 28.

Απινὰ ὄντι τοῦ Θεοῦ.] Συνεχῶς ἀναμιμνήσκει ὅτι οὐκ ἐσμὲν ἑαυτῶν, ἀλλ' ὑποὶ δεσπότην τελοῦμεν τὸν Θεὸν, τὸν καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἡμῶν ἐξαγοράσαντα.

Quæ sunt Dei.] Assiduè in memoriam revocat, quòd in nostra potestate non sumus, verùm sub Domino Deo censemur, qui & animam & corpus nostrum sanguine redemit.

CAP.

CAP. VII.

DE quibus autem ſcripſiſtis mihi.] Sectas correxit, fornicationem, avaritiam: jam nunc verò de nuptiis & virginitate ſtatuit. Scripſerant enim ei, num abſtinendum eſſet ab uxore, an ſecus.

Bonum eſt homini mulierem non tangere.] Bonum, inquit, & eximium eſt cuivis mortalium, nec ſoli ſacerdoti (perinde ac nonnulli malè intelligunt) mulierem prorſus non attingere, ſed virginem permanere. Tutior autem, noſtrámque imbecillitatem plurimùm adjuvans eſt matrimonii res. Subinfert igitur;

2 *Propter fornicationes autem, unuſquiſque propriam uxorem habeat, & unaquæque ſuum virum habeat.*] De utraque parte diſſerit. Veriſimile eſt enim virum continentiam amare, mulierem autem non item: aut è diverſo. *Propter fornicationes autem*, dicens, compellit nos ad continentiam. Si enim propter fornicationes nuptiæ permittuntur, non debent poſthac matrimonio juncti intemperanter, ſed pudicè congredi.

3 *Uxori maritus debitam benevolentiam reddat; ſimiliter & uxor marito.*] Debitum (inquit) habetis, mutuam erga vos benevolentiam. Quatenus igitur debitum, neceſſarium eſt, ut hanc vobis mutuam præſtetis.

4 *Uxor proprii corporis non habet poteſtatem, ſed maritus: ſimiliter autem & maritus proprii corporis poteſtatem non habet, ſed uxor.*] Quòd debitum ſit, & veluti res neceſſaria mutua benevolentia, nunc demonſtrat. Non enim, inquit, poteſtatem habent corporum, ſed enim uxor mariti & ſerva eſt & domina: ſerva quidem, quatenus non habet proprii corporis poteſtatem, ut tradat ipſum quibus velit, cæterùm maritus dominatur in ipſum: domina verò, quatenus rurſus mariti corpus ipſius eſt, nec habet is corporis ſui poteſtatem, ut tradat

ΚΕΦ. ζ.

ΠΕρὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι.] Διορθώσατο τὰ χείσματα, τὴν πορνείαν, τὴν πλεονεξίαν· νυνὶ οὖν περὶ γάμου καὶ παρθενίας διαπάπλεται. Ἐγράψατο γὰρ αὐτῷ, εἰ δεῖ γυναικὸς ἀπέχεσθαι, ἢ ὄ.

Καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι.] Τὸ μὲν καλὸν καὶ ὠφέλιμον ἐστί, φησι, πᾶσι ἀνθρώπῳ, καὶ ὄχι μόνον ἱερεῖ (ὡς τινες κακῶς νοοῦσι) τὸ ὅλως μὴ ἅπτεσθαι γυναικὸς, ἀλλὰ παρθενεύειν· τὸ δὲ ἀσφαλέστερον καὶ βοηθοῦν ἡμῶν τῇ ἀσθενείᾳ ἐστὶ τὸ τοῦ γάμου χρῆμα. Ἐπιφέρει οὖν·

2 Διὰ δὲ τὰς πορνείας, ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω, καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω.] Περὶ ἑκατέρου μέρους διαλέγεται. Εἰκὸς γὰρ τὸν μὲν ἄνδρα "σέργειν τὴν σωφροσύνην, τὴν δὲ γυναῖκα οὔ· ἢ ἐς τὸ ἔμπαλιν. Διὰ δὲ τὰς πορνείας, εἰπὼν, εἰς ἐγκράτειαν σπουδῆς. Εἰ γὰρ διὰ τὰς πορνείας ὁ γάμος συγχωρεῖται, οὐκ ὀφείλουσι λοιπὸν οἱ ἐν γάμῳ ἀκολάστως συνέρχεσθαι, ἀλλὰ σωφρόνως. "χρ. σωφρονεῖν.

3 Τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί.] Χρέος, φησὶν, ἔχετε, τὴν παρὰ ἀλλήλοις εὔνοιαν· ὡς οὖν χρέος, ἀναγκαῖόν ἐστιν ὑμᾶς ἀποδιδόναι ταύτην ἀλλήλοις.

4 Ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνήρ· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ἡ γυνή.] Ὅτι ὀφειλὴ καὶ χρέος ἐστὶν ἡ παρὰ ἀλλήλοις εὔνοια, νυνὶ δείκνυσιν. Οὐ γὰρ ἐξουσιάζουσι, φησι, τοῦ σώματος, ἀλλ' ἡ γυνὴ καὶ δούλη καὶ δέσποινά ἐστι τοῦ ἀνδρός· δούλη, καθ' ὃ τὸ ἴδιον σῶμα οὐκ ἔχει αὐτὴ ἐν ἐξουσίᾳ, ὥστε διδόναι αὐτὸ οἷς βούλεται, ἀλλ' ὁ ἀνὴρ δεσπόζει αὐτοῦ· δέσποινα δὲ, διότι πάλιν τὸ τοῦ ἀνδρὸς σῶμα αὐτῆς ἐστι, καὶ οὐκ ἔχει σκῆπτρον αὐτοῦ ἐξουσιάσαι, ὥστε

ταῖς πόρναις δίδόναι αὐτό· Ομοίως οὖν καὶ ὁ ἀνὴρ, καὶ δοῦλός ἐστι καὶ δεσπότης τῆς γυναικός.]

5 Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μήτι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρόν.] Τουτέστιν, ἄκοντος τοῦ ἀνδρὸς μὴ ἐγκρατευέσθω ἡ γυνὴ, ἢ ὁ ἀνὴρ τῆς γυναικὸς μὴ βουλομένης. Τὸ γὰρ, ἄκοντος τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον τοῦτο ποιεῖν, ἀποστερεῖν ἐστιν, ὥσπερ ἐπὶ τῶν χρημάτων λέγεται· τὸ δὲ ἑκόντος, ἀνέπι· οἷον, ὅταν ἐκ συμφώνου οἱ δύο ἀφορίσωσι καιρόν τινα εἰς τὸ ἀπέχεσθαι ἀλλήλων.

Ινα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ.] Ερμηνεύει πῶς εἶπε τὸ, πρὸς καιρόν, ἤγουν ὅταν καιρὸς ᾖ σχολάσαι τῇ προσευχῇ, τουτέστιν, ὑπερεπαμύνως σπουδάσαι. Οὐ γὰρ εἶπεν ἁπλῶς, ἵνα προσεύξησθε, ἀλλ, ἵνα σχολάζητε τῇ προσευχῇ. Εἰ γὰρ " τὸ ἁπλῶς σπουδάσαι ἀπείργει τοὺς συνιόντας, πῶς ἀλλαχοῦ φησιν, Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε; ὡς δηλονότι οὖν ἡ σπουδὴ ἀσυνδρομοτέρα γένηται, ἀπέχεσθε, φησιν, ἀλλήλων, ὡς τῆς μίξεως ἀσχολίαν, οὐκ ἀκαθαρσίαν, ποιούσης.

" χ. σπουδάσαι.

Καὶ πάλιν ἵνα τὸ αὐτὸ συνέρχεσθε, ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν.] Τὸ πάλιν συνέρχεσθαι ὑμᾶς, φησιν, ἤγουν νομοθετῶν λέγω, ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς, εἰς πορνείαν δηλαδή. Επεὶ δὲ ὁ διάβολος οὐ καθ' ἑαυτὸν αἴτιος τῆς πορνείας, ἀλλὰ προηγουμένως ἡ ἡμῶν ἀκρασία, ἐπήγαγε, διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν. Αὕτη γὰρ ἡ αἰτία τοῦ τὸν διάβολον πειράζειν ἡμᾶς.

6 Τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν.] Τὸ, πρὸς καιρόν, φησιν, " ἀποστερεῖν ἀλλήλους, κατὰ συγγνώμην εἶπον· τουτέστι, συγκαταβαίνων τῇ ἀσθενείᾳ ὑμῶν, οὐ νόμον τιθεὶς ὑμῖν καὶ ἐπιταγὴν ἀναγκαῖον.

" χ. μὴ ἀποστερῆτε.

7 Θέλω γὰρ πάντας ἀνθρώπους εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτόν.] Ενθα αὖ δυσχερὲς ἐπιτάσσῃ πρᾶγμα, εἰώθεν ἑαυτὸν φέρειν εἰς μέσον· Φησὶν οὖν, ὅτι βούλομαι ἵνα πάντες πάντοτε συνεγκρατεύωνται.

Αλλ' ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει ἐκ

ipsum scortis. Consimilem ad rationem maritus est, cùm servus tum dominus suæ conjugis.

5 *Ne defraudetis vos mutuò, nisi quidex consensu ad tempus.*] Hoc est, invito marito ne contineat uxor; vel maritus, nolente uxore. Alterum enim altero invito istuc facere, est defraudare, qnemadmodum & de pecuniis dicitur: volente verò, non item, ceu quando ex consensu utrique segregaverint aliquid temporis, ut inter sese abstineant.

Ut vacetis jejunio & orationi.] Interpretatur quomodo dixerit, *ad tempus*, quando scilicet tempus fuerit vacare orationi, hoc est, intensè orandi. Non enim dixit simpliciter, Ut oretis: sed, *Ut vacetis orationi.* Si enim simpliciter ab orando eos qui congressu utuntur, prohiberet; quomodo alibi dicit, *Incessanter orate?* Ut igitur oratio fervention fiat, Abstinete, inquit, alius ab alio: veluti congressus non impuritatem faciat, sed negotium facessat. 1 Thess. 5. 16.

Et rursus in idem conveniatis, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram.] Illud, ut *rursus conveniatis*, inquit, non ceu legem imponens dico, sed *ne vos tentet Satanas*, ad fornicationem videlicet. Quia verò diabolus per sese non est autor fornicationis, sed nostra inprimis incontinentia, subintulit, *Propter incontinentiam vestram.* Ipsa enim est in causa cur Satanas nos tentet.

6 *Hoc autem dico secundùm indulgentiam, non secundùm imperium.*] Illud, *ad tempus*, inquit, *defraudetis vos mutuò*, per concessionem dixi, imbecillitati vestræ cedens, non legem sanciens vobis, aut mandatum quod transgredi non liceat.

7 *Volo enim omnes homines esse sicut & meipsum.*] Ubi rem arduam præcipit, sese in medium proferre solet. Ait igitur, optârim ut semper omnes continerent.

Sed unusquisque proprium donum habet ex Deo,

Deo, alius quidem sic, alius verò sic.] Virginem inquit, quempiam manere, donum Dei est. Atqui & nostro studio ea res opus habet. Quomodo igitur donum ipsum dicit? ut consoletur eos quos abundè percusserat, cùm dixit, *Propter incontinentiam vestram.* Observa autem quòd etiam nuptias donum faciat, inquiens: *Unusquisque proprium donum habet, alius quidem sic,* hoc est, ut virgo permaneat: *alius verò sic,* hoc est, ut in matrimonio sit.

8 *Dico autem innuptis & viduis, bonum eis, si permanserint, sicut & ego.* 9 *Si autem non continent, nubant: melius est enim nubere quàm uri.*] Viden' sapientiam Pauli, quomodo meliorem monstret esse continentiam, nec tamen cogat interim, si quis non possit, ne pejus flagitium committatur? Si enim multam, inquit, vim sustines & ustionem (magna enim concupiscentiæ tyrannis est) abscede à laboribus istis & sudoribus, nequando subvertaris.

10 *Iis autem qui matrimonio juncti sunt præcipio, non ego, sed Dominus.*] Quia Dominus legem disertis verbis sancivit, non debere fieri divortium nisi fornicationis causâ, propterea, *Non ego,* inquit, *sed Dominus.* Ante hac enim commemorata, non fuerunt expressè à Domino lege latâ instituta: etiamsi quæcunque Paulus dicat, Domini sunt, & non humana. Nam in progressu dicit: *Puto enim quòd & ego spiritum Dei habeam.*

Matt. 5. 32.

1 Cor. 7. 40.

Uxorem à viro non discedere. 11 *Quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari: Et vir uxorem non dimittat.*] Quoniam servandæ pudicitiæ gratiâ vel pusillanimitate, vel alia quavis de causa fiunt divortia; Satius quidem, inquit, est, ut nulla prorsus fiat separatio. Quæ tamen si fieri contigerit, maneat mulier virum habens, etsi non ad commixtionem, saltem ut alium non superinducat: vel si continere nequeat, viro concilietur.

12 *Reliquis autem ego dico, non Domi-*

Θεοῦ, ὃς μὲν οὕτως, ὃς δὲ οὕτως.] Τὸ μεῖναι, φησι, παρθένον, χάρισμά ἐστιν ἀπὸ Θεοῦ. Καίτοι γε τ' ἡμετέρας δεῖται σπουδῆς τὸ πρᾶγμα. Πῶς οὖν χάρισμα αὐτὸ λέγει; ἵνα παραμυθήσηται αὐτούς, ὡς ἰκανῶς πλήξας ἐν οἷς εἶπε τὸ, διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν. Σημειωσαι δὲ, ὅτι καὶ τὸν γάμον χάρισμα τίθησιν, ἐν ᾧ εἶπεῖν· Ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει· ὃς μὲν οὕτω. τουτέστι, παρθενεύειν· ὃς δὲ οὕτω, τουτέστι, " γαμεῖν.

" χ. ὑπὸ γάμον εἶ.

8 Λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις, καλὸν αὐτοῖς ἐστιν, ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ. 9 Εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν· κρεῖσσον γάρ ἐστι " γαμῆσαι, ἢ πυροῦσθαι.] Εἶδες Σοφίαν Παύλου, πῶς καὶ " βελτίονα δείκνυσι τὴν ἐγκράτειαν, καὶ " οὐκ ἀναγκάζει τὸ μὴ δυναμένον, ἵνα μὴ χεῖρον πρόσκομμα γένηται; Εἰ γὰρ παλλίου, φησιν, ὑποφέρεις βίαν καὶ πύρωσιν· (μεγάλη γὰρ ἡ τῆς ἐπιθυμίας τυραννίς·) ἀπαλλάγηθι πόνων καὶ ἱδρώτων, μήποτε καὶ πρόσκομμα.

" χ. γαμῆσαι.

" χ. βέλτιον.

" χ. ἀναγκάζει.

13 Διόπερ εἰ βρῶμα σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου, οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα, ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω.] Ὡς διδάσκαλος ἄριστος ἑαυτὸν στηλιτεῖ, ἃ λέγει. Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐὰν σκανδαλίζῃ δικαίως, ἀλλ' ὁπωσοῦν. καὶ οὐκ εἶπεν, οὐ μὴ φάγω εἰδωλόθυτον, ἀλλὰ, κρέα ἁπλῶς, κἂν * συγκεχωρημένον εἶῃ· καὶ οὐ μίαν ἢ δευτέραν ἡμέραν, ἀλλὰ πάντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς μου· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ οὐκ εἶπεν, ἵνα μὴ ἀπολέσω, ἀλλ' ἵνα μὴ ἁπλῶς σκανδαλίσω.

per propriam victimam ædificavit, nimirum salutem ipsi destruunt.

Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.] Ceu optimus præceptor, per seipsum commendat quæ dicit. Nec dixit, si justè scandalizet, sed quacunque ratione. Nec ait, non manducabo idolis oblatum; sed, *carnem* simpliciter, etiamsi permissum fuerit: nec uno alteróve die, sed per omnem ætatis meæ cursum. Isthuc enim indicat, *In æternum.* Nec dixit, ne perdam, sed simpliciter, *ne scandalizem.*

* χ

ΚΕΦ. θ.

Οὐκ εἰμι Ἀπόστολος; οὐκ εἰμι ἐλεύθερος; οὐχὶ Ἰησοῦν τὸν Κύριον ἡμῶν ἑώρακα;] Ἐπειδὴ εἶπεν, εἰ βρῶμα σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν μου, οὐ μὴ φάγω κρέα· ἵνα μήτις νομίσῃ κομπάζειν αὐτὸν καὶ " φιλοτιμεῖσθαι, ἀναγκάζεται λοιπὸν δεῖξαι πῶς καὶ τῶν συγκεχωρημένων ἀπέσχετο, ὥστε τὸ μὴ σκανδαλίσαι πινάς. Αὐτὸς γὰρ τῷ Χριστοῦ ὑπηρέτης τὸ κηρύσσοντα θυσιαστήριον, ἐκ τῆς θυσιαστηρίου, τουτέστι, τῶν μεταδιδομένων ἐδέσθαι· ἐγὼ εἰλόμην λιμῷ διαφθαρῆναι μᾶλλον, καὶ μηδὲν παρ' ὑμῶν λαβεῖν, ἀλλὰ τὰ χερσὶ μου ἐκπόνων ἐργαζόμενος καὶ ἀποτρεφόμενος. Ἦσαν γὰρ καὶ παρ' αὐτοῖς τινες, ὡς ἔοικεν, πλούσιοι διδάσκαλοι, φιλοτιμούμενοι ὅτι ὡς διδάσκειν ἀδαπάνως, καὶ καταισχύνειν ἐντεῦθεν τὸν Παῦλον μηχανώμενοι· ὅθεν αὐτὸς συνεὶς, ἀπέσχετο, ὡς εἶπον, ἃ οὐδὲ τοῖς μαθηταῖς πρέπειν, κἀκεῖνοι συγχωρήσεις τοῦτο· ἐγὼ μὲν, φησιν, ὅτως· ὑμεῖς δὲ ἴσως εἰδωλοθύτων ἀπέχεσθε. Ἡ μὲν οὖν διάνοια καλῶς τοῦ λόγου, αὕτη ὅδε, ἐπὶ πολλῶν ἐργάζεσθαι εἶχον· λοιπὸν δὲ ἴδωμεν καὶ ἑκάστην λέξιν. Οὐκ εἰμι Ἀπόστολος; Ἵνα μή τις

CAP. IX.

Nonne sum Apostolus? Nonne sum liber? Nonne Dominum nostrum Jesum Christum vidi?] Cùm dixisset, *si esca scandalizat fratrem meum, non vescar carnibus:* ne quis existimet eum superbire, ostentatoremque agere, cogitur deinceps ostendere quomodo vel à concessis abstinuerit, ne aliquos offenderet. Ipso enim Christo præcipiente, ut qui Evangelium prædicet, ex Evangelio, hoc est, iis qui instituuntur, edat: ego malui potiùs fame perire, nihilque à vobis accipere; imo manibus meis laborabam, operans, mihique alimoniam parans. Fuerunt enim & apud ipsos nonnulli, ut videtur, divites Doctores, qui gloriæ sibi ducebant, erántque in precio, quòd citra sumptum docerent, hincque Paulum pudefacere moliebantur: quod ipse intelligens, abstinuit (ut dixi) à discipulis ali, etiamsi hoc illi indultum erat. Ego equidem, inquit, sic ne gessi: vos verò ne ab idolis quidem oblato abstinetis. Totus itaque sensus orationis, quam multis verbis absolvit, iste est. Deinceps verò videamus singulas ordine dictiones. *Nonne sum Apostolus?* Ne quis illi dicat, Non licet tibi, ac

" φιλοτιμεῖσθαι

Mat. 10. 10.

propterea non accipis: Quid, inquit, audio? an non alii Apostoli accipiunt? Næ, inquit. Quid igitur? Nonne ego sum Apostolus? id est, perinde ac illi. *Nonne sum liber?* hoc est, non habeo quenquam, qui me accipere impediat. Ne verò rursum dicerent, Alii Apostoli te sunt excellentiores, quoniam
1 Cor. 15. 8 Dominum viderunt: ait, *Nonne Dominum nostrum Jesum Christum vidi? Postremo enim omnium, tanquam abortivo, visus est & mihi.* Magnum enim erat Christi fuisse spectatores.
Mat. 13. 15. *Vestri enim*, inquit, *beati oculi, quoniam videtis quæ non viderunt prophetæ & reges.*

Nonne opus meum vos estis in Domino?] Si liber es & Apostolus, nihil autem interim Apostolo dignum transegisti, quid hoc juvat? nam & Judas Apostolus erat, & Dominum conspexit. Hanc itaque ob rem, inquit, *Opus meum vos estis.* Apostolicum itaque ministerium implevi. Quia verò rem arduam dixit, adjecit, *In Domino:* hoc est, non meâ virtute, sed Domini.

2 *Si aliis non sum Apostolus, vobis tamen sum.*] Non dico me totius terrarum orbis esse Doctorem, sed, Annon vester sum præceptor? Quare igitur à vobis non accepi, à quibus maximè me accipere oportuit? Per concessionem autem argumentum texit.

Sigillum enim Apostolatûs mei vos estis in Domino.] Hoc est, demonstratio. Porrò si quis scire velit, num sim Apostolus, vos ostendo. Vos enim estis qui consignatis & stabilitis Apostolatum meum: cuncta namque Apostoli opera in vobis commonstravi.

3 *Mea defensio erga eos qui me interrogant, hæc est.*] Quærentibus discere unde sit perspicuum me Apostolum esse, hanc Apologiam objicio, Vos nimirum. Ostendens enim vos in omnibus à me institutos ac doctos, interrogantes repello.

4 *Numquid non habemus potestatem edendi ac bibendi?*] Videlicet à discipu-

Εἰπὴ αὐτῷ, ὅτι οὐκ ἔξεις σοι, καὶ λέγε τοῦτο ὁ λαμβάνῃς· φησὶν, ὅτι πῶς; Μὴ ἄλλοι ἀπόστολοι ὁ λαμβάνουσι; Ναί, φησι. Τί οὖν; ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος; τουτέστιν, ὡς σκῆνοι. Οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος; τουτέστι, μὴ ἔχω τινὰ τὸν κωλύοντά με λαβεῖν. Ἵνα δὲ πάλιν μὴ εἴπωσιν, ὅτι οἱ ἄλλοι ἀπόστολοι πλέον ἔχουσιν, ὅτι εἶδον τὸν Κύριον· φησὶν, Ὅτι οὐχὶ Ἰησοῦν τὸν Κύριον ἡμῶν ἑώρακα; ἔσχατον γὰρ πάντων ὡσανεὶ τῷ ἐκτρώματι, ὤφθη κἀμοί. Μέγα γὰρ ἦν τὸ, αὐτόπτας γενέσθαι Χριστοῦ. Ὑμῶν γάρ, φησι, μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅτι βλέπετε ἃ οὐκ εἶδον οἱ προφῆται καὶ βασιλεῖς.

Οὐ τὸ ἔργον μου ὑμεῖς ἐστε ἐν Κυρίῳ;] Εἰ ἐλεύθερος εἶ, καὶ ἀπόστολος, σὺδὲν δὲ ἐπέδειξας ἔργον ἄξιον ἀποστόλου, τί τοῦτο; καὶ γὰρ καὶ Ἰούδας ἀπόστολος ἦν, καὶ τὸν Κύριον ἑώρακε. Διὰ τοῦτο οὖν, φησι, τὸ ἔργον μου ὑμεῖς ἐστε. ὥστε ἀποστολικὴν διακονίαν ἐπλήρωσα. Ἐπεὶ δὲ μέγα εἶπε, προσέθηκεν, ἐν Κυρίῳ· τουτέστιν, οὐκ ἐν τῇ ἐμῇ δυνάμει, ἀλλὰ τῇ τοῦ Κυρίου. [χ. ἐπίδειξα.]

2 Εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμι.] Οὐ λέγω ὅτι τῆς οἰκουμένης ἁπάσης εἰμὶ διδάσκαλος, ἀλλ' ὑμῶν οὐκ εἰμὶ διδάσκαλος; πῶς οὖν οὐκ ἔλαβον παρ' ὑμῶν, παρ' ὧν μάλιστα ἐχρῆν με λαβεῖν; Κατὰ συγχώρησιν δὲ τίθησι τὸν λόγον.

Ἡ γὰρ σφραγὶς τῆς ἐμῆς ἀποστολῆς ὑμεῖς ἐστε ἐν Κυρίῳ.] Τουτέστιν, ἡ ἀπόδειξις. Κἂν βούληταί τις μαθεῖν εἰ ὄντως εἰμὶ ἀπόστολος, ὑμᾶς δείκνυμι· καὶ ὑμεῖς ἐστε οἱ σφραγίζοντες καὶ ἐπιβεβαιοῦντες τὴν ἐμὴν ἀποστολήν. Πάντα γὰρ, ὅσα ἀπόστολος, ἔργα ἐν ὑμῖν ἐπεδειξάμην.

3 Ἡ ἐμὴ ἀπολογία τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν, αὕτη ἐστί.] Τοῖς ζητοῦσι μαθεῖν, πόθεν δῆλον ὅτι ἀπόστολός εἰμι, ταύτην ἀπολογίαν προβάλλομαι, τουτέστιν, ὑμᾶς. Δεικνύων γὰρ ὑμᾶς πάντα παρ' ἐμοῦ μαθητευθέντας, ἀποκρούομαι τοὺς ἀνακρίνοντας.

4 Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν φαγεῖν καὶ πεῖν;] Τουτέστι προβὰς τῶν μαθητῶν λαβόντες.

λαβόντες. Καὶ μὴν ἔχομεν ἐξουσίαν, ἀλλ' οὐ χρώμεθα ταύτῃ.

5 Μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν, ὡς καὶ λοιποὶ Ἀπόστολοι, καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου, καὶ Κηφᾶς;] Ai πλούσιαι γυναῖκες ἠκολούθουν τοῖς Ἀποστόλοις, χορηγοῦσαι αὐτοῖς τὰ ἀναγκαῖα, καὶ πᾶσαν ἀμεριμνίαν ὅτι τούτοις παρεσκεύαζον, ὥστε μόνῳ τῷ κηρύγματι αὐτοὺς ἀπασχολεῖσθαι. Ορα δὲ ὅτι τὸ κορυφαῖον, ἔσχατον τέθεικεν, ὡς μείζονα· * τοῦτο αἰνιττόμενος· καὶ τί, φησι, τοὺς ἄλλους λέγω; αὐτὸς ὁ Πέτρος τοῦτο ποιεῖ. Ἀδελφοὺς δὲ τοῦ Κυρίου φησὶ, τὸν Ἰάκωβον, τὸν Ἱεροσολύμων Ἐπίσκοπον, καὶ Ἰωσῆν, καὶ Σίμωνα, καὶ Ἰούδαν· οἱ ἀδελφοὶ ὠνομάσθησαν τοῦ Κυρίου, διὰ τὴν πρὸς τὸν Θεοτόκον τοῦ Ἰωσὴφ μνηστείαν.

6 Ἢ μόνος ἐγὼ καὶ Βαρνάβας οὐκ ἔχομεν * ἐξουσίαν τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι;] Τουτέστιν, οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἵνα " ἀργῶς ζῶμεν, καὶ τοῦ πρέπειν τοῖς μανθανομένοις, μηδὲν ἐργαζόμενοι; οὐκ ἀπεκρύψατο δὲ τὸν Βαρνάβαν, ὃν ἤδει κοινωνοῦντα αὐτῷ τῆς πρὸς " τοῦτο ἀκριβείας· καὶ ἐκεῖνος γὰρ ἐργαζόμενος ἔζη.

7 Τίς στρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ;] Τουτέστιν, ἰδίοις σιτηρεσίοις. πάντες γὰρ οἱ στρατευόμενοι ἀπὸ τοῦ δημοσίου τρέφονται. Καλῶς δὲ τοῦ στρατιώτου τέθεικε πρότερον. τοῦτο γὰρ ἁρμόδιον τῇ ἀποστολῇ, διὰ τοὺς ἐν αὐτῇ κινδύνους, καὶ τὸν πόλεμον τῶν νοητῶν ἐχθρῶν.

Τίς φυτεύει ἀμπελῶνα, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ ἐσθίει;] Διὰ τούτου τοῦ παραδείγματος, τὸν πόνον, καὶ τὸν πολλὴν παλαιπωρίαν, καὶ ἐπιμέλειαν ἐσήμηνεν. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅλον τὸν καρπὸν ἐσθίει, ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ καρποῦ. οὐδὲ εἶπε, τίς δὲ πλουτεῖ οὐκ ἐκ τοῦ καρποῦ; ἀλλ', οὐκ ἐσθίει· πανταχοῦ δὲ χρειώδεις ζητεῖν παραινῶν, ἐκ τοῦ περιττοῦ.

Τίς ποιμαίνει ποίμνην, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ γάλακτος αὐτῆς οὐκ ἐσθίει;] Οὐκ εἶπεν, ὅτι πωλεῖ τὰ πρόβατα, ἢ ἐσθίει ταῦτα, ἢ ὅλον γάλα πάντα, ἀλλ', οὐκ ἐκ τοῦ γάλακτος· δείκνυσιν ἡμῖν, ὅτι μικρᾶς παραμυθίας δεόμενον διδάλis ista accipientes. Atqui habemus potestatem, verùm eâ non utimur.

5 *Nonne potestatem habemus sororem mulierem circumducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?*] Divites fœminæ comitabantur Apostolos, ut suppeditarent eis necessaria, omnem illis securitatem quoad ista parantes, ut soli Evangelii prædicationi vacarent. Animadverte autem, quòd Apostolorum Coryphæum ultimo loco posuit, ceu majorem: hoc innuens, Ecquid, inquit, alios dico? ipse Petrus hoc facit. Fratres autem Domini appellat, Jacobum Hierosolymorum Episcopum, & Josen, & Simonem, & Judam, qui fratres Domini nominati sunt, ob Josephi cum virgine Deiparâ desponsationem.

6 *Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc faciendi?*] Hoc est, non habemus potestatem, ut ociosi vivamus, ac nihilum operantes, à discipulis alamur? Barnabam autem, quem secum diligentiæ circa hanc rem participem nôrat, minimè occultavit. Nam & ille operando victitabat.

7 *Quis militat stipendiis suis unquam?*] Hoc est, suis alimentis? Omnes enim qui militant, è publico aluntur. Pulchrè autem rem militarem priùs posuit. Hæc enim Apostolicæ functioni convenit, propter pericula quæ in ea sunt, ac proprer bellum spiritualium hostium.

Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit?] Hoc exemplo laborem & ingentem calamitatem, atque curam indicavit. Non dixit autem, totum fructum edit: sed, *de fructu*. Neque dixit, Quis non ditescit ex fructu? sed, *Non edit?* ubique, quod ad usum & necessitatem pertinet, quærere admonens, non quod superfluum est.

Quis pascit gregem, & de lacte ejus non edit?] Non dixit, Vendit pecudes, easve edat, aut universum lac; sed, *de lacte*: ostendens nobis quòd modicâ consolatione Doctorem contentum esse oporteat, ac

necessario victu. Per Pastorem vero, magnam curam indicavit, quam Doctorem gerere oporteat.

8 *Nunquid secundùm hominem hæc dico? an & lex hæc non dicit?*] Hoc est, Anne ex solis humanis exemplis ista probo, nec habeo Scripturæ testimonium? Possum equidem demonstrare, quòd hæc Deo placeant: siquidem & lex, quæ non est humana sed divina, hæc præcipit.

Deut.25.4. 9 *Scriptum est enim in lege Moysi: Non alligabis os bovi trituranti.*] Ex abundanti, quod vult, confirmat: unde & böum exemplum profert.

Nunquid de bobus cura est Deo?] Quid igitur? Nonne curat? Omnino certè: atqui non ita, ut leges de iis sanciat. Aliud itaque quiddam per clementiam erga bruta adumbravit, exercens nimirum Judæos in studio & amore erga Doctores suos. Hinc porrò discimus, quòd quæcunque in Veteri Testamento de brutis animalibus dicta sunt, ad hominum institutionem conducunt.

10 *An propter nos hæc omnino dicit? propter nos enim scripta sunt.*] *Omnino*, quasi de re confessa posuit, ut ita auditori nullum contradicendi locum relinquat.

Quoniam in spe debet, qui arat, arare.] Hoc est, præceptor spe compensationis & retributionis arare ac laborare debet.

Et qui triturat, ut sit particeps spei suæ, in spe.] A semine ad aream transit, multos Apostolorum sudores inde ob oculos ponens: nam & ipsi arant, & aream frugésque terunt. Quoniam autem is, qui arat, sperat tantùm: qui verò triturat, jam etiam aliquâ re fruitur, propterea dixit, *Qui triturat, spei suæ particeps est.* Ne quis igitur dicat: Quid ergo? Tot tantorúmque sudorum hanc solam mercedem das Apostolis, ut alantur tantùm? Adjecit, *In spe*, futurorum videlicet bonorum. Quare & illa quidem sperare oportet, sed interim etiam ali.

11 *Si nos vobis spiritualia seminavimus,*

σκαλον ἀρκεῖσθαι" δῆλον, ἐν τῇ ἀναγκαίᾳ ἐφῇ. " κ.χρή. Τίνων δὲ πολλῶν κηδεμονίαν ἐδήλωσε, δηλονότι ποιμένος, ὧν δεῖ ἔχειν τὸν διδάσκαλον.

8 Μὴ κατ' ἄνθρωπον ταῦτα λέγω; ἢ οὐχὶ καὶ ὁ νόμος ταῦτα λέγει;] Τουτέστι, μὴ ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων μόνων ὑποδειγμάτων ταῦτα σωίζω, οὐκ ἔχων ὃ καὶ ἀπὸ τῆς γραφῆς μαρτυρίαν; ἔχω δείξαι ὅτι καὶ τῷ Θεῷ ταῦτα δοκεῖ, καὶ ὁ νόμος, ὃς οὐκ ἀνθρώπινος, ἀλλὰ θεῖός ἐστι, ταῦτα διαγορεύει.

9 Ἐν γὰρ τῷ Μωσέως νόμῳ γέγραπται, Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα.] Ἐκ περιουσίας κατασκευάζει ὃ βούλεται. δηλοῖ τοῦτο καὶ τὸ τῶν βοῶν προεισάγειν" ὑποδείγμα. " χ. ὑπόδ. δίγμα.

Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ;] Τί οὖν; οὐ μέλει; ναὶ πάντως· ἀλλ' οὐχ οὕτως, ὥστε καὶ νόμους τιθέναι περὶ τούτων. Ὥστε ἄλλό τι αἰνίττεται δηλῶν τὸ εἰς τὰ ἄλογα φιλανθρωπίας, ἐπιμυκάζων τοῖς Ἰουδαίοις τὴν εἰς τοὺς διδασκάλους εὐσυδηλ. Ἐντεῦθεν γὰ μανθάνομεν, ὅτι ὅσα περὶ ἀλόγων ἐν τῇ Παλαιᾷ λέγεται, εἰς τὸ τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν διδασκαλίαν.

10 Ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει; δι' ἡμᾶς γὰρ ἐγράφη.] Τὸ, πάντως, ὡς ὁπὶ ὁμολογουμένου τέθεικεν, ἵνα μὴ συγχωρήσῃ, μηδ' ὁποιῶν ἀντειπεῖν τῷ ἀκροατῇ.

Ὅτι ἐπ' ἐλπίδι ὀφείλει ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾶν·] Τουτέστιν, ὁ διδάσκαλος ὀφείλει ἀροτριᾶν, καὶ κοπιᾶν ἐπ' ἐλπίδι ἀμοιβῆς καὶ ἀντιμισθίας.

Καὶ ὁ ἀλοῶν, τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν, ἐπ' ἐλπίδι.] Ἀπὸ τοῦ σώρου ὅτι τὸν ἀλῶνα μετῆλθε, καὶντεῦθεν τοὺς πολλοὺς ἱδρῶτας τῶν ἀποστόλων ἐμφαίνων· ὅτι καὶ αὐτοὶ δὲ ἀροτριῶσι καὶ τὸν ἅλωνα τρίβουσι. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν ἀροτριῶν ἐλπίζει μόνον, ὁ δὲ ἀλοῶν καὶ ἀπολαύει ἤδη τινός, διὰ τοῦτο εἶπεν, ὅτι ὁ ἀλοῶν τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχει. Ἵνα οὖν μήτις εἴπῃ, τί οὖν; τῶν τοσούτων ἱδρώτων μόνιον τοῦτον ἀμοιβὴν δίδως τοῖς ἀποστόλοις, τὸ τρέφεσθαι μόνον; προσέθηκεν, ἐπ' ἐλπίδι· τουτέστι, τῆς" τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. ὥστε δεῖ μὲν καὶ ἐκεῖνα ἐλπίζειν, πλὴν καὶ τρέφεσθαι. " χ. τ μελλόντος μακαριότητος.

11 Εἰ ἡμεῖς ὑμῖν τὰ πνευματικὰ

ἐσπεί-

ἐσπείραμεν, μέγα, εἰ ἡμεῖς ὑμῶν τὰ σαρκικὰ θερίσομεν;] Ενταῦθα ὁ δίκαιον δείκνυσι τοῦ πράγματος. Οὐ γὰρ ὅμοια, φησι, δίδοτε, ὧν ἐλάβετε. Ημεῖς μὲν γὰρ ὑμῖν ἐσπείραμεν πνευματικά, ὑμεῖς δὲ σαρκικὰ ἡμῖν ἀποδίδοτε. Μέγα οὖν τοῦτο ἐστιν;

12 Εἰ ἄλλοι τῆς ἐξουσίας ὑμῶν μετέχουσιν, οὐ πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς;] Ψευδοδιδασκάλους τινὰς αἰνίττεται, οἳ ἐλάμβανον ἀναιδῶς καὶ αὐθεντικῶς παρ' αὐτῶν. διὸ σοφῶς εἶπεν, ὅτι εἰ ἄλλοι λαμβάνουσιν, ἀλλ', εἰ τῆς ἐξουσίας ὑμῶν μετέχουσι, τουτέστι, χρῶνται, ὑμῶν ἐξουσιάζουσιν, ὡς οἰκέταις ἀποχέρσωται· οὐ πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς οἱ ἀληθῶς ἀπόστολοι;

Αλλ' οὐκ ἐχρησάμεθα τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ.] Καίτοιγε, φησιν, ἐξουσίαν ἔχοντες ἀφ' ὑμῶν πρέφειν, οὐκ ἐχρησάμεθα τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ, ἵνα μὴ σκανδαλίζηται· ὑμεῖς δὲ τῶν εἰδωλοθύτων ἀπέχεσθε, διὰ τὸ μὴ σκανδαλίζειν τοὺς ἀσθενεστέρους τῶν ἀδελφῶν;

Αλλὰ πάντα στέγομεν, ἵνα μὴ ἐγκοπὴν τινα δῶμεν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ.] Ινα μήτις εἴπῃ, ὅτι ἐπεὶ σοῦ ἔλεγες, διὰ τοῦτο σοῦ ἔλαβες· φησὶν, ὅτι ἐν μεγάλῃ στενοχωρίᾳ ὄντες, ὅμως πάντα στέγομεν, καὶ πεινῶμεν, καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνότητα, ἵνα μήτις ἐγκοπὴν λάβῃ, τουτέστιν, ἡ σμικρὰ καὶ ἡ τυχοῦσα ἀναβολὴ, εἰς τὸ εὐαγγέλιον καὶ τὸ κήρυγμα.

13 Οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσιν;] Οὐκ ἀρκεσθεὶς τοῖς προφήτοις, καὶ ἕτερα ἐπάγει ἐκ τοῦ νόμου, δείκνυς, ὡς ἄξιόν ἐστι παρὰ τῶν μαθητῶν λαβεῖν. Επειδὴ γὰρ τὰ περὶ τῶν βοῶν καὶ ἀλληγορίαν αὐτῶν ἄξιλήφθη, φησὶν ὅτι ῥητῶς ὁ νόμος διαγορεύει, ἵνα ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίωσιν οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, τουτέστιν, οἱ Λευῖται, οἱ τῶν ἱερέων ὑποδεέστεροι καὶ τῷ βαθμῷ. Οὐκ εἶπε δὲ, ἐκ τῶν προσφερόντων ἐσθίουσιν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἱεροῦ· ἵνα μήτε οἱ λαμβάνοντες αἰσχύνωνται, ὡς παρὰ ἀνθρώπων τρεφόμενοι, μήτε οἱ διδόντες ἐπαίρωνται.

Οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ παρεδρεύοντες, τῷ *magnum est si nos vestra carnalia metamus?*] Rei æquitatem hîc oſtendit. Non enim paria redditis, inquit, pro iis quæ accepiſtis. Nos enim ſpiritualia vobis ſeminavimus, vos autem carnalia nobis redditis. Magnum igitur hoc eſt?

12 *Quòd ſi alii poteſtatis veſtræ participes ſunt, nonne potiùs nos?*] Doctores quoſdam falſos hîc denotat, qui impudenter & cum authoritate accipiebant ab ipſis. Quare non dixit, ſi alii accipiunt, ſed, *ſi poteſtatis veſtræ participes ſunt*, hoc eſt, dominantur, imperium in vos exercent, ceu ſervis vobis abuſi ſunt: Nonne multo magis nos, qui verè ſumus Apoſtoli?

Sed non uſi ſumus poteſtate hâc.] Poteſtatem, inquit, habentes ut à vobis aleremur, non tamen uſi ſumus poteſtate iſtâ, ne offenderemini: & vos ne ab idolorum quidem oblationibus abſtinetis, ne imbecillioribus fratribus ſcandalum ponatis?

Sed omnia ſuſtinemus, ne quod offendiculum demus Evangelio Chriſti.] Ne quis dicat, Quia non egebas, ideo nihil accipiebas; inquit, In ingenti anguſtia conſtituti, omnia tamen ſufferimus, & ſitim, & nuditatem, *ne quod offendiculum* contingat, hoc eſt, exigua & vulgaris retardatio, Evangelio ejúſque prædicationi.

13 *Neſcitis quòd qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt?*] Prioribus locis non contentus, alia ex lege in medium depromit: commonſtrans, quòd licuerit ſibi à diſcipulis accipere. Nam cùm ea quæ de bobus dicta erant, allegoricè accepiſſet, jam diſertis verbis Legem imperare ait, ut ii ſacra edant, qui ſacra faciunt: hoc eſt Levitæ, Sacerdotibus gradu inferiores. Non autem dixit, ex offerentibus edunt, ſed ex ſacro, ut neque accipientes pudefiant, quaſi ab hominibus alantur, neque dantes attollantur.

Qui altari aſſident, cum altari participant.]

pant.] Hoc est, pontifices & sacerdotes. Continuam autem servitutem & perseverantiam, per assessionem indicat. Non autem dixit, quòd sacra accipiant, moderationem inuens, quódque pecunias colligere non oporteat. Nec dixit quòd à sacrificancantibus accipiant, verùm, *cum altari participant.* Oblata namque non ampliùs offerentium erant, sed Templi & Altaris. Dixit autem, *participant*, quia victimarum sanguis super aram effundebatur, & adeps cremabatur : carnium verò partem quandam accipiebat sacerdos; veluti pectusculum, dextrum armum & ventriculum : holocautomata tamen solius Altaris erant.

14 *Ita & Dominus ordinavit, iis qui Evangelium annunciant, de Evangelio vivere.*] Omnium fortissimum posteriore loco posuit. Quid enim, inquit, hæc atque talia dico? Dominus sic ordinavit, legem sanciens, quæ Veteris Testamenti legibus respondeat. Quemadmodum verò suprà dixit, *edere ex sacro*; simili ratione hìc non ex discipulis, sed *ex Evangelio* edendum docet, ne efferantur alentes. Non enim tu alis ipsum, inquit, verum *opus ejus*, nempe Evangelium. Et *vivere*, dixit, non negociari, neque thesauros colligere.

15 *Ego verò nullo horum sum usus.*] Hoc est, neque quopiam exemplorum quæ commemoravi, neque illo Veteris Testamenti, neque Christi mandato, ut à vobis alerer, sum usus.

Non autem scripsi hæc, ut ita fiant in me.] Ne quis ipsi dicat; Quid inde? etiamsi nondum usus sis, in posterum tamen utêris, atque eò ista dicis : hoc statim corrigit, *non scripsi hæc*, inquiens, *ut ita fiant in me*, hoc est, ut accipiam.

Bonum est enim mihi potiùs mori, quàm ut gloriam meam quis evacuet.] Ego, inquit, fame perire potiùs optârim, quàm quòd *evacuet quispiam*, hoc est, vanam & vacuam ostendat *gloriationem meam.* Gloriationem autem dixit, quò gaudii excessum

θυσιαστηρίῳ συμμερίζον).] Τουτέστιν, οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ ἀρχιερεῖς. Τὸν διηνεκῆ δὲ δουλείαν καὶ καρτερίαν δηλοῖ τὴν παρεδρείας ἐνδείκνυσθαι). Οὐκ εἶπε δέ, ὅτι τὰ ἱερὰ λαμβάνουσι, δεικνὺς τὴν συμμετοχήν, καὶ ὅτι οὐ χρήματα σωτὰ δεῖ. Οὐδὲ εἶπεν, ὅτι ἀπὸ τῶν θυομένων λαμβάνουσιν, ἀλλά, τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζον). Τὰ γὰρ παρενεχθέντα οὐκέτι λοιπὸν τῶν προσενεγκόντων ἦσαν, ἀλλὰ τοῦ ἱεροῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου. Τὸ δὲ, συμμερίζον), εἶπεν, ὅπερ τῶν θυομένων τὸ μὲν αἷμα παρεσχεῖτο τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ τὸ στέαρ ἐθυμιᾶτο· τῶν δὲ κρεῶν ἀφαίρεμά τι ἐλάμβανεν ὁ ἱερεύς· οἷον τὸ σπλαγχνον καὶ τὸν δεξιὸν βραχίονα, καὶ τὸ λοῦτρον· τὰ μέντοι ὁλοκαυτώματα, μόνου τοῦ θυσιαστηρίου ἐλάγχανε. " χ. λαμβάν.

14 Οὕτω καὶ ὁ Κύριος διέταξε τοῖς τὸ εὐαγγέλιον καταγγέλλουσιν, ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ζῆν.] Τὸ πρώτων ἰσχυρότερον τεθυτάτον τέθηκε. Τί γάρ, φησι, τάδε καὶ τάδε λέγω; ὁ Κύριος οὕτω διετάξατο, νομοθετήσας ἀκολούθως τῇ Παλαιᾷ. Ὥσπερ οὖν ἄνω εἶπεν, ἐσθίει ἐκ τοῦ ἱεροῦ, οὕτω καὶ ἐνταῦθα. Οὐκ ἐκ τῶν μαθητευομένων, ἀλλ' ἐκ τοῦ εὐαγγελίου, ἵνα μὴ ἐπαίρωνται οἱ τρέφοντες· οὐ γὰρ σύ, φησι, τρέφεις αὐτὸν, ἀλλὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ, τὸ εὐαγγέλιον. Καὶ ζῆν εἶπεν, οὐκ ἐμπορεύεσθαι, οὐδὲ θησαυρίζειν.

15 Ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἐχρησάμην τούτων.] Τουτέστιν, οὔτε τινὶ τῶν παραδειγμάτων, ὧν εἶπον, οὔτε τοῖς τῆς Παλαιᾶς, οὔτε τῷ ἐπιτάγματι τοῦ Χριστοῦ ἐχρησάμην, ἵνα τρέφωμαι ὑμῶν.

Οὐκ ἔγραψα δὲ ταῦτα, ἵνα οὕτω γένηται ἐν ἐμοί.] Ἵνα μήτις εἴπῃ αὐτῷ, Τί οὖν; εἰ μὴ ἐχρήσω νῦν, ἆρα δὲ μέλλον βάλῃ χρήσασθαι, καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα λέγεις· ἐπιδιορθοῦται ταχέως, ὅτι οὐκ ἔγραψα, ἵνα οὕτω γένηται, τουτέστιν, ἵνα λαμβάνω.

Καλὸν γάρ μοι μᾶλλον ἀποθανεῖν, ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τις κενώσῃ.] Αἰρεσοίμην, φησι, μᾶλλον λιμῷ διαφθαρῆναι ἢ ἵνα κενώσῃ τις, τουτέστι, μᾶλλον καὶ κενὸν ἀποδείξῃ τὸ καύχημά μου. Καύχημα δὲ εἶπεν, ἵνα πλεῖον ἐπαρθυ-

λλεῖν

λιὼ τ χερας δείξῃ. ἴσως γὰ ἄν τις εἶπεν, ὅτι ἀληθῶς οὐκ ἐλάμβανε μὲ, πλὴν κλαίων καὶ ὀδυνώμενος τοῦτο ἐποίει τοσοῦτον οὖν, φησιν, ἀπέχω λυπῆσαι, ὅτι καυχῶμαι.

16 Ἐὰν γὰ εὐαγγελίζωμαι, οὐκ ἔστι μοι καύχημα· ἀνάγκη γάρ μοι ἐπίκειται. οὐαὶ δέ μοί ἐστιν, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι.] Τί λέγεις; οὐκ ἔστι καύχημά σοι τὸ εὐαγγελίζεσθαι, ἀλλὰ τὸ ἀδαπανήτως κηρύσσειν· ἀκουσον τοῦτο ἐκείνου μεῖζον; ἄπαγε, φησιν· ἀλλὰ τὸ μὴ εὐαγγελίζεσθαι, ἐπίταγμά ἐστι καὶ χρέος, καὶ ἐὰν πληρωθῇ τοῦτο, οὐδὲν κατόρθωμα. οὐαὶ γάρ "μοι φησὶ ἐὰν μὴ πληρωθῇ· δαρήσομαι γὰ "πολλὰς, ὡς τὸ ἐπίταγμα τοῦ δεσπότου μὴ ποιῶν. Τὸ γάρ, ἀδαπανήτως κηρύσσειν, τοῦ αἱρέσεως φιλοτιμία· καὶ διὰ τοῦτο καύχημά ἐστι. Τὸ δὲ, ἀνάγκη μοι ἐπίκειται, οὐ τοῦ ἀφαίρεσιν τοῦ αὐτεξουσίου, ἀλλὰ τοῦ ἀντιδιαστολὴν τῆς ἐλευθερίας τῆς ἐν τῷ λαμβάνειν εἴρηται, καὶ διὰ τὸν φόβον τῆς ἐπὶ τῷ μὴ ποιῆσαι κολάσεως.

17 Εἰ γὰ ἑκὼν τοῦτο πράττω, μισθὸν ἔχω· εἰ δὲ ἄκων, οἰκονομίαν πεπίστευμαι.] Εἰ μὲν οὖν οὐκ ἀνεχώρησεν, φησὶ, τὸ κήρυγμα, ἀφ' ἑαυτοῦ δὲ τοῦτο ἐποίουν, μισθὸν ἔχω μέγαν καὶ πολύν· εἰ δὲ ἀνεχώρησεν, πρόδηλον ὅτι οὐκ ἀπ' ἐμαυτοῦ τοῦτο ποιῶ, ἀλλὰ διαστολὴν ἐντολὴν πληρῶ. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, ἄκων. Καὶ διὰ τοῦτο ἡ φιλοτιμία τὸ πρᾶγμα· οἰκονομίαν γὰ ἐμπιστεύθηκε, δίκαιον τοίνυν. Ὅρα δὲ ὅτι οὐκ εἶπεν, εἰ δὲ ἄκων, μισθὸν οὐκ ἔχω· δεικνὺς ὅτι ἔχει μὲν μισθὸν καὶ ὅτι τῷ κηρύσσειν, εἰ καὶ ἐπίταγμα διαστολὴν πληροῖ· ἄτοπον γάρ, εἰ οἱ Ἀπόστολοι πάντες οὐ λήψονται μισθὸν ὑπὲρ ὧν ἐκήρυξαν· πολὺ οὖν πλείονα, οἶμαι καὶ ὁ ἀδαπανήτως κηρύξας.

18 Τίς οὖν ὁ μισθός; ἵνα εὐαγγελιζόμενος, ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον

sum oſtendat. Forſan enim aliquis dicere potuiſſet, Revera nihil quidem accepit, æqui mœrens ac lugens non acciplebat. Tantum igitur, inquit, abeſt ut eam ob rem contriſter, ut & idcirco gloriæ.

16 *Si enim Evangelizem, non eſt mihi gloriatio: neceſſitas enim mihi incumbit. Væ autem mihi eſt, ſi non Evangelizavero.*] Quid ais? non tibi gloriæ loco ducitur, prædicare Evangelium, ſed citra aliorum impenſas ac ſumptum prædicare, tibi gloriæ eſt: Numquid hoc illo majus eſt? Minimè, inquit, ſed Evangelium annunciare, præceptum eſt ac debitum: & ſi hoc perficiam, nihil eſt à me præclarè & eximiè factum. Væ enim mihi, ſi non impleam: cædar namque plagis multis, quippe quòd mandatum Domini non ſum executus. Sed ſine impenſis prædicare, voluntatis honor eſt, & propterea gloriatio eſt. Iſtud verò, *Neceſſitas mihi incumbit*, non ad liberi arbitrii ſublationem; ſed ad oppoſitionem libertatis in accipiendo dictum eſt, ac propter pœnæ metum, ſi id non efficiat.

17 *Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: ſi autem invitus, diſpenſatio mihi credita eſt.*] Si, inquit, prædicatio Evangelii non eſſet mihi demandata, ſed à meipſo iſthuc facerem, haberem equidem mercedem magnam & multam: Quòd ſi mihi commiſſum eſt, perſpicuum eſt quòd non à meipſo iſtud facio, ſed Domini mandatum impleo. Hoc enim eſt quod ait, *invitus*. Quocirca iſthæc res non eſt honor: diſpenſationem namque mihi creditam adminiſtro. Animadverte autem, quòd non dixerit, Si autem invitus, mercedem non habeo: indicans quòd habeat quidem mercedem, etiam in promulgando Evangelio, herile licèt mandatum impleat. Abſurdum enim eſſet, ſi Apoſtoli omnes prædicationis mercedem non acciperent: ſed enim non talem, qualem ille qui gratis prædicaverit.

18 *Quæ igitur eſt merces? ut Evangelium prædicans, ſine ſumptu ponam Evangelium*

gelium Christi, ut non abutar potestate meâ in Evangelio.] Hoc est, major est merces, dignáque gloriatione, *ut non abutar potestate meâ*, id est, omnino utar. Simplicem enim usum, abusum appellavit. Ubique autem negotium, potestatem nominat, ostendens quòd, neque accipientes peccârunt quicquam. *In Evangelio*, autem dixit; uti ob oculos ponat, quòd is qui Evangelii ministerio fungatur, adeóque laboret, accipere debet; qui autem otiosus est, minimè.

19 *Nam cùm liber essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem.*] Quod majus est, dicit. Non solùm, inquit, non accepi, etiamsi potestatem haberem: verumetiam liber cùm essem, & nemini subjectus, neque necessitatem habens, omnibus tamen meipsum in servitutem redegi: non uni, aut duobus, sed universo terrarum orbi: non ut adulatoris instar placeam, cæterùm ut plures lucrifaciam: omnes enim, impossibile.

20 *Et factus sum Judæis tanquam Judæus, ut Judæos lucrer.*] Nempe, quando circuncidit Timotheum. Non autem dixit, Judæus, sed, *veluti Judæus*, ut ostendat quòd negocium dispensatio erat.

Iis qui sunt sub lege, quasi sub lege essem, ut eos qui sunt sub lege, lucrer.] Prosely tas intelligit, vel eos qui ex Judæis fidei accesserant, adhuc tamen lege detinerentur. Facta autem sunt hæc, quando rasus est, quando quæ ad purificationem attinent, obtulit. Hæc autem per dispensationem faciebat, & in speciem, ut eos qui revera ista facerent, corrigeret.

21 *Illis qui sine lege erant, tanquam sine lege essem.*] Lege carentes eos dicit, qui legem Mosaïcam non habebant, qui ex gentibus erant, qualis erat Cornelius: ad quos ille accedens, infirmitati eorum acquiescebat. Vel Græcos intelligit, veluti quando adversùs Athenienses disputabat, ab Ara, quæ apud ipsos erat, sermonem instituens: & de Christo, non tanquam de Deo, sed

ον τῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ μὴ καταχρήσασθαι τῇ ἐξουσίᾳ μου ἐν τῷ εὐαγγελίῳ.] Τουτέστιν, ὁ μείζων μισθὸς καὶ καυχήματος ἄξιος, ἵνα μὴ καταχρήσωμαι τῇ ἐξουσίᾳ, τουτέστιν, ὅλως χρήσωμαι· τὴν γὰρ ἁπλῶς χρῆσιν, κατάχρησιν ὠνόμασεν. Πανταχοῦ δὲ ἐξουσίαν τὸ πρᾶγμα καλῶ, δείκνυς, ὅτι οὐδὲ οἱ λαμβάνοντες ἡμάρτανόν τι. Ἐν τῷ εὐαγγελίῳ δὲ εἶπεν, ἵνα δείξῃ, ὅτι ὁ εὐαγγελιζόμενος καὶ πόνων, ὀφείλει λαμβάνειν. " ὁ δὲ ἀργῶν, οὔ. " χ. ὁ μὴ ὢν ἀργῶν.

19 Ἐλεύθερος γὰρ ὢν ἐκ πάντων, πᾶσιν ἐμαυτὸν ἐδούλωσα, ἵνα τοὺς πλείονας κερδήσω.] Τὸ πλέον λέγω, ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἔλαβον, καίτοι ἐξουσίαν ἔχων· ἀλλὰ καὶ ἐλεύθερος ὢν, καὶ οὐδενὶ ὑποκείμενος, οὐδὲ ἀνάγκην ἔχων, πᾶσιν ἐδούλωσα ἐμαυτόν· οὐκ ἑνὶ καὶ δυσὶν, ἀλλὰ τῇ οἰκουμένῃ· οὐκ ἵνα ὡς κόλαξ ἀρέσω, ἀλλ' ἵνα τοὺς πλείονας κερδήσω· τοὺς γὰρ πάντας, ἀμήχανον.

20 Καὶ ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, ἵνα Ἰουδαίους κερδήσω.] Ὅτε περιέτεμε Τιμόθεον. οὐκ εἶπε δὲ, Ἰουδαῖος, ἀλλ', ὡς Ἰουδαῖος, ἵνα δείξῃ ὅτι οἰκονομία τὸ πρᾶγμα ἦν.

Τοῖς ὑπὸ νόμον, ὡς ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον κερδήσω.] Τοὺς προσηλύτους λέγω, ἢ τοὺς ἐξ Ἰουδαίων μὲν πιστεύσαντας, ἔτι δὲ τῷ νόμῳ ἐχομένους. Ἐγένετο γὰρ ταῦτα, ὅτε ἐξύρατο, ὅτε ἔθυσε τὰ τῦ ἁγνισμοῦ. Ταῦτα γὰρ ἐποίει οἰκονομικῶς, καὶ κατ' ὑπόδειξιν, ἵνα τοὺς ἀληθῶς ταῦτα ποιοῦντας διορθώσηται.

21 Τοῖς ἀνόμοις, ὡς ἄνομος.] Ἀνόμους λέγω, τοὺς μὴ τὸν νόμον τῦ Μωσέως ἔχοντας, τοὺς ἐξ ἐθνῶν, οἷος ἦν Κορνήλιος· οἷς καὶ " αὐτὸς ὑπεφοίτα, συγκατέβαινε τῇ ἀσθενείᾳ αὐτῶν. Ἢ καὶ τοὺς Ἕλληνας, ὥσπερ ἐνίοτε πρὸς Ἀθηναίους " διελέγετο, ἀπὸ τῦ παρ' αὐτοῖς βωμοῦ " ὁμιλῶν αὐτοῖς, καὶ οὐχ ὡς περὶ Θεῦ τῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὡς περὶ ἀνθρώπου διδάσκων. " ἰσ. αὐτὸς. " χ. ἔλεγεν.

σκων. Οὐ γὰ ἀκούειν ἐχώρουν τοιοῦτόν τι· ἀλλ' ἕνα τὴν περὶ αὐτοῦς θεοποιηθέντων καὶ τοῦτον ἐνόμιζον· οἷος Ηρακλῆς, οἷος Ασκληπιός. Πανταχοῦ δὲ ὁ, ὡς, προσκεῖται, ἵνα μάθῃς, ὅτι ἐπεδείκνυτο ταῦτα, οὐκ ὢν ἀληθῶς.

(Μὴ ὢν ἄνομος Θεοῦ, ἀλλ' ἔννομος Χριστοῦ) ἵνα κερδήσω ἀνόμους.] Ινα μὴ νομίσῃς ὅτι μετεβλήθη τὴν γνώμην, πρὸς ἀνόμους διαλεγόμενος, φησι, Μὴ ὢν ἄνομος Θεοῦ· ἀντὶ τοῦ, μὴ ὢν ἔξω τῶν νόμων τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἔννομος· καὶ οὐχ ἁπλῶς ἔννομος, ἀλλὰ Χριστοῦ, τουτέστιν, τὴν παλαιοτέρου νόμου ὑψηλότερον νόμον ἔχων, τὸν τοῦ Χριστοῦ. Καὶ τί ὄφελος; Ινα κερδήσω ἀνόμους.

22 Εγενόμην τοῖς ἀσθενέσιν ὡς ἀσθενὴς, ἵνα τοὺς ἀσθενεῖς κερδήσω.] Ωσπερ νῦν ὑμῖν διὰ τὴν ἀσθένειαν ὑμῶν καὶ σκανδαλίσαι γνώμην, μὴ θελήσας
"κ. ἀφ'. " ὑφ' ὑμῶν περιφανῆναι. Αλλὰ καὶ ὅταν ἴδῃς αὐτὸν μὴ πάνυ ἢ περὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ θεότητος, ἢ περὶ τὸ τοῦ Πνεύματος λέγοντα, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀκουόντων, καὶ τότε ἴσθι αὐτὸν γίνεσθαι τοῖς ἀσθενέσιν ὡς ἀσθενῆ.

Τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα, ἵνα πάντως τινὰς " σώσω.] Καὶ τί πολλὰ καταριθμοῦμαι; τοῖς πᾶσι συγκατέβαινον· καίτοιγε οὐ πάντας σῶζειν προσεδοκῶν, ἀλλ' ἵνα καὶ ὀλίγους σώσω· ὃ καὶ θαυμασιώτερον. Τὸ μὲν γὰ ἐλπίζοντα μεγάλων ἐπικαρπίαν πονεῖν, οὐ τοσοῦτον θαυμαστόν· τὸ δὲ καὶ μικρῶν ἕνεκα τοσαῦτα μοχθεῖν, τοῦτο μέγα. Τὸ δὲ, πάντως, προσέθηκε, παιδαγωγούμενος διδάσκοντας. Κἂν γὰ μὴ τοὺς πάντας σῴζῃ τις, πάντως γε ὀλίγους σῴζῃ. Οὐκοῦν οὐκ ὀφείλει ἀπονωθρεῖν.

23 Τοῦτο δὲ ποιῶ διὰ τὸ εὐαγγέλιον, ἵνα συγκοινωνὸς αὐτοῦ γένωμαι.] Εὐαγγέλιον λέγει τοὺς πιστοὺς, τοὺς διὰ τοῦ εὐαγ-

tanquam de homine, docens. Nam tale quid audire non poterant; ſed & ipſum Deorum ſuorum quendam arbitrabantur, qualis Hercules, qualis Æſculapius. Ubique autem apponitur particula, *Tanquam*, uti diſcas, quòd hæc in ſpeciem oſtentârit, talis revera non exiſtens.

(Cùm ſine lege Dei non eſſem, ſed in lege Chriſti) ut eos qui ſine lege eſſent, lucrifacerem.] Ne exiſtimes quòd ſententiam mutârit, cùm ad exleges diſputaret; *Cùm non eſſem*, inquit, *abſque lege Dei:* quaſi dicat, quum non eſſem extra Dei leges, ſed in lege: nec ſimpliciter in lege, verùm *in lege Chriſti:* hoc eſt, vetere lege præſtantiorem habens, Chriſti nimirum. Ecquæ inde commoditas? *Ut lucrifaciam eos, qui ſunt ſine lege.*

22 *Factus ſum infirmis tanquam infirmus, ut infirmos lucrifacerem.*] Perinde ac nunc vobis factus ſum, ob imbecillam veſtram ſcandalíſque facile obnoxiam mentem, cùm nolui à vobis ali. Quinetiam ſicubi eum, ab auditorum infirmitatem, vel de Filii deitate, vel de Spiritûs divinitate non perſpicuè diſſerentem conſpexeris; tum noveris ipſum infirmis tanquam infirmum fieri.

Omnibus factus ſum omnia, ut omnino quoſdam facerem ſalvos.] Et quid multa recenſeam? Omnibus me attemperavi: Atqui non omnes ſervare expectans, verùm ut paucos ſaltem ſalvos facerem: quod & admirabilius eſt. Nam qui uberes fructus ſperat, ſi ille laboret, non eſt adeo mirandum: quòd autem exiguæ rei gratiâ, modicique fructûs causâ tantis laboribus ſe defatigavit, hoc ſanè magnum eſt. *Omnino*, autem appoſuit, conſolationem præbens docentibus. Etiamſi enim non omnes quiſpiam conſervet, omnino tamen paucos ſervabit. Otio itaque torpeſcere non debet.

23 *Hoc autem facio propter Evangelium, ut particeps ejus efficiar.*] Evangelium dicit fideles, qui per Evangelium ſervantur,

vantur, quemadmodum & ſuprà dixit, *Ex Evangelio vivere*, pro, ex credentibus. Ut igitur, inquit, fidelium coronæ conſors fieri poſſim, propterea hæc facio : non quòd ipſe pro mercede hæc faceret, verùm ut illis perſuaderet omnia pro fratribus facere, ſpe bonorum ſupernorum. Conſidera autem ejus humilitatem, uti is qui primas meruit, in bonorum communicatione ſe ſimpliciter fidelibus conjungit.

24 *Neſcitis quòd, qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit brabeum?*] Poſtquam oſtenderat quòd fratribus condeſcendere oporteat, deinceps aliquantò terribiliùs cum iis diſſerit. Quod autem ait, hujuſmodi eſt : Ne exiſtimetis quòd ſimulatque credidiſtis, & in Eccleſiæ ſtadium ingreſſi eſtis, iſthuc vobis ad ſalutem ſufficiat : quemadmodum neque iis ſufficit, ut ſimpliciter currant, niſi hoc etiam adſit, ut inculpatè ſcilicet, & ad metam uſque. Quapropter & ille ſolus qui ita currit, *brabeum* accipit : quod vos periclitamini ne accipiatis, dum propter ſcientiæ ſcilicet perfectionem fratres contemnitis, idolothytíſque farcimini.

Sic currite, ut comprehendatis. 25 *Omnis autem qui certat, ab omnibus ſe abſtinet.*] Debetis, inquit, currere, *ut comprehendatis*. Hoc autem ſine charitate non fit, quam vos non habetis, etiamſi perfectos vos putetis, quod minimè vobis contigit : nondum enim apprehendiſtis. Innuens autem quòd multa eis deerant, quippe quòd gula, & fornicatio, & ebrietas apud eos regnabant, ideò dicit : *Qui certat, ab omnibus ſe abſtinet*, non ab hoc ſibi temperans, ab illo verò non; ſed ab omnibus. Agnoſcite igitur quantum vobis deſit, diſcitéque modum per quem coronemini, nempe ſi temperantes ſitis.

Illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos verò incorruptibilem.] Sermo hic pudorem faciens. Siquidem illi ob corruptibilem coronam abſtinent : nos verò hoc non facimus ob incorruptibilem.

γλίσ ⟨ζομένους, ὥσπερ καὶ ἀνώτερόν φησιν, οὐκ τῆς διαγγλίσ ζῆν, ἀλλὰ τῆς, οὐκ τῶν πιστευόντων. Ἵνα οὖν, φησι, δυνηθῶ κοινωνὸς γενέσθαι τῶν στεφάνων τοῖς πιστοῖς, διὰ τοῦτο ταῦτα πάντα. Οὐκ ὅπως αὐτὸς ὑπὲρ μισθοῦ ταῦτα ἐποίει, ἀλλ' ἵνα ἐκείνους πείσῃ πάντα ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν, ἐπ' ἐλπίδι τῶν ἄνω ἀγαθῶν. Ὅρα δὲ ταπεινοφροσύνην, πῶς ὁ τῶν προφητείων ἄξιος, τοῖς ἁπλῶς πιστοῖς ἑαυτὸν συντάττει ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν ἀγαθῶν.

24 Οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ ἐν σταδίῳ τρέχοντες, πάντες μὲν τρέχουσιν, εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον;] Μετὰ τὸ δεῖξαι, ὅτι δεῖ συγκαταβαίνειν τοῖς ἀδελφοῖς, λοιπὸν πληκτικώτερον αὐτοῖς διαλέγεται. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Μὴ νομίσητε ὅτι ὅπως βαπτίσματος, καὶ εἰς τὸ στάδιον τῆς ἐκκλησίας εἰσήλθετε, ἤδη ἀρκεῖ τοῦτο ὑμῖν εἰς σωτηρίαν· ὥσπερ οὐδὲ ἐκείνοις τὸ τρέχειν ἁπλῶς, εἰ μὴ προσγένηται καὶ τὸ, ἀμέμπτως, καὶ τὸ μέχρι τέρματος· διὸ καὶ μόνος λαμβάνει τὸ βραβεῖον ὁ οὕτω δραμών· ὅρα ὑμεῖς κινδυνεύετε μὴ λαβεῖν, διὰ τὴν τῆς ὑστέρας δοκοῦσαν τῆς γνώσεως καταφρονοῦντες τῶν ἀδελφῶν, καὶ τῶν εἰδωλοθύτων ἐμφορούμενοι.

Οὕτω τρέχετε ἵνα καταλάβητε. 25 Πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος, πάντα ἐγκρατεύεται.] Ὀφείλετέ, φησι, τρέχειν, ἵνα καταλάβητε. τοῦτο δὲ χωρὶς τῆς ἀγάπης οὐ γίνεται, ἣν ὑμεῖς οὐκ ἔχετε, εἰ καὶ τελείους ἑαυτοὺς νομίζετε· ὅρα οὐκ ἔστιν· οὔπω γὰρ καταλάβετε. ἀνιτόμενος δέ, ὅτι πολλὰ ἐλλείπουσι, ἅτε γαστριμαργίας ἐν αὐτοῖς ἐμπολιτευομένης, καὶ πορνείας, καὶ μέθης, φησὶν ὅτι ὁ ἀγωνιζόμενος, πάντα ἐγκρατεύεται· οὐ τοῦτο μὲν ἀπεχόμενος, τοῦτο δὲ, ἀλλὰ πάντων. Ἐπίγνωτε οὖν πόσον λείπεσθε, καὶ μάθετε τὸν τρόπον, δι' οὗ στεφανωθήσεσθε, ἤδη ἐγκρατευόμενοι.

Ἐκεῖνοι μὲν οὖν, ἵνα φθαρτὸν στέφανον ἀπολάβωσιν· ἡμεῖς δὲ ἄφθαρτον.] Ἐπιτετριμμένος ὁ λόγος ἐστί· εἶτα ἐκεῖνοι ἕνεκα φθαρτοῦ στεφάνου ἐγκρατεύονται· ἡμεῖς δὲ τοῦτο οὐ ποιοῦμεν ἕνεκα τοῦ ἀφθάρτου.

26 Ἐγὼ

26 Ἐγὼ τοίνυν οὕτω τρέχω ὡς οὐκ ἀδήλως.] Τί ἐστι τὸ, οὐκ ἀδήλως; τουτέστι, πολλὰ μὲν σκοπῶν ποιῶ, καὶ περιτέμνων, καὶ ξυρόμενος, καὶ οὐδὲν εἰκῇ καὶ μάτην, ὥσπερ ὑμεῖς. τίς γὰρ ὁ σκοπὸς τῷ μὴ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν, ἑτέρων ἀπολλυμένων; οὐδεὶς πάντως. Ὥστε μόγις ποιοῦντες ὑμεῖς τοῦτο, ἀδήλως τρέχετε καὶ ἀσκόπως, καὶ μάτην. Ὡς ἄριστος δὲ διδάσκαλος, ἑαυτὸν εἰς τὸ μέσον τίθησιν ὑπόδειγμα.

Οὕτω πυκτεύω, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων.] Ἔχω γὰρ ὃν πλήξω, τουτέστι, τὸν διάβολον· ὑμεῖς δὲ αὐτὸν οὐ πλήττετε, ἀλλὰ μάτην τῇ τελειότητι τῆς γνώσεως κέχρησθε.

27 Ἀλλ' ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ.] Ἐνταῦθα ἐμφαίνει αὐτοὺς * καὶ γαστριμαργίᾳ κατεχομένους, καὶ προφάσει τελειότητος ταύτην ἐκθεραπεύοντας· ἔγωγε τοίνυν, φησὶ, πολλὰ πόνον ὑπομένω, ὥστε σωφρόνως ζῆν. Ὑπωπιάζω γάρ· τουτέστι, πυκτεύω πρὸς τὸ σῶμα· ὑπώπια γὰρ λέγονται τὰ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς τραύματα, ἃ ἐν ταῖς πυκτεύειν ἐγίνοντο. Τὸν οὖν ἀγῶνα τὸν πολὺν, τὸν πρὸς τὴν φύσιν δείκνυσι. Τυραννὶς γὰρ μεγίστη, καὶ ἀντίπαλος, φησι, μέγας ἐστὶ τὸ σῶμα. Ἐπεὶ δὲ εἶπεν, ὑπωπιάζω, καὶ τραυμάτων ἐμνήσθη, ἐπήγαγε σωτήριως, καὶ δουλαγωγῶ· ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐκ ἀγχεῖν αὐτὸ δεῖ, ἀλλ' ὡς δοῦλον ἀφηνιάζοντα καταστέλλειν, καὶ ὑποτάττειν· ὃ δεσπότου ἐστὶ, καὶ οὐ πολεμίου. Τινὲς δὲ, ὑπωπιάζω, ἰδικώτερον εἰρῆσθαι νοοῦσιν, ἀντὶ τοῦ, λιμῷ παραδίδωμι τοῦτο· ὅπερ οὐκ ἔστιν· ὑποπιέζω, γὰρ ὤφελεν εἰπεῖν.

Μήπως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι.] Καὶ ἀπὸ τούτου ἀσφαλεστέρους αὐτοὺς ποιεῖ. Εἰ γὰρ ἐμοί, φησιν, οὐκ ἀρκεῖ πρὸς σωτηρίαν τὸ κηρύξαι καὶ διδάξαι, ἐὰν μὴ καθ' ἑαυτὸν πάντων ἑαυτὸν ἀνεπίληπτον παραστήσω, πῶς ὑμεῖς ἀπὸ τῆς πίστεως μόνης σωθήσεσθε, πολλῶν παθῶν ἡττώμενοι;

26 *Ego igitur sic curro, non quasi in incertum.*] Quid est, *non in incertum*? Istud est, omnia in certum scopum dirigo, cùm circumcidens, tum rasus, nihilque temere ac frustra admittens, quemadmodum vos. Quis enim scopus est esûs idolis oblatorum, aliis inde pereuntibus? nullus omnino. Proinde citra rationem vos hoc facientes, curritis incertè, citráque scopum, & frustra. Optimi verò præceptoris instar seipsum in medium statuit, exempli vice.

Sic pugno non quasi aërem verberans.] Habeo enim quem feriam, nempe diabolum. Vos autem ipsum non feritis, sed frustra scientiæ perfectione usi estis.

27 *Verùm castigo corpus meum, & in servitutem redigo.*] Hîc indicat eos tum gulositate detentos, tum eam perfectionis prætextu fovere. Ego igitur, inquit, omnem sustineo laborem, ut sobriè vivam. ὑπωπιάζω γάρ, hoc est, pugno contra corpus. ὑπώπια enim dicuntur vulnera, quæ sub oculos infliguntur, dum pugnis contenditur. Certamen igitur quod est adversùs naturam, magnum esse indicat. Tyrannis enim maxima est corporis, & adversarius, inquit, magnus, ipsum corpus. Postquam verò, *pugno*, dixisset, & vulnerũ mentionem fecisset, statim intulit, *& in servitutem redigo*: ut discas, quòd non oportet strangulare ipsum vel suffocare: sed veluti effrenem servum humiliare atque subdere; quod domini est, non hostis. Nonnulli verbum ὑπωπιάζω, magis propriè dictum putant, pro eo quod est, fami trado corpus meum. Verùm ea interpretatio nullius est momenti: oporteret enim esse ὑποπιέζω.

Ne quo modo, cùm aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.] Per hoc etiam eos magis sobrios reddit. Si enim mihi, inquit, non satis est ad salutem, prædicare ac docere, nisi meipsum irreprehensibilem in omnibus præbeam: quomodo vos ex sola fide salvi eritis, qui affectionibus adeò succumbitis?

CAP.

CAP. X.

NOlo autem vos ignorare, Fratres, quòd Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes per mare tranſierunt.] Commemorat quantis donis Judæi a Deo donati ſint, monſtrátque poſt tanta dona pleroſque non placuiſſe Deo. Hæc autem dicit, innuens quòd quemadmodum illis non profuit tantis frui donis, quandoquidem quæ ſuarum erant partium, ipſi non adjecerint adhibuerintque: hanc ad rationem neque vobis fides proderit, & quòd ſpiritualibus myſteriis donati eſtis, niſi & vos ipſos dignos exhibueritis Dei gratiâ. *omnes*, inquit, *ſub nube fuerunt*. Expandit enim nubem in protectionem ipſis, & *per mare tranſierunt*.

2 *Et omnes in Moſem baptizati fuerunt in nube, & in mari.*] Hoc eſt, umbræ quæ à nube proveniebat, mariſque tranſitûs cum Moſe participes erant. Cùm enim ipſum primùm tranſire vidiſſent, auſi ſunt & ipſi aquis ſeſe credere. Quemadmodum & apud nos fit; primùm Chriſto pro nobis mortuo & excitato, baptizamur & ipſi, mortem ipſius per immerſionem; & reſurrectionem per emerſionem, imitantes. In Moyſen igitur baptizabantur, hoc eſt, ipſum Ducem habuerunt baptiſmatis figuram. Nam Figura baptiſmatis erat; cùm quòd ſub nube eſſet, tum quòd mare rubrum tranſierit.

3 *Et omnes eandem eſcam ſpiritualem manducârunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt.*] Perinde ac nos poſt baptiſma, corpus Dominicum manducamus; ſic manna ipſi poſt mare trajectum manducârunt. Et quemadmodum nos ſanguinem Domini bibimus; ſic illi è prædura petra aquam ſcaturientem biberunt. Spiritualia autem hæc dicit, quoniam etſi ſenſibilia fuerint, naturali tamen ordine facta non ſint, ſed gratiâ ſpirituali: utpote quæ

ΚΕΦ. ι.

ΟΥ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν πάντες ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆ θαλάσσης διῆλθον.] Καταλέγει πόσων ἠξιώθησαν δωρεῶν οἱ Ἰουδαῖοι ἀπὸ Θεοῦ· & δείκνησι μὴ τὰς δωρεὰς ταύτας, τοὺς πολλοὺς μὴ ἀρέσαντας τῷ Θεῷ. Ταῦτα δὲ λέγει, δείκνυς ὅτι ὥσπερ ἐκείνους οὐκ ὤνησε τὸ τοσούτων ἀπολαῦσαι δωρεῶν, ὅταν τὰ πρὸς ἑαυτῶν δ' " προσέχοντο· Οὕτως οὐδὲ ὑμᾶς ὠφελήσει ἡ πίστις, & τὸ μυστηρίων ἀξιωθῆναι πνευματικῶν, εἰ μὴ & ἀξίους ἑαυτοὺς παρέχοιτε τῆ τοῦ Θεοῦ χάριτος. Πάντες, φησὶν, ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν. Διεπέτασε γὰρ νεφέλην εἰς σκέπην αὐτοῖς, & διὰ τῆ θαλάσσης διῆλθον. " χ. ὃ σημαίνει τὸ ὅτι παρέχοι-

2 Καὶ πάντες εἰς τὸν Μωσῆν " ἐβαπτίσθησαν ἐν τῇ νεφέλῃ, καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ.] Τουτέστι, τῷ Μωσῇ ἐκοινώνησαν τῆς τε ὑπὸ τὴν νεφέλην σκιᾶς, καὶ τῆ διόδου τῆ θαλάσσης. ἰδόντες γὰρ αὐτὸν πρῶτον διαβαίνοντα, κατετόλμησαν & αὐτοὶ τοῖς ὕδασιν. Ὥσπερ καὶ ἐφ' ἡμῶν, " πρῶτον τοῦ " χ. σημ. Χριστοῦ ἀποθανόντος καὶ ἀναστάντος, βαπτιζόμεθα & αὐτοὶ, μιμούμενοι τὸν θάνατον διὰ τῆ καταδύσεως, καὶ τὴν ἀνάστασιν διὰ τῆ ἀναδύσεως. Εἰς τὸν Μωσῆν οὖν ἐβαπτίζοντο, αὐτὸν ἔχοντα ἔμπροσθεν τύπον τοῦ βαπτίσματος· τύπος γὰρ βαπτίσματος ἦν, τό, τε ὑπὸ τὴν νεφέλην εἶναι, καὶ τὸ τὴν θάλασσαν διελθεῖν. " χ. ἐβαπτίζοντο.

3 Καὶ πάντες τὸ αὐτὸ βρῶμα πνευματικὸν ἔφαγον, & πάντες τὸ αὐτὸ πόμα πνευματικὸν ἔπιον.] Ὥσπερ ἡμεῖς μὲν τὸ βαπτισθῆναι, τὸ σῶμα ἐσθίομεν τὸ δεσποτικὸν· οὕτω τὸ Μάννα ἐκεῖνοι μὲν τὴν θάλασσαν. Καὶ ὥσπερ ἡμεῖς τὸ αἷμα τοῦ δεσπότου πίνομεν· οὕτως ἐκεῖνοι τὸ ἐκ τῆ ἀκροτόμου πέτρας ἀναβλύσαν ὕδωρ. Πνευματικὰ δὲ ταῦτα λέγει, " ὅτι εἰ καὶ αἰσθητὰ ἦσαν, ἀλλὰ τῆ φύσεως ἀκολουθία ἐγίνοντο, ἀλλὰ χάριτι πνευματικῇ " χ. δίχα.

ματικῆ, πέφοντα μετ' τοῦ Χριστοῦ καὶ τὰς ψυχάς, καὶ εἰς πίστιν ἀνάγοντα.

4 Ἔπινον γὰρ ἐκ τ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός.] " Περὶ μὲν οὖν τῆς τροφῆς οὐδὲν ἐδεήθη κατασκευῆς· αὐτόθεν γὰρ ἦν παρηλλαγμένη· ὅτι δὲ ποτοῦ, ὅπερ ὁ τόπος τ χορηγίας μόνος παρηλλαγμένος ἦν, κατασκευῆς ἐδεήθη. καί φησιν, ὅτι οὐκ ἦν τ πέτρας φύσις τοῦτο ἐχορήγει, (ἦν γὰρ ἂν καὶ πρὸ τούτου ἀνέλυσεν) ἀλλ' ἑτέρα τις πνευματικὴ πέτρα ὃ πᾶσιν εἰργάσατο, τουτέστιν, ὁ Χριστός. Τὸ δέ, ἀκολουθούσης, εἶπεν, ἵνα δείξῃ, ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ πρὸ ὢν αὐτοῖς πανταχοῦ, καὶ πάντα θαυματουργῶν.

5 Ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν εὐδόκησεν ὁ Θεός· κατεστρώθησαν γὰρ ἐν τῇ ἐρήμῳ.] Εἰ καὶ ἀγάπης τεκμήρια πολλὰ ἐπεδείξατο ὁ Θεὸς πρὸς αὐτούς, καὶ τοσούτων αὐτοῖς ἀγαθῶν ἠξίωσεν· ὅμως οὐκ ἠρέσθη, φησὶν, ὅτι τοῖς πλείοσιν αὐτῶν· τοῦτο γὰρ ὅ, εὐδόκησεν. Οὐ γὰρ ἀπεδοκιμάσθησαν πάντες, ἀλλ' οἱ πλείους. Διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, τοῖς πλείοσι, δηλοῖ καὶ ὅτι ὁ πλῆθος αὐτοὺς οὐδὲν ὤνησε, διότι καὶ τ ἀγάπης αὐτοὶ οὐκ ἐπεδείκνυντο πρὸς τ || εὐεργέτην. Διὰ δὲ τοῦ, κατεστρώθησαν, τ ἀθρόαν αὐτῶν ἀπώλειαν, καὶ τὰς παντοίους κολάσεις ἐνέφηνε.

6 Ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγένηθησαν, εἰς τὸ μὴ εἶναι) ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς, ὥσπερ κἀκεῖνοι ἐπεθύμησαν.] Ὥσπερ αἱ εὐεργεσίαι τύποι ἦσαν, οὕτω καὶ αἱ κολάσεις. Δείκνυσι δὲ, οὐχ ὅτι κολασθήσονται μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ μείζοσιν ἢ ἐκεῖνοι, ὅσῳ ἐκεῖνα μὲν τύπος, ταῦτα δὲ ἀλήθεια. καὶ ὥσπερ ἐν ταῖς δωρεαῖς ἡ ὑπερβολὴ, οὕτω καὶ ἐν ταῖς κολάσεσιν. Εἰπὼν δὲ, ἐπιθυμητὰς κακῶν, καθολικῶς περὶ πάσης κακίας λέγει, ὅπερ ἐστὶ πᾶσα κακία ἐξ ἐπιθυμίας. Εἶτα καὶ κατ' εἶδος τίθησι τὰς κακίας. Τί δὲ ἐκεῖνοι ἐπεθύμησαν; σάρκα, κρέα, θεοὺς ἰδίους, ὡς καὶ αὐτὸς διὰ τῆς ἑξῆς δηλοῖ τ εἰδωλολατρείαν αὐτῶν.

7 Μηδὲ εἰδωλολάτραι γίνεσθε, καθώς τινες αὐτῶν, ὥσπερ γέγραπται·

unà cum corpore animas alebant, & ad fidem perducebant.

4 *Bibebant enim ex ſpirituali ſequente eos petra: Petra autem erat Chriſtus.*] Quod ad cibum attinet, non erat opus confirmatione. Nam protinus inuſitatus erat. De potu verò, quoniam ſola ſuppeditationis ratio inuſitata erat, probatione indiget. Dicit itaque quòd non petræ natura iſtum ſuppeditabat (alioquin enim & anteà ſcaturiiſſet) verùm alia quædam petra ſpiritualis totum præſtitit, nempe Chriſtus. *Sequente*, autem dixit, uti oſtendat Chriſtum illis ubique præſentem fuiſſe, atque miracula omnia perfeciſſe.

5 *Sed non in pluribus eorum beneplacitum eſt Deo: Nam proſtrati ſunt in deſerto.*] Quanquam Deus multa dilectionis ſuæ ſigna illis oſtenderat, tantiſque bonis dignatus erat: attamen in pleriſque eorum non eſt oblectatus: id enim ſignificat, εὐδόκησεν. Non enim omnes reprobati ſunt, ſed plerique. Cùm autem, *pluribus*, dicit, oſtendit quòd nihil eos juverit multitudo: ſiquidem ipſi erga benefactorem dilectionis indicium non dederant. Porrò, per, *Proſtrati ſunt*, ſubitam eorum deſtructionem indicat, pœnáſque divinitùs illatas. Pſal. 106. 14.

6 *Hæc autem figuræ noſtræ fuerunt, ut non ſimus concupiſcentes malorum, ſicut & illi concupierunt.*] Quemadmodum beneficia typi fuerunt, ita & pœnæ. Indicat autem quòd non ſolùm pœnâ afficientur, verumetiam tanto majore quàm illi, quanto illa quidem typus fuerint; iſta verò, veritas: ac quemadmodum in donis præcellebant, ſic & in pœnis. Dicens autem, *Concupiſcentes malorum*, generatim de omni malitia loquitur: quandoquidem & omne vitium ex concupiſcentia oritur. Deinde ſpeciatim ita vitia recenſet. Quid autem illi expetiverint? Allia, carnes, proprios deos, uti & ipſe per ea quæ ſequuntur eorum idololatriam patefacit.

7 *Neque idololatræ efficiamini, ſicut quidam ex ipſis, quemadmodum ſcriptum eſt:*

Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.] Primùm eos carpit, qui in idolorum delubris epulabantur, ostendens quòd quemadmodum illi à gulositate ad idolorum cultum delapsi sint (choros enim statuentes circa vitulum, ludebant ante ipsum) sic periculum est, ne & vos ad idololatriam provolvamini, quum ex gulæ suasu idolis immolata editis. Ubinam igitur perfectio tua, si ad idololatriam perduceris?

Ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν, καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν.] Πρῶτον τούτων καθάπτεται τῶν ἐν τοῖς εἰδωλείοις ἐσθιόντων, καὶ δείκνησιν ὅτι ὥσπερ ἐκεῖνοι ἀπὸ γαστριμαργίας εἰς εἰδωλολατρείαν ἔπεσον (χοροὶ γὰρ στήσαντες περὶ τὸ μόσχον, ἔπαιζον ἐμπροσθεν αὐτοῦ) οὕτω καὶ ὑμᾶς κίνδυνος εἰς ταύτην πεσεῖν, ἀπὸ τῆς ἐν εἰδωλόθυτα δεῖπνα γαστριμαργίας ἐλθεῖν. ὥστε, ποῦ ἡ δοκοῦσα τελειότης σου, ὅταν εἰς εἰδωλολατρείαν ἄξῃ;

8 *Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt uno die viginti tria millia.*] Rursus scortationis meminit, ex frequentia reprehensionis orationem efficaciorem faciens. Peccatum autem istud à gastrimargia proficiscitur. Quando verò viginti tria millia ceciderunt? Quando juxta consilium Balaam, Madianitides mulieres apud exercitum visæ, juvenes ad sese pertraxerunt, atque eos per scortationem pelliciebant, ut sacrum facerent Beelphegor, ac cecidit populus in acie.

8 Μηδὲ "πορνεύωμεν καθώς τινες "γρ. πορνεύσωμεν. αὐτῶν ἐπόρνευσαν, καὶ ἔπεσον ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ εἴκοσι τρεῖς χιλιάδες.] Πάλιν τὴν πορνείας μέμνηται, τῇ συνεχείᾳ τοῦ ἐλέγχου δριμύτερον τὸν λόγον ποιῶν. Καὶ αὕτη δὲ ἡ ἁμαρτία ἀπὸ γαστριμαργίας γίνεται. Πότε δὲ ἔπεσον εἴκοσι τρεῖς χιλιάδες; Ὅτε τῇ συμβουλῇ Βαλαὰμ αἱ Μαδιανίτιδες γυναῖκες ὅπλα τῆς καταξέως φανεῖσαι, τοὺς νεωτέρους ἐφελκύσαντο, καὶ δι' ἡδονῆς εἰς θυσίαν τοῦ Βεελφεγὼρ ἐξεκαλέσαντο τούτους, καὶ ἔπεσεν ὁ λαὸς ἐν τῇ καταξέι.

9 *Neque tentemus Christum, quemadmodum & quidam ipsorum tentaverunt, & à serpentibus perierunt.*] Innuit Corinthios tentâsse, dum signa quærerent.

9 Μηδὲ ἐκπειράζωμεν τὸν Χριστόν, καθὼς καί τινες αὐτῶν "ἐπείρασαν, καὶ ὑπὸ "γρ. ἐξεπείρασαν. τῶν ὄφεων ἀπώλοντο.] Ἐμφαίνει ὅτι οἱ Κορίνθιοι ἐπείραζον, σημεῖα ὑπερηφανοῦντες.

10 *Neque murmuretis, ut quidam ipsorum murmurârunt, & perierunt ab exterminatore.*] Hoc est, à virtute quapiam pœnam infligente. Per hoc autem innuit, quòd in tentationibus impatientes fuerunt, nec eas æquo animo pertulerint, sed murmuraverint, dicentes: Quando venient bona? & quamdiu duratura est afflictio?

10 Μηδὲ γογγύζετε, καθώς καί τινες αὐτῶν ἐγόγγυζον, καὶ ἀπώλοντο ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ.] Τυπτέσι, δυνάμεώς τινος τιμωρητικῆς. Αἰνίττεται δὲ αὐτοὺς καὶ διὰ τοῦτο, ὅτι ἐν τοῖς πειρασμοῖς οὐκ ἔφερον γενναίως, ἀλλ' ἐγόγγυζον λέγοντες, Πότε ἥξει τὰ ἀγαθὰ, καὶ ἕως πότε αἱ κακώσεις;

11 *Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines seculorum devenerunt.*] Perterret eos, & cùm dicit, *Hæc scripta sunt ad correptionem nostram*, pœnásq; nos in posterũ expectare debemus, eásque tantò magis tremendas, quantò majora beneficia accepimus: & cùm dicit finem ipsis imminere, ostenditque quòd supplicia non temporaria, sed immortalia vos susci-

11 Ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησε.] Φοβεῖ αὐτοὺς τῷ τε εἰπεῖν, ὅτι πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν ἐγράφη, καὶ ὀφείλομεν λοιπὸν καὶ ἡμεῖς προσδοκᾶν κολάσεις, καὶ φοβερωτέρας, ὅσῳ καὶ μειζόνων ἀπηλαύσαμεν δωρεῶν· καὶ τῷ ἐφιστᾶν αὐτοῖς τὸ τέλος, καὶ δηλοῦν ὅτι οὐ πρόσκαιροι τιμωρίαι, ἀλλ' αἱ μετὰ τέλους συντελοῦσαι

ἀθάνατοι

ἀλλάνατοι δέχεσθαι ὑμᾶς. ἤδη γὰρ ὁ δικαστήριον ἐκτός ἐστι πρὸ θύρας, ὅπερ τελευτῶσιν οἱ τοῦ κόσμου αἰῶνες.

12 Ὥστε ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ.] Πάλιν τινὰς ὑπὸ τῇ γνώσει μέγα φρονοῦντας αἰνίττεται. Εἰ γὰρ καὶ ἑστάναι νομίζεις, φίλαδελφε, φησι, μὴ πέσῃς· καὶ αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ θαρρεῖν ὅτι ἔσχηκας, σοῦ ἑστάναι δοκεῖ· δοκεῖς γὰρ, οὐκ ἀληθῶς ἔσχηκας· εἰ δὲ καὶ ἔστιν, ὀλίγου δεῖ ἀπονοίας ἡ πτῶσις.

13 Πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν, εἰ μὴ ἀνθρώπινος· πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε, ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν, τοῦ δύνασθαι ὑμᾶς ὑπενεγκεῖν.] Ἐπειδὴ ἐφόβησεν αὐτοὺς, εἰπὼν, Ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ· ἵνα μὴ λέγωσι, Τί ἡμᾶς ἐκφοβεῖς; Πολλοὺς γὰρ ὑπομείναντες πειρασμοὺς οὐ πεπτώκαμεν· φησὶν, ὅτι οὐκ εἴληφεν ὑμᾶς πειρασμὸς, εἰ μὴ μικρὸς καὶ σύμμετρος· ἀνθρώπινον γὰρ πάντα τὸ μικρὸν καλεῖ. Εἶτα πάλιν ἐμυθεῖται πάλιν, ὅτι τὸν Θεὸν ἀφορᾶν αὐτοὺς πείθων, ὃς πιστός ἐστι, τουτέστιν, ἀληθής, καὶ οὐ διαψεύσεται· ἐπηγγείλατο γάρ, Δεῦτε οἱ κοπιῶντες, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Οὐκ ἐάσει οὖν πειρασθῆναι ὑμᾶς ὑπὲρ ὃ δύνασθε, ἀλλὰ τὸν πειρασμὸν ἀνάλογον τῇ ὑμῶν δυνάμει ποιήσει ἐνεγκεῖν· μᾶλλον δὲ πᾶς πειρασμὸς μεῖζων τῶν ὑμετέρας δυνάμεως, εἰ μὴ ἐκεῖνος βοηθήσῃ, καὶ ποιήσει τὴν ἔκβασιν, ὅ ἐστι, τὴν ἀπαλλαγὴν οὐ πειρασμοῦ, σὺν τῷ πειρασμῷ· τουτέστι, ταχείαν, καὶ ἅμα τῷ ἐνεγκεῖν ὑμῖν τὸν πειρασμόν· ὥστε καὶ διὰ τὸ ταχεῖαν ἀπαλλαγὴν, φορητὸν ὑμῖν γενέσθαι τοῦτον· ποιήσει γὰρ τὴν ἔκβασιν, φησὶν, ἕνεκεν τοῦ δυνηθῆναι ὑμᾶς ὑπενεγκεῖν· τουτέστιν, ἐλαφρὸν ὑμῖν φανῆναι τὸν πειρασμὸν καὶ ἀνεκτόν.

14 Διόπερ, ἀδελφοί μου, φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας.] Ἐπειδὴ ἱκανῶς αὐτοὺς κατήνεγκε, θεραπεύει λοιπὸν, ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλῶν· οὐκέτι δὲ, διόπερ τὸ ἀδελφοὺς βλάπτειν, κωλύει αὐτοὺς ἀπὸ

Tribunal enim illud jam nunc præ foribus est, quandoquidem mundi ætates transiërint.

Et pudefacitis non habentes.] Non tantum curant pauperes, inquit, quòd non alitis eos, quantum quòd pudefiunt redarguti, quòd ipsi nihil habeant, vobis splendidè accumbentibus, ac vino indulgentibus.

Καὶ καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας.] Οὐ τοσοῦτον, φησι, μέλει τοῖς πένησιν, ὅτι δὲ πρέφετε αὐτοὺς, ὅσον ὅτι καταισχύνονται, ἐλεγχόμενοι ὅτι τῶν μὴ αὐτοὶ ἔχουν, ὑμῶν φιλοτίμως ἀναπειμένων καὶ μεθυόντων.

Quid vobis dicam? Laudabo vos? In hoc non laudo.] Poſt erroris demonſtrationem mitiùs cum illis loquitur. Cùm enim dicere potuiſſet, iſta innumeris mortibus digna, ipſe quid ait? *Laudabo vos? In hoc non laudo.* Hoc autem facit, ut eos clementiores erga pauperes reddat. Si enim eos ad finem uſque vehementiùs percuſſiſſet, adversùs inopes crudeliores facti eſſent, quippe quia eorum causâ ab Apoſtolo ignominiâ affecti.

23 *Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis.*] Cujus rei gratiâ myſteriorum & veſperæ illius meminit? Omnino neceſſariò, ut perſuadeat quòd Dominus tuus omnes eâdem mensâ excipere dignatus ſit, tu verò fratrem ejuſdem tecum generis & naturæ averſaris & dedignaris? At quî ait à Domino ſe accepiſſe? Neque enim tum aderat, ſed perſecutor erat. Ut diſcas, quòd etiamnum ipſe eſt qui in myſtica menſa myſteria illa tradit, æquè atque tum.

24 *Quoniam Dominus Jeſus, in nocte quâ tradebatur, accepit panem; & poſtquam gratias egiſſet, fregit, ac dixit, Accipite manducate, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur.*] Recordamini, inquit, quòd hanc ultimam vobis dederit inſtitutionem; quódq; eâ etiam nocte quâ mactandus erat, ipſum proditorem convivam habuerit: Et tu fratrem tuum indignum judicas? Edoctus es etiam gratias agere; quandoquidem & ille gratias egerit, exemplum nobis relinquens: atqui tu indigna gratiarum actione committis, injuriam inferens Eccleſiæ, alióque eſuriente ipſe inebriaris. At verò ille communiter omnibus dixit, Accipite, edite, idque corpus ſuum, quod pro omnibus ex æquo fregit, in mortem tradens: tu verò edendo antevertis, neque communem panem in medium ponis, neque frangis ipſum uti detur multis, verùm tibi ipſi contines.

Hoc facite in meam commemorationem.] Quid ais? Si Filii vel Patris commemorationem faceres, conſcientiâ tuâ perculſus

Τί ὑμῖν εἶπω; ἐπαινέσω ὑμᾶς; ἐν τούτῳ οὐκ ἐπαινῶ.] Μετὰ τὴν ἀπόδειξιν τοῦ πλήσματος, ἡμερώτερον αὐτοῖς διαλέγεται· ἔχων γὰρ εἰπεῖν ταῦτα μυρίων θανάτων ἄξια, ὁ δὲ τί φησιν; Ἐπαινέσω ὑμᾶς; ἐν τούτῳ οὐκ ἐπαινῶ. Τοῦτο δὲ ποιεῖ, ἵνα ἡμερωτέρους αὐτοὺς τοὺς πένησι καταστήσῃ. Εἰ γὰρ σφοδρώτερον ἐπέπληξεν ἄχρι τέλους, ἀνήμερον ἂν τοὺς ἐκείνους, ὡς δι' αὐτοὺς ἀτιμασθέντες παρὰ τοῦ ἀποστόλου.

23 Ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν.] Τίνος ἕνεκεν τῶν μυστηρίων μέμνηται καὶ τῆς ἑσπέρας ἐκείνης; σφόδρα ἀναγκαίως· ἵνα πείσῃ ὅτι ὁ δεσπότης σου τὴν αὐτὴν πάντας ἠξίωσε παραθέζης, καὶ σὺ τὸν ὁμογνώμονα παρωθεῖς καὶ ἀπαξιοῖς; Πῶς δέ φησι παραλαβὼν τοῦ Κυρίου παρειληφέναι; οὐδὲ γὰρ παρῆν τότε, ἀλλὰ διώκτης ἦν. Ἵνα μάθῃς, ὅτι καὶ σήμερον ὅτι τὴν μυστικὴν παράθεζιν αὐτός ἐστιν ὁ παραδιδοὺς τὰ μυστήρια, ὥσπερ καὶ τότε.

24 Ὅτι ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἐν τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδίδοτο, ἔλαβεν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ εἶπε, λάβετε, φάγετε, τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον.] Ἀναμνήσθητέ, φησιν, ὅτι ταύτην ἐχάτην ὑμῖν δέδωκε τὴν μυσταγωγίαν, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ ᾗ σφάττεσθαι ἔμελλε, καὶ τὸν προδότην εἶχε συνέσιον· καὶ σὺ ἀπαξιοῖς τὸν ἀδελφόν; Καὶ ἐδίδαξης μὴ εὐχαριστεῖν· καὶ γὰρ κἀκεῖνος εὐχαρίστησε, τύπον ἡμῖν δοὺς· ἀνάξια δὲ τῆς εὐχαριστίας ποιῇς, ὑβρίζων τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πεινῶντος ἄλλου αὐτὸς μεθύων. Καὶ ὁ μὲν πᾶσιν εἶπε κοινῶς, λάβετε, φάγετε, καὶ τοῦτο, τὸ σῶμα αὐτοῦ, ὃ ὑπὲρ πολλῶν θλώμενον ἔκλασε, διδοὺς εἰς θάνατον· σὺ δὲ προλαμβάνῃς ἐσθίων, καὶ οὐδὲ τὸν κοινὸν ἄρτον εἰς τὸ μέσον τίθης, οὐδὲ κλᾷς αὐτὸν ἵνα δοθῇ πολλοῖς, ἀλλὰ σαυτῷ κατέχῃς.

Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.] Τί λέγῃς; Εἰ μὲ τὸν ἀνάμνησιν ἦν Παῦλος ἐποίει, ἐπλήγης ἂν ὑπὸ τοῦ

χ. συνεσθίοντα.

τῦ σωνειδότος, εἰ μὴ τὰ νενομισμένα ἐπλήρωσας, καὶ πένητας ἐκάθισας· ἀνάμνησιν δὲ τῦ ἰδίου τῦ διασώτου, οὐδὲ τραπέζης ἁπλῶς μεταδίδως.

"Ἀπαθῶς.

25 Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων· Τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶν ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι.] Ἦσαν καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ ποτήρια, ἐν οἷς τὸ αἷμα τῶν θυόντων ἐπαινεδον μετὰ τὸ θύσαι, φιάλῃ καὶ ποτηρίῳ τοῦτο δεχόμενοι. ἀντὶ τοῦ αἵματος τούτων τῶν ἀλόγων, ὃ τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ ἐσφράγισε, τὸ ἐμὸν αἷμα νῦν τίθημι, τῇ καινῇ διαθήκῃ ἐπισφραγίζων. Μὴ θορυβηθῇς οὖν αἵματος ἀκούων. Καὶ γὰρ εἰ τὸ τῶν ἀλόγων ἐδέξω ἐν τῇ παλαιᾷ, πόσῳ μᾶλλον τὸ θεῖον νῦν;

Τοῦτο ποιεῖτε ὁσάκις ἂν πίνητε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.] Καὶ διὰ τοῦ ποτηρίου, φησὶν, ἀνάμνησιν τοῦ θανάτου τοῦ δεσποτικοῦ θανάτου. Πῶς οὖν αὐτὸς μόνος πίνῃς καὶ μεθύῃς, τοῦ "φεικτοῦ ποτηρίου πᾶσιν ὑπόσης δοθέντος.

"Χ. θανατικοῦ.

26 Ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου καταγγέλλετε "ἄχρις οὗ ἔλθῃ.] Οὕτω, φησὶν, ὀφείλετε διακεῖσθαι, ὡσπερμελεῖ ἐν αὐτῇ ἐκείνῃ τῇ ἑσπέρᾳ, καὶ ἐπ' αὐτῆς κείμενοι τὸ σιβάδος, καὶ πρὸς αὐτὸν τοῦ Χριστοῦ λαμβάνοντες τὴν θυσίαν. Αὐτὸ γὰρ ἐκεῖνο τὸ δεῖπνόν ἐστι, καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν θάνατον καταγγέλλομεν, τουτέστιν, ἐπιδεικνύομεν, ἄχρι τῆς δευτέρας παρουσίας.

"Χ. ἕως.

27 Ὥστε, ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον τοῦτον, ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ Κυρίου ἀναξίως, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου.] Αὐτοὺς αἰνίττεται ἀναξίως μεταλαμβάνοντας, ὡς παρορῶντας τοὺς πένητας. Πῶς δὲ ἔνοχος γίνεται ὁ ἀναξίως μεταλαμβάνων; ὡς καὶ αὐτὸς ἐκχέας τὸ αἷμα. Ὥσπερ γὰρ καὶ τότε οἱ κεντήσαντες, οὐχ ἵνα πίωσιν ἐκέντησαν, ἀλλ' ἵνα ἐκχέωσιν· οὕτω καὶ ὁ ἀναξίως μὴ πίνων, μηδὲν δὲ ὠφεληθεὶς καρπούμενος, μάτην ἐξέχεε τὸ αἷμα.

esses, nisi ritus omnes perfecisses, ac paupères invitâsses: Commemorationem autem Domini faciens, ne mensam quidem tuam simpliciter impertis.

25 *Similiter & calicem postquam cœnâsset, dicens: Hic calix Novum Testamentum est in meo sanguine.*] Fuerunt etiam in Veteri Testamento pocula, quibus sanguinem brutorũ post victimam oblatam libarent, quem phialâ & poculo excipiebant. Pro sanguine itaque brutorum, qui Vetus Testamentum veluti sigillo consignabat, meum ego nunc sanguinem pono, Novum Testamentum eo ceu sigillo muniens. Ne turberis igitur sanguinem audiens. Nam si irrationalium pecorum sanguinem accepisti in Veteri Testamento, quanto potiùs nunc divinum?

Hoc facite, quoties biberîtis, in meam commemorationem.] Per poculum istuc, inquit, memoriam facis Dominicæ mortis. Quî igitur tu solus bibis & inebriaris, tremendo isto calice omnibus ex æquo tradito?

26 *Quoties enim ederîtis panem hunc, & calicem hunc biberîtis, mortem Domini annunciabitis donec veniat.*] Eo, inquit, affectu debetis esse imbuti, perinde quasi in illa ipsa essetis vespera, eidémque accumberetis thoro, & ab ipso Christo acciperetis sacrificium istud. Illa ipsa enim cœna est, & illam ipsam mortem annunciamus, hoc est, demonstramus, ad secundum usque ejus adventum.

27 *Itaque quicunque manducaverit panem hunc, aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini.*] Ipsos obliquè perstringit indignè manducantes, quandoquidem inopes negligant. Quâ verò ratione reus fit qui indignè assumit? Perinde nimirum ac ipse qui sanguinem Domini effuderit. Ut enim qui tum pupugerunt Christum, non ut biberent pupugerunt, verùm ut effunderent: sic indignè bibens, nihilque inde commodi referens, sanguinem frustrà effudit. Porrò, Judæi

dæi quidem dilacerârunt regis chlamydem: at qui indignè manducat, in cœnum & lutum, in animam ſuam videlicet, hanc chlamydem injecit. Nonne igitur par & minimè diſſimilis eſt ignominia? Propterea & ipſe iſtius reus eſt.

28 *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.*] Paulo in more eſt, ſicubi in medium cujuſpiam argumenti inciderit aliud neceſſarium, hoc etiam pertractare: quemadmodum etiamnum alio propoſito argumento de menſis, ſimulatque in myſteriorum ſermonem incidit, hunc veluti maximè neceſſarium abſolvit, ac ſummam bonorum monſtrat, cum pura conſcientia accedere, aïtque; Non alium tibi judicem præficio, verùm teipſum tibiipſi. Judica igitur & explora conſcientiam tuam, & ſic accede, non quando fuerint feriæ, ſed quando purum teipſum ac dignum inveneris.

29 *Qui enim manducat & bibit indignè, judiciũ ſibi manducat & bibit.*] Non propter myſteriorum naturam (hæc enim ſunt vivifica) verùm propter accedentis iniquitatem: quemadmodum & ſol oculis corruptis eſt noxius.

Non dijudicans corpus Domini.] Hoc eſt, non explorans, non intelligens propoſitæ rei amplitudinem. Si enim diſceremus unquam quiſnam eſſet qui nobis proponitur, non indigeremus altero, ſed iſtud ipſum nos ſobrios redderet.

30 *Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.*] Accipite demonſtrationem ab iis quæ apud vos contingunt. Hinc enim immaturæ mortes, morbíque diuturni, eò quòd multi indignè aſſumant. Quid igitur? Num ii qui ad extremam uſque ſenectutem incolumes ſervantur, peccata non admittunt? Peccant ſanè: ſed non hujus temporis pœnæ ſolæ indignè accedentibus deſtinatæ ſunt: ſed in futuro quoque ſeculo illis graviora ſunt repoſita: neque hìc nos puniti eſſemus, niſi deliquiſſemus, perinde ac ipſe jam infert.

Καὶ οἱ μὲν Ἰουδαῖοι διέῤῥηξαν τὴν βασιλέως τὴν χλαμύδα· ὁ δὲ ἀναξίως κοινωνῶν, εἰς βόρβορον, τὴν αὐτοῦ φημὶ ψυχὴν, ταύτην ἐνέβαλεν. ἆρα οὐκ ἴσον ἡ ἀτιμία; διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ταύτης ἔνοχός ἐστι.

28 Δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτὸν, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω, καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω.] Εἴωθεν ὁ Παῦλος, ἐπιβάλλῃ " ἐν μέσῳ λόγῳ ὑποθέσεως " χ. μετὰ πόνου. ἑτέρα ἀναγκαία παρεμπίπτῃ, καὶ ταύτην ἐπεξέρχεται· ὥσπερ οὖν καὶ νῦν ἑτέρας παρεγκειμένης ὑποθέσεως τὸ περὶ τῶν τραπεζῶν, ὅπερ εἰς τὴν τῶν μυστηρίων ἐνέπεσε λόγον, ἐπεξεργάζεται τοῦτον ὡς ἀναγκαιότατον, καὶ ὃ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν ὑποδείκνυσι, τὸ μὴ καθαρεῦσαι σωφρόνως· καί φησιν, ὅτι οὐκ ἔστερον δικαιῶ ἐφιστῶσοι, ἀλλ' ἑαυτὸν σαυτῷ. Δίκαιον οὖν τῷ σωφρονεῖν σε, καὶ οὕτω παρέρχῃ, μὴ ὅταν ἑορτὴ " ἡ, " χ. ὅτε. ἀλλ' ὅταν καθαρὸν σεαυτὸν καὶ ἄξιον εὕρῃς.

29 Ὁ γὰρ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως, κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει.] Οὐ διὰ τὴν τῶν μυστηρίων φύσιν (ταῦτα γὰρ ζωοποιά) ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ παρόντος ἀναξιότητα· ὥσπερ καὶ ὁ ἥλιος τοῖς ταῖς ὄψεσι διεφθαρμένοις βλαβερός.

Μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου.] Τουτέστι, μὴ ἐξεπάζων, " μὴ ἐννοῶν τὸ " χ. μὴ νοῶν. ὑπερκείμενον μέγεθος. Εἰ γὰρ μαθοιμεν πότε ποτέ ἐστιν ὁ παρεκείμενος, οὐ δεησόμεθα ἑτέρου, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο νήφειν ἡμᾶς παιδεύσει.

30 Διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί.] Ἐκ τῶν παρ' ὑμῖν γινομένων λαμβάνετε τὰς ἀποδείξεις. Διὰ τοῦτο γὰρ ἄωροι θάνατοι, καὶ μακραὶ νόσοι, διότι ἀναξίως μεταλαμβάνουσι πολλοί. Τί οὖν; οἱ ἀκριβεῖς τηρηταὶ μέχρι βαθυτάτου γήρως, οὐχ ἁμαρτάνουσιν; ἁμαρτάνουσι μὲν· ἀλλ' οὐχ αἱ ἐνταῦθα χολάσεις μόναι τοῖς ἀναξίως παρεισιοῦσιν, ἀλλ' ἐκεῖ χαλεπώτερα ἀνῆκται· ἡμεῖς γὰρ ἂν οὐκ ἐνταῦθα ἐκολασθημεν, εἰ μὴ ἡμαρτάνομεν, ὥσπερ δὴ καὶ αὐτὸς ὑπιφέρει.

31 Εἰ

31 Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα.] Οὐκ εἶπεν, εἰ ἑαυτοὺς ἐκολάζομεν, ἀλλὰ μόνον, εἰ διεκρίνομεν καὶ καταγινώσκομεν ἑαυτούς, οὐκ ἂν οὐδὲ οὕτω κατεκρινόμεθα παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἐξεφεύγομεν ἂν καὶ τὰς ἐνθάδε κολάσεις, καὶ τὰς ἐκεῖ.

32 Κρινόμενοι δὲ ὑπὸ Κυρίου, παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν.] Ἐπειδή, φησι, τὸ ὕστερον καὶ ἀφελὲν τὸ παιδεύεσθαι, τουτέστι, τὸ καταγινώσκειν ἑαυτούς, οὐδὲ ὕστερον ἀφελῶς ἡμῖν ὁ Θεὸς κέχρηται, ἀλλ' ὧδε παιδεύει, ἵνα ἐκεῖ ἐλεήσῃ. Παιδευόμεθα γάρ, φησιν, ὧδε· ἵνα κολαζόμεθα, ἵνα ὑπὸ τοῦτο παιδευώμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ, τουτέστι, τοῖς ἀπίστοις, κατακριθῶμεν ἐκεῖ. Φιλανθρώπως γὰρ ὄντες Θεῷ οἱ πιστοὶ, ὧδε ἀπολαμβάνουσι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

33 Ὥστε, ἀδελφοί μου, συνερχόμενοι εἰς τὸ φαγεῖν, ἀλλήλους ἐκδέχεσθε.] Αὖθις εἰς τὸ τοῦ πενήτων ἦλθε λόγον, ἀφ' οὗ ἐμνήσθη κολάσεων καὶ θανάτων. Καὶ οὐκ εἶπεν, ἀλλήλοις μεταδότε, ἀλλ', ἐκδέχεσθε· δεικνύων ὅτι κοινὰ εἰσι τὰ ἐκεῖσε εἰσφερόμενα, καὶ δεῖ ἀναμεῖναι τὸν κοινὸν συνέλθωσιν.

34 Εἴ δέ τις πεινᾷ, ἐν οἴκῳ ἐσθιέτω.] Ἐντρεπτικὸς ὁ λόγος· ὡς γὰρ παιδίοις δυσχεραίνουσι δοῦναι τὸ φανῆναι, αὐτοῖς δοκοῦσι λέγεται, καὶ γαστριμαργίαν αὐτῶν καταγινώσκει. Διὸ καὶ ἄγων αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, εἰς τὴν οἰκίαν πάλιν ἀποπέμπει· ὅταν δὲ μικρὰ αἰσχύνη.

Ἵνα μὴ εἰς κρῖμα συνέρχησθε.] Τουτέστιν, εἰς βλάβην ὑμῶν, καὶ εἰς κατάκρισιν. Διὰ τοῦτο γὰρ ὠφελήθησαν αἱ συνελεύσεις, ἵνα ὠφελῆσθε ἐν ἀγάπῃ συνερχόμενοι· εἰ δὲ μὴ, βέλτιον οἴκοι εἶναι. Τοῦτο δὲ λέγει, οὐχ ἵνα οἴκοι ὦσιν, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον αὐτοὺς ἐφελκύσηται πρὸς τὸ συνέρχεσθαι ὡς δεῖ. "καὶ τὰ."

Τὰ δὲ λοιπὰ, ὡς ἂν ἔλθω, διατάξομαι.] Ἢ περὶ ἑτέρων τινῶν ἁμαρτανομένων παρ' αὐτοῖς καὶ διορθώσεων διατάξῃ λέγει, ἢ περὶ αὐτοῦ τούτου φησὶν, ὅτι

31 *Si enim nos ipsos judicaremus, non judicaremur.*] Non dixit, Si nos ipsos puniremus, sed tantùm, *si judicaremus* & condemnaremus nos ipsos, ne hîc quidem condemnaremur à Deo, verùm & præsentia & futura supplicia effugeremus.

32 *Cùm autem à Domino judicamur, corripimur, ut non cum mundo condemnemur.*] Quandoquidem rem adeò levem & facilem non facimus, hoc est, quòd nos ipsos non condemnamus; neque Deus nobiscum adeò crudeliter agit, verùm hîc corripit & castigat, ut illic misereatur. Castigamur enim hic, inquit; non punimur, sed à patre admonemur, *ne cum mundo*, id est, infidelibus, illic condemnemur. Nam quoniam fideles Deo sint curæ, peccatorum suorum mercedem hîc accipiunt.

33 *Itaque fratres, cùm convenitis ad manducandum, alter alterum expectate.*] Post pœnarum mortísque mentionem, rursus ad sermonem de pauperibus redit. Non autem dixit, Alter alteri impertimini: sed, *Expectate*; ostendens communia esse quæ illuc afferantur, quódque communis conventus sit expectandus.

34 *Si quis autem esurit, domi manducet.*] Sermo iste pudefaciendi vim habet: Loquitur enim eis tanquam pueris inediam ægrè ferentibus, ipsorúmque gulositatem condemnat. Hinc & eos ab ecclesia educens, in suam cujusque domum remittit, quæ non exigua est ignominia.

Ut non ad judicium conveniatis.] Id est, ad detrimentum vestrum, & ad condemnationem. Eam enim ob causam sunt constituti conventus, ut alter ab altero juvetur, dum in charitate congregamini. Quòd si hoc non fiat, satius est, ut domi vos contineatis. Hoc autem non ideo dicit, ut domi sint, cæterùm ut eos magis attrahat quò sicut oportet conveniant.

Cætera autem cùm venero disponam.] Vel de aliis nonnullis ipsorum peccatis, quæ opus habeant emendatione, vel de hoc ipso loquitur, quòd verisimile est aliquos defen-

sionem

sionem parare adversùs ea quæ dixi, verùm interim, quæ dixi, custodiant. Sin quisquam aliud quicquam habeat quod mihi dicat, in meum id adventum usque servetur. Terret autem eos tanquam affuturus, ut interea temporis demittant cristas, & corrigant si quid non bene habeat.

εἰκὸς ὄσι τινας ἀπολογίας" χρήσασθαι "κ. κεῖσ. τοὺς ἀπ' ἐλπὶν· ἀνάγκης μὴ, ἀπ' ἐλπὶν φυλαττέσθω. Εἰ δέ τις ἕτερόν τι ἔχει λέγειν, τῇ ἐμῇ παρουσίᾳ τοῦτο τηρείσθω. Ἐκφοβεῖ γὰρ αὐτοὺς ὡς πρεσβύτης, ἵνα καταλαβόντες καὶ διορθώσωνται, εἴ τι μὴ καλῶς ἔχοιεν.

CAP. XII.

ΚΕΦ. ιϚ.

DE spiritualibus autem nolo vos ignorare, fratres.] Hoc est, de donis Spiritûs. Argumentum autem est hujusmodi; Omnes qui in principio crediderant & baptizati erant, Spiritum accipiebant. Quia verò is invisibilis erat, sensibile signum dabatur operationis ipsius, atque aut linguis loquebantur, aut prophetabant, aut miracula edebant. Apud Corinthios itaque charismatum nomine seditiones exortæ erant, adeò ut qui majora dona acceperant, efferrentur: qui verò minora, illis inviderent. Insuper, vates aliquot & pseudoprophetæ fuerunt, qui difficulter à divinis prophetis discernebantur. Cuncta igitur hæc in meliorem statum revocat, ac primùm quod ad vates attinet.

ΠΕρὶ δὲ τῶν πνευματικῶν, ἀδελφοὶ, οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν.] Τυπτέσι, τῶν χαρισμάτων τοῦ Πνεύματος. Ἡ δὲ ὑποθεσις αὕτη. Οἱ πιστεύσαντες ἐν ἀρχῇ καὶ βαπτισθέντες, "πάντες ὃ Πνεῦμα ἐλάμβανον· ἐπεὶ δὲ ἀόρατον ἦν τοῦτο, ἔλεγχος ἀληθὴς ἐδίδοτο τῆς αὐτοῦ ἐνεργείας, καὶ ἢ γλώσσαις ἐλάλουν, ἢ προεφήτευον, ἢ ἐθαυματούργουν. Παρὰ Κορινθίοις οὖν διὰ τὰ χαρίσματα στάσεις ἦσαν, τῶν τε μείζονα λαμβανόντων ἐπαιρομένων, καὶ τῶν ἐλάττονα, διαφθονούντων ἐκείνοις. Ἔπειτα ἦσαν καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ δυσχερῶς διεκρίνοντο ἀπὸ τῶν ἀληθῶν προφητῶν. Πάντα οὖν ταῦτα διορθοῦται, καὶ πρῶτον τὸ τῶν μάντεων.

2 *Nostis quòd quando gentes eratis, ad idola, quemadmodum ducebamini, abducti sitis.*] Signum dat vatis & prophetæ; Si, inquiens, apud idola aliquis vaticinaretur, à spiritu immundo detentus ceu raptus & abductus, sic rapiebatur à spiritu ligatus, nihil sciens eorum quæ diceret, sed planè extra se constitutus & insanus: Propheta autem non sic; verùm is mente sobriâ cuncta loquitur. Hoc igitur est primum signum vatis dæmoniaci, & prophetæ divini.

2 Οἴδατε ὅτι ὅτε ἔθνη ἦτε, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα, ὡς ἂν ἤγεσθε, ἀπαγόμενοι.] Σημεῖον διδοῦσι τοῦ μάντεως καὶ τοῦ προφήτου· καὶ φησιν, ὅτι ὁ ἐν τοῖς εἰδώλοις εἴτις ἐμαντεύετο, καταληφθεὶς ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου, ὡς ἂν ἀπαγόμενος, ὅτως ἐάλκετο ὑπὸ τοῦ πνεύματος δεδεμένος, σοβαρὸν εἰδὼς "ὧν ἔλεγε, ἀλλ' ἔξεστηκὼς καὶ μεμηνώς· ὁ δὲ προφήτης οὐχ ὅτως, ἀλλὰ μετὰ διανοίας νηφούσης πάντα φθέγγεται· ὥστε τοῦτο πρῶτον σημεῖον μάντεως δαιμονιώδους καὶ προφήτου θείου. "κ. ἁ.

3 *Ideo notum vobis facio, quòd nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesum: & nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto.*] Etiam hoc tibi signum sit vatis, nempe execrari, blasphemare, con-

3 Διὸ γνωρίζω ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς Πνεύματι Θεοῦ λαλῶν, λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν· καὶ οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.] Καὶ τοῦτο, φησι, σημεῖόν ἐστι σοι μάντεως, τὸ ἀναθεματίζειν

μαπίζειν, ἤτοι βλασφημεῖν ϗ κακολογεῖν τ̃ Ἰησοῦν· ϗ αὖ, προφήτης, τ̀ ὀνομάζειν
"χ. προφή- "βύφημος τὸ τ̃ Κυρίου ὄνομα. Τί οὖν οἱ κατηχούμενοι; πῶς μὴ ἔχοντες ἅπαν
μαν. Πνεῦμα ἅγιον, ὀνομάζουσι τ̃ Ἰησοῦν; ἀλλ'
* χ. ἀλλὰ οὐ. ἅ πρὸς τούτων νεῦν ὁ λόγος, "περὶ γ̀ πιστῶν ϗ ἀπίστων. Τί γ̀ οἱ δαίμονες; οὐκ ὠνόμαζον τ̀ ὄνομα τ̃ Κυρίου; ἀλλὰ μαστιζόμενοι δ̀ καὶ ἀναγκαζόμενοι· ἑκόντες γ̀ ϗ μὴ
"χ. μαστιγούμενοι, ϗ ἀναγκαζόμενοι. μαστιγούμενοι, "μηδαμῶς.

4 Διαιρέσεις δ̀ χαρισμάτων εἰσί, τὸ δ̀ αὐτὸ Πνεῦμα.] Μετὰ " δόξης τ̀ διαφορὰν ἅ προφήτου ϗ ψευδοπροφήτου,
"χ. ἐπιδεῖξαι. ϗ περὶ τ̃ " χαρισμάτων φησίν, ἵνα ϗ τοὺς ἐν τούτοις διϊστάζοντας διορθώσηται. Καὶ
"χ. θαυμάσειν. πρῶτον θεραπεύει τ̀ τὸ ἔλαττον χάρισμα λαβόντα, ϗ διὰ τοῦτο λυπούμενα. Τίνος γὰρ ἕνεκεν λυπῇ, ὅτι οὐκ ἔλαβες ὅσον ἕτερος; μὴ γὰρ ὀφλὴ ἐστίν, ἀλλὰ χάρισμα ϗ δωρεά. Ὡς εὐχαριστῇ, ὅτι σοὶ μὲν ὀφείλων ὁ Θεὸς, "ὅλως δέδωκέ τι· ἀλλὰ ϗ ὁ αὐτὸς ἐστὶ δοτὴρ καὶ σοὶ κἀκείνῳ ὁ Θεός. ἅ γὰρ
"ἰσ. ὅμως. σοὶ μὲν ἄγγελος δέδωκεν, ἐκείνῳ δὲ ὁ Θεός· ἀλλὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα ἀμφοτέροις.

5 Καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσιν, ὁ δὲ αὐτὸς Κύριος.] Μέμνηται καὶ Υἱοῦ, ὡς δωτῆρος τ̃ ἀγαθῶν. Παραμυθούμενος δὲ πλέον τ̀ λυπούμενα, διακονιῶν, εἶπεν. Ὁ μὲν γὰρ χάρισμα ἀκούσας, ϗ ἔλαττον λαβὼν, ἴσως ἂν ὑπώπτευσεν ὡς ἐλαττωθεὶς περὶ τὴν δωρεάν· ὁ δὲ διακονίαν, ἅ χ ὁμοίως· πόνου γὰρ ϗ ἱδρῶτος σύνδειγμα τοῦτο. Τί γὰρ λυπεῖς, εἰ ἕτερον πλείονα "κοπιῶντα. ἐσὺ πλείονα " κοπῶσαν ἐκέλευσε, σοῦ φεισάμενος;

6 Καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν.] Ἐνταῦθα ϗ τ̀ Πατέρα ἐμνήσθη, "ὃς ἐνεργεῖ τὰ ἐνεργήματα ἐν πᾶσι τοῖς πιστοῖς. Καὶ ἰδοὺ σοὶ ἡ Τελειὰ ἀπηρτισμένη. Χάρισμα δὲ, ϗ ἐνέργημα, ϗ διακονία ταυτά εἰσιν, εἰ ϗ τοῖς ὀνόμασι διαφέρουσιν· ἴσα γὰρ τὰ δῶρα τ̃ Πνεύματος ϗ Υἱοῦ ϗ Πατρὸς ἀποδόμενα. Ὅρα δὲ πῶς τ̃ Πνεύματος ἐ-

viciisque inceſſere Jeſum: prophetæ verò, haud citra præconium nominare Domini nomen. Quid igitur catechumeni faciunt? Quomodo iſti nondum habentes Spiritum ſanctum, nominant Jeſum? Verùm de his nunc non eſt ſermo, cæterùm de fidelibus & infidelibus. Quid verò dæmones? Nonne nomen Domini nominabant? Imò: ſed flagris cæſi & coacti; ſuapte verò ſponte & niſi vapulantes, nunquam.

4 *Diviſiones autem donorum ſunt, idem verò Spiritus.*] Cùm diſcrimen inter verum & falſum prophetam indicâſſet, etiam de donis Spiritûs diſſerit, ut eos etiam corrigat, qui in iſtis diſſident. Ac primùm eum curat, qui minus donum accepit, ac propterea mœret. Cur enim doles, inquit, quòd non tantum accepiſti atque alius? Non enim debitum eſt, ſed chariſma & donum. Itaque gratias age, quòd nihil tibi Deus cùm debeat, aliquid ſanè dederit: imò verò idem eſt, qui & tibi & illi largitus eſt, Deus. Non enim tibi angelus dedit, illi verò Deus: verùm idem utrique Spiritus.

5 *Ac diviſiones miniſtrationum ſunt, ſed idem Dominus.*] Meminit & Filii, tanquam datoris bonorum. Dolentem porrò majori conſolatione reficiens, *miniſtrationum*, dixit. Qui enim chariſmatis vocabulum audiverat, & minus acceperat, fortaſſe angi queat animo, ceu circa donum imminutus: qui verò miniſterii vocem audiverit, non ita: laboris enim & ſudoris hoc eſt indicium. Quid enim doles, ſi alium plùs quàm te laborare juſſit, parcens videlicet tibi?

6 *Diviſiones etiam operationum ſunt, idem verò Deus qui operatur omnia in omnibus.*] Patris hîc mentionem facit, qui operatur omnia in omnibus fidelibus. En hîc Trinitatem perfectâ. Donum autem, & operatio, & miniſterium, eadem ſunt, etſi nominibus differunt. Æqualia enim ſunt quæ à Spiritu & Filio & Patre dantur. Vide autem quomodo Spiritûs meminit primùm, poſtremò

ſtremò verò Patris, eorum causâ qui in ordine nimiùm ſunt curioſi.

7 *Cuivis autem datur manifeſtatio Spiritûs ad utilitatem.*] Ne quis dicat, Quid ſi idem ſit Dominus, & idem Spiritus, & idem Deus, cùm ego interim minus acceperim? Hoc tibi, inquit, utile erat & conferebat. Spiritûs autem manifeſtationem ſigna dixit. Per hæc enim demonſtrabatur Spiritum libenter in baptizatis commorari. Quid igitur doles? Sive enim majus, ſive minus habes donum, oſtendit Spiritum in te eſſe. Et quid ultrà cures?

8 *Alii quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ.*] Qualem habebat Joannes tonitru filius, qualem & ipſe Paulus. Obſerva autem præpoſitionem, *Per*, Spiritui hîc applicari.

Alii autem ſermo ſcientiæ, ſecundùm eundem Spiritum.] Qualem habebant plerique fidelium, qui ipſi quidem ſcientiam habentes, alios docere non poterant. Sapientia namque docet, perſpicuitas quædam exiſtens, quæ abſcondita manifeſtat. Ubiq; autem ejuſdem Spiritûs meminit, conſolans (ut ſæpius dictum) eum, qui minus acceperat.

9 *Alii autem fides, in eodem Spiritu.*] Mat.17.19. Non fides dogmatum, ſed miraculorum, quæ vel montes transfert.

Alii autem dona ſanationum, in eodem Spiritu.] Ut curet omnem ægritudinem & languorem.

10 *Alii autem operationes virtutum.*] Iſte inobedientes etiam punire potuit, ut Paulus excæcavit Elymam, & Petrus Ananiam ſuſtulit: id quod dona ſanationum accipiens non habebat.

Alii autem prophetia, alii verò diſcretiones ſpirituum.] Hoc eſt, ut ſciat, quiſnam ſpiritualis, & quis non ſpiritualis: quis propheta, & quis impoſtor.

Alii autem genera linguarum, alii verò interpretatio linguarum.] Abundabat apud Corinthios linguarum donum. Hinc

μνήσθη τοῦτον, τελευταῖον δὲ τῶν Παύλου, διὰ τοὺς τῆς τάξιν παρεναζομένους.

7 Ἑκάστῳ δὲ δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸ συμφέρον.] Ἵνα μὴ λέγῃ τις, τί γάρ, εἰ ὁ αὐτὸς Κύριος, καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, καὶ ὁ αὐτὸς Θεὸς, ἐγὼ δὲ ἔλαττον ἔλαβον; φησὶν, ὅτι τοῦτό σοι συνέφερε. Φανέρωσιν δὲ τοῦ πνεύματος, τὰ σημεῖα λέγει. Διὰ τούτων γὰρ ἐδείκνυτο τὸ Πνεῦμα τοῖς βαπτισθεῖσιν ἐμφιλοχωροῦν. Ὥστε, τί ἀγνοεῖς; κἂν τε γὰρ μεῖζον ἔχῃς χάρισμα, κἂν τε ἔλαττον, "δείκνυσιν, ὅτι ἔχεις τὸ Πνεῦμα· καὶ τί σοι μέλει; "Χ. Λέγει τοι.

8 Ὧ μὲν διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας.] Οἷον εἶχεν Ἰωάννης, ὁ τοῦ βροντῆς Υἱὸς· οἷος αὐτὸς ὁ Παῦλος. Σημείωσαι δὲ τὸ, διὰ, ὅτι τοῦ Πνεύματος.

Ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα.] Οἷον εἶχον οἱ πολλοὶ τῶν πιστῶν, γνῶσιν μὲν ἔχοντες αὐτοὶ, ἄλλους δὲ διδάξαι μὴ ἰσχύοντες. Ἡ γὰρ σοφία διδάσκει, σαφεία τις οὖσα, ὡς καὶ διασαφοῦσα τὰ κρυπτά. Παραπλησίως δὲ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος μέμνηται, τοῦ παραμυθουμένου, ὡς πολλάκις εἴρηται, τὸν τὸ ἔλαττον λαβόντα.

9 Ἑτέρῳ δὲ πίστις, ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι.] Οὐχ ἡ τῶν δογμάτων, ἀλλ' ἡ τῶν σημείων, ἡ καὶ ὄρη μεθιστῶσα.

Ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων, ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι.] Τὸ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν.

10 Ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων.] Οὗτος καὶ τιμωρεῖσθαι ἠδυνάτο τοὺς ἀπειθεῖς, ὡς ὁ Παῦλος ἐπήρωσε τὸν Ἐλύμαν, καὶ ὁ Πέτρος Ἀνανίαν ἀνεῖλεν· ὅπερ ὁ τὰ χαρίσματα τῶν ἰαμάτων λαβὼν, οὐκ εἶχεν.

Ἄλλῳ δὲ προφητεία, ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων.] Τουτέστι, τὸ εἰδέναι τίς ὁ πνευματικὸς, καὶ τίς ὁ μὴ πνευματικός· τίς ὁ προφήτης, καὶ τίς ὁ ἀπατεών.

Ἄλλῳ δὲ γένη γλωσσῶν· ἄλλῳ δὲ ἑρμηνεία γλωσσῶν.] Πολὺ τὸ τῶν γλωσσῶν χάρισμα παρὰ Κορινθίοις ἦν, ἐφ' ᾧ

ᾧ καὶ μᾶλλον ἐθαρσεῖτο, ὡς δοθέντι πρώτῳ τοῖς ἀποστόλοις, καὶ διὰ τοῦτο δοκοῦντι μείζονι τῶν ἄλλων. Τὸ δ' οὐχ οὕτως ἔχει. τὸ γὰρ τῆς διδασκαλίας χάρισμα μεῖζον, καὶ ἡ ἑρμηνεία τῶν γλωσσῶν μείζων τοῦ ἁπλῶς γλώσσαις λαλεῖν, οἰκειότατα δὲ ὅτι τῶν γλωσσῶν, γένη, εἶπε, διαφορὰς αὐτῶν γένη καλέσας.

11 Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται.] Πάλιν τὴν αὐτὴν παραμυθίαν τίθησιν, ὅτι τὸ αὐτὸ Πνεῦμα ἐνεργεῖ πάντα. " Ἐπισοβίζει δὲ μᾶλλον τὸ ἀπαρεσκόμενον ὅτι τῇ διαιρέσει· καθὼς γὰρ βούλεται, φησὶν, οὕτω καὶ ποιεῖ· καὶ σὺ τίς εἶ ὁ μὴ ἀρεσκόμενος; Σημείωσαι δὲ τὸ ῥητὸν, διὰ τοὺς πνευματομάχους· οὐ γὰρ καθὼς κελεύεται, ἀλλὰ καθὼς βούλεται. ὥστε δεσπότης καὶ Θεός. Καὶ οὐκ ἐνεργεῖται, ἀλλ', ἐνεργεῖ, ὥσπερ καὶ ὁ Πατήρ· Ὁ ἐνεργῶν γάρ, φησι, τὰ πάντα ἐν πᾶσι.

12 Καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα ἕν ἐστι, καὶ μέλη ἔχει πολλὰ, πάντα δὲ μέλη τοῦ σώματος, πολλὰ ὄντα, ἓν σῶμά ἐστιν· οὕτω καὶ ὁ Χριστός.] Καὶ ἀπὸ τῆς κτίσεως τὸ σῶμα ὑποδείγματος παραμυθεῖται τὸν λυπούμενον ὅτι ὀλίγιστον χαρίσματι, δεικνύων αὐτῷ, ὅτι οὐκ ἠλαττωμένος· Ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα καὶ ἓν ἐστι καὶ πολλὰ, διὰ τὸ μέλη ἔχειν· οὕτω καὶ τὰ μέλη καὶ πολλά εἰσι καὶ ἕν, διὰ τὸ εἰς ἓν σῶμα συντελεῖν. Ποῦ τοίνυν ἡ διαφορά; ποῦ τὸ μεῖζον; ποῦ τὸ ἔλαττον; πάντα γὰρ ἕν ἐστιν. Οὕτως οὖν, φησὶ, καὶ ὁ Χριστός· τουτέστιν, ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία. Ἐπεὶ γὰρ κεφαλή ἐστιν ὁ Χριστὸς τῆς ἐκκλησίας, οὕτω τὴν ἐκκλησίαν ὠνόμασεν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς. Καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα καὶ ἡ κεφαλὴ ἓξ ἐστιν ἀνθρωπος. οὕτω καὶ τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὸν Χριστὸν, ὡς σῶμα καὶ κεφαλὴν, ἓν εἰδὼς, φησὶ τῆς ἐκκλησίας τὸν Χριστὸν τέθηκε. Φησὶ τοίνυν ὅτι καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἕν τι πάντες ἐσμὲν, εἰ καὶ ἐκ διαφόρων τάγματος σύγκειται.

13 Καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ Πνεύματι πάντες ἡμεῖς εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν;

etiam confidebant, quasi primùm id Apostolis esset datum, ac propterea aliis donis excellentius sit visum. Atqui id sic non habet. Siquidem doctrinæ donum majus est, & interpretatio linguarum major est, quàm simpliciter linguis loqui. Valdè propriè autem de linguis loquens, *genera*, dixit, ipsarum differentias genera appellans.

11 *Omnia autem hæc operatur unus & idem Spiritus, dividens seorsim unicuique ut vult.*] Rursus eandem consolationem ponit, nempe quòd idem Spiritus operatur omnia. Magis autem obstruit ora eorum, qui talem haud æquo animo dispensationem ferunt. Nam *uti vult*, inquit, ita & facit. Tu verò quis es qui isthuc ægrè feras? Observa autem istud in Spiritûs Sancti adversarios dictum esse. Non enim quemadmodum jubetur, sed, *ut vult*. Itaque Dominus & Deus est. Nec efficitur, sed, *operatur*, æquè ac Pater: inquit enim, *Qui operatur omnia in omnibus.*

12 *Sicut enim corpus unum est, & membra habet multa: omnia autem membra corporis multa cùm sint, unum sunt corpus: sic & Christus.*] Exemplo à corpore sumpto, consolatur illum qui ob minus donum contristatur, ostendens quòd nihil sit imminutus. Ut enim corpus unum est, & multa, eò quòd membra continet: sic & membra & multa sunt, & unum, eò quòd in unum corpus coagmentantur. Ubi igitur differentia? ubi majus? ubi minus? omnia enim unum sunt. *Sic*, inquit, *& Christus*, id est, Christi Ecclesia. Quandoquidem enim Christus caput est Ecclesiæ, sic Ecclesiam nominavit à capite. Perinde enim ut corpus & caput unus sunt homo; consimilem ad rationem, Ecclesiam & Christum, veluti corpus & caput, unum esse sciens, pro Ecclesia Christum posuit. Dicit igitur, quòd in Ecclesia quoque unum quoddam omnes sumus, etiamsi ex diversis ordinibus sit conflatum.

13 *Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus; sive Judæi,*

" χ. μᾶλλον δὲ καὶ ἐπιπλήττει.

ſive gentiles, ſive ſervi, ſive liberi.] Indicat jam nunc, quomodo Eccleſia aſſimiletur unius corporis exemplo, inquiens: Sub uno eodémque Spiritu nos omnes, & ego etiam ipſe Paulus, baptizati ſumus, in unum corpus, hoc eſt, ut ſimus unum corpus. Non enim in alio quidem tu, in alio verò ego, baptizati ſumus Spiritu, verùm in eodem. Proinde neque ego quiddam te excellentius habeo. Nam in unum corpus baptizati ſumus, pro, ut ſimus unum corpus, & Judæi & Græci, & ſervi & liberi. Si ergo adeò disjunctos, tantóque intervallo diſtantes, Spiritus conjunxit atque univit: multo magis poſtquam unum facti ſumus, non debemus contriſtari, ceu diſcrimen quoddam ſit inter nos.

Et omnes uno Spiritu potati ſumus.] Videtur hîc loqui de menſa Dominica, & de pane & vino. Cùm enim dicit, *Spiritu qui potavit nos*, utraque indicavit, nempe ſanguinem, & carnem. Veruntamen verius eſt, quòd hîc loquatur de acceſſu Spiritûs, qui nobis poſt baptiſma contingit, & priuſquam ſacramenta accedamus. *Potati autem ſumus*, dixit per metaphoram ſumptam ab arboribus, quæ eodem fonte irrigantur. Unus igitur Spiritus potavit nos, & irrigavit, & unum corpus eſſe fecit.

14 *Etenim corpus non eſt unum membrum, ſed multa.*] Ne miteris, inquit, quòd tot cùm ſimus, unum corpus ſimus. Etenim & in humano corpore à multis membris unum corpus eſt invenire.

15 *Si dixerit pes, Quia non ſum manus, non ſum de corpore: non propterea non eſt de corpore?* 16 *Et ſi dixerit auris, Quoniam non ſum oculus, non ſum de corpore: non propterea non eſt de corpore?*] Introduxit membra loquentia, & murmurantia, quòd ſint aliis inferiora: ut dum oſtendit membrorum obmurmurationem abſurdè factam, pudefaciat eos qui in Eccleſia obmurmurant, propterea quòd nonnulli ipſis ſint majores. Ponit autem duo extre-

εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε Ἕλληνες, εἴτε δοῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι.] Νῦν δείκνυσι πῶς ἡ ἐκκλησία ἔοικε τῷ τοῦ ἑνὸς σώματος ὑποδείγματι, καὶ φησιν, ὅτι ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς Πνεύματος ἡμεῖς πάντες, καὶ ἐγὼ ὁ Παῦλος, * ἐβαπτίσθημεν εἰς ἓν σῶμα, τουτέστιν, " ὥστε εἰ) ἓν σῶμα. Οὐ γὰρ ἐν ἄλλῳ μὲν σύ, ἐν ἄλλῳ δὲ ἐγὼ ἐβαπτίσθημεν Πνεύματι, ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ. Ὥστε οὐδὲ ἐγὼ ἔχω πλέον τί σου· εἰς γὰρ ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, αὐτὸ δέ, ἵνα ὦμεν ἓν σῶμα καὶ Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες, καὶ δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι. Εἰ δὲ τοιοῦτον διεσχοίνισε λοιπὸν τὸ Πνεῦμα, πολλῷ μᾶλλον μὴ τὸ ἡνῶσθαι ἓν, ὀκνῶμεν λυπεῖσθαι, ὡς διαφορᾶς τινος οὔσης ἐν ἡμῖν.

Καὶ πάντες εἰς ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν.] Δοκεῖ μὲν λέγειν περὶ τῆς πνευματικῆς τραπέζης, " τοῦ τε ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου. Πνεῦμα γὰρ εἰπὼν τὸ ποτίσαν ἡμᾶς, ἀμφότερα ἐδήλωσε, τό, τε αἷμα καὶ τὸ σάρκα. Πλὴν τὸ δηλούμενον, τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ Πνεύματος φησὶν ὀκνῶ, τὴν ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος εἰς ἡμᾶς γινομένην, καθὼς τὰ μυστήρια. Ἐποτίσθημεν δὲ εἶπεν, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν δένδρων * τῶν ἐκ τῆς αὐτῆς ἀρδομένων καὶ πηγῆς. ἓν οὖν πνεῦμα ἐπότισεν ἡμᾶς καὶ ἤρδευσε, καὶ ἓν σῶμα εἰ) ἐποίησε.

14 Καὶ γὰρ τὸ σῶμα οὐκ ἔστιν ἓν μέλος, ἀλλὰ πολλά.] Μὴ θαυμάσῃς, φησὶν, εἰ τοσοῦτοι ὄντες ἓν σῶμά ἐσμεν. καὶ γὰρ καὶ ὅπου τὰ ἀνθρώπινα σώματος ἀπὸ πολλῶν μελῶν ἓν σῶμά ἐστιν εὑρεῖν.

15 Ἐὰν εἴπῃ ὁ πούς· ὅτι οὐκ εἰμὶ χείρ, οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ σώματος· οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος; 16 Καὶ ἐὰν εἴπῃ τὸ οὖς· ὅτι οὐκ εἰμὶ ὀφθαλμὸς, οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ σώματος, οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος;] Εἰσάγει τὰ μὴ φθεγγόμενα καὶ γογγύζοντα διὰ τὸ ἀκαταπαύστως τῶν ἄλλων μελῶν, ἵνα διὰ τοῦ ἄξαι τὸν γογγυσμὸν τῶν μελῶν παραλόγως γινόμενον, ἐντρέψῃ τοὺς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γογγύζοντας, διὰ τὸ εἰ) τινας μείζους αὐτῶν. Τίθησι δὲ

δύο

δύο ἄκρα, πόδα καὶ ἀκοήν· καὶ ὁ ποὺς τὴν πόδα τοῦ ὀφθαλμῷ διαλεγόμενον, ἀλλὰ τὴν ὀλίγον ὑποφερούσην αὐτῷ χεῖρα. Τὸν μέντοι ἀκοὴν τοῦ ὀφθαλμὸν εἰσάγει διαλεγομένην· ἀεὶ γὰρ οἱ τοῖς σφόδρα ὑποφέρουσιν, ἀλλὰ τοῖς ὀλίγον ἀναβεβηκόσι φθονοῦμεν ἐσώτατα. Φησὶν οὖν, ὅτι ἐὰν εἴπῃ ὁ πούς, ὅτι διότι οὐκ ἔχω τὸ μέσον χωρεῖν ὡς ἡ χείρ, ἀλλ' ὑποκάτω πάντων εἰμί, οὐκ εἰμὶ μέρος τοῦ σώματος· μὴ οὐδὲ τοῦτο, αὐτὶ τοῦ, διότι οὐκ ἔστι χεὶρ, διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος; Οὐ γὰρ ὁ τόπος ποιεῖ τὸ εἶναι μέρος τοῦ σώματος, ἢ μὴ εἶναι, ἀλλὰ τὸ ἑνοῦσθαι, ἢ μὴ ἑνοῦσθαι. Ὡσαύτως καὶ ἐὰν ἡ ἀκοὴ εἴπῃ, Ὅτι διότι οὐκ εἰμὶ ὀφθαλμὸς, ἀποβάλλομαι καὶ τὸ ὅλως εἶναι μέρος τοῦ σώματος· μὴ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὴ οὐκ ἔσται ἐκ τοῦ σώματος; ἀλλὰ τοῦ ἐξ ἀρχῆς αὐτῇ τεταγμένα τόπον ἔχουσα, καὶ τὴν οἰκείαν ἐνεργοῦσα ἐνέργειαν, καὶ αὕτη ἔσται μέρος καὶ μέλος τοῦ σώματος. Ὥστε καὶ σὺ ὁ δοκῶν τὸ ἔλαττον λαβεῖν χάρισμα, μὴ γόγγυζε. μέρος γὰρ εἶ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ, εἰ καὶ τὸν κάτω τόπον ἔλαχες. τότε δὲ οὐκ εἶ μέλος, ὅταν ἀποχίσῃς σαυτὸν, καὶ τῆς ἑνώσεως ἀποῤῥαγῇς. Φύλαττε τοίνυν τὴν ἕνωσιν, ἐὰν θέλῃς εἶναι μέλος.

17 Εἰ ὅλον τὸ σῶμα ὀφθαλμὸς, ποῦ ἡ ἀκοή; εἰ ὅλον ἀκοὴ, ποῦ ἡ ὄσφρησις;] Ἐπειδὴ ὀφθαλμοῦ καὶ ποδὸς ἐμνήσθη, καὶ ἀκοῆς καὶ χειρὸς, καὶ ἤναγκε αὐτοὺς εἰς ἔννοιαν τῆς ὑποχῆς καὶ τῆς ἐλαττώσεως, καὶ διὰ τοῦτο πάλιν εἰκὸς ἦν αὐτοὺς λυπεῖσθαι, καὶ ταπεινοῦσθαι· νῦν δείκνησιν, ὅτι οὕτω συμφέρον ἐστὶ, διαφορὰ εἶναι χαρίσματα. Εἰ γὰρ ἓν μέλος ἦν τὸ σῶμα ὅλον, ποῦ τὰ λοιπά; Οὐκ αἰσχύνη οὖν τοσοῦτα μέλη ἐκβάλλων, καὶ σαυτὸν μόνον ἀξιῶν εἶναι;

18 Νυνὶ δὲ ὁ Θεὸς ἔθετο τὰ μέλη, ἓν ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ σώματι, καθὼς ἠθέλησεν.] Μεγάλως διατιθεῖ αὐτοὺς διὰ τοῦ λέγειν, ὅτι ὁ Θεὸς ἠθέλησε, καὶ ἀφώρισεν ἐν ἑκάστῳ μέλει τὸν οἰκεῖον τόπον (τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, ἔθετο) καὶ ὅτι

ma, pedem & aurē. Nec pedē cum oculo differentē inducit, ſed cum manu, ipſo aliquantulū ſuperiore, Auditū autē introducit cum oculo diſputantem. Eis enim, qui longè nobis ſupereminent, nunquam invidere ſolemus, ſed iis qui paulò altiùs aſcenderunt. Ait igitur: Quòd ſi dixerit pes, Quia non habeo medium locum, æquè ac manus, ſed ſum omnium infimus, non ſum ergo pars corporis: *numquid propterea*, hoc eſt, quia non eſt manus, non eſt ideo ex corpore? Non enim locus eſt in cauſa, cur ſit pars corporis, vel non ſit: verùm quòd corpori unitum ſit vel non. Hunc ad modum ſi auris dixerit, Quia non ſum oculus, eam ob cauſam orbor omnino eo, ut ſim pars corporis: num propterea & ipſa non erit ex corpore? Atqui cùm locum ſibi à principio deſtinatum retineat, propriámque operationem operetur, ipſa quoque erit & membrū & pars corporis. Proinde & tu, qui donū minus accepiſſe videris, noli murmurare. Membrum enim es Eccleſiæ, quæ eſt corpus Chriſti, etiamſi inferiorem locum nactus es. Tum verò non es membrum, cùm teipſum abſcideris, atque ab unitate avulſus fueris. Conſerva igitur unitatem, ſi vis eſſe membrum.

17 *Si totum corpus oculus, ubi auditus? ſi totum auditus, ubi olfactus?*] Quia oculi & pedis meminerat, & auditûs & manûs, eóſque in excellentiæ defectûſque cogitationem induxerat, ac veriſimile eſſet rurſus ipſos mœrorem inde potiùs quàm conſolationem accipere: nunc oſtendit ita commodum eſſe, ut ſint diverſa dona. Nam ſi totum corpus foret unum membrum, ubinam reliqua manerent? Non igitur pudet te, qui tot membra ejicis, & te ſolum dignum eſſe judicas?

18 *Nunc autem poſuit Deus membra, unumquodque eorum in corpore, ſicut voluit.*] Vehementer eos compeſcit, cùm ait, quòd Deus *voluit*, ac ſegregavit unicuivis membro proprium locum: id enim ſignificat, *poſuit*: & quòd neque pes, quia

infimum locum obtineat, ægrè ferre debeat. Sic enim Deus *Voluit:* atque hoc ipsi confert, in imo loco positum esse. Neque caput supremum locum habens, propterea debet efferri. Dei enim hoc, non ipsius opus est. Consimilem ad modum in Ecclesia Deus constituit hunc esse inferiorem, id quod ipsi prodest: illum verò superiorem. Atque hunc oportet suâ sorte esse contentum, illum verò non attolli.

19 *Quòd si essent omnia unum membrum, ubi corpus?* 20 *Nunc autem membra multa, corpus verò unum est.*] Animadverte sapientiam. Hoc ipso ora ipsorum obstruit, quod videbatur illis párere pusillanimitatem; nempe, quòd diversa sint charismata, quódque non sint pari honore digna. Nisi enim essent diversa membra, neque corpus unum esset: Quòd si corpus non esset unum, tum non esset honoris æqualitas. Jam verò eam ob rem in omnibus est idem precium, quòd omnia idem corpus perficiant. Itaque quia diversa membra sunt, ideo unum corpus perficitur. Quia verò unum corpus, ideò ejusdem dignitatis sunt omnia, ex hoc ipso, quòd omnia coëant & compaginentur ad unius corporis complementum. Ait enim: *Multa quidem membra, corpus verò unum.*

21 *Non potest autem oculus dicere manui, Operâ tuâ non indigeo: aut iterum caput pedibus, Operâ vestrâ non indigeo.*] Pacatis jam eis qui minora charismata acceperant, ad eos nunc verba facit, qui majora habebant, séque erga inferiores insolenter gerebant. Ut enim, inquit, oculus non potest dicere reliquis membris, Vobis opus non habeo (uno namque deficiente, claudicat totum corpus) sic neque qui majora charismata acceperunt, attollere sese possunt adversùs eos quibus sunt minora. Eorum enim & ipsi operâ indigent, utpote qui soli non sufficiunt ad Ecclesiam Dei ædificandam. Pulchrè autem dixit, *Non potest.* Etiamsi namque multa velit, inquit, non sic tamen habet rei natura.

ὁ πρὸς ἔχων τ' κάτω τόπον ὀφείλει ἀγγεῖν· ὅτω γὰ ἠθέλησεν ὁ Θεὸς, ⁊ τοῦτο αὐτῷ συμφέρει, τὸ κάτω τετάχθαι. Οὔτε ἡ κεφαλὴ τὴν ἄνω χώραν ἔχουσα, ὀφείλῃ ἐπαίρεσθαι. τοῦτο γὰ Θεοῦ ἐστι, * οὐκ αὐτῆς κατόρθωμα. Οὕτως οὖν ⁊ ὅτι τῆς ἐκκλησίας, ὁ Θεὸς ἔθετο τοῦτον εἰ) κάτω, ἵ συμφέρῃ αὐτῷ· κἀκεῖνον εἰ) ἄνω· ⁊ δεῖ ⁊ τοῦτον ἡσυχάν, κἀκεῖνον μὴ αἴρεσθαι. * τοῦτο.

19 Εἰ δὲ ἦν τὰ πάντα ἓν μέλος, πῦ τὸ σῶμα; 20 Νυνὶ δὲ πολλὰ μὲ μέλη, ἓν δὲ σῶμα.] Ὁρᾷ σοφίαν· ἐξ αὐτῶ τούτου ἐπιστομίζει αὐτοὺς, τῦ δοκοῦντος ἐμποιεῖν τὴν μικροψυχίαν, φησὶ δὲ τῦ διαφορὰ εἰ) τὰ χαρίσματα, καὶ μὴ εἰ) "ἰσοτιμία. Εἰ γὰ μὴ ἦσαν διάφορα μέλη, οὐδ' ἂν ἓν σῶμα ἦν· μὴ ὄντος δὲ ἑνὸς σώματος, οὐδὲ ἰσοτιμία ἂν ἦν. Νυνὶ δὲ διὰ τοῦτο ἰσοτιμία ἐστὶν ἐν πᾶσι, διότι εἰς ἓν σῶμα συντελοῦσι τὰ πάντα. Ὡστε ἐκ τῦ διάφορα εἰ) τὰ μέλη, ἀποτελεῖται ἓν σῶμα· ἐκ τῦ ἓν εἰ) σῶμα, ἰσοτιμία ἐστὶ πᾶσι, καὶ αὖθ' τοῦτο, καθὸ συντελοῦσιν εἰς ἑνὸς σώματος συμπλήρωσιν· καὶ γάρ φησι· Πολλὰ μὲν μέλη, ἓν δὲ σῶμα. "ἰσοτιμίαν.

21 Οὐ δύναται δὲ ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χειρί· χρείαν σου οὐκ ἔχω· ἢ πάλιν ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσί· χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω.] Καταστείλας τοὺς τὰ ἐλάττονα χαρίσματα ἔχοντας, νυνὶ πρὸς τοὺς τὰ μείζονα ἔχοντας, ⁊ καταπαιδεύων τὴν ὑπερδεξίων διαλέγεται. Ὥσπερ γάρ, φησὶν, ὁ δύναται ὁ ὀφθαλμὸς λέγειν τοῖς λοιποῖς μέλεσι, χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω (ἑνὸς γὰ ἐνδέοντος, χωλεύει τὸ πᾶν σῶμα) οὕτως οὐδὲ οἱ τὰ μείζονα εἰληφότες χαρίσματα δύνανται ἐπαίρεσθαι κ' τῶν τὰ ἐλάττονα "εἰληφότων. Χρήζουσι γὰ αὐτῶν, ὡς οὐκ ὄντες αὐτάρκεις αὐτοὶ μόνοι τ' ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖν. Καλῶς δ' εἶπε τὸ, οὐ δύναται. κἂν γὰ πολλὰ θέλῃ, φησὶν, ἀλλ' οὐκ οὕτως ἔχει φύσεως τὸ πρᾶγμα. "χ. ἐλάττων.

22 Αλλὰ

22 Αλλὰ πολλῷ μᾶλλον τὰ δοκοῦντα μέλη τῦ σώματος ἀσθενέστερα ὑπάρχειν, ἀναγκαῖά ἐστι. 23 Καὶ ἃ δοκοῦμεν ἀτιμοτέρα εἶναι τῦ σώματος, τούτοις τιμὴν περισσοτέραν περιτίθεμεν, καὶ τὰ ἀσχήμονα ἡμῶν περισσοτέραν τιμὴν ἔχει.] Νῦν δείκνησιν ὅτι καὶ χείρονα καὶ ἀναγκαῖά εἰσι τὰ δοκοῦντα ἐλάττονα· δοκοῦσι γὰρ ἐλάττονα, οὐκ εἰσὶ δέ. Τίνα δέ ἐστι ταῦτα τὰ ἀσθενέστερα μὲν δοκοῦντα καὶ ἀτιμοτέρα, ἀναγκαῖα δὲ ὄντα; Τινὲς μὲν τὰ γεννητικὰ μόρια φασιν, ἃ δοκοῦσι μὲν ἄτιμα εἶναι καὶ ἀσχήμονα. τοσοῦτον δέ εἰσιν ἀναγκαῖα, ὥστε οὐδὲ αὐτῶν τούτων ὁ βίος ἐστίν. Αλλὰ καὶ τιμὴν περισσοτέραν τούτοις περιτίθεμεν· κἂν γὰρ γυμνός τις εἴη ὅλον τὸ σῶμα, ταῦτά γε οὐκ ἀνέχεται γυμνὰ εἶναι. Τινὲς δὲ ἀσθενέστερα μέν, ἀναγκαῖα δὲ, τοὺς ὀφθαλμοὺς φασιν· μικροὶ γὰρ ὄντες καὶ τῶν ἄλλων μελῶν ἀσθενέστεροι, ἀναγκαιότατοί εἰσιν. Ατιμότερα δὲ καὶ ἀσχήμονα, τοὺς πόδας. Τοὺς τε οὖν ὀφθαλμοὺς πολλῆς ἀξιοῦμεν κηδεμονίας, ὡς ἀσθενῆς. καὶ τοὺς πόδας δὲ αὖ σκέπομεν καὶ περιβολίας ἀξιοῦμεν, καίτοι κάτω κεκρυμμένους, καὶ ἀτίμους δοκοῦντας. Δύναται δέ τις νοῆσαι τρεῖς τάξεις ἐν τοῖς "λεγομένοις· ὡς τὰ μὲν ἀσθενῆ ἐστὶ καὶ ἀναγκαῖα, καθάπερ οἱ ὀφθαλμοί· τὰ δὲ ἄτιμα, καθάπερ οἱ πόδες· τὰ δὲ ἀσχήμονα, καθάπερ τὰ γεννητικά.

"χ. σωζομένοις.

24 Τὰ δὲ εὐσχήμονα ἡμῶν οὐ χρείαν ἔχει.] "Ινα μήτις εἴπῃ, καὶ ποῖος ἐστὶ λόγος, περισσοτέραν τῶν ἀσχημόνων καὶ ἀτίμων, καταφρονεῖν δὲ τῶν εὐσχημόνων; Οὐ καταφρονοῦμεν, φησιν, ἀλλ' ἐκεῖνα οὐδενὸς ὀφ ἡμῶν δέονται, φύσει τὸ εὔσχημον ἔχοντα.

"χ. κατασκευῆς τὸ σῶμα τὸν, ἀλλὰ χεῖρες· ἵνα χ.

Αλλ' ὁ Θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα.] Ωστε εἰ συνεκέρασε, καὶ ἓν ἐποίησε· τὸ γὰρ κεκραμένον, ἓν γίνεται· καὶ πῦ λοιπὸν ἐν τῷ ἑνὶ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον;

25 Τῷ ὑστερουμένῳ περισσοτέραν δόντες τιμὴν, ἵνα μὴ ᾖ σχίσματα ἐν τῷ σώ-

22 *Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt:* 23 *Et quæ putamus ignobiliora esse corporis, his honorem abundantiorem circumdamus: & quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent.*] Indicat jam quòd & commoda & necessaria sint quæ videntur esse minora. Videntur enim inferiora, sed non sunt. Quæ verò sunt hæc quæ imbecilliora quidem videntur, & minùs honesta, & interim tamen necessaria sunt? Nonnulli dicunt, membra genitalia, quæ videntur quidem minùs honesta, & indecora: usque adeò autem necessaria sunt? ut sine his ne vita quidem constare queat. Insuper majorem illis honorem attribuimus. Etsi enim quisquam toto corpore nudus sit, ista tamen nudari non patitur. Nonnulli verò per imbecilliora quidem, sed necessaria tamen, oculos intelligunt: qui quum parvi sint, ac reliquis artubus infirmiores, inprimis tamen sunt necessarii: Per ignobiliora verò & inhonesta, pedes. Oculos itaque magna curâ dignamur, ceu imbecillos. Pedes rursus contegimus & obvelamus, ac solicitè illis prospicimus, quamvis inferiore loco positi, ac honoris vacui esse videantur. Poterit autem quispiam hîc tres ordines intelligere in his quæ dicta sunt; nempe, alia quidem sunt infirma & necessaria, ut oculi: alia verò honoris vacua, ut pedes: alia deformia sive inhonesta, ut genitalia.

24 *Honesta autem nostra nullius egent.*] Ne quis dicat, Quænam hæc est ratio, ut prospiciamus inhonestis atque ignobilibus, honesta verò despiciamus? non despicimus, ait, sed illa nullâ nostrâ curâ opus habent; utpote quæ decus suum à natura habent.

Sed Deus simul temperavit corpus.] Si ergo temperavit, tum unum fecit: quod enim miscetur, unum fit. Et ubi deinceps in uno majus & minus?

25 *Et cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem, ne schismata sint in cor-*

pore.] Non dixit, deformi & ignobili, ſed, deficienti: nihil enim naturâ inhoneſtum aut ignobile. *Exuberantiorem*, inquit, *impertiit honorem ei cui deerat.* Ne igitur doleas, cùm majori honore afficiaris. Cauſa eſt, ne ſchiſmata ſint in corpore. Si enim alia quidem & à natura & à noſtra providentia curata eſſent, alia verò ne noſtrâ quidem ſolicitudine dignata eſſent, diviſa fuiſſent inter ſe mutuò, connexum ferre non valentia. His verò diſciſſis, neque reliqua permanſiſſent ſalva, ceu corpore jam ſecto ac ſciſſo. Ne igitur vos majoribus chariſmatibus decorati inſurgite in inferiores, ne reſectis illis vos detrimentum patiamini.

Sed idem pro ſe mutuò ſolicita ſint membra.] Non ſolùm, inquit, ut non abſcindantur membra ac diſſideant, verùm ut dilectio ſit multa & concordia. Et qui major eſt, minoris curam gerit, atque ſolicitus eſt, non ſimpliciter, ſed *idem*; hoc eſt, ut eâdem ſanè, quâ magnus, providentiâ fruatur & minor. Ita ſpinâ incidente, calcaneóque infixâ, totum corpus ſentit & ſolicitum eſt: caput ſe inclinat, dorſum inflectitur, venter & femora contrahuntur, oculi multâ cùm ſolicitudine intuentur, manus, quod infixum erat, eximunt. & de cæteris ſimiliter.

26 *Et ſive patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: ſive glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra.*] Exacta enim conjunctio communes facit calamitates & glorias. Proinde, ut jam diximus, calcaneo vulnerato, totum corpus condolet: Rurſum, ſi caput coronetur, reliquis inde membris & gloria & gaudium emergit, oculi ſunt pulchri, ac totum corpus formoſum apparet.

27 *Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra ex parte.*] Ne dicant, Ecquid ad nos corporis & membrorum ſimilitudo? Imò, inquit, vos eſtis corpus Chriſti & membra. Quare ſi humanum corpus non

ματι.] Οὐκ εἶπε, τῷ ἀχήμονι, ἢ τῷ ἀτίμῳ, ἀλλὰ, τῷ ὑστεροῦντι. ὥσθεν γὰρ φύσει ἄχημον ἢ ἄτιμον. Περισσοτέραν, φησὶ, δέδωκε τιμὴν τῷ ὑστεροῦντι. μὴ τοίνυν ἀλγῇς πλέον τιμηθείς. Καὶ ἡ αἰτία, ἵνα μὴ ᾖ ἐν τῷ σώματι σχίσματα. Εἰ γὰρ τὰ μὲν ἦν ἀπὸ τῆς φύσεως, ἦν ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ἐθεραπεύετο προνοίας· τὰ δὲ ὥσθεν τῆς περὶ ἡμᾶς ἠξιοῦτο κηδεμονίας, ἀπεχάσθησαν ἂν ἀλλήλων, μὴ δυνάμενα φέρειν τὸν συνδεσμον· ἀποσπασθέντων γὰρ τούτων, καὶ τὰ λοιπὰ ἂν ἐλάθη, ἅτε τοῦ σώματος χωλοῦ. Μὴ τοίνυν μηδὲ ὑμεῖς, φησιν, οἱ τὰ μείζω ἔχοντες χαρίσματα, ἐπεμβαίνητε τοῖς ἐλαττόσιν, ἵνα μὴ ἐκείνων ἀποχωζομένων, καὶ ὑμεῖς βλαβῆτε.

Ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων " μεριμνῶσι τὰ μέλη.] Οὐ μόνον, φησὶν, ἵνα μὴ ἀποχάζηται τὰ μέλη, ἀλλ' ἵνα καὶ ἡ ἀγάπη ᾖ πολλὴ καὶ ὁμόνοια. Καὶ ὁ μέγας ὑπὲρ τοῦ μικροῦ φροντίζει καὶ μεριμνᾷ, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ αὐτό· τοῦτέστιν, ἵνα τῇ αὐτῆς τοῦ μεγάλου προνοίας ἀπολαύῃ καὶ ὁ μικρός. Οὕτω γοῦν ἀκέντητος ἐμπεσούσης, καὶ τῆς πτέρνης ἐμπαγείσης, ὅλον τὸ σῶμα ἀλγαίνεται καὶ μεριμνᾷ· κεφαλὴ κύπτει, νῶτος " συγκάμπτεται, γαστὴρ καὶ μηροὶ " συστέλλονται, ὀφθαλμοὶ ὁρῶσι μετὰ πολλῆς τῆς φροντίδος, χεῖρες ἐξαιροῦσι τὸ παγίον. καὶ ὅπερ τοῦ ἄλλων ὁμοίως.

" χ. ἀλλ' μεριμνᾷ.

" χ. συγκάμπτεται.

26 Καὶ εἴτε πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη· εἴτε δοξάζεται ἓν μέλος, συγχαίρει πάντα τὰ μέλη.] Ἡ γὰρ ἀκριβὴς ἕνωσις, κοινὰς ποιεῖται τὰς συμφορὰς, καὶ τὰς εὐδοκιμήσεις· ὥστε οὖν, ὡς εἰπόμην, τῆς πτέρνης πληγείσης, πάντα συμπάσχει· πάλιν, στεφανοῦται ἡ κεφαλὴ, καὶ τοῖς λοιποῖς μέλεσι δόξα καὶ χαρὰ, ὀφθαλμοὶ εἰσι καλοὶ, καὶ ὅλον σῶμα δοκεῖ καλόν.

27 Ὑμεῖς δὲ ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους.] Ἵνα μὴ εἴπωσι, Τί πρὸς ἡμᾶς ὁ τοῦ σώματος καὶ τῶν μελῶν παραδειγμα; φησὶν, ὅτι καὶ ὑμεῖς ἐστε σῶμα Χριστοῦ καὶ μέλη· ὥστε, εἰ τὸ ἀνθρώπινον

σῶμα

σῶμα ὰ δεῖ ϛασιάζειν, πόσῳ μᾶλλον τὸ τῦ Χριϛοῦ; Ἐπειδὴ δὲ οὐκ αὐτοὶ μόνοι συνεπλήρουν τὸ σῶμα τῦ Χριϛοῦ, ἀλλ' οἱ ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ πιϛοὶ, τοσοῦτόν ἐϛι τὸ, ὅ μέλη. Εἰ γὰρ καὶ μὴ σῶμα ὁλόκληρον ἦσαν, ἀλλ' οὖν μέλη· καὶ τοῦτο, οὐκ μέρος, τοῦτ' ἔϛι, πάντα τὰ μέλη, ἀλλ' ἐκ μέρους. Κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἐν ὑμῖν ἐκκλησίαν, σῶμα Χριϛοῦ ἐϛε, ὡς ὁλόκληρος ἐκκλησία· τοσοῦτόν τε ἀπέχουϛι τῆς οἰκουμένης καθολικὴν ἐκκλησίαν, ἧς τὸ σῶμα συνέϛηκεν ἐκ τῶν ἁπανταχῦ ἐκκλησιῶν, ἔχον κεφαλὴν τὸν Χριϛὸν, μέλη ἐϛὲ, οὐκ τὸ εἰ) μέρος τοσοῦτου αὐτοῦ.

28 Καὶ ὃς μὲν ἔθετο ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, πρῶτον ἀποϛόλους, δεύτερον προφήτας.] Ὁ Θεὸς ἔθετο· πῶς οὖν ἀντιτάττῃ τῷ Θεῷ; προτάττει γὰρ τοὺς ἀποϛόλους, ὡς πάντων τῶν ἀγαθῶν "χορηγοὺς· δευτέρους γὰρ τοὺς προφήτας, οὐχὶ "τῆς παλαιᾶς, (οὗτοι γὰρ ἕως Ἰωάννου προεφήτευσαν περὶ τῆς τῦ Χριϛῦ παρουσίας) ἀλλὰ τοὺς μετὰ τοῦτο Χριϛῦ παρουσίαν ἐν τῇ καινῇ προφητεύοντας, οἵαι αἱ Φιλίππου θυγατέρες, οἷος Ἄγαβος, οἷοι ἄλλοι μυρίοι· δαψιλὴς γὰρ τότε ἡ χάρις αὕτη τῦ Πνεύματος ἐν ἑκάϛῃ Ἐκκλησίᾳ. Πρῶτον γὰρ δεύτερον τίθησιν, ἵνα ὅ τῶν γλωϛῶν χάρισμα ἔχατον τάξας, καταπείλῃ τοὺς ὑπὲρ τούτου ἐπαιρομένους.

"χ. ἀρχηγοὺς.

"χ. τοῦ παλαιοῦ.

Τρίτον διδασκάλους.] Ὁ μὲν γὰρ προφήτης, πάντα ἀπὸ τῦ Πνεύματος φθέγγεται· ὁ δὲ διδάσκαλος, καὶ οἰκοθεν· διὰ τῦτο τρίτος τέτακται.

Ἔπειτα δυνάμεις, εἶτα χαρίσματα ἰαμάτων.] Αἱ δυνάμεις, καὶ ἰῶντο τοὺς ἀδυνάτους, καὶ ἐκόλαζον τοὺς ἐναντίους· τὰ δὲ χαρίσματα τῶν ἰαμάτων, μόνον ἰῶντο· διὰ τῦτο ἐκεῖνο τούτου προτίθησιν. ἀμφοτέρων μέντοι τούτων, ὁ τῷ ὄντι διδάσκαλος προτέτακται, ὅς δὴ δηλαδὴ ὁ δι' ἔργου καὶ λόγου διδάσκων.

Ἀντιλήψεις, κυβερνήσεις.] Τουτέϛι, τὸ μὲν ἀντέχεσθαι τῶν ἀσθενῶν, καὶ τὸ κυβερνᾶν, ἤτοι οἰκονομεῖν τὰ τῶν ἀδελφῶν. Ταῦτα δὲ εἰ καὶ τῶν ἡμετέρων ἐϛὶ σπουδῶν, ὅμως καὶ τῦ Θεοῦ

oporteat à ſe diſſentire, quanto minùs corpus Chriſti? Quia vero non ipſi ſoli conſtituebant corpus Chriſti, ſed omnes in ùniverſo terrarum orbe fideles, appoſuit, & *membra*. Etiamſi enim non totum corpus eſſent, membra certè erant: ídque *ex parte*, hoc eſt, omnia quidem membra, ſed, *ex parte*. Nam quoad Eccleſiam quidem quæ apud vos eſt, corpus Chriſti eſtis, quatenus integra Eccleſia: quoad verò Cathòlicam per univerſum terrarum orbem Eccleſiam, cujus corpus ex omnibus paſſim Eccleſiis conſtat, caput habens Chriſtum, membra eſtis, eò quòd reſpectu illius, pars ſitis.

28 *Et alios quidem poſuit Deus in Eccleſia, primùm Apoſtolos, deinde prophetas.*] Deus poſuit: quare igitur te Deo opponis? Principe autem loco Apoſtolos collocat, ceu omnium bonorum duces: ſecundò prophetas, non Veteris quidem Teſtamenti (illi enim ad Joannem uſque de Chriſti adventu vaticinati ſunt) ſed eos qui in Novo Teſtamento poſt Chriſti adventum prophetabant, quales fuerunt Philippi filiæ, qualis Agabus, quales alii innumeri. Larga enim & abundans erat hæc gratia Spiritûs in quavis Eccleſia. Primum autem & ſecundum poſuit, ut linguarum dono relinquatur poſtremus locus, & ſic eos, qui ob id efferebantur, reprimat.

Tertiò doctores.] Propheta quidem omnia ex Spiritu loquitur, Doctor autem à ſeipſo: propterea tertium locum obtinet.

Deinde virtutes, pòſt gratias curationum.] Virtutes & ſanabant ægrotos, & puniebant adverſarios: dona autem curationum ſanabant tantùm. Hinc illud huic anteponit. Utrique tamen horum, qui verè Doctor eſt, antelatus eſt, qui nimirum vitâ & verbo docet.

Opitulationes, gubernationes.] Hoc eſt, fovere infirmos, & gubernare, adeóque diſpenſare ea quæ fratrum ſunt. Hæc enim etiamſi noſtræ quoque diligentiæ ſint, Dei

tamen

tamen dona esse affirmat : persuadens nobis ut grati simus, ac ut in illum respiciamus, nec simus superbi.

Genera linguarum.] Postremum hoc posuit, ut cohibeat eos qui hujus nomine superbiebant.

29 *Numquid omnes Apostoli? num omnes prophetæ? numquid omnes doctores? numquid omnes virtutes?* 30 *Numquid omnes dona habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur?*] Quia verisimile erat eos potiùs dolere, ceu majoribus & minoribus donis per enumerationem manifestatis ; rursus consolatur inferiores. Quid doles, inquit, quòd forsan non habeas prophetiam? Cogita rursus prophetæ deesse quod tibi adest : & quod alii est, alii non est. Itaque hoc commodius est vobis & utilius, sic habere sese res Ecclesiæ, ut quilibet proximi indigeat.

27 Πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Οταν δὲ εἴπῃ, ὅτι πάντα ὑποτέτακται, δῆλον ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα.] Επειδὴ εἶπε περὶ τοῦ Υἱοῦ, ὅτι καταργήσει τοὺς ἐχθροὺς, & θέσθαι ἔμελλε τρόπαιον ἐργάσεσθαι, ἐφοβήθη μὴ ἄλλη τις ἀρχὴ ἀγένητος νομισθῇ ὁ Υἱός. Διὰ τοῦτο τὸν Πατέρα οὖν ἀναφέρει τὰ πάντα, λέγων ὅτι αὐτὸς ὑπέταξε τῷ Υἱῷ τοὺς ἐχθρούς. Επεὶ δὲ πρὸς Ελληνας ἔγραφε, τοὺς δοξάζοντας ὅτι τῷ πατρὶ αὐτοῦ Κρόνῳ ἐπανέστη ὁ Ζεύς, καὶ πεπέλυσεν αὐτὸν τῆς βασιλείας· ἐφοβήθη μή τι τοιοῦτον ὑπὲρ τοῦ Υἱοῦ ὑποπτεύσωσιν, ὡς ἐπανιστάντος τῷ Πατρὶ, καὶ φησιν, ὅτι πάντα ὑποτέτακται τῷ Υἱῷ, πλὴν τοῦ Πατρός· ἐκεῖνος γὰρ μᾶλλον ὑπέταξε καὶ τὰλλα πάντα τῷ Υἱῷ.

28 Οταν δὲ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα.] Ινα μή τις εἴπῃ, ὅτι εἰ δὲ μὴ ὑποτέτακται τῷ Υἱῷ ὁ Πατὴρ, ὅθεν κωλύει τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἰσχυρότερον εἶ· ταύτην τὴν ὑπόνοιαν ἐκ περιουσίας ἀναιρεῖ, καὶ φησιν ὅτι & ὁ Υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ Πατρὶ, τὴν πολλὴν ὁμόνοιαν τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα δεικνύς. Ωστε γνῶθι, ὅτι ὁ Πατήρ ἐστιν αἰτία & πηγὴ τῆς δυνάμεως ταύτης τῷ Υἱῷ, καὶ οὐχ ὁ Υἱὸς ἑτέρα τίς ἐστι δύναμις ἀντίθετος τῷ Πατρί. Εἰ δὲ πλέον τοῦ δέοντος ταπεινῇ λέξει ἐχρήσατο, μὴ θαυμάσῃς· ἔθος γὰρ ἔχει ὁ Παῦλος, ὅταν μηδὲν περίεργόν τι αἰνιττόμενος, πολλῇ χρῆται τῇ περιουσίᾳ· οἷον, μηδὲν δεῖξαι ὅτι ἡ πιστὴ γυνὴ ὑβριζομένη συνοικοῦσα τῷ ἀπίστῳ ἀνδρὶ, εἶπεν ὅτι ἡγίασται ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικί· ὑ τοῦτο λέγων, ὅτι ἄπιστος ὢν ὁ ἀνὴρ ἅγιος γίνεται, ἀλλὰ τῇ ὑπερβολῇ τοῦ ῥήματος

nando & ſubjiciendo nos uſus eſt. Perinde namque ac architectus ædificat, uſque dum tectum appoſuerit; poſtea verò ab hoc ædificandi opere deſiſtit: hanc ad rationem & Filius regnat, hoc eſt, operatur & exercet imperium ſuum in nos, tantiſper dum regno ejus planè ſubjugati fuerîmus.

27 *Omnia namque ſubjecit pedibus ejus. Quando autem dicat, quòd omnia ſubjecta ſunt ei, videlicet præter eum qui ei ſubjecit omnia.*] Quia dixerat de Filio quòd aboliturus ſit hoſtes, trophæáque erecturus, metuit ne aliud quoddam principium ingenitum exiſtimetur Filius. Ad Patrem igitur omnia refert, inquiens, quòd ipſe Filio ſubjecerit hoſtes. Quia verò ad Græcos ſcribebat, quorum opinio erat quòd Jupiter inſurrexiſſet adverſus patrem ſuum Saturnum, eúmque è regno dejeciſſet: metuit ne tale quiddam de Filio ſuſpicarentur, ceu inſurgente adverſus Patrem: Ait itaque, omnia Filio ſunt ſubjecta dempto Patre: nam ille potiùs omnia alia Filio ſubjecit.

28 *Cùm autem ſubjecta fuerint ipſi omnia, tunc & ipſe filius ſubjicietur ei, qui illi ſubjecit omnia.*] Ne quis dicat, Etſi Pater non eſt ſubjectus Filio, nihil prohibet Patre Filium fortiorem eſſe: hanc ſuſpicionem ex abundanti diluit, inquiens quòd & Filius ſubjicietur Patri, Filii erga Patrem multam concordiam & unanimitatem oſtendens. Noveris itaque Patrem eſſe cauſam & fontem potentiæ hujus in Filio, neque Filium aliam quampiam vim Patri oppoſitam putes. Quòd ſi plus quàm par eſt humili dictione uſus eſt, ne mireris. Eſt enim in more divo Paulo, ut, ſi quando funditus quicquam tollere velit, multâ utatur redundantiâ: quemadmodum demonſtraturus fidelem mulierem nihil lædi ſi cohabitet marito infideli: *Sanctificatus eſt*, inquit, *maritus infidelis per mulierem*: non hoc dicens, quòd infidelis cùm ſit vir, ſanctus reddatur: verùm dictionis iſtius exceſſu oſtendens, quòd nihil lædatur fidelis 1 Cor. 7. 14.

ipsa conjux : sic hoc in loco subjectionis vocabulo funditùs tollit pravam istam suspicionem, quâ suspicari quisquam poterat, Filium fortasse esse Patre fortiorem, ut qui tanta transigere possit. Atqui Gregorius Theologus asserit, quòd Filius omnia nostra sibi propria faciens, nostram etiam subjectionem propriam reputet. Nunc verò seditionem ciemus adversus Deum : infideles quidem, cùm eum abnegant ; fideles verò, dum affectibus suis inserviunt multi, & secundùm hoc rebelles sumus. Cùm verò alii quidem agnoverint quem nunc negant, alii verò transmutati fuerimus ab hujus vitæ affectibus ; tum verè dicitur Filius subjici. Humanitatis enim personam subiens, sua facit quæ nostra sunt.

Ut sit Deus omnia in omnibus.] Hoc est, ut omnia à patre dependeant, ne quis duo principia sine principio suspicetur, eáque inter sese divisa. Cùm enim hostes sint sub pedibus Filii, Filius autem non est seditiosus erga Patrem, verùm quemadmodum decet Filium, Deo Patri subditur, omnino Deus Pater erit omnia in omnibus. Nonnulli autem malitiæ sublationem significari aiunt per hoc quòd omnia sint subjecta. Cùm enim peccatum porrò non fuerit, planum est quòd Deus omnia in omnibus erit, quando non ampliùs motibus & affectibus dediti simus, ita ut nihil omnino Dei, vel parum in nobis feramus : sed toti Dei similes, totius & solius Dei capaces erimus. Omnia sanè tum nobis Deus erit, & cibus, & potus, & vestitus, & cogitatio, & motus.

29 *Alioqui, quid facient qui pro mortuis baptizantur, si omnino mortui non resurgunt ? quid & baptizantur pro mortuis ?*] Marcionistæ hæretici, si quis apud eos non baptizatus moreretur, sub mortui lecto, viventem quempiam occultantes, accedunt lectum, interrogantes mortuum, num velit baptismate tingi. Atque eo respondente qui latitabat, quòd velit, sic loco

τος δηλοῦν ὅτι οὐδὲν βλαπτεται ἡ πηρή· ὕτω καὶ οὗτος τῷ τῆ ὑποταγῆς ὀνόματι, προσῆρίζον δύναται τὴν πονηρὰν ὑπόνοιαν, ἵνα ὑπενόησεν αὖ τις ὅτι ὁ Υἱὸς ἴσως ἰσχυρότερός ἐστι τοῦ Πατρὸς, ἅτε τοσοῦτων κατορθωῶν δυνάμενος. Ὁ γὰρ Θεολόγος Γρηγόριός φησιν, ὅτι ὁ Υἱὸς πρὸτα οἰκειούμενος τὰ ἡμέτερα, καὶ τὴν ἡμετέραν ὑποταγὴν οἰκείαν ἡγεῖται. Νῦν μὲν οὖν στασιάζομεν πρὸς τὸν Θεὸν· οἱ μὲν ἄπιστοι, ἀρνούμενοι αὐτόν· οἱ δὲ πιστοὶ, τοῖς πάθεσι πολλοὶ δουλεύοντες, καὶ ἀνυπότακτοι τῷ τοῦτό ἐσμεν. Ὅταν δὲ οἱ μὲν ὁμολογῶσιν ὃν νῦν ἀγνοοῦσιν· οἱ δὲ μεταποιηθῶμεν ἀπὸ τῶν παθῶν εἰς τὸν βίον τοῦτον, πρέπως τότε λέγεται ὁ Υἱὸς ὑποτάσσεσθαι· τὸ γὰρ ἀνθρωποπρεπὲς γὰρ " ὑποδυόμενος πρόσωπον, ἑαυτῷ ποιεῖται τὰ ἡμέτερα. " χ. ἀποδυόμενος.

Ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πρὰτα ἐν πᾶσιν.] Τουτέστιν, ἵνα πρὰτα ᾖ τοῦ Πατρὸς ἠρτημένα, ἵνα μὴ δύο τις ἀρχὰς ὑπάρχειν ὑποπτεύῃ καὶ ἀπειρισμένας· " ὅταν γὰρ οἱ μὲν ἐχθροὶ ὑποκάτω τοὺς πόδας ὦσι τοῦ Υἱοῦ· ὁ δὲ Υἱὸς μὴ σταδιάζῃ πρὸς τὸν Πατέρα, ἀλλ' ὡς πρέπει Υἱῷ, Θεῷ ὑποτάσσηται τῷ Πατρὶ, πρέπως ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἔσται τὰ πρὰτα ἐν πᾶσι. Τινὲς δὲ τὴν τῆς κακίας ἀναίρεσιν διὰ τούτων δηλοῦσθαί φασιν, ὡς πρέπων ὑποτεταγμένων· ὅταν γὰρ ἀμάρτημα μὴ ᾖ, δῆλον ὅτι ὁ Θεὸς ἔσται τὰ πρὰτα ἐν πᾶσιν· ὅταν μηκέτι πολλοὶ ὦμεν ἐν τοῖς κινήμασι καὶ τοῖς πάθεσι, μηδὲν ὅλως Θεοῦ, ἢ ὀλίγον ἐν ἑαυτοῖς φέροντες· ἀλλ' ὅλοι θεοειδεῖς, ὅλοι χωρητικοὶ Θεοῦ καὶ μόνου· πρὰτα γὰρ ἡμῖν ὁ Θεὸς ἔσται, καὶ βρῶμα, καὶ πόμα, καὶ ἔνδυμα, καὶ νόημα, καὶ κίνημα. " χ. ὅπ.

29 Ἐπεὶ τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται ; τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν ;] Οἱ Μαρκιωνισταὶ αἱρετικοὶ, ἐπειδάν τις πρὸ αὐτοῖς ἀβάπτιστος ἀποθάνῃ, ὑποκάτω τοῦ κλίνου τοῦ " τετελευτηκότος κρύπτουσί τινα ζῶντα, προσίασι τῇ κλίνῃ, καὶ ἐρωτῶσι τὸν νεκρὸν, εἰ βούλεται βαπτισθῆναι· καὶ ἀποκρίνεται ὁ κεκρυμμένος κατ' ἐκεῖνον, ὅτι βούλεται, " χ. τελευτήσαντος.

σθαι, καὶ ὅτω βαπτίζοισιν αὐτὸν αὐτὶ τῶ ἀπελθόντος. Εἶτα κατηγορέμενοι ὅτι τότω, ἀπολογεῦνται, ὅτι ὁ ἀπόστολος "τῦτο εἶπε, καὶ ἀναφέρουσι τὶω ῥῆσιν ταύτην οἱ ἀναφέροντες. Τὸ γὰρ ὅτως ἔχει· ἀλλὰ πῶς; Οἱ μαθητευόντες βαπτιζόμενοι πιστεύουσιν ἀπαγγέλουσι δὲ σύμβολον τῆς πίστεως· ἐν οἷς τότοις, μὴ τῶν ἄλλων καὶ τῦτο προσκείσθαι, Πιστεύω εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν. Φησὶν οὖν, ὅτι οἱ πιστεύσαντες ὅτι ἔστι ἀνάστασις νεκρῶν σωμάτων, καὶ βαπτισθέντες ὅτι τοιαύτης ἐλπίσι, τί ποιήσουσιν ἀπατηθέντες; τί δ' ὅλως καὶ βαπτίζονται ἀνθ' ὑπὲρ ἀναστάσεως, τῦτέστιν, ὅτι προσδοκίᾳ ἀναστάσεως, εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται;

"χ. ἐν τότω.

"χ. προσκείσθαι.

30 Τί καὶ ἡμεῖς κινδυνεύομεν πᾶσαν ὥραν;] Εἰ δ' δέχεσθε προσὸς ἀπόδειξιν τῆς ἀναστάσεως τὶω ἀφ' τῶν ῥημάτων ὁμολογίαν, ἐν οἱ βαπτιζόμενοι ποιοῦνται, δέξασθε καὶ τὶω ἀφ' τῶν πραγμάτων φωνήν. Ἡμεῖς γὰρ πάντες οἱ ἀπόστολοι ἐν κινδύνοις ἐσμὲν ἀεί· καὶ εἰ μὴ ἐν ἀνάστασις, τίνος ἕνεκεν ἐκινδυνεύομεν; ἵνα τίνος ἀπολαύσωμεν; εἰ γὰρ καὶ ἀφ' κενοδοξίαν ἕλοιτό τις κινδυνεύειν, ἅπαξ ἢ δεύτερον ἀν' ἕλοιτο τῦτο· ὃ δ' πᾶσαν ὥραν, ὥσπερ ἡμεῖς, μεγίστη ἀπόδειξις τῆς πεπληροφορῆσθαι περὶ τῆς ἀναστάσεως.

30 *Quid & nos periclitamur omni horâ?*] Si non recipitis ad demonstrationem resurrectionis, confessionem verborum quam faciunt qui baptizantur, accipite verò vocem quam res ipsæ loquuntur. Nos enim Apostoli omnes nunquam non periculis sumus obnoxii: & nisi esset resurrectio, cujus rei gratiâ pericula subiremus? cujus commodi consequendi gratiâ? Quamvis enim aliquis ambitione ductus, pericula subeat, semel forsan atque iterum periculum elegerit; verùm singulis horis, quemadmodum nos, periclitari, maxima demonstratio est, nos de resurrectione certos esse.

31 Καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω, νὴ τὶω ὑμετέραν καύχησιν, ἐν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.] Εἰπὼν ὅτι κινδυνεύομεν, ἔδειξε τοὺς κινδύνους· μᾶλλον δ' μείζόν τι, θανάτους καθημερινούς. Πῶς δὲ καθ' ἡμέραν ἀπέθνησκε; Τῇ προθυμίᾳ, καὶ τῷ πρὸς τῦτο παρασκευάσθαι, καὶ τῷ τοιῶτα πάσχειν, ἃ θάνατον ἔφερε. Νὴ τὶω ὑμετέραν καύχησιν, τῦτέστι, νὴ τὶω ὑμετέραν προκοπήν, ἐφ' ᾗ καυχῶμαι. Καύχησις γὰρ τῷ διδασκάλῳ, ἡ τῶν μαθητῶν προκοπή. Εἶτα τῷ Χριστῷ ἀναπηδᾷ τῦτο, φησὶν, ἐν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ἐκείνου γὰρ τὸ ἔργον, οὐκ ἐμόν. Σοφώτατα δὲ ὑπομιμνήσκει τῦτο, ὅτι ὥσπερ

31 *Quotidie morior, per vestram gloriationem, quam habeo in Christo Jesu Domino nostro.*] Cùm dixisset, *periclitamur*, pericula hîc expressit: imò potiùs majus quiddam, quotidianas videlicet mortes. Quomodo autem in singulos dies moriebatur? Animi promptitudine, & quia ad hoc instructus & paratus fuerit, & quia talia pertulerit quæ mortem afferebant. *Per vestram gloriationem*, id est, per vestrum profectum, cujus gratiâ glorior: Gloriatio enim præceptoris discipulorum est progressus. Deinde Christo istud adscribens, *Quam habeo*, inquit, *in Christo Jesu*: illius enim opus est, non meum. Sapientissimè autem eos commonefacit; ut, inquiens, de vestro in fide

progreſſu glorior, ſic pudeſcam, inquit, ſi ad finem uſque adeò miſerè vos geratis, ut reſurrectioni fidem non adhibeatis.

32 *Si ſecundùm hominem ad beſtias pugnavi Epheſi, quæ mihi utilitas?*] Quatenus, inquit, ad homines pertinet, cum feris dimicavi. Quid enim ſi Deus è periculis me eripuit? Quid igitur mihi prodeſt, ſi Reſurrectio non ſit? Pugnam autem cum beſtiis appellat contentionem adverſus Judæos & Demetrium argentarium. Quid enim iſti à belluis diſtabant?

Si mortui non reſurgunt, edamus & bibamus, cras enim morimur.] Si mortui non excitantur, neque erit in futuro quædam voluptas, fruamur deinceps hujuſce vitæ bonis, edendo nimirum & bibendo: hæc enim tantùm lucramur. Hanc autem ſententiam ex Eſaia protulit, dementiam eorum taxans qui negant reſurrectionem. Eſai. 22.

33 *Nolite ſeduci: corrumpunt bonos mores colloquia prava.*] Ad adhortationem ſermonem vertit. Tacitè autem eos veluti inſipientes & leves accuſat. Hoc enim indicat per hoc quod ait, *nolite ſeduci.* Bonos autem mores vocat, quibus facilè imponi poteſt. Indicat porrò quòd & alii ipſos ad iſta ſubtrahant.

34 *Sobrii eſtote juſtè, & ne peccetis: ignorantiam enim Dei quidam habent.*] Tanquam temulenti eſſent, *ſobrii*, inquit, *eſtote. Juſtè* verò, veluti utiliter. Poteſt enim quiſpiam injuſtè etiam ſobrius eſſe, ſive vigilare, veluti ad malum. *Et ne peccetis*, inquit: hinc enim eſt quòd Reſurrectioni non credatis. Qui enim ſibi ſunt conſcii malorum, non perſuadentur eſſe Reſurrectionem, metu pœnarum. *Ignorantiam autem Dei habent*, qui Reſurrectioni non adhibent fidem. Non enim noverunt Dei potentiam. Non autem dixit, habetis, ſed, *habent*, faciliorem & tolerabiliorem ita accuſationem faciens.

Ad pudorem vobis hæc dico.] Poſtquam ſatis eos carpſit, conſolatur eos, dicens: Hæc dixi, non ut hoſtis vobis exiſtens, ſed ut ad pudorem vos adducam. Quidam autem ſic legunt: Ad pudorem vobis hæc dico, quaſi ſi ad finem uſque adeò miſerè vos geratis, ut reſurrectioni fidem non adhibeatis.

χαυχῶμαι" τοσχοπιόντων, ὅτως "ἐκκαλύψομαι, εἰ ἄχρι τέλους ὅτως ἀθλίως ἔχετε, ὥστε τῇ ἀναστάσῃ ἀπιστεῖν. "χ. τοῦ κύπλων. "χ. ἐγκαλέσομαι.

32 Εἰ κατ' ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ, τί μου τὸ ὄφελος;] Ὅσον, φησί, τὸ εἰς ἀνθρώπους, ἐθηριομάχησα· τί γὰρ εἰ ὁ Θεὸς ἐξήρπασέ με τῶν κινδύνων; τί οὖν ὄφελός μοι, ἀναστάσεως μὴ ὄντος; θηριομαχίαν δὲ καλῶ, τὴν τοὺς Ἰουδαίους καὶ Δημήτριον τὸν ἀργυροκόπον μάχην. Τί γὰρ "ὅτι θηρίων διέφερον; "χ. οὐκοῦν.

Εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν.] Εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, οὐδὲ ἔσται ἡμῖν ἀπόλαυσις, ἀπολαύσωμεν λοιπὸν τῶν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἀγαθῶν, τῷ φαγεῖν καὶ τῷ πιεῖν· τοῦτα γὰρ κερδαίνομεν. Τοῦτο δὲ τὸ ῥῆμα ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου προφήτου, χωμῳδῶν τὴν αἴσθησιν τῶν μὴ λεγόντων ἀνάστασιν.

33 Μὴ πλανᾶσθε. Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί.] Ἐπὶ παραίνεσιν πέπτωκε τὸ λόγον· ῥῆμα δὲ καὶ ὡς ἀνοήτων αὐτοὺς καὶ κουφῶν κατηγορεῖ· τοῦτο γὰρ δηλοῖ διὰ τοῦ, μὴ πλανᾶσθε. Χρηστὰ δὲ ἤθη τὰ εὐεξαπάτητα καλεῖ· δηλοῖ μέντοι ὅτι καὶ ἄλλοι αὐτοὺς εἰς τὰ τοιαῦτα ὑποσύρουσιν.

34 Ἐκνήψατε δικαίως, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε· ἀγνωσίαν γὰρ Θεοῦ τινες ἔχουσιν.] Ὡς ὑπὸ μεθυόντων, ὅ, ἐκνήψατε· ὃ δὲ δικαίως, οἱονεὶ συμφερόντως· ἔνι γὰρ καὶ ἀδίκως νήφειν, οἷ ὅταν κακῶ· καὶ μὴ ἁμαρτάνετέ, φησιν· ἐκ τούτου γὰρ καὶ τῇ ἀναστάσει ἀπιστεῖτε. Οἱ γὰρ ἑαυτοῖς συνειδότες κακά, ἅ πείθονται εἶναι ἀνάστασιν, δέδοικε τοὺς κολάσεων. Ἀγνωσίαν δὲ Θεοῦ ἔχουσιν, οἱ τῇ ἀναστάσει ἀπιστοῦντες. Οὐ γὰρ ἴσασι τοῦ Θεοῦ τὸ δυνατόν. Οὐκ εἶπε δὲ, ἔχετε, ἀλλ', ἔχουσιν, ἐλαφρότερον τὸ ἔγκλημα ποιῶν.

Πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω.] Ἐπειδὴ ἱκανῶς αὐτοὺς κατήνεγκε, παραμυθεῖται αὐτοὺς λέγων, ὅτι τοῦτα εἶπον ὑμῖν, οὐχ

οὐχ ὡς ἐχθρὸς ὀνειδίζων, ἀλλ' ὅπως ᾧ ἐντραπῆναι, ὥστε ἐπισυναγαγεῖν ὑμᾶς εἰς τὴν διόρθωσιν αἰσχυνθέντας, καὶ ὃ δέον φρονήσαντας.

35 Ἀλλ' ἐρεῖ τις, πῶς ἐγείρονται οἱ νεκροί; ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται;] " Οὐκ εἶπεν, ὑμεῖς λέγετε, ἵνα ὅπως αἰσχρὸς ὁ λόγος γένηται, ὡς ὅπου ἑτέρων ἀπιστούντων ἐξεταζόμενος. Δύο δὲ τὰ ἀμφισβητούμενα· ὅ τε τρόπος τῆς ἀναστάσεως, πῶς ἐγείρεται τὸ ἅπαξ διαλυθὲν σῶμα· καὶ ποίῳ σώματι ἀνίσταται, τούτῳ, ἢ ἑτέρῳ τινί· διὰ δὲ τοῦ παραδείγματος τοῦ κόκκου, τὰ δύο ἐπιλύει.

36 Ἄφρον, σὺ ὃ σπείρεις, οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ.] Ἀπὸ φθαρτοῦ τινος καὶ καθ' ἡμέραν αὐτοῖς πραττομένου, πείθει τὴν λύσιν· διὸ καὶ ἄφρονας αὐτοὺς καλεῖ, ὡς τὰ ὅτι σαφῆ ἀγνοοῦντας. Σύ, φησιν, ὁ σπείρεις, σὺ ὁ φθαρτὸς, καὶ πῶς περὶ Θεοῦ ἀμφιβάλλεις; οὐ ζωοποιεῖται δὲ, εἶπε, * ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ, λέξεσι χρησάμενος, οὐ σπέρμασιν οἰκείαις, ἀλλὰ σώμασιν· οὐ γὰρ εἶπεν ὅτι ἄλλως οὐ βλαστάνει, ἐὰν μὴ διαλυθῇ, ἀλλ' οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ. Ὅρα δὲ πῶς εἰς τοὐναντίον περιέτρεψε τὸν λόγον· ἐκείνοις γὰρ ἐδόκει ἄπορον, πῶς μὴ τὸ θανεῖν ἐγειρόμεθα· αὐτὸς δὲ τοὐναντίον φησὶν, ὅτι διὰ τοῦτο ἐγειρόμεθα, ὅτι ἀποθνήσκομεν, ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ζωοποιηθῆναι, εἰ μὴ διὰ θανάτου.

37 Καὶ ὃ σπείρεις, οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον, εἰ τύχοι, σίτου, ἢ τινος τῶν λοιπῶν.] Δύο ἀπορεῖσθαι εἰπὼν, πῶς τε ἐγείρονται οἱ νεκροὶ, καὶ ποίῳ σώματι· πῶς μὲν ἐγείρονται, ἔλυσεν· ὅτι διὰ τοῦ θανεῖν, ὥσπερ καὶ ὁ κόκκος· νυνὶ δὲ ἐρμηνεύων καὶ ποίῳ σώματι ἐγείρονται, λύει καὶ τὸ ἕτερον ἄπορον· καὶ φησιν, ὅτι τὸ μὲν αὐτὸ σῶμα ἐγείρεται, ἤτοι τῆς αὐτῆς ὂν οὐσίας, λαμπρότερον δὲ καὶ κοσμιώτερον. Οἱ δὲ αἱρετικοὶ λέγουσιν, ὅτι οὐ τὸ αὐτὸ ἐγείρεται, τοῦτο γάρ, φασι, δηλοῖ ὁ ἀπόστολος διὰ τοῦ εἰπεῖν, οὐ τὸ γενησόμενον. Οὐ τοῦτο δὲ λέγει ὁ ἀπόστολος,

" χ. οὐκ εἶπεν, ὅπως ὑμ. λέ. ἵ. αὐ.

probrans, sed ut pudore suffunderemini, ut reducerem vos ad emendationem, pudefactos nimirum, ac decorum cogitantes.

35 *Sed dicet aliquis, quomodo resurgunt mortui? quali autem corpore venient?*] Non dixit, Vos dicitis, ut sic tolerabilis reddatur sermo, tanquam de aliis non credentibus hæc inquirat. Duo autem sunt de quibus dubitatur: ipse resurrectionis modus, quomodo excitatur semel dissolutum corpus; & quali corpore resurgit, hoc, an alio quodam. Per exemplum autem grani illa duo dissolvit.

36 *Insipiens, tu quod seminas, non vivificatur, nisi moriatur.*] A perspicuo quopiam, & ab eo quod ab ipsis quotidie agitur, facit dilutionem. Hinc & dementes eos vocat, ut qui adeò manifesta ignorent. *Tu*, inquit, *quod seminas*, tu qui corruptibilis es, ecquî de Deo hæsitas? *Non vivificatur*, inquit, nisi moriatur, dictionibus usus, non seminibus, sed corporibus propriis & accommodis. Non enim dixit quòd aliàs non germinet nisi dissolvatur, sed, *non vivificatur, nisi moriatur.* Observa autem quomodo in contrarium sermonem converterit: illis enim videbatur ambiguum, quomodo post mortem excitemur: ipse autem contrarium asserit, nempe quòd ideo excitamur, quia morimur: quasi non liceret aliter vivificari, nisi mors esset.

37 *Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, utputa tritici vel alicujus cæterorum.*] Cùm duo esse quæ controverterentur dixisset, quomodo nimirum excitentur mortui, & quali corpore: quæstionem quomodo excitentur, dissolvit, nempe moriendo, quemadmodum & granum. Jam verò cùm interpretetur quali corpore resurgant, diluit alterum illud de quo ambigebatur; Idem, inquiens, corpus excitatur, vel ejusdem essentiæ, splendidius tamen & elegantius. Hæretici autem contendunt non idem corpus excitari: hoc enim indicare aiunt Apostolum, cùm ait, *Non quod futurum.* Atqui

Apoſtolus hoc non dicit. Quid igitur? Quòd non ſeminas quale naſcetur, ſplendidum nempe & elegans, ſed nudum granum: attamen ſpica decentior & pulchrior inde exurgit. Neque eadem eſt omnino, nam ſpica non eſt ſeminata, cum culmo nimirum & ariſtis, ſed nudum granum: neque omnino aliud ſeu diverſum, quandoquidem non ex alio grano, verùm ex nudo illo eſt ſpica.

38 *Deus autem dat corpus ipſi, quemadmodum voluit.*] Si ergo Deus corpus dat, quid eſt quod amplius curiosè inquiras, quali corpore excitemur, ac diffidas reſurrectioni, audiens Dei potentiam & voluntatem? Deus enim diſſolutum quidem corpus excitat, verùm pulchrius, decentius, & ſpiritualius. Hoc enim & in ſeminibus licet invenire. Nam ſpecioſius & elegantius, diſſoluto ſemine, quod natum eſt germen exurgit.

Et unicuique ſeminum proprium corpus.] Hoc hæreticorum ora irrefragabiliter obſtruit, affirmantium idem corpus in reſurrectione non excitari, ſed diverſum. En, audis enim quòd ſuum cuique corpus datur.

39 *Non omnis caro eſt eadem, ſed alia quidem hominum, alia autem pecorum, alia verò caro volucrum, alia verò piſcium.*] Ne cùm audis de frumento, arbitreris, quòd quemadmodum in hoc omnes ſpicæ æquales prodeant, ſic & in reſurrectione omnes fore honore pares: monſtrare vult quòd diſcrimen ſit reſurgentium, id quod ſupra innuit; Quilibet, inquiens, in proprio ordine. Ait autem quòd non omnis caro ſit eadem caro, hoc eſt, non omnes pari honore reſurgunt, ſed diverſo: enimverò primam habent differentiam juſti ad peccatores, quam habent ſupercœleſtia corpora terreſtribus collata. Deinde & in ipſis juſtis magna differentia graduum, ut in progreſſu dicet, adeóque in ipſis peccatoribus. Ait enim, Perinde ac diſcrimen eſt in carne hominum & pecorum, & reliquorum

ἀλλὰ τί; ὅτι ὁ σπείρας οὐ γυμνόσεται, λαμπρὸν δηλαδὴ καὶ κόσμιον, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον· ἀλλ' ὅμως ὁ σταχὺς ὑπερεπέστερος " φύεται· ὅτε ὁ αὐτὸς " κ.κάτ.
ὅστι πολύτη· διὸ οὐκ ἐσπάρη σάχυς, μὴ τῆς καλάμης δηλαδὴ, καὶ τῶν ἀθηρίκων, ἀλλὰ γυμνὸς κόκκος· ὅτε ἕτερος πολύτη, διὸ οὐκ ὂν ἑτέρου κόκκου, ἀλλ' ἐκ τοῦ γυμνοῦ ἐκείνου ὁ σάχυς.

38 Ὁ δὲ Θεὸς αὐτῷ δίδωσι σῶμα, καθὼς ἠθέλησεν.] Εἰ οὖν ὁ Θεὸς δίδωσι σῶμα, τί ἔτι περιεργάζῃ, ποίῳ σώματι ἐγειρόμεθα, καὶ ἀπιστεῖς τῇ ἀναστάσει, ἀκούων Θεοῦ δυνάμεως καὶ θελήσεως; ὁ γὰρ Θεὸς τὸ λυθὲν μὲν ἐγείρει σῶμα· πλὴν ὑπερεπέστερον καὶ πνευματικώτερον. Τοῦτο γὰρ καὶ ὅτι τῶν σπερμάτων ὅστιν ὑρεῖν, ὅτι ὑπερεπέστερον τοῦ καταβληθέντος τὸ βλαστῆσθαι ἄνεισι.

Καὶ ἑκάστῳ τῶν σπερμάτων τὸ ἴδιον σῶμα.] Τοῦτο τῶν αἱρετικῶν αὐθεντήρητος ἐμφράττει τὰ στόματα, τῶν λεγόντων, τὸ αὐτὸ σῶμα ἐν τῇ ἀναστάσει μὴ ἐγείρεσθαι, ἀλλ' ἕτερον· ἰδοὺ γὰρ ἀκούεις ὅτι τὸ ἴδιον σῶμα ἑκάστῳ δίδοται.

39 Οὐ πᾶσα σὰρξ ἡ αὐτὴ σὰρξ· ἀλλὰ ἄλλη μὲν ἀνθρώπων, ἄλλη δὲ σὰρξ κτηνῶν, ἄλλη δὲ σὰρξ πτηνῶν, ἄλλη δὲ ἰχθύων.] Ἵνα μὴ ἀκούσας περὶ τοῦ σίτου, νομίσῃς, ὅτι ὥσπερ ἐπὶ τούτου, πάντες οἱ ἀστάχυες ὁμότιμοι " ἀπίασιν, οὕτω καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει " κ.κάτ.
πάντες ὁμότιμοι ἔσονται· δείξαι θέλει ὅτι διαφορὰ ὅστι τῶν ἀνισαμένων (ὅπερ καὶ προφθάσας ἠνίξατο, εἰπὼν, ἕκαστος δὲ ἐν ἰδίῳ τάγματι) καὶ φησιν, ὅτι οὐ πᾶσα σὰρξ ἡ αὐτὴ σὰρξ· τοσοῦτον, οὐ πάντες ἐν τῇ αὐτῇ τιμῇ ἀνίστανται, ἀλλ' ἔχουσι διαφοράν, προηγοῦνται οἱ δίκαιοι τοὺς ἁμαρτωλοὺς, ἐν ἔχουσι τὰ σώματα τὰ θεῖα πρὸς τὰ ἐπίγεια· ἔπειτα, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς δικαίοις διαφορὰ βαθμῶν πολλὴ, ὡς προδιακαιῶν ἐρεῖ· καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἁμαρτωλοῖς. Καὶ γὰρ, φησιν, ὥσπερ διαφορά ὅστι τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν κτηνῶν, καὶ τῶν λοιπῶν

πῶν ζώων· ὕτω καὶ τῶν ἁμαρτωλῶν ἔσαι διαφορὰ ἐν ταῖς κολάσεσι· πάντα οὖν ὅσα εἴρηται τότε νῦν, περὶ διαφορᾶς ἁμαρτωλῶν εἴρηται. Περὶ γὰρ τῶν δικαίων ὑποδικαπὸν λέγει, ὅταν τὰ ἐπουράνια καταλέγῃ σώματα.

40 Καὶ σώματα ἐπουράνια, καὶ σώματα ἐπίγεια· ἀλλ' ἑτέρα μὲν ἡ τῶν ἐπουρανίων δόξα, ἑτέρα δὲ ἡ τῶν ἐπιγείων.] Evidenter, ὅσαπερ καὶ ἀνωτέρω εἶπον, τὴν διαφορὰν τῶν δικαίων πρὸς τοὺς ἁμαρτωλοὺς δηλοῖ. Τοὺς μὲν κρείττονας ἐπουράνια σώματα, τοὺς δέ γε ἁμαρτωλοὺς, ἐπίγεια· καὶ ἑτέρα μὲν ἡ τῶν δικαίων δόξα, ἑτέρα δὲ ἡ τῶν ἁμαρτωλῶν· οὐκέτι δόξα, (οὐ γὰρ δεῖ συνυπακοῦσαι τοῦτο) ἀλλ' ἡ διαγωγή.

41 Ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων· ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ.] Ωσπερ μικρῷ ἔμπροσθεν εἶπε τῶν ἁμαρτωλῶν σφόδρα τὰς διαφορὰς, ἀπὸ ἀνθρώπων ἀρξάμενος, καὶ ἑξῆς θηρίων μνημονεύσας, καὶ κτηνῶν, καὶ ἰχθύων, διότι καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ, ἄνθρωποι ὄντες ἀρχῆς γενόμενοι, εἶτα ὕστερον τοῖς τῶν ἀλόγων ὁμοιώσιν κατηνέχθησαν· ὕτω καὶ τῶν δικαίων τὰς διαφορὰς δείκνυσι. Πάντες μὲν γὰρ ἐν δόξῃ· ἀλλὰ, ἄλλο μὲν φῶς τοῦ ἡλίου, καὶ ἄλλο δὲ τῆς σελήνης, καὶ ἄχρι τῶν τυχόντων. Καὶ γὰρ ἀστέρες πρὸς ἀστέρας διαφέρουσιν ἐν δόξῃ, τουτέστιν, ἐν τῷ φωτί· δόξα γὰρ τῶν ἀστέρων τὸ φῶς. Τινὲς δὲ σώματα ἐπουράνια, τοὺς ἀγγέλους ἐνόησαν, οὐκ ἀδιόκρως " οἶμαι· καὶ δῆλον ἐκ τοῦ ἐπαγαγεῖν ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας· ὥστε περὶ τούτων ὁ λόγος. " κ. εἰ.

42 Οὕτω καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν.] Οὕτω; πῶς; ἐν διαφορᾷ πολλῇ, καθὼς καὶ τὰ προγεγραμμένα ἐδήλωσε παραδείγματα.

Σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ.] Ανω περὶ σπερμάτων λέγων, λέξεσιν ἐχρήσατο σώμασιν οἰκείοις· ὡς ὅταν ἔλεγεν, Οὐ ζωοποιῆται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ· νῦν περὶ σωμάτων λέγων, λέξεσι

animalium: ſic & peccatorum diſcrimen erit in pœnis. Omnia igitur quæcunque nunc ab illo dicta ſunt, de diſcrimine peccatorum dicta ſunt. De juſtis enim infra dicit, quando cœleſtia recenſet corpora.

40 *Et corpora ſupercœleſtia, & corpora terreſtria: ſed alia quidem ſupercœleſtium gloria, alia verò terreſtrium.*] Hîc, ut ſuprà dixi, juſtorum & peccatorum differentiam oſtendit: illos quidem vocans ſupercœleſtia corpora, hos verò, peccatores ſcilicet, terreſtria: & alia quidem juſtorum gloria, alia verò peccatorum, non gloria (hoc enim ſubintelligendum non eſt) ſed converſatio.

41 *Alia eſt gloria ſolis, & alia gloria lunæ, & alia gloria ſtellarum: ſtella enim à ſtella differt in gloria.*] Perinde ac paulo antè corporum peccatorum differentias dixit, ab hominibus exorſus, ac deinceps mentionem faciens volucrum, pecorum & piſcium, eo quòd & ipſi peccatores, cùm ab initio facti eſſent homines, poſtea ad brutorum ſimilitudinem delapſi ſint: ita etiam juſtorum differentias oſtendit. Omnes enim in gloria: verùm aliud eſt lumen ſolis, aliud lunæ, ad vulgares uſque ſtellas procedendo. Nam & ſtellæ à ſtellis diſcrepant in gloria, hoc eſt in lumine: gloria enim ſtellarum, lumen eſt. Nonnulli autem per corpora cœleſtia, Angelos intellexerunt, non appoſitè ut opinor. Atque iſthuc inde planum fit, quòd producat ſolem, & lunam, & ſtellas. Quare de iſtis ſermonem facit.

42 *Sic & reſurrectio mortuorum.*] *Sic?* quomodo? in multo ſanè diſcrimine, perinde ac præſcripta patefecerunt exempla.

Seminatur in corruptione, reſurgit in incorruptione.] Suprà cùm loqueretur de ſeminibus, utebatur verbis corporibus propriis, veluti cùm diceret, *Non vivificatur, niſi moriatur:* nunc de corporibus verba faciens,

faciens, dictionibus utitur ſeminibus convenientibus. *Seminatur*, inquit, *in corruptione*. Sationem autem hîc dicit, non eam quæ fit in matrice, verùm corporum defunctorum in terrâ depoſitionem, perinde ac ſi dicat: Reponitur in terram corpus mortuum in corruptione, hoc eſt, ut corrumpatur. Pulchrè autem dixit, *reſurgit*, & non, naſcitur, ne terræ eſſe opus exiſtimes.

43 *Seminatur in ignominia, reſurgit in gloria.*] Quid enim mortuo ignobilius? atenim in gloria incorruptibilitatis excitatur, etiamſi non eodem omnes fruantur honore.

Seminatur in infirmitate, reſurgit in potentia.] Ad dierum enim uſque quinque intervallum, caro non poteſt perſiſtere adverſus corruptionem: caterùm excitatur in incorruptibilitatis potentia, nulli porrò corruptioni obnoxia, etiamſi incorruptibilitas impiis ſit ad majores pœnas.

44 *Seminatur corpus animale, reſurgit corpus ſpirituale.*] *Corpus animale* eſt quod animæ viribus gubernatur, & in quo anima dominatum & imperium habet. Spirituale verò, quòd Spiritûs ſancti operatione abundè utitur, & ab illo in omnibus gubernatur. Etiamſi enim Spiritus etiamnum in nobis operetur, non ſic tamen operatur, neque ſemper: avolat enim à committentibus flagitium. Ac præſente quidem ſpiritu, anima corpus regit: tum verò aſſiduè Spiritus permanebit in corporibus juſtorum. Vel ſimpliciter ſpirituale incorruptibile dicit, veluti ſubtile magis & leve, adeò ut vel in aëre vehatur: attamen non ita ut Origines dicit, aëreum & ætherenm, nempe ex aëris ætheriſque ſubſtantia conſtitutum. Quòd ſi de incorruptibilitate hæſitas, intuere cœleſtia corpora, quæ hactenus nullo neque ſenio confecta ſunt, neque labore defatigata. Qui enim ea talia condidit, corruptibilitatem quoque noſtram incorruptibilem efficiet.

Eſt corpus animale.] Quod jam habemus in præſenti vita.

χεται σπέρματιν οἰκείας· Σπείρε) γὰρ, φησιν, ἐν φθορᾷ· σπορὰν ὴ λέγῃ νῦν, οὐ τὴν ἐν τῇ μήτρᾳ, ἀλλὰ τὴν ἐν τῇ γῇ τῶν νεκρῶν σωμάτων ἀπόθεσιν, ὡσεὶ ἔλεγε· καταπήγεται ἐν τῇ γῇ τὸ νεκρὸν σῶμα ἐν φθορᾷ, τουτέστιν, ὥστε φθαρῆναι. Καλῶς ὴ εἶπεν, ἐγείρεται, καὶ οὐ, φύεται, ἵνα μὴ τῆς γῆς εἶναι νομίσῃς τὸ ἔργον.

43 Σπείρε) ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ.] Τί γὰρ νεκροῦ ἀτιμότερον; ἀλλ' ἐν τῇ δόξῃ τῆς ἀφθαρσίας ἐγείρεται, εἰ καὶ μὴ τῆς αὐτῆς ἅπαντες ἀπολαύσωσι τιμῆς.

Σπείρεται ἐν ἀσθενείᾳ, ἐγείρεται ἐν δυνάμει.] Οὔπω γὰρ ἡμέρας πέντε, καὶ σὰρξ ἰσχύει ἡ φθορᾶς ἀντιποιεῖν πρὸς τὴν φθορὰν· ἀλλ' ἐγείρεται ἐν τῇ τῆς ἀφθαρσίας δυνάμει, δυνάλωτος ὅσα λοιπὸν πάσῃ φθορᾷ, εἰ καὶ ἡ ἀφθαρσία τοῖς ἁμαρτωλοῖς πρὸς κόλασιν πλείω ὄσι.

44 Σπείρεται σῶμα ψυχικόν· ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν.] Ψυχικὸν σῶμα, τὸ κατὰ τὰς ψυχικὰς δυνάμεων διοικούμενον, καὶ ἐν ᾧ ἡ ψυχὴ τὸ κράτος καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἔχει· πνευματικὸν δὲ, τὸ τοῦ τοῦ ἁγίου Πνεύματος καταπλουτοῦν ἐνέργειαν, καὶ κατ' ἐκεῖνον τὰ πάντα διοικούμενον. Εἰ γὰρ καὶ νῦν ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖ τὸ πνεῦμα, ἀλλ' οὐχ οὕτως, ἐνδιαιτᾶται γὰρ ἁμαρτανόντων. Καὶ τοῦ Πνεύματος δὲ παρόντος, ἡ ψυχὴ διοικεῖ τὸ σῶμα· τότε δὲ διηνεκῶς ἐνοικήσει τοῖς σώμασι τῶν δικαίων τὸ Πνεῦμα. Η πνευματικὸν ἁπλῶς λέγει τὸ ἄφθαρτον, ὡς λεπτομερέστερον καὶ κοῦφον, οἷς καὶ ἐπ' ἀέρος ὀχεῖσθαι. πλὴν οὐχ ὡς Ωριγένης λέγει, ἀερῶδες καὶ αἰθέριον, ἅπερ ἐκ τῆς ἀέρος καὶ τοῦ αἰθέρος οὐσίας. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς τῇ ἀφθαρσίᾳ, ὅρα τὰ οὐράνια σώματα, τὰ πέρα ἀήρου καὶ ἀκάματα· ὁ γὰρ τοῦτα τοιαῦτα ποιήσας, καὶ τὰ φθαρτὰ ἡμῶν ἀφθαρτίσῃ.

Εστι σῶμα ψυχικόν.] Ο νῦν ἔχομεν ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ.

Και

Καὶ ἔστι σῶμα πνευματικόν.] Ὁ μέλλομεν ἔξειν ἐν τῷ μέλλοντι, τὸ αὐτὸ μέν ἐστιν, πνευματικὸν δέ· τοῦτέστιν, ἄφθαρτον.

45 Οὕτω καὶ γέγραπται. Ἐγένετο ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ εἰς ψυχὴν ζῶσαν· ὁ ἔσχατος Ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν.] Καὶ μέν τὸ μὲν γέγραπται, τὸ δὲ ὕστερον δὲ γέγραπται, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς ἀκολουθίας τῶν πραγμάτων τὸ ἐκβεβηκὸς, γεγράφθαι" φησὶν· ὥσπερ καὶ ὁ προφήτης τὴν Ἱερουσαλὴμ εἰπεῖν κληθήσεσθαι πόλιν δικαιοσύνης, καὶ οὐκ ἐκλήθη ῥητῶς. καὶ τὸν Κύριον τὸν σωτῆριον, Ἐμμανουὴλ, καὶ" οὐκ αὐτὸς οὕτως ἐκλήθη, ἀλλὰ τὰ πράγματα ταύτην ἀφῆκεν τὴν φωνήν. Ὁ μὲν οὖν πρῶτος Ἀδὰμ, ψυχικὸς ἦν ἄνθρωπος, τοῦτέστι, ψυχικαῖς δυνάμεσι διοικούμενον σῶμα εἶχεν· ὁ δὲ ἔσχατος Ἀδὰμ, ὁ Κύριος, εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν. Οὐκ εἶπεν, εἰς πνεῦμα ζῶν, ἀλλὰ ζωοποιοῦν, τὸ μεῖζον εἰπών. Καὶ γὰρ ὁ Κύριος εἶχε τὸ ὑποστατῶς αὐτῷ συνὸν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, δι' οὗ καὶ τὴν ἰδίαν σάρκα ἐζωοποίει, καὶ ἡμῖν δι' αὐτοῦ τὴν ἀφθαρσίαν ἐχαρίσατο. Ὥστε τὸ μὲν φθαρτὸν ταύτης ζωῆς τὰ ἐνέχυρα, ἐν τῷ πρώτῳ Ἀδὰμ ἔχομεν· τὸ δὲ μελλόντως, ἐν Χριστῷ.

46 Ἀλλ' οὐ πρῶτον τὸ πνευματικὸν, ἀλλὰ τὸ ψυχικὸν, ἔπειτα τὸ πνευματικόν.] Ἵνα μήτις εἴπῃ, διὰ τί τὸ ψυχικὸν σῶμα καὶ νῦν ἔχομεν, τὸ δὲ πνευματικὸν μέλλει; φησὶν, ὅτι καὶ αἱ ἀρχαὶ ἑκατέρων οὕτω διεπάγησαν. Καὶ ὁ μὲν Ἀδὰμ πρότερος· ὁ δὲ Χριστὸς ὕστερος· ὥστε ὅτι τὸ βέλτιον ἀεὶ τὰ ἡμέτερα πρόεισι· καὶ πίστευε ὅτι καὶ τὰ νῦν ἐν σοὶ φθαρτὰ καὶ χείρω, ὅτι τὸ ἄφθαρτον καὶ κρεῖττον μεταποιηθήσονται.

47 Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός· ὁ δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ.] Ἵνα μὴ ἀμελῶσιν ἀρίστου βίου, μέμφεται δεικνὺς λοιπὸν περὶ πολιτείας ἀμείνου, καὶ φησιν, ὅτι ὁ Ἀδὰμ ἐκ γῆς ἦν· γηγενοῦς γὰρ ὄντως ὠνόμαζεν· τὸ γὰρ, Ἀ-

Estque corpus spirituale.] Quòd habituri sumus in futuro, idem sanè cum hoc, verùm spirituale, hoc est, corruptionis expers.

45 *Sic & scriptum est: Factus est primus homo Adam in animam viventem; novissimus Adam in spiritum vivificantem.*] Prius quidem scriptum est, posterius autem non item; verùm ex rerum consecutione quod evênit, scriptum esse ait: quemadmodum Prophetа dixit Hierusalem vocandam *urbem justitiæ*: nec tamen apertè vocata est. Ac Evangelium Dominum *Emmanuelem* vocandum ait, cùm tamen ipse ita non sit appellatus, sed res ipsæ hanc vocem emiserint. Primus itaque Adam *animalis erat homo*, id est, animæ viribus gubernatum corpus habebat: postremus verò Adam, ipse nimirum Dominus, *in spiritum vivificantem*. Non dixit, in Spiritum viventem, sed quòd majus est, *vivificantem*. Etenim Dominus substantialiter habebat Spiritum Sanctum sibi unitum, per quem & propriam carnem vivificabat, nobisque per ipsum incorruptibilitatem donavit. Proinde corruptibilis hujus vitæ pignora in primo Adam habuimus, futuræ autem in Christo.

Zac. 8. 3.

Mat. 1. 23.

46 *Sed non primum quod spirituale, sed quod animale, deinde quod spirituale.*] Ne quis dicat, cur jam animale corpus habemus, adeóque deterius, spirituale verò adhuc futurum est? quoniam, inquit, principia utrorumque sic ordinata fuerunt. Nam Adam est prior, Christus posterior. Quare res nostræ semper in melius progrediuntur. Crede itaque quòd & quæ nunc in te sunt corruptibilia deteriorâque, in incorruptibilia adeóque meliora transelementabuntur.

47 *Primus homo de terrâ terrenus, secundus homo, Dominus ex cœlis.*] Ne optimum vivendi genus negligant, in posterum eos adhortaturus est ad vitam Deo placentem; *Adam*, inquiens, *de terra erat*; propterea & sic appellatus est: Adam enim

nim terreum & pulvereum ſignificat. *Homo verò ſecundus, ipſe Dominus, ex cælo erat.* Ac alteri quidem à deteriori nomen indit, alteri verò à præſtantiori: non quòd homo, vel humanitas à Chriſto aſſumpta de cœlis eſſet, ut demens Apollinarius delirabat, cæterùm quòd una perſona unius Chriſti, & homo ex cœlo eſſe dicatur propter unionem, ac Deus cruci affixus eſſe, ob eandem cauſam.

48 *Qualis terrenus, tales & terreni.*] Hoc eſt, ſic peribunt & morientur: vel quòd peccati morte morientur, qui terræ ſunt affixi.

Qualis cæleſtis, tales & cæleſtes.] Id eſt, ita permanebunt, immortales & fulgentes. Etſi enim ſecundus Adam mortuus eſt, ideo mortuus eſt, ut mortem diſſolveret: vel quòd ita glorificabuntur illi, qui vitam divinam duxerint, veluti cœleſtia ſaperent.

49 *Et quemadmodum geſtavimus imaginem terreni, geſtabimus etiam imaginem cæleſtis.*] Planiùs hîc adhortatorium ſermonis habitum revelat. Imaginem autem terreni, prava opera dicit: imaginem verò cœleſtis, bona. Ut igitur in vitiis viximus, ceu terreni hominis filii, & quæ terræ ſunt affectantes: ſic virtute rurſus conſpicuam nunc vitam vivamus, tanquam cœleſtis imaginem & imitationem conſervantes. Imago etiam terreni eſt hoc, *Terra es, & in terram abibis.* Imago autem cœleſtis, à mortuis reſurrectio, & incorruptibilitas. Proinde ſi hæc intelligenda ſint ceu de reſurrectione dicantur, & non de vita moribúſve; etiam illud quòd addit, *Geſtabimus imaginem cæleſtis*, non eſt intelligendum aut ſcribendum tanquam conſulentis, ſive adhortantis more ſit dictum, ſed ut obventuræ nobis rei ſit indicium, id eſt, quòd futurum ſit ut geſtemus.

50 *Hoc autem dico, fratres, quòd caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt.*] Quia dixerat, *imaginem terreni,*

χοϊκὸν, τοῦτο δὲ φημὶ, ἀδελφοὶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται.] Ἐπιφορὰ εἶπεν, εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, ὡσαὐτὼς

δάμ, γήϊνον καὶ χοϊκὸν δηλοῖ. Ὁ δὲ δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ λέγει· καὶ τὸν μὲν ἐκ τῆς χείρονος ὀνομάζει· τὸν δὲ δεύτερον ἐκ τοῦ κρείττονος· οὐχ ὅτι δὲ ὁ ἄνθρωπος, ἤτοι τὸ ἀνθρώπινον πρόσλημμα, ἐξ οὐρανοῦ ἦν, ὡς ὁ ἄφρων Ἀπολλινάριος ἐλήρει· ἀλλ' ὅτι ἓν πρόσωπον τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ, καὶ ὁ ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ εἶναι, διὰ τὴν ἕνωσιν λέγεται, καὶ ὁ Θεὸς σταυρωθῆναι, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν.

48 Οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί.] Τουτέστιν, ὄντως ἀπολοιοῦνται καὶ τελευτήσουσιν· ἢ, ὅτι τὸ τῆς ἁμαρτίας θάνατον ἀποθανοῦνται οἱ τῇ γῇ προσπλώμενοι.

Καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι.] Τουτέστιν, ὄντως μενοῦσιν ἀθάνατοι καὶ λαμπροντες. Εἰ γὰρ καὶ ὁ δεύτερος Ἀδὰμ ἀπέθανεν, ἀλλ' ἵνα καταλύσῃ τὸν θάνατον· ἢ ὅτι ὄντως δοξασθήσονται καὶ αὐτοὶ θαρσαλέως βιώσαντες, ὡς τὰ ἐπουράνια φρονοῦντες.

49 Καὶ καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσομεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου.] Ἐνταῦθα γυμνότερον ἀποκαλύπτει τὸ πραγματικὸν σχῆμα τοῦ λόγου. Εἰκόνα δὲ χοϊκοῦ τὰς φαύλας πράξεις λέγει. εἰκόνα δὲ τοῦ ἐπουρανίου, τὰς ἀγαθάς. Ὥσπερ οὖν ἐν κακίᾳ διεζήσαμεν ὡς τοῦ χοϊκοῦ υἱοὶ, καὶ τὰ τῆς γῆς φρονοῦντες· ὄντως καὶ ἐν ἀρετῇ αὖθις ζήσωμεν, ὡς τοῦ ἐπουρανίου τὴν εἰκόνα καὶ τὴν μίμησιν τηροῦντες. Εἰκὼν δὲ τοῦ χοϊκοῦ καὶ τὸ, Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· εἰκὼν δὲ τοῦ ἐπουρανίου, ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις καὶ ἀφθαρσία. Ὡς εἰ ὡς περὶ ἀναστάσεως λεγόμενα, ὑπὲρ πολιτείας ταῦτα δεῖ νοῆσαι, καὶ τὸ, Φορέσομεν τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου, οὐχ ὡς συμβουλευτικῶς λεγόμενον, δεῖ νοῆσαι ἢ γράψαι, ἀλλ' ὡς μέλλοντος πράγματος ἐνδεικτικὸν, τουτέστιν, ὅτι μέλλομεν φορέσαι.

50 Τοῦτο δὲ φημι, ἀδελφοὶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται.] Ἐπιφορὰ εἶπεν, εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, ὡσαὐτὼς

φορέσομεν.

ἀποκαλύπτει.

δμεὶ

περὶ ἐφερμηνεύων ταῦτα, φησὶν ὅτι σὰρξ δὲ αἷμά ἐισιν ἡ εἰκὼν τοῦ χοϊκοῦ· τυτέσιν, αἱ σαρκικαὶ περιεργίαι καὶ τῆ παχύτητι τοῦ σώματος οἰκεῖαι, αἵτινες βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δυνάνται.

Οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ.] Τυτέσιν, ἡ κακία, ἡ καταφθείρουσα τὴν τῆς ψυχῆς εὐγένειαν, οὐ δυνάται κληρονομεῖν τὴν δόξαν ἐκείνην, καὶ τὰ ἄφθαρτα ἀγαθά. Δυνάσαι δὲ ταῦτα πθεῖν, οὐχ ὡς περὶ πολιτείας εἰρηκθός, ἀλλ' ὡς περὶ ἀναστάσεως ἐκλαβεῖν, οἵ, τὸ σὰρξ καὶ αἷμα· οἵ, ὅτι τὸ σῶμα τοιοῦτον ἐκ σαρκὸς καὶ αἵματος συνεστὼς, ἐν τῷ μέλλονι αἰῶνι ἀπολαύσῃ τῆς βασιλείας· οὐκ ἔστι γὰρ ἐκεῖ βρῶσις καὶ πόσις, ἐξ ὧν πθεῖτος τὸ τοιοῦτον σῶμα τρέφεται. Οὐδὲ ἡ φθορὰ, τυτέσι, τὸ φθαρτὸν σῶμα, κληρονομήσῃ τὰ ἄφθαρτα. ὥστε ἀναγκη πνευματικὸν ἡμῶν ἔσεσθαι τὸ σῶμα καὶ ἄφθαρτον. Ἰαδὶ μάθοι ὡς Χρυσόστομος παραινετικῶς ταῦτα εἰρῆσθαι τῷ ἀποστόλῳ περὶ βίου ἀρίστου ἐδιέξατο.

51 Ἰδοὺ μυστήριον ὑμῖν λέγω.] Πάλιν εἰς τὸν περὶ ἀναστάσεως λόγον ἐπανέρχεται, καὶ φησιν, ὅτι "φοβερόν τι καὶ ἀπόρρητον αὐτοῖς μέλλει λέγειν· ὑποδείκνυται δὲ ἐκ τούτου καὶ πολλῆ τῆ εἰς αὐτοὺς τιμῆ, ὡς τὰ ἀπόρρητα αὐτοῖς λέγων.

Πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα· πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα.] Οὐ πάντες μέν, φησιν, ἀποθανοῦνται, ὅμως πάντες ἀλλαγήσονται, καὶ οἱ μὴ ἀποθνήσκοντες, τυτέσιν, εἰς ἀφθαρσίαν μεταπεσοῦνται. Μὴ τοίνυν ὅπερ ἀποθνήσκεις, φοβηθῇς ὅτι οὐκ ἀναστήσῃ· ἰδοὺ γὰρ λέγω σοι, ὅτι τινὲς οὐ τελευτήσουσι, καὶ ὅμως οὐκ ἀρκεῖ αὐτοῖς τοῦτο πρὸς τὴν ἀνάστασιν ἐκείνην, ἐὰν μὴ ἀλλαγῶσι, καὶ οὕτως εἰς ἀθανασίαν ἔλθωσιν ἀπὸ τῆς θνητότητος ταύτης ὧν ἔχουσι σωμάτων. Ὥσπερ οὖν οὐκ ὠφελῇ ἐκείνους τὸ μὴ ἀποθανεῖν· οὕτως οὐδὲ ἡμᾶς βλάψει τὸ ἀποθανεῖν. καὶ γὰρ καὶ ἐκείνοις ἡ ἀλλαγὴ θανάτου ἐστὶν· ἀποθνήσκει γὰρ ἐν αὐτοῖς ἡ φθορὰ, ἀλλαττομένη εἰς ἀφθαρσίαν.

quasi jam hæc interpretetur, ait, Caro & sanguis est imago terreni, hoc est, carnales operationes, corporis etiam crassitiei propriæ : quæ regni Dei hæreditatem adire non possunt.

Neque corruptio incorruptibilitatem hæreditat.] Hoc est, malitia animæ nobilitatem corrumpens, non potest esse hæres gloriæ illius, & incorruptibilium bonorum. Poteris autem hæc omnia non velut de vita dicta sint, sed de resurrectione, accipere : ut illud, Caro & sanguis ; quasi dicat, Corruptibile hujusmodi corpus, ex carne & sanguine consistens, in futuro seculo haud fruetur regno. Non est enim illic cibus & potus, quibus omnino hujusmodi corpus nutritur. *Neque corruptio*, id est, corruptibile corpus, incorruptibilium hæreditatem adibit. Necesse est igitur spirituale fore corpus nostrum, & incorruptibile. Noveris autem quòd Chrysostomus hæc ab Apostolo per adhortationis modum dicta, quâ ad optimam vitam adhortetur, acceperit.

51 *Ecce mysterium vobis dico.*] Ad sermonem de resurrectione redit, aitque tremendum quiddam & secretum se illis esse dicturum. Indicat autem per hoc se magno illos honore dignari, ut qui secreta eis revelet.

Non omnes quidem dormiemus, omnes tamen immutabimur.] Non omnes quidem morientur, inquit, omnes tamen immutabuntur, etiam qui non moriuntur, hoc est, ad incorruptibilitatem transferentur. Ne igitur quoniam moriaris, metuas quòd non resurgas. Ecce enim dico tibi, quòd nonnulli non morientur, attamen hoc non satis est eis ad resurrectionem illam, nisi immutentur etiam, & sic ad immortalitatem veniant à mortalitate illa, quam habent, corporum. Ut igitur illos non juvat quòd non moriantur, sic nobis non nocebit quòd moriamur. Nam & illis mutatio mors est. Moritur enim in ipsis corruptio permutata in incorruptibilitatem.

52 *In*

52 *In momento, in ictu oculi, in novissima tuba.*] In minutissimo & indivisibili temporis spacio, ac veluti palpebræ motu, tanta fient : quæ res est valde admiranda. Non enim tantùm quia putrefacta corpora resurgent, nec quòd quisque proprium recipiet, mirari convenit ; verùm quòd adeò celeriter, ut nullis etiam verbis exprimi possit. Nonnulli verò, *in novissima tuba*, sic intellexerunt, quasi ex Apocalypsi Joannis Evangelistæ interpretantes. Septem tubæ, inquit, cùm sint, primæ quidem consummationem hominum faciunt : non enim simul omnes consummantur, sed ex successione. Atque hæc est, inquit, dispensatio & ordinatio Dei, ut cùm primos intereuntes, qui relinquuntur, cernunt, ipsi resipiscant. Extrema autem tuba resurrectionem & immutationem eorum qui jam resurrexerunt, facit, *in momento, in ictu oculi.*

Apoc. 8.

Canet enim tubâ, & mortui excitabuntur incorruptibiles.] Ne ambigat quispiam, quomodo talia tantáque in oculi ictu fieri queant, verbo suo authoritatem conciliat ex potentia hæc facientis Dei : *Canet*, inquiens, *tuba*, & fiet : simile ei loco, *Ipse dixit, & facta sunt.* Tuba enim nihil aliud quàm jussum & nutum Dei significat, omnia prævenientem.

Psal. 32. 9.

Et nos mutabimur.] Non de seipso hoc dicit, sed de eis qui tum vivi deprehendentur.

53 *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem ; & mortale hoc induere immortalitatem.*] Ne quis audiens, *Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt :* & rursus, *Mortui resurgent incorruptibiles*, existimet ipsa corpora non resurgere, quòd nunc ex carne & sanguine constent ; infert : Resurgent quidem corpora, sed non quæ caro & sanguis sint, sed in incorruptibilitatem transformata. Observa autem verba hæc adversus eos qui dicunt, quòd non eadem corpora resurgant, sed alia. *Corruptibile enim hoc*, in-

52 Εν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι.] Εν ἀκαριαίῳ χρόνῳ καὶ ἀμερεῖ, καὶ ὅσον μύσαι βλέφαρον, γενήσονται τὰ τηλικαῦτα· ὃ καὶ θαύματος ἄξιον. Οὐ γὰρ μόνον ὅτι σαπέντα ἀναστήσεται, θαυμαστὸν, ἀλλ' ὅτι ἕκαστος τὸ οἰκεῖον λήψεται, δεῖ θαυμάζειν· ἀλλ' ὅτι καὶ οὕτω ταχέως ὡς οὐδὲ ῥῆσιν εἰπεῖν. Τινὲς δὲ τὸ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι, οὕτως ἐνόησαν, ὡς ἀπὸ τῆς ἀποκαλύψεως τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ιωάννου· ἑπτὰ γὰρ σάλπιγγων, φησὶν, οὐσῶν, αἱ μὲν πρῶται τὴν συντέλειαν τῶν ἀνθρώπων ποιοῦσιν· οὐ γὰρ ὁμοῦ πάντες συντελοῦνται, ἀλλὰ κατὰ μέρος· καὶ τοῦτο οἰκονομία, φησὶ, τοῦ Θεοῦ, ἵνα τοὺς πρώτους ἀπολλυμένους οἱ ὑστερολιμπανόμενοι ὁρῶντες, αὐτοὶ μετανοήσωσιν· ἡ μιᾷ τοίνυν ἐσχάτῃ σάλπιγξ τὴν τε ἔγερσιν καὶ τὴν ἀναλλοίωσιν τῶν ἤδη ἀναστάντων ποιεῖ, ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ.

Σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ" ἐγερθήσονται "χ. ἀναστήσονται. ἄφθαρτοι.] Ινα μὴ ἀπιστήσῃ τις πῶς τὰ τηλικαῦτα ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ γένωνται, τὸ ἀξιόπιστον τοῦ λόγου δείκνυσιν ἀπὸ τοῦ δυνάμεως τοῦ πιστωτοῦ τοιαῦτα Θεοῦ, καί φησιν, ὅτι σαλπίσει, καὶ " ἐγερθήσονται· ὅμοιον τῷ, "χ. —σῃ. Αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγλήθησαν. Η σάλπιγξ γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸ κέλευσμα καὶ τὸ νεῦμα τοῦ Θεοῦ δηλοῖ, τὸ πρὸ πάντων φθάνον.

Καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα.] Οὐχὶ περὶ ἑαυτοῦ τοῦτο λέγει, ἀλλὰ περὶ τῶν τότε εὑρισκομένων ζώντων.

53 Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν.] Ινα μὴ ἀκούσας τις, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι· καὶ πάλιν, ὅτι ἄφθαρτοι ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, νομίσῃ τὰ σώματα μὴ ἀνίστασθαι, διότι νῦν σὰρξ καὶ αἷμα ἐστὶ" συνίστασθαι, ὑπολαμβάνῃ, ὅτι ἀνίστανται μὲν τὰ σώματα, ἀλλ' οὐ σὰρξ ὄντα καὶ αἷμα, εἰς ἀφθαρσίαν δὲ μετασχηματιζόμενα. Σημείωσαι δὲ τὰς ῥήσεις ταύτας κατὰ τῶν λεγόντων, ὅτι οὐ τὰ αὐτὰ σώματα ἐγείρονται, "χ. σωμάτων.

ϛηται, ἀλλ' ἕτερα· τὸ φθαρτὸν γὰρ, φησι, τοῦτο· καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο, οὐχ ἕτερον, ἀλλὰ, τοῦτο, δειχθικῶς. Ωϛε ὁ μὲν σῶμα ὁ αὐτὸ μενῷ (αὐτὸ γὰρ ὄϛι ὁ ἐνδυόμενον·) ἡ δὲ θνητότης καὶ ἡ φθαρτότης ἀφανίζεται, ἀφθαρσίας καὶ ἀθανασίας περιεχούσης αὐτό. Διαφέρει δὲ θνητότης καὶ φθορὰ, τῷ τὸ μὲν θνητότητα λέγεσθαι ὅπου ἐμψύχων μόνων, τὸ δὲ φθορὰν ϗ ὅπου ἀψύχων. Εν ἡμῖν οὖν ϵἰσί τινα ἀψύχοις ἐοικότα, οἷον, τρίχες, ϗ ὄνυχες· ϗ τοῦτο γοῦν ἀφθαρσίαν ἐνδύεται. "χ. φθαρσία.

54 Οταν δὲ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν, τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος, Κατεπόθη ὁ θάνατος ϵἰς νῖκος.] Οταν ταῦτα γένηται, τότε πληροῦται ἡ γραφὴ ἡ τοῦ Ωσηέ. Επειδὴ γὰρ παράδοξα ϵἶπε, πιστοῦται ταῦτα γραφικῇ μαρτυρίᾳ. Τὸ δὲ, ϵἰς νῖκος, τουτέστιν, ϵἰς τέλος, ὥϛε νικηθέντα τελείως ἀφανισθῆναι, καὶ μηδὲ ἐλπίδα "ὑπολειφθῆναι αὐτῷ τοῦ ὅλως ἰσχύσαι τοῦ λοιποῦ. "χ. ἀπολειφθῆναι.

55 Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ᾅδη, ὁ νῖκος;] Ωσπερεὶ γενόμενα ἰδὼν τὰ τροφίμματα, ἐνθουσιᾷ, καὶ ἐπινίκιον βοᾷ, καὶ ἀγαλλόϛῳ, οἱονεὶ χειμένῳ τῷ θανάτῳ ἐπεμβαίνων, καὶ καταπατῶν αὐτόν. Εὕρεσις δ' ἂν διαφορά τινα ᾅδου καὶ θανάτου, τῷ τὸν μὲν ᾅδην τὰς ψυχὰς κατέχειν· τὸν δὲ θάνατον, τὰ σώματα· αἱ γὰρ ψυχαὶ ἀθάνατοι.

56 Τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου ἡ ἁμαρτία.] Δι' αὐτῆς γὰρ ἴσχυεν, ὅπλῳ τινὶ καὶ κέντρῳ ταύτῃ χρώμενος. Ωσπερ γὰρ ὁ σκορπίος αὐτὸς μὲν ὄϛι ζωύφιόν τι μικρὸν, τὸ δὲ τοῦ κέντρου τὸ ἰσχὺν ἔχει· οὕτω καὶ ὁ θάνατος διὰ τῆς ἁμαρτίας ἴσχυεν, ἄλλως ἀνενέργητος ὤν. Δηλοῖ δὲ καὶ ὁ τοῦ Κυρίου· καὶ γὰρ ἐν τούτῳ ἁμαρτίαν μὴ εὑρὼν, ἀνενέργητος ἔμεινεν.

Η δὲ δύναμις τῆς ἁμαρτίας ὁ νόμος.]

quit, *& mortale hoc*, non aliud, ſed, *hoc*, cum demonſtratione. Itaque corpus quidem idem manet (ipſum enim eſt quod induitur) mortalitas autem & corruptibilitas aboletur & evaneſcit, immortalitate & incorruptibilitate ipſum cingente. Eſt autem diſcrimen inter corruptionem & mortalitatem, quòd mortalitas dicatur de ſolis animatis; corruptio autem etiam de inanimatis. In nobis igitur ſunt quædam inanimatis ſimilia, velut capilli & ungues: hæc ſcilicet incorruptibilitatem induent.

54 *Quando autem corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victoriam.*] Quando hæc contigerint, tunc impletur quod ab Oſee ſcriptum eſt. Quia enim opinionem hominum exuperantia dixiſſet, ſcripturæ eadem teſtimonio confirmat. Quod autem ait, *in victoriam*, hoc eſt, in finem & plenè, ut victa perfectè exterminetur, ut nulla ſpes ei in poſterum ullius potentiæ relinquatur. Oſe. 13. 15.

55 *Ubi, ô mors, ſtimulus tuus? ubi, ô inferne, victoria tua?*] Perinde ac res geſtas conſpexiſſet, impetu divino agitatus, victoriam canit & exultat, veluti proſtratæ morti inſultans, eamque pedibus conculcans. Invenire autem queas diſcrimen quoddam inter infernum & mortem: nimirum quòd infernus animas contineat, mors verò corpora: nam animæ ſunt immortales.

56 *Stimulus verò mortis peccatum eſt.*] Per illud enim potens fuit, ipſo ceu armis quibuſdam & ſtimulo utens. Perinde namque ut ſcorpius animalculum eſt exiguum, in aculeo autem robur habet: conſimilem ad rationem mors per peccatum robuſta fuit, aliàs inefficax. Argumento eſt, Dominus noſter: Cùm enim mors in ipſo peccatum non inveniret, inefficax manſit.

Virtus autem peccati lex.] Quomodo?

Quoniam si lex non esset, per ignorantiam peccantes non sic condemnaremur. Lex autem ipsum manifestans, nos magis condemnavit, quippe qui scienter delinquamus: fortéque peccatum fecit, non per ipsius naturam, sed ob nostram socordiam, qui non rectè usi sumus dato nobis remedio, sicut & in Epistola ad Romanos latiùs & fusiùs dictum est. Ne igitur dubites de Resurrectione, ô homo, cùm videas peccatum sublatum, quod mortis erat arma: cúmque lex sit abolita, quæ erat ex eventu robur & potentia peccati. Nam planum est quòd mors exarmata non porrò sit valida.

57 *Deo autem gratia, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum.*] Domini Jesu quidem est certamen; nobis autem victoria data est: non ex retributione, neque ex debito, verùm per gratiam & clementiam Dei Patris, qui fecit nos vincere per certamen Filii sui.

58 *Itaque, fratres dilecti, stabiles estote, immobiles, abundantes in opere Domini semper.*] Quandoquidem nôstis, inquit, quòd Resurrectio sit futura, & compensatio bonorum & malorum, *stabiles estote.* Concutiebantur enim sermonibus de Resurrectione. At cùm negligerent vitæ honestatem, tanquam non esset Resurrectio, inquit, *Abundantes in opere Domini semper*, non solùm ipsum facientes, verumetiam abundè ipsum efficientes. Opus autem Domini, hoc est, quod diligit Dominus, & quod postulat à nobis, ipsa virtus est.

Scientes quòd labor vester non est inanis in Domino.] Hoc est, futuram Resurrectionem sperantes, credentésque vos non amissuros quæcunque hîc laboraverîtis. Nam antehac quidem negligebatis virtutẽ, quippe qui non crederetis Resurrectionem esse, neque velletis temere, adeoque frustra laborare: nunc autem novistis, quòd si quid laboraverîtis, non sit futurum vanum. Quod verò ait, *In Domino*, vel quòd labor vester

Πῶς; ὅτι τοῦ νόμου μὴ ὄντος, ἐν ἀγνοίᾳ ἁμαρτάνοντες, οὐχ οὕτω κατεκρινόμεθα· ὁ δὲ νόμος φανερώσας αὐτὸ, κατέκρινε μᾶλλον ἡμᾶς, ὡς ἐν γνώσει ἁμαρτάνοντας· καὶ ἰσχυρὸν αὐτὸ ἐποίησεν, οὐ φύσει τοῦ αὐτοῦ φύσιν, ἀλλὰ ῥᾳθυμίᾳ τοῦ ἡμετέραν ῥᾳθυμίαν, τοῦ μὴ καλῶς χρησαμένων τῷ δοθέντι φαρμάκῳ, ὡς καὶ ἐν τῇ πρὸς Ρωμαίους πλατύτερον καὶ σαφέστερον εἴρηται. Μὴ οὖν ἀμφίβαλλε, ὦ ἄνθρωπε, περὶ τοῦ ἀναστάσεως, ὁρῶν ὅτι καὶ ἡ ἁμαρτία ἀνῄρεθη, ἥτις ἦν τοῦ θανάτου ὅπλον· καὶ ὁ νόμος καταργήθη, ὃς ἦν ὀξὺ ἀποτελέσματος δυνάμις τῆς ἁμαρτίας. Περιῄρηται γὰρ ὅπλα ἀφοπλισθεὶς ὁ θάνατος, οὐκέτι ἰσχύει. "κατεδρέθη.

57 Τῷ δὲ Θεῷ χάρις τοῦ διδόντι ἡμῖν τὸ νῖκος διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Τοῦ μὲν Κυρίου Ἰησοῦ ὁ ἀγὼν, ἡμῖν δὲ τὸ νῖκος δέδοται· οὐκ ὀφλῆς ἀμοιβῆς, οὐδὲ κατ' ὀφειλὴν, ἀλλὰ κατὰ χάριν καὶ φιλανθρωπίαν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὃς ἡμᾶς ἐποίησε νικᾶν διὰ τοῦ ἀγῶνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.

58 Ὥστε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι, περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Κυρίου πάντοτε.] "Ἐπὶ ἔγνωτε, φησὶν, ὅτι ἀνάστασις ἔσται, καὶ ἀμοιβὴ καλῶν καὶ φαύλων, ἑδραῖοι γίνεσθε· ἐσαλεύοντο γὰρ ἐν τοῖς περὶ ἀναστάσεως λόγοις. Ἐπεὶ δὲ ἠμέλουν καὶ βίου ἀγαθοῦ, ὡς οὐκ ὄντος δῆθεν ἀναστάσεως, φησὶ, περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Κυρίου πάντοτε· οὐ μόνον αὐτὸ ἐργαζόμενοι, ἀλλὰ καὶ σὺν περισσείᾳ αὐτὸ ποιοῦντες. Τὸ δὲ ἔργον τοῦ Κυρίου, τί ἐστιν, ὃ ἀγαπᾷ ὁ Κύριος, καὶ ὃ ἅπαντες πρὸ ἡμῶν, ἡ ἀρετή ἐστιν. "περισσ.

Εἰδότες ὅτι καὶ ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν Κυρίῳ.] Τοῦτ' ἔστιν, ἐλπίζοντες ὅτι ἀνάστασις ἔσται, καὶ ὅσα νῦν κοπιάσητε, οὐ μὴ ἀπολέσητε. Πρώην μὲν γὰρ ἠμελεῖτε τῆς ἀρετῆς, ὡς μὴ πιστεύοντες ἀναστάσεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο μὴ θέλοντες κενῶς κοπιᾶν· νῦν δὲ οἴδατε, ὅτι, εἰ κοπιάσητε, οὐκ ἔσται κενόν. Τὸ δὲ, ἐν Κυρίῳ, ἢ ὅτι ὁ κόπος ὑμῶν

ὑμῶν ὁ ἐν Κυρίῳ, τοῦτέστιν, ὁ κατὰ τοῦτο ἀῤῥωστον βοήθειαν ἔχων, ὡς ὅτι θεαρέστοις ἔργοις γυμνάσιος· ἢ ὅτι ὑμῶν ἐν Κυρίῳ ἐστὶ ματαιωθήσεται ὁ κόπος, ἀλλὰ λήψεσθε παρ' ἐκείνου τὰς ἀμοιβάς.

qui est in Domino, hoc est, à supernis auxilium habens, ut qui fiat ob opera Deo grata: vel, apud Dominum non vanus fiet labor vester, verùm accipietis ab illo compensationem.

ΚΕΦ. ις'.

Περὶ δὲ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, ὥσπερ διέταξα τοῖς ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιήσατε.] Ἀπαρτίσας τὸν περὶ τοῦ δογματικοῦ λόγον, "εἰς ὃ κεφάλαιον τῆς ἀρετῆς, τὴν ἐλεημοσύνην ἦλθε. Λογίαν δὲ "καλεῖ τὴν συλλογήν, κοῦφον βυθίζων τὸ πρᾶγμα ποιῶν ἐκ παροιμίων. Τὸ γὰρ ἐκ πολλῶν συνεισφερόμενον, κοῦφον ἑκάστῳ. Εἶτα εἰς ζῆλον αὐτοὺς "ἄγει τῇ διηγήσει τῶν ἑτέρων κατορθωθέντων· ὥσπερ, γάρ φησιν, οἱ Γαλάται πεποιήκασιν. Οὐκ εἶπε, παρήνεσα, ἀλλὰ, διέταξα, ὅθεν αὐθεντικώτερον, ἵνα μάθῃς ὅτι διάταγμα βασιλικόν ἐστι, καὶ μὴ καταφρονήσῃς τοῦ πράγματος.

2 Κατὰ μίαν Σαββάτων ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω, θησαυρίζων ὅ, τι ἂν εὐοδῶται.] Μίαν σαββάτων, τὴν "Κυριακὴν" καλεῖ, αὐτὴ τοῦτ', τὴν πρώτην τοῦ Σαββάτου ἤτοι τὴν ἑβδομάδος ἡμέραν. καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρας δὲ ὅτι ἐλεημοσύνην αὐτοὺς παρατρέπεται, τὴν ἐν αὐτῇ μυστηρίων ὑπομιμνήσκων. Περιεργοτέχνως δὲ λίαν κελεύει θησαυρίζειν ἕκαστον, ὅταν αὐτῷ εὐοδῶται, τοῦτέστιν, ὅταν αὐτῷ ὁ Θεὸς πέμψῃ, καὶ ὁ βίος ἔχῃ. Οὐ γὰρ εἶπεν, εὐθὺς φέρε, ἵνα μὴ ὀλίγον τις ἔχων αἰσχύνηται, ἀλλὰ παρὰ σαυτῷ σύναγε, καὶ "ὅταν" ἀξιόλογον γένηται, τότε φέρε.

Ἵνα μὴ ὅταν ἔλθω, τότε λογίαι γίνωνται.] Ἵνα μή, φησιν, ὅταν δέῃ ἀναλίσκειν, τότε συνάγητε. Εἰπὼν δὲ, ὅταν ἔλθω, παρεθυμοτέρους αὐτοὺς παρὸς τὴν συλλογὴν ποιῇ, ὡς ἐπ' ὄψεσιν αὐτοῦ μᾶλλον σπεύσοντας ἔσεσθαι τὴν συνεισφοράν.

Sed abii in Arabiam, & iterum reversus sum Damascum.] Inculta loca circumibat, & agrestia. Si enim cum Apostolis permansisset, impedita fuisset ejus prædicatio, nec adeò celeriter distributa. Ideo ad agresliores gentes currebat. Vide autem ejus humilitatem; quomodo urbes & regiones commemorans, nusquam dixerit quot quantósve ad Christum converterit, quamvis Damasci adeò confundebat Judæos, ut insidiæ ei struerentur à præside. Proinde quæ magna de sese narrare videtur, profectò non ambitionis & laudis gratiâ dicit, sed, ne lædatur prædicatio, si ipse haud fide dignus ceu vilis ac discipulorum discipulus habeatur.

18 *Deinde post annos tres ascendi Hyerosolyma, ut viderem Petrum.*] Et hoc humilitatis signum, siquidem is, qui tanta transegerat, ad Petrum abiit, non utilitatis gratiâ, sed solo visendi studio, honorans eum ceu se majorem. Propterea neque dixit, ἰδεῖν, id est, ut cernerem Petrum: sed ἱστορῆσαι, id est, ut viderem, & cùm observatione intuerer: id quod ma-

gnas & præclaras urbes addiſcentes dicunt, perinde ac nos abimus ad ſanctos viros: ſed nos potius utilitatis, ille verò ſolius honoris gratiâ.

Et manſi apud eum diebus quindecim.] Illud quidem, ut videret, honoris ſignum eſt: permanere autem, amicitiæ charitatiſque vehementis eſt argumentum. Non dixit autem quòd illic doctus ſit, ſed, manſi apud eum, pro, cum ipſo.

19 *Alium autem Apoſtolorum vidi neminem, niſi Jacobum fratrem Domini.*] Propter Petrum quidem aſcendit, adeò ipſum honorabat ac deſiderabat. Vidit autem & Jacobum. Iſtius autem cum honore meminit, *fratrem Domini* appellans, adeò ab omni invidentia alienus erat. Atqui ſi voluiſſet ſignificare, potuiſſet dicere, Cleopæ filium: neque enim ſecundùm carnem frater erat Domini, ſed putabatur. Quomodo autem erat gnatus Cleopæ? Audi: Cleopas & Joſeph fratres fuerunt: Cleopâ abſque liberis mortuo, Joſeph excitavit ipſi ſemen, ac genuit hunc, alióſque fratres ejus, & Mariam, quam Cleopæ filiam, ſororem matris Domini Evangelium dixit: utpotè quòd Joſeph patris potius curam erga virginem, quàm mariti affectum ſervârit.

20 *Quæ autem ſcribo vobis, ecce coram Deo, non mentior.*] Tanquam in foro judiciali rationem redditurus erat, ita verbis contendit, quò fide dignus habeatur.

21 *Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ.* 22 *Eram autem ignotus facie Eccleſiis Judææ quæ erant in Chriſto.* 23 *Solummodo audiverant, quòd qui perſequebatur nos aliquando, nunc prædicat fidem, quam aliquando depopulabatur.*] Ut Petrum ſolummodo videret, in Judæa demorans, rurſus ex ea diſcedit, propterea quòd & gentibus prædicare miſſus eſſet, & quòd ſuper alienum fundamentum ædificare nollet. Propterea & ignotus, inquit, eram in Judæa Chriſtianis ſecundùm fa-

ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἀπίμεν πρὸς ἁγίους ἄνδρας· μᾶλλον δὲ ἡμεῖς ὠφελείας εἵνεκεν, ἐκεῖνος δὲ τιμῆς μόνης.

Καὶ ἐπέμεινα πρὸς αὐτὸν ἡμέρας δεκαπέντε.] Τὸ μὲν ἱστορῆσαι, τιμῆς σημεῖον· τὸ δὲ ὑπομεῖναι, φιλίας καὶ ἀγάπης σφοδρᾶς. Οὐκ εἶπε δέ, ὅτι ἐδιδάχθη, ἀλλ' ἐπέμεινα πρὸς αὐτὸν, ἀντὶ τοῦ, μετ' αὐτοῦ.

19 Ἕτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου.] Διὰ μὲν τὸν Πέτρον ἀνέβη, ὥστε αὐτὸν ἐτίμα καὶ ἐπόθει· εἶδε δὲ καὶ Ἰάκωβον. μετὰ τιμῆς δὲ καὶ τούτου μέμνηται, τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου εἰπών, ὥστε καὶ βασκανίας ἀπήλλακτο. καίτοι εἰ ἠβούλετο σημῆναι, εἶπεν ἄν, τὸν Κλοπᾶ· οὐδὲ γὰρ κατὰ σάρκα ἀδελφὸς ἦν τοῦ Κυρίου, ἀλλ' ἐνομίζετο. Πῶς οὖν ἦν τοῦ Κλοπᾶ; ἄκουε· Κλοπᾶς καὶ Ἰωσὴφ ἀδελφοί· τοῦ Κλοπᾶ ἀπαιδος τελευτήσαντος, ὁ Ἰωσὴφ ἐξανέστησεν αὐτῷ σπέρμα, καὶ ἔτεκε τοῦτον, καὶ τοὺς ἄλλους αὐτοῦ ἀδελφοὺς, καὶ Μαρίαν, ἣν τοῦ Κλοπᾶ ὄντα, ἀδελφὴν τοῦ Κυρίου μητρὸς τὸ εὐαγγέλιον εἶπεν· ὡς τοῦ Ἰωσὴφ μᾶλλον πατρὸς κηδεμονίαν ποιησαμένου πρὸς τὴν παρθένον, ἢ ἀνδρὸς διάθεσιν διαφυλάξαντος.

20 Ἃ δὲ γράφω ὑμῖν, ἰδοὺ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ὅτι οὐ ψεύδομαι.] Καθάπερ ὅτε δικαστηρίῳ μέλλων βήματι παρέχειν, ὥστε ἐπαγωνίζεται τῷ λόγῳ, ὡς ἂν ἀξιόπιστος δόξῃ.

21 Ἔπειτα ἦλθον εἰς τὰ κλίματα τῆς Συρίας καὶ τῆς Κιλικίας. 22 Ἤμην δὲ ἀγνοούμενος τῷ προσώπῳ τῇ ἐκκλησίαις τῆς Ἰουδαίας τῇ ἐν Χριστῷ. 23 Μόνον δὲ ἀκούοντες ἦσαν, ὅτι ὁ διώκων ἡμᾶς ποτε, νῦν εὐαγγελίζεται τὴν πίστιν, ἣν ποτε ἐπόρθει.] Διὰ τὸ τὸν Πέτρον ἰδεῖν μόνον, ἐλθόντα εἰς τὴν Ἰουδαίαν, πάλιν ἀπῆλθε ταύτης, ὅθεν τὸ ἔθνος ἀποστεῖλαι κηρυξ, καὶ τὸ, μὴ ἐπ' ἀλλοτρίῳ θεμελίῳ οἰκοδομεῖν. διὸ καὶ ἠγνοούμην, φησὶ, τοῖς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ Χριστιανοῖς

καὶ

" χ. Ἰωσὴ χ' Ἰάκωβ

κατ' ὄψιν. Πῶς οὖν δὴ αὐτοῖς ἐκήρυξα περιτομήν, ὃ μηδὲ κατ' ὄψιν αὐτοῖς γνωριζόμενος; τοῦτο γὰρ διέβαλλον αὐτὸν, ὅτι ἐν Ἰουδαίᾳ περιτομὴν ἐκήρυξε· μόνον γὰρ ἤκουον περὶ ἐμοῦ ὅτι ἐπέστρεψα εἰς Χριστὸν, καὶ διαγγίζομεν αὐτόν.

24 Καὶ ἐδόξαζον ἐν ἐμοὶ τὸν Θεόν.] Καὶ τοῦτο μετριοφροσύνης. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐθαύμαζόν με, ἐξεπλήττοντό με· ἀλλὰ ὃ πολὺ τοῦ χαρίτος ἔδειξεν ὄν. τὸν γὰρ Θεὸν ἐδόξαζον ἐν ἐμοὶ, ὡς δηλαδὴ ὅλον ἐργαζόμενον.

ciem. Quomodo igitur prædicâssem ipsis circumcisionem, qui facie eram illis incognitus? Propter hoc enim calumniabantur eum, quòd in Judæa circumcisionem prædicâsset. Tantummodo enim de me audiverant, quòd ad Christum conversus essem, & quòd ipsum prædicarem.

24 *Et glorificabant Deum in me.*] Hoc etiam est modestiæ. Non enim dixit, Ipsi demirabantur me, mei nomine consternabantur, sed totum gratiæ esse ostendit. Deum enim glorificabant in me, utpote qui totum perficiebat.

ΚΕΦ. β.

Ἔπειτα διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν πάλιν ἀνέβην εἰς Ἱεροσόλυμα μετὰ Βαρνάβα, συμπαραλαβὼν καὶ Τίτον. 2 Ἀνέβην δὲ κατὰ ἀποκάλυψιν.] Τῆς μὲν πρώτης ἀναβάσεως Πέτρος ἦν ἡ αἰτία· τῆς δευτέρας, ἡ ἀποκάλυψις. Τίτον δὲ καὶ Βαρνάβαν ἐπήγετο μάρτυρας τῆς ἰδίας κηρύγματος, ὅτι ἀρεστὸν ἔδοξε τοῖς ἀποστόλοις.

Καὶ ἀνεθέμην αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον, ὃ κηρύσσω ἐν τοῖς ἔθνεσι.] Τουτέστι, τὸ χωρὶς περιτομῆς. Τίνος δὲ ἕνεκεν μετὰ τοσοῦτον ἔτη ἀνέθετο αὐτοῖς, δέον πρὸ πολλοῦ ἀρχὴν τοῦτο ποιῆσαι, καὶ γνῶναι εἴτε καλῶς, εἴτε μὴ, τρέχει; ἀνόητον γὰρ, τοσοῦτον ἔτη δραμόντα, εἶτα μεμαθηκέναι δεῖσθαι, εἰ ἄρα μὴ εἰς κενὸν ἔδραμε. Ἀλλ' εἰ μὲν ὡς αὐτὸς μαθησόμενος περὶ τοῦ οἰκείου δρόμου ἀνῆρχετο, ὄντως ἄλογον ἂν τὸ γινόμενον. Ἐπεὶ δὲ πολλοὺς ὁρῶν σκανδαλιζομένους, ὡς τοῦ μὲν Πέτρου δεχομένου περιτομὴν, αὐτοῦ δὲ μὴ προσιεμένου τοῦτο, καὶ δόξαν τοῦτο παρανομεῖν καταφρονοῦντος, ἀνῆλθε κατὰ ἀποκάλυψιν, τοῦ Πνεύματος ὑποβάλλοντος αὐτῷ, ὡς δὴ πειθῶσιν οἱ σκανδαλιζόμενοι, ὅτι οὐδεμία διαφωνία ἐν τῷ κηρύγματι, ἀλλ' οἰκονομικῶς τὸν

CAP II.

Deinde post annos quatuordecem iterum ascendi Hierosolyma cum Barnaba, simul assumpto Tito. 2 *Ascendi autem secundùm revelationem.*] Prioris quidem ascensionis Petrus erat causa: secundæ verò, revelatio. Titum autem & Barnabam adduxit testes suæ prædicationis, quòd Apostolis placuisset.

Et contuli cum ipsis Evangelium quod prædico inter gentes.] Hoc est, quod circumcisionis expers est. Cujus autem rei gratiâ post tot annos cum illis contulit, cùm debuisset in principio isthuc agere, ac noviſse, num rectè vel secus curreret? Stolidum enim erat, ut is qui tot annos cucurrisset, atque tanta perfecisset, opus haberet tandem ut discat, num in vanum cucurrerit. Verùm si ascendit ut ipse aliquid disceret de proprio cursu, ratione vacabat revera res isthæc. Quandoquidem verò animadverteret non paucos offendi, tanquam Petro quidem recipiente circumcisionem, ipso verò circumcisionem rejiciente, ac propterea in suspicionem veniente quòd transgrederetur legem, ascendit per revelationem, Spiritu hoc ei suggerente, ut discant & persuadeantur qui scandalum passi erant, quòd nulla sit dissonan-

tia in prædicatione verbi, ſed qui circumciſionem concedebant, conſilio quodam concedebant, nempe, quia circumciſis prædicabant; quam tandem abſurditatem habebit res iſta? Spiritus enim, ut alii corrigerentur, commovit ipſum aſcendere, & ipſe non immeritò morem geſſit.

τειτομιλὼ οἱ συγχωρῶντες συγχωρεῦσιν, ὡς ἐμπεριτόμεις κηρύσσοντες, πῶς * ἄλογον ὃ ἡμόσθιον; τὸ, τε γὰρ Πνεῦμα ἐπ' τῆ ἑτέρεις διορθωθῆναι, ἐκίνησεν αὐτὸν ἀνελθεῖν, καὶ αὐτὸς εἰκότως ὑπήκουσε. * Ita.

Seorſim autem iis qui videbantur aliquid eſſe.] Quia non pauci erant qui ſcandalum patiebantur, Paulus privatim cum Petri diſcipulis colloquitur, ne ſeditio oriatur, & ut majus ſcandalum auferatur. Innumeri enim erant ſcandalizati, qui, cùm palàm audirent Paulum abolere circumciſionem, veriſimile erat quòd tumultum cierent, omniáque turbarent: Propterea ſeorſim ſermocinatur, Titum & Barnabam habens teſtes, qui cunctis mortalibus denunciarent, quòd ne Apoſtolis quidem videbatur Paulus quicquam ipſis contrarium prædicare. Cùm porrò dicit, *Qui videbantur*, nequaquam eos eſſe negat, verùm cum ſuo ipſius, communem omnium calculum ponit: quemadmodum & de ſe ipſe dixit, *Videor & ego ſpiritum Dei habere*, non tollens hoc ut habeat ipſum, caterùm communem opinionem adducens. Itaque *qui videbantur aliquid eſſe*, hoc eſt, magnis & celebribus.

Κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς δοκοῦσι.] Διὰ τὸ πολλοὺς εἶναι τοὺς σκανδαλιζομένους, κατ' ἰδίαν ὁμιλεῖ τοῖς περὶ Πέτρον ὁ Παῦλος, ἵνα μὴ στάσις γένηται, καὶ μεῖζον ἀρθῇ τὸ σκάνδαλον. Μυριάδες γὰρ ἦσαν οἱ σκανδαλιζόμενοι, ὅς ἐν κοινῷ ἀκούσαντες, ὅτι ὁ Παῦλος περιτομὴν καταργεῖ, εἰκὸς ἦν ἀναθορυβῆσαι, καὶ τὰ πάντα ταράξαι. διὰ τοῦτο τοίνυν ἰδίᾳ ὁμιλεῖ, Τίτον καὶ Βαρνάβαν ἔχων μάρτυρας, πᾶσιν ἀνθρώποις δηλονότι, ὅτι οὐδὲ τοῖς ἀποστόλοις ἔδοξεν ἐναντίον τι κηρύττειν. Δοκοῦσι δὲ λέγων, οὐκ ἀναιρεῖ τὸ εἶναι αὐτούς, ἀλλὰ μὴν τῆς ἑαυτοῦ καὶ τῆς κοινῆς ἀποφάσεως φέρει τὴν ψῆφον· ὥσπερ καὶ περὶ ἑαυτοῦ εἶπεν; Ὅτι δοκῶ κἀγὼ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν· οὐχ ὡς ἀναιρῶν ὃ ἔχει, ἀλλὰ τὴν κοινὴν ὑπόληψιν εἰσάγων· τοῖς δοκοῦσιν οἷον, τουτέστι, τοῖς μεγάλοις, τοῖς ἐνδόξοις. "1. Cor. 7. 40.

Ne quo modo in vanum currerem, aut cucurriſſem.] Hoc eſt, ut doceam eos qui in me offenduntur, quòd non in vanum curram; non ut ego diſcam. Quomodo enim diſcerem, cùm à Patre mihi ſit revelatus Filius, ejúſque Evangelium?

Μήπως εἰς κενὸν τρέχω, ἢ ἔδραμον.] Τουτέστιν, ἵνα διδάξω τοὺς σκανδαλιζομένους ἐπ' ἐμοὶ, ὅτι οὐκ εἰς κενὸν τρέχω· οὐχ ἵνα ἐγὼ μάθω· πῶς γάρ, ὁ ἀποκαλύψεως τυχὼν παρὰ τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο;

3 *Sed neque Titus qui mecum erat, cùm eſſet gentilis, compulſus eſt circumcidi.*] Cùm præputium haberet Titus, inquit, non adactus eſt circumcidi. Quæ res maximo argumento eſt, quòd Apoſtoli non ex propoſito & principali inſtituto, ſed per diſpenſationem quandam, propter eos qui ex circumciſione crediderant, circumciſionem admiſerint, & quòd non poſſent de Pauli prædicatione conqueri, cujus diſcipulus eſſet incircumciſus.

3 Ἀλλ' οὐδὲ Τίτος, ὁ σὺν ἐμοὶ, Ἕλλην ὤν, ἠναγκάσθη περιτμηθῆναι.] Ἀκρόδυστος ὢν ὁ Τίτος, φησὶν, οὐκ ἠναγκάσθη περιτμηθῆναι. ὅταν δὲ ἀπόδειξις μεγίστη τοῦ μηδὲ τοὺς ἀποστόλους παρηνωμένως, ἀλλὰ κατ' οἰκονομίαν, δόξαι τοῖς ἐκ περιτομῆς πιστοῖς, δέχεσθαι περιτομὴν, καὶ τοῦ μὴ ἔχειν μέμφασθαι τοῦ Παύλου κήρυγμα, ὃν ὁ μαθητὴς ἦν ἀπερίτμητος.

4 Διὰ

4 Διὰ δὲ τοὺς παρεισάκτους ψευδαδέλφους, οἵτινες παρεισῆλθον κατασκοπῆσαι τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν, ἣν ἔχομεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα ἡμᾶς καταδουλώσωνται.] Ἡ συνταξις τοῦ λόγου τοιάδε· Οὐδὲ διὰ τοὺς παρεισάκτους ψευδαδέλφους ἠναγκάσθη Τίτος περιτμηθῆναι· τουτέστι, καίτοι ἀυτῶν προτρεπομένων με, ὅμως οἱ ἀπόστολοι, οὐδὲ δι' αὐτοὺς ἠνάγκασαν Τίτον περιτμηθῆναι. Πῶς δὲ ψευδαδέλφους τούτους καλεῖ περιτομὴν εἰσηγουμένους, εἴγε καὶ οἱ ἀπόστολοι ταύτην ἐδέχοντο; διότι οἱ μὲν ἀπόστολοι συγκαταβαίνοντες τοῖς ἐκ περιτομῆς πιστεύουσιν, ἐδέχοντο τὴν περιτομήν, ἅτε Ἰουδαίοις κηρύσσοντες· αὐτοὶ δὲ, ὡς νομοθετοῦντες τὴν περιτομὴν προσηγουμένως, καὶ ὡς ἐκδικοῦντες τὸν νόμον. διὸ τοῦτο οὖν ψευδαδέλφους αὐτοὺς καλεῖ. Ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ εἰπεῖν, παρεισῆλθον, τὴν λαθραίαν αὐτῶν ἐπιβουλὴν δηλοῖ· καὶ διὰ δέ, κατασκοπῆσαι, αἰνίττεται πολεμίους αὐτοὺς ὄντας. Οἱ γὰρ κατάσκοποι δι' ὃν εἰσέρχονται, ἢ τὸ καταμαθεῖν πάντα, καὶ εὐκολίαν ἑαυτοῖς κατασκευάσαι πρὸς τὸ περιῆσαι καὶ καταδουλῶσαι· ὅπερ οὖν καὶ ἔπραττον. Περιεσκόπουν γὰρ, τίνες εἰσὶν ἀκροβυστίαν, ἔχοντες τὴν ἐλευθερίαν τὴν ἐν Χριστῷ, τουτέστι, μὴ ὑποκείμενοι τῷ νόμῳ, ἵνα ὑποπλάσωνται καὶ ἀναγκάσωσι περιτμηθῆναι, εἶτα πάλιν ἡμᾶς ὑποτάξωσι τῇ δουλείᾳ τοῦ νόμου, ἧς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε Χριστός. Καὶντεῦθεν οὖν δῆλον, ὅτι οἱ μὲν ἀπόστολοι συνεχώρουν τὰ τοῦ νόμου, ἵνα κατ' μικρὸν ὑποξέλωνται τῆς δουλείας· ἐκεῖνοι δὲ κατεσκεύαζον, ἵνα καταγώσωσι τὴν δουλείαν.

5 Οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ, ἵνα ἡ ἀλήθεια τοῦ εὐαγγελίου διαμείνῃ πρὸς ὑμᾶς.] Οὐκ εἶπε, τῷ λόγῳ, ἀλλὰ, τῇ ὑποταγῇ. οὐ γὰρ ἵνα διδάξωσί τι ἡμᾶς ταῦτα ἐποίουν, ἀλλ' ἵνα ὑποτάξωσι καὶ δουλώσωνται. Διὰ τοῦτο τοῖς μὲν ἀποστόλοις εἴξαμεν· τούτοις δὲ, οὐκέτι. ἵνα, φησὶ, βέβαια μείνῃ καὶ ἀληθῆ, ἃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν.

4 *Propter ſubintroductos autem falſos fratres, qui ſubintroïerunt explorare libertatem noſtram, quam habemus in Chriſto Jeſu, ut nos in ſervitutem redigerent.*] Conſtructio orationis eſt hujuſmodi: Neque propter ſubintroductos falſos fratres coactus eſt Titus circumcidi: hoc eſt, etiamſi adeſſent qui adverſarentur mihi, Apoſtoli tamen ne propter eos quidem adegerunt nos Titum circumcidere. Quomodo autem falſos fratres iſtos appellat, qui circumciſionem ſuadebant, quandoquidem & Apoſtoli hanc recipiebant? Eò quòd Apoſtoli quidem cedentes iis qui ex circumciſione credebant, circumciſionem receperunt, Judæis nimirum prædicantes: illi verò, tanquam ex profeſſo circumciſionem ſancientes, & legem quaſi vindicantes. Hanc ob cauſam falſos fratres eos appellat. Præterea cùm dicit, *Subintroïerunt*, clandeſtinas eorum inſidias indicat: & per, *Ut explorarent*, indicat eos hoſtes eſſe. Nam exploratores ob nullam aliam cauſam ſubingrediuntur, quàm ut omnia perdiſcant, & ſibiipſis facilitatem ſubvertendi & in ſervitutem redigendi parent: quod & iſti faciebant. Explorabant enim, qui eſſent præputio amicti, habentes *libertatem quæ eſt in Chriſto*, hoc eſt, non ſubjecti legi, ut apprehendant, atque cogant circumcidi, ac rurſum nos ſubjiciant ſervituti legis, à qua nos liberavit Chriſtus. Hinc igitur planum eſt, quòd Apoſtoli quidem admittebant Legem, ut paulatim è ſervitute eximerent: iſti verò confirmabant legem, ut ſervitutem corroborarent.

5 *Quibus neque ad horam ceſſimus ſubjectioni, ut veritas Evangelii permaneat apud vos.*] Non dixit, Sermoni, ſed, *Subjectioni*: non enim ut docerent nos aliquid, hæc faciebant: verùm ut nos ſubjicerent, & in ſervitutem redigerent. Hanc ob rem Apoſtolis ceſſimus, illis verò handquaquam, ut firma, inquit, perſeverent & ſtabilia quæ vobis prædicavimus. Qualia? quòd

quòd vetera tranſierunt, & quòd lex ſit abolita, & quòd Chriſtus circumciſos non admittat, neque aliquid prodeſt circumciſio. Reſiſtentes igitur illis, demonſtravimus quòd vera vobis de legis antiquatione prædicaverimus. Ne igitur dificiatis à veritate hac.

6 *Ab illis autem qui videbantur eſſe aliquid, quales aliquando fuerint, nihil meâ intereſt. Perſonam hominis Deus non accipit.*] Quia veriſimile erat aliquem ſeſe oppoſiturum ipſi, ac dicturum: Quomodo igitur Apoſtoli præcipiebant circumciſionem? diluit hanc objectionem, ac veram quidem cauſam non dicit, nimirum quòd ex diſpenſatione, & obſecundantes hoc faciant: ne ii qui ex Judæis Chriſto acceſſerant audientes quòd Apoſtoli non revera, ſed ex diſpenſatione quadam permittant circumciſionem, ab ipſis deficiant, ceu legis diſſipatoribus. Hactenus enim illis adhibebant animum, quia legem obſervabant. Hanc igitur cauſam occultat Paulus. Valde autem gravat Apoſtolos, cùm inquit, *Nihil meâ intereſt*: hoc eſt, nihil mihi curæ ſunt ii qui videntur eſſe aliquid, magni videlicet Apoſtoli, ſive circumciſionem prædicent, ſive minus: nam ipſi Deo rationem ſunt reddituri: nec quia magni ſunt & principes, idcirco perſonam eorum Deus reverebitur: non enim perſonarum acceptor eſt. Animadverte, non dixit, Quales ſunt: ſed, Quales olim fuerint: oſtendens quòd & illi in poſterum ita prædicare deſtiterint, Evangelio nimirum ubiq; reſplendente. Hæc autem dicit Paulus, non vilipendens ſanctos, verùm prodeſſe cupiens auditoribus.

Mihi enim qui videbantur eſſe aliquid, nihil contulerunt.] Illi, inquit, quales fuerint, Deo curæ erit: hoc autem novi, quòd mihi nihil adverſati ſint, neque quicquam addiderunt prædicationi meæ, neque correxerint.

7 *Sed contrà, cùm vidiſſent quòd mihi ſit concreditum Evangelium præputii, ſicut*

ποῖα; ὅτι τὰ ἀρχαῖα παρῆλθε, καὶ ὅτι ὁ νόμος κατήργηται, καὶ ὅτι τοὺς περιτεμνομένους Χριστὸς οὐ προσίεται, οὐδὲ ὠφελεῖ οὐδέν. Ἀντιπίπτοντες οὖν ἐκείνοις, ἐδείξαμεν, ὅτι ἀληθῆ καὶ ὑμῖν περὶ τῆς τοῦ νόμου ἀργίας ἐκηρύξαμεν. Μὴ τοίνυν ἐκλίπητε τὴν ἀλήθειαν ταύτην. "χ. ἀλη-θείας.

6 Ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί τι, ὁποῖοί ποτε ἦσαν, οὐδέν μοι διαφέρει· πρόσωπον Θεὸς ἀνθρώπου οὐ λαμβάνει.] Ἐπεὶ εἰκὸς ἦν τινα ἀντιπίπτειν αὐτῷ, καὶ εἰπεῖν· Πῶς οὖν οἱ ἀπόστολοι προσίπτανται περιτέμνειν; λύει ταύτην τὴν ἀντίθεσιν, οὐ τὴν μὴ ἀληθῆ αἰτίαν οὐ λέγει, ὅτι οἰκονομικῶς καὶ συγκαταβαίνοντες τοῦτο ποιοῦσιν· ὡς ἂν μὴ ἀκούσαντες τοῦτο οἱ ἐξ Ἰουδαίων πιστοὶ, ὅτι καὶ οἱ ἀπόστολοι οὐκ "ἀληθῶς, ἀλλ' "οἰκονομικῶς συγχωροῦσι τὴν "περιτομὴν, ἀποστῶσι καὶ ἀπ' αὐτῶν, ὡς καταλυόντων καὶ αὐτῶν τὸν νόμον· τέως γὰρ ἐδόκει τοῦτο αὐτοῖς προσέχον, ὡς τὸν νόμον φυλάττουσι. Ταύτην μὲν οὖν τὴν αἰτίαν ἀποκρύπτει Παῦλος. Βαρὺ δὲ σφόδρα τοῖς ἀποστόλοις λέγων, ὅτι οὐδέν μοι διαφέρει· "τουτέστιν, οὐδεμία μοι "φροντὶς περὶ τῶν δοκούντων εἶναί τι, τῶν μεγάλων δηλαδὴ ἀποστόλων, εἴτε περιτομὴν κηρύττουσιν, εἴτε μή· αὐτοὶ γὰρ τῷ Θεῷ λόγον δώσουσι· καὶ οὐκ ὀφθήσονται μεγάλοι εἰσὶ καὶ ἔξαρχοι, ὁ πρόσωπον αὐτῶν δυσωπηθήσεται ὁ Θεός. Ἀπροσωπόληπτος γάρ. Ὅρα δὲ, οὐκ εἶπεν, ὁποῖοί ποτέ εἰσιν, ἀλλ', ὁποῖοί ποτε ἦσαν, δῆλον ὅτι λοιπὸν καὶ ἐκεῖνοι ἐπαύσαντο τοῦ ὕστερον κηρύττειν, ἅτε τοῦ κηρύγματος παντελοῦς λαμψάντος. Ταῦτα δὲ λέγει ὁ Παῦλος, οὐκ ἐξουθενῶν τοὺς ἀγίους, ἀλλ' ὠφελῆσαι θέλων τοὺς ἀκούοντας. "χ. ἀλη-θείας. "χ. οἰκονο-μίᾳ.

Ἐμοὶ γὰρ οἱ δοκοῦντες οὐδὲν προσεμέθεντο.] Ἐκεῖνοι μὲν, φησὶν, οἷοι ἂν ἦσαν, τῷ Θεῷ μελήσει· τοῦτο δὲ οἶδα, ὅτι ἐμοὶ μὲν οὐδὲν ὠφελήθησαν, οὐδὲ προσέθηκέ τι τῷ κηρύγματί μου, ἢ διορθώσαντο.

7 Ἀλλὰ τοὐναντίον, ἰδόντες ὅτι πεπίστευμαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας, καθὼς

χαθὼς Πέτρος τ περιτομῆς, 8 (ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς τ ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς, ἐνήργησε κὰμοὶ εἰς τὰ ἔθνη) 9 καὶ γνόντες τ χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι, Ἰάκωβος, κὰ Κηφᾶς κὰ Ἰωάννης, οἱ δοκοῦντες στῦλοι εἶναι, δεξιὰς ἔδωκαν ἐμοὶ καὶ Βαρνάβᾳ κοινωνίας, ἵνα ἡμεῖς εἰς τὰ ἔθνη, αὐτοὶ δὲ, εἰς τὴν περιτομήν.] Τινὲς οὕτως ἡρμήνευσαν. Οὐ μόνον οὐδὲν διωρθώσατο τὰ ἐμά, ἀλλὰ ἐπαινεθέντα, κὰ διωρθώθημεν. Οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο· τί γὰρ καὶ ἔμελλον αὐτοὶ πρὸς αὐτὸν διορθώσεσθαι; καὶ γὰρ ἕκαστος αὐτῶν ἀπηρτισμένος ἦν. Τοῦτο γοῦν λέγει· ἀλλὰ ἐναντίον, δεξιὰς ἔδωκέν μοι κοινωνίας· εἶτα τὰ μέσα. Ἰδόντες ὅτι πεπίστευμαι τὸ εὐαγγέλιον τ ἀκροβυστίας, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐσώθην γὰρ μὲ οὐ διωρθώσατο, ὥστε καὶ ἐπῄνεσεν, καὶ συνεφώνησεν, ἵνα ἐγὼ μὲν καὶ Βαρνάβας εἰς τ ἀκροβυστίαν, ἤτοι εἰς τὰ ἔθνη, αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν περιτομήν, τουτέστι, τοὺς Ἰουδαίους εὐαγγελίζωνται. Περιτομὴ γὰρ, κ ἀκροβυστία, οὐκ αὐτὰ τὰ πράγματα λέγει, ἀλλὰ τοὺς ἀκροβύστους κ τοὺς περιτετμημένους. Ἐναργῶς δὲ δείκνυσιν ἑαυτὸν ἰσότιμον τ Πέτρῳ. Ὁ γὰρ δοὺς ἐκείνῳ τὴν εἰς τοὺς Ἑβραίους ἐνέργειαν τ εὐαγγελίου, ἔδωκε κἀμοὶ ταύτην εἰς τὰ ἔθνη. Ὅρα δὲ πῶς ἔδειξεν ὅτι οὐ μόνον τοῖς ἀποστόλοις ἤρεσε τὸ κήρυγμα αὐτῶν, ἀλλὰ κ τῷ Θεῷ τοῦτο ἐδόκει. οἱ γὰρ ἀπόστολοι γνόντες, φησὶ, τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ. Οὐκ εἶπεν, ἀκούσαντες, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τῆς πραγματείας γνόντες. πῶς γὰρ αὐ ἔδωκέ μοι τ χάριν, εἰ μὴ ἤρεσεν αὐτῷ τοιοῦτον κήρυγμα ἦν; Πάλιν δὲ μετ' ἐγκωμίων τῶν τοιούτων ἐμνήσθη. οἱ γὰρ δοκοῦντες στῦλοι, τουτέστιν, οἱ μεγάλοι, οὓς πάντες πανταχοῦ περιφέρουσι καὶ δοξάζουσιν, οὗτοι μαρτυροῦσί μοι, ὅτι καὶ τῷ Χριστῷ τὸ κήρυγμά μου ἤρεσε. διὸ καὶ δεξιὰς ἔδωκαν, τουτέστι, συνεφώνησαν, κ κοινωνοὺς ἡμᾶς ἐποιήσαντο, καὶ ἔδειξαν ὅτι ἀρέσκονται τ κηρύγματι μου, ὡς μηδὲν διαφέρειν τὸν λόγον αὐτῶν.

Petro circumciſionis. 8 *(Qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatum circumciſionis, operatus eſt etiam mihi ad gentes)* 9 *Et cùm cognoviſſent gratiam Dei, quæ data eſſet mihi, Jacobus, Cephas, & Joannes, qui videbantur columnæ eſſe, dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis, ut nos in gentes, ipſi verò in circumciſionem.*] Nonnulli ſic interpretati ſunt hunc locum: Non ſolùm non correxerunt mea, ſed contrà potiùs correcti ſunt. Verùm id ita eſſe non poteſt. In quo enim iſti ab eo emendandi erant? nam quilibet eorum conſummatus erat. Hoc igitur dicit: Sed contrà, dextras dederunt mihi ſocietatis: deinde quæ interjacent; *cùm vidiſſent quòd mihi creditum ſit Evangelium præputii*, & quæ ſequuntur. Tantum enim abfuit quòd me non correxerunt, ut & laudaverint, conſenſerintque, ut ego & Barnabas ad præputium, ſive ad gentes, ipſi verò ad circumciſionem, id eſt, apud Judæos Evangelium annunciarent. Per circumciſionem enim & præputium non ipſas res, ſed præputiatos & circumciſos intelligit. Hîc autem demonſtrat, ſe ejuſdem eſſe cum Petro pretii & honoris. Qui enim ei dedit Evangelii apud Hebræos efficaciam, dedit & mihi hanc ad gentes. Obſerva autem quomodo indicârit, quòd nedum Apoſtolis prædicatio ſua placuerit, verùm ipſi etiam Deo fuerit probata. Cùm enim, inquit, agnoviſſent Apoſtoli gratiam Dei. Non dicit, audiviſſent, verùm, cùm ex ipſis rebus cognoviſſent. Quî enim gratiam mihi dediſſet, niſi prædicatio iſta bene ei complacuiſſet? Rurſus autem non ſine encomio trium illorum meminit. Qui enim columnæ videbantur, hoc eſt, magni, quos omnes ubique circumferunt & celebrant, hi mihi teſtimonium dicunt, quòd prædicatio mea Chriſto placet. Propterea dextras dederunt, hoc eſt, conſenſerunt, & conſortes nos fecerunt, oſtenderuntque quòd meam approbarent prædicationem, quippe quæ nihil diſſideret à ſermone ipſorum.

10 *Tantùm*

10 *Tantùm ut pauperum memores eſſemus, quod etiam ſolicitus fui hoc ipſum facere.*] Prædicationem, inquit, dividebamus, pauperes autem indiviſos habebamus. Hieroſolymis enim non pauci credentium fuerunt facultatibus ſuis ſpoliati per incredulos Judæos, qui neceſſario etiam alimento deſtituebantur. Non enim adeò Græci dimicabant adversùm eos qui ex ſe crediderant, quantum Judæi Hebræis Chriſtianis repugnabant. Quamobrem Paulus magnam ipſorum curam gerit, perinde ac teſtatur ipſe, Studui hoc ipſum, inquiens, facere. Etenim undique à fidelibus quos inſtituerat, colligens, ipſe per ſeſe eis afferebat.

10 Μόνον τῶν πτωχῶν ἵνα μνημονεύωμεν· ὃ καὶ ἐσπούδασα αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι.] Τὸ μὲν κήρυγμά, φησι, διειλόμεθα, τοὺς δὲ πτωχοὺς ἀμερίστους εἴχομεν. καὶ γὰρ οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις πολλοὶ ἦσαν τῶν πιστευσάντων διαρπαγέντες τὰ ὑπάρχοντα ὑπὸ τῶν ἀπίστων Ἰουδαίων, καὶ τῆς ἀναγκαίας ἀπορουμένους τροφῆς. Οὐ γὰρ ὥσπερ οἱ Ἕλληνες ἐπολέμουν τοῖς ἐξ αὐτῶν πιστοῖς, οὕτω Ἰουδαῖοι τοῖς ἐξ Ἑβραίων Χριστιανοῖς. διὸ πολλὴν Παῦλος ποιεῖται σπουδὴν τῆς εἰς αὐτοὺς ἐπιμελείας, ὡς καὶ αὐτὸς ὁμολογεῖ, ὅτι ἐσπούδασα αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι. Καὶ γὰρ πανταχόθεν ἀπὸ τῶν μαθητευομένων στενάγων, διεκόμιζεν αὐτὸς αὐτοῖς.

11 *Quando autem Petrus veniſſet Antiochiam, in faciem ei reſtiti.*] Pleriq; exiſtimant Petrũ hîc à Paulo inſimulari hypocriſeos, at verò non ſic ſe res habet. Quæcunque enim videtur dicere adversùs Petrum, per diſpenſationem acta ſunt ac dicta. Petrus namque cùm Hieroſolymis eſſet, permittebat circumciſionem; haud enim poterat ſubitò illos à lege avellere. Verùm Antiochiam profectus, conveſcebatur gentibus. Cùm veniſſent autem Antiochiam Hieroſolymitæ aliquot, ſubducebat ſeſe à gentibus, ne Hieroſolymitanos offenderet, ac ſimul ut daret Paulo convenientem increpationis occaſionem. Propterea & Paulus objurgat, atque Petrus ſuſtinet. Sic enim facilius diſcipuli transferri ab eo inſtituto potuerunt, accuſato præceptore, & ſilente. In faciem proinde reſiſtere, prætextus erat: nam ſi pugna revera fuiſſet, non coram diſcipulis ſe mutuò increpuiſſent, vehementer enim eos offendiſſent. Jam verò in publico ſimulata pugna, correctio diſcipulorum erat. Neque enim quicquam Petrus contradicit: unde planum eſt, quòd oppoſitionem Pauli æquo animo ſuſceperit.

11 Ὅτε δὲ ἦλθε Πέτρος εἰς Ἀντιόχειαν, κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην.] Πολλοὶ νομίζουσιν ἀνέχεσθαι τὸν Παῦλον τὴν Πέτρου παρατηρεῖν ὑπόκρισιν· ἀλλ' οὐκ ἔστιν. Ὅσα γὰρ δοκεῖ λέγειν κατὰ τοῦ Πέτρου, οἰκονομικῶς εἰρῆσθαι καὶ ἐλέσθαι. Ὁ γὰρ Πέτρος ἐν μὲν Ἱεροσολύμοις ὢν συνεχώρει τὴν περιτομήν· οὐ γὰρ ἦν ἀθρόως ἀποστάσαι τοῦ νόμου· εἰς Ἀντιόχειαν δὲ ἐλθὼν, συνήθιζε τοῖς ἐθνικοῖς· ἐλθόντων δέ τινων Ἱεροσολυμιτῶν εἰς Ἀντιόχειαν, ὑπεξέλλετο ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν, ἵνα τε μὴ σκανδαλίσῃ τοὺς Ἱεροσολυμίτας, καὶ ἅμα, ἵνα δώσῃ τῷ Παύλῳ εὔλογον τὴν ἐπιτιμήσεως πρόφασιν· διὸ καὶ Παῦλος ἐπιπλήττει, καὶ Πέτρος ἀνέχεται. οὕτω γὰρ ἧττον ἐκολούετο οἱ μαθηταὶ μεταθέσθαι, ἐγκαλυπτόμενοι τὸν διδάσκαλον καὶ σιγῶντες. Τὸ τοίνυν, κατὰ πρόσωπον ἀντέστην αὐτῷ, σχῆμα ἦν, ὡς ἐν μάχῃ ὄντως ἦν, οὐκ ἂν ὅτι τῶν μαθητῶν ἀλλήλοις ἐπεφθέγξαντο· σφόδρα γὰρ ἂν ἐσκανδάλισαν αὐτούς. νῦν δὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ σχηματισθεῖσα μάχη, διόρθωσις ἦν τῶν μαθητῶν· διὸ καὶ διὰ τοῦτο ἀπιλέγει τι ὁ Πέτρος· δῆλον, ὡς ἀποδεχόμενος τὴν ἀντίστασιν τοῦ Παύλου.

Quia reprehenſus erat.] Non, à me, dixit; ſed, ſimpliciter, ab aliis ignorantibus id quod agebatur, conſilio factum fuiſſe, ac

Ὅτι κατεγνωσμένος ἦν.] Οὐκ εἶπεν, ὑπ' ἐμοῦ, ἀπλῶς, ὑπὸ ἄλλων τῶν ἀγνοούντων ὃ οἰκονομούμενον, καὶ

οἰομένων

οἰομένων κατάκρισιν εἶναι, ὃ, ἀπόντων μὲν τῶν Ἱεροσολυμιτῶν συνεσθίειν τοῖς ἔθνεσιν· παρόντων δὲ, ὑποστέλλεσθαι. Τινὲς δὲ φασιν ὅτι προεγκατεγνωσμένος ἦν, * διὰ τὸ συμφαγεῖν Κορνηλίῳ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ νῦν κατέστειλεν, φοβηθεὶς μήπως αὐτοῦ καὶ πάλιν καταγνῶσιν· ἐπεὶ δὲ ὑπέστειλεν, αὐτίκα ἤλεγξεν αὐτόν.

* gen.

12 Πρὸ γὰρ τοῦ ἐλθεῖν τινας ἀπὸ Ἰακώβου, μετὰ τῶν ἐθνῶν συνήσθιεν· ὅτε δὲ ἦλθον, ὑπέστειλε καὶ ἀφώρισεν ἑαυτὸν, φοβούμενος τοὺς ἐκ περιτομῆς.] Λέγει καὶ τὴν αἰτίαν τῆς κατηγορίας. Ἰάκωβος γὰρ ἦν τοῦ Κυρίου ὁ λεγόμενος ἀδελφὸς, ὁ καὶ ἐν Ἱεροσολύμοις διδάσκων ὡς ἐπίσκοπος αὐτῶν. Ἀπὸ τούτου οὖν ἀπεσταλησάν τινες ἀπὸ Ἰουδαίων μὲν πιστεύσαντες, πλὴν ἔτι τῷ νόμου ἐχόμενοι, καὶ ἀπῆλθον εἰς Ἀντιόχειαν· οὓς ἰδὼν Πέτρος καὶ φοβηθεὶς, οὐχ ἵνα μὴ αὐτὸς κινδυνεύσῃ, ἀλλ' ἵνα μὴ αὐτοὶ σκανδαλισθέντες ἀποστήσωσι τῆς πίστεως, ὑπέστειλεν ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς μετὰ τῶν ἐθνικῶν συναναστροφῆς. ἀγνοοῦντες οὖν τινες τὴν αἰτίαν, κατεγίνωσκον αὐτοῦ.

"Or, ἀδελφιδοῦς.

13 Συνυπεκρίθησαν αὐτῷ καὶ οἱ λοιποὶ Ἰουδαῖοι, ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη τῇ ὑποκρίσει αὐτῶν.] Ὑπόκρισιν δὲ τὸ πρᾶγμα καλῶ. οὐ γὰρ βούλεται ἐκκαλύψαι τὸ γνώμιον τοῦ Πέτρου· ἅμα δὲ καὶ διὰ τοὺς σφοδρῶς αὐτεχομένους τοῦ νόμου ὑπόκρισιν τοῦτο ὠνόμασεν, ἵνα περίρριζον αἴρῃ αὐτῶν τὸ πρὸς τὸν νόμων διάθεσιν. Λοιποὺς δὲ Ἰουδαίους καλῶ τοὺς ἐν Ἀντιοχείᾳ ὄντας Ἰουδαίων πιστεύσαντας, οἱ καὶ αὐτοὶ ὑπέστελλον ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς ἀκροβυστίας.

14 Ἀλλ' ὅτε εἶδον ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ διαγγελίου, εἶπον τῷ Πέτρῳ ἔμπροσθεν πάντων.] Μηδὲ αὕτη ἡ λέξις παραπλήξῃ σε· οὐ γὰρ Πέτρον καταγινώσκων ταῦτα λέγει, ἀλλὰ διὰ τοὺς μέλλοντας ὠφελεῖσθαι ἐκ τοῦ ἀκοῦσαι ὅτι καὶ ὁ Πέτρος ἐπετιμήθη, ὡς τοῦ νόμου ἐχόμενος· καὶ ὑμεῖς τί ποιεῖτε λοιπόν; διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τότε ἔμπροσθεν πάντων ἐπετίμα αὐτῷ, ἵνα ἔκφοβοι ἀκούοντες

putantibus ſimulationem eſſe, abſentibus quidem Hieroſolymitanis conveſci gentibus, præſentibus autem illis à gentibus ſe ſubducere. Nonnulli autem ſic intellexerunt, quòd jam antea reprehenſus erat, quòd cum Cornelio ederit, ac propterea etiamnum ſubtraxit ſeſe, veritus ne aliquo modo rurſus eum reprehenderent. Quia verò ſubtraxit ſe, reſtiti ei.

12 *Priuſquam enim venirent quidam à Jacobo, cùm gentibus edebat: cùm autem veniſſent, ſubtrahebat ſe, & ſegregabat ſe, timens eos qui ex circumciſione erant.*] Rationem reddit reprehenſionis. Jacobus autem iſte erat frater Domini, qui Hieroſolymis, utpote Epiſcopus eorum, docebat. Ab hoc igitur nonnulli emandati ſunt, qui ex Judæis crediderant, lege tamen adhuc detenti, & Antiochiam abierunt: quos cùm vidiſſet Petrus, metuens non quòd ipſe pericula ſubiret, verùm ne illi offenſi à fide retroſilirent, ſubtrahebat ſeſe ab ea, quæ cum gentibus erat, converſatione. Ignorantes igitur quidam cauſam, reprehendebant eum.

13 *Ac ſimulabant unà cum illo cæteri quoque Judæi, adeò ut Barnabas abductus ſit ad ſimulationem eorum.*] Hypocriſin rem ipſam appellat: non enim vult detegere mentem Petri. Simul autem propter eos qui vehementer legem tuebantur, ſimulationem hoc appellavit, ut funditus tollat eorum erga legem affectum & propenſionem. Reliquos autem Judæos appellat eos, qui in Antiochia crediderant, qui & ipſi ſubducebant ſeſe à præputiatis.

14 *Sed cùm vidiſſem quòd non rectè ambularent ad veritatem Evangelii, dixi Petro coram omnibus.*] Neque hæc dictio te perturbet: non enim ut reprehendat Petrum, hæc dicit, ſed propter eos, qui hinc fructum aliquem accepturi erant, ſi audirent quòd Petrus reprehenſus eſſet ceu lege detentus. Et vos quid in poſterum facitis? Hinc & coram omnibus ipſum increpat, ut illi audientes perterrefiant, tali tantáque

columnâ

columnâ reprehensâ, nec habente quod contradicat. Eusebius autem dicit, non Magnum Petrum à Paulo reprehensum, sed alium quendam Cepham, unum ex Septuaginta. Atq; hoc se confirmare putat, consentaneum non esse dicens eum, qui in principio defendisset sese, quando cum Cornelio manducans offendisset quosdam, rursus opus habere hujusmodi increpatione. At, ô sapientissime, neq; nos dicimus Petrum ceu ignorantem quid facto opus esset, à Paulo increpatum esse, sed voluntariò sustinuisse objurgationem, ut alii emendarentur.

Si tu Judæus cùm sis, gentiliter vivis, & non Judaïcè, quid gentes cogis. judaïzare?] Tantùm non omnibus clamat Paulus, Imitamini præceptorem vestrum. Ecce enim & ipse Judæus cùm sit, manducavit tamen cum gentibus. Expende autem quomodo non accuset ipsum, dicens, Malè agis, legem servans: verùm ob proprios discipulos, qui ex gentibus crediderant, eum increpat, tanquam qui cogat eos circumcidi & judaïzare. hoc enim pacto sermo videbatur acceptabilior futurus.

15 *Nos naturâ Judæi, & non ex gentibus peccatores.*] Naturâ, hoc est, non proselytæ, cæterùm ex parentibus Judæis nati, & educati in lege, dimisimus consuetam in quâ nutriti sumus vitam, atq; ad Christi fidem confugimus.

16 *Scientes autem quòd non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi: & nos in Christum Jesum credidimus, ut justificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis, eo quòd non justificabitur ex operibus legis omnis caro.*] Vide quàm cautè omnia loquatur. Non enim ceu malam, sed infirmam & quæ non potuerit justificare, ipsam reliquimus. Nemo enim opera ejus, upote gravia factúque difficilia, perficere potuit: non ob magnitudinem eorum, sed potiùs ob vilitatem pretii. Et aliter, quia animam non sanctificabat, sed corporeas sor-

σάντες φοβηθῶσι, τῆ τηλικαύτη ζήλω ὑπεπιμωμένω, καὶ μὴ ἔχοντος ἀντιλέγειν. Εὐσέβιος δὲ, ὅτι τὸν μέγαν Πέτρον λέγει ὑπεπιμηθῆναι τῷ Παύλῳ, ἀλλ' ἕτερόν τινα Κηφᾶν, ἕνα τῶν ἑβδομήκοντα· καὶ κατασκευάζειν οἴεται τοῦτο, ὡς εἰκὸς εἰπὼν λέγων, τὸν ἀπολογησάμενον ἐν ἀρχῇ, ὅτε τῷ Κορνηλίῳ συμφάγων τινὰς ἐσκανδάλισεν, αὖθις δεηθῆναι τοιαύτης ὑπεπιμήσεως. Ἀλλ', ὦ σοφώτατε, ἡμεῖς λέγομεν τὸν Πέτρον, ὡς ἀγνοοῦντα ὃ δέον, ὑπεπιμηθῆναι τῷ Παύλῳ, ἀλλ' ἑκόντα ὑποχωρῆσαι τῇ ὑπεπιμήσει, ἵν' ἕτεροι διορθωθῶσιν.

Εἰ σὺ Ἰουδαῖος ὢν, ἐθνικῶς ζῇς, καὶ οὐκ Ἰουδαϊκῶς, τί τὰ ἔθνη ἀναγκάζεις Ἰουδαΐζειν;] Μονονουχὶ τοῖς πᾶσι βοᾷ ὁ Παῦλος, Μιμήσασθε τὸν διδάσκαλον ὑμῶν. Ἰδοὺ γὰρ καὶ αὐτὸς Ἰουδαῖος ὢν, ὅμως συνέφαγε τοῖς ἐθνικοῖς. Ὅρα δὲ πῶς οὐκ ἐγκαλεῖ αὐτῷ, ὅτι κακῶς ποιεῖς, τὸν νόμον τηρῶν, ἀλλ' ὡς τῶν οἰκείων * μαθητῶν τῶν ἐθνικῶν ὑπεπιμᾷ, ὡς ἀναγκάζοντι αὐτοὺς περιτέμνεσθαι καὶ Ἰουδαΐζειν. οὕτω γὰρ ὁ λόγος εὐπροσδεκτότερος ἔμελλε δόξειν. * 3.

15 Ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι, καὶ οὐκ ἐξ ἐθνῶν ἁμαρτωλοί.] Φύσει, τουτέστιν, οὐ προσηλυτοι, ἀλλ' ἐκ πατέρων Ἰουδαίων φύντες, καὶ συνταφέντες τῷ νόμῳ, ἀφήκαμεν τὴν συνήθη πολιτείαν, καὶ προσεφύγομεν τῇ εἰς Χριστὸν πίστει.

16 Εἰδότες ὅτι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ ἡμεῖς εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ὑπεστρέψαμεν, ἵνα δικαιωθῶμεν ἐκ πίστεως Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου· διότι οὐ δικαιωθήσεται ἐξ ἔργων νόμου πᾶσα σὰρξ.] Ὅρα πῶς μετ' ἀσφαλείας πάντα φθέγγεται· οὐ γὰρ ὡς πονηρὸν, ἀλλ' ὡς ἀσθενῆ καὶ μὴ δυνάμενον δικαιῶσαι, αὐτὸν εἰσάγομεν· οὐδεὶς γὰρ τὰ ἔργα αὐτοῦ ἠδυνάτο τελέσαι, φορτικὰ ὄντα καὶ δυσκατόρθωτα, οὐ διὰ τὸ μέγεθος αὐτῶν, ἀλλὰ διὰ τὸ μικρολογίαν μᾶλλον. Καὶ ἄλλως, διότι ψυχὴν οὐκ ἡγίαζεν, ἀλλὰ σωματικὴν

χοις ῥύπους ἐκάθαιρε. περιτὴ οὖν ἡ περιτομή. περσιὼν δὲ ἐρῇ, ὅτι καὶ ἐπικίνδυνος, ἀλλοτριοῦσα τῦ Χριστοῦ.

17 Εἰ δὲ ζητοῦντες δικαιωθῆναι ἐν Χριστῷ, εὑρέθημεν καὶ αὐτοὶ ἁμαρτωλοὶ, ἆρα Χριστὸς ἁμαρτίας διάκονος;] Ἐζητήσαμεν, φησι, δικαιωθῆναι ἐν Χριστῷ, ἀφέντες τὸν νόμον· ὡς λέγετε ὑμεῖς, ἁμαρτία ἐστὶ τὸ ἀφιέναι τὸν νόμον. Εἰς ταύτην λοιπὸν τὴν ἁμαρτίαν ὁ Χριστὸς ἡμᾶς συνώθησε· διὰ ταύτην γὰρ ἀφήκαμεν τὰ νομικὰ πάντα. ὥστε οὐ μόνον οὐκ ἐδικαίωσεν ἡμᾶς, ὡς φατε, ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ πλείονος κατακρίσεως αἴτιος ἡμῖν γέγονεν, ἐκ τῦ πεῖσαι ἡμᾶς ἀφεῖναι τὸν νόμον.

Μὴ γένοιτο.] Εἰς ἄτοπον ἀπαγαγὼν τὸν λόγον, οὐδὲ ἐδειπνήθη λοιπὸν κατασκευῆς, ἀλλ' ἠρκέσθη τῇ ἀπαγορύσῃ· ὥσπερ ἀεὶ πρὸς εἰώθει ὅτι τοῖς ἀπηγορευμένων πράττειν.

18 Εἰ γὰρ ἃ κατέλυσα, ταῦτα πάλιν οἰκοδομῶ, παραβάτην ἐμαυτὸν συνίστημι.] Ὁρᾶ τὴν σοφίαν. Ἐκεῖνοι ἔλεγον, ὅτι ὁ τὸν νόμον λύων, παραβάτης· οὗτος δείκνυσι τοὐναντίον, ὅτι ὁ τηρῶν αὐτὸν, παραβάτης, ὁ μόνον τὴν πίστιν παραβαίνων, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν νόμον. αὐτὸς γὰρ με ὡδήγησε πρὸς τὴν πίστιν, καὶ ἔπεισεν ἀφεῖναι αὐτόν. Περσιὼν μὲν οὖν δείξει τοῦτο· τέως δὲ νεῦσι φησιν, ὅτι πέπαυται ὁ νόμος, καὶ τοῦτο ὡμολογήσαμεν, διὰ ὧν κατελύσαμεν αὐτὸν, ἀποστάντες αὐτῦ. διὰ τοίνυν φιλονεικήσομεν εἶναι αὐτὸν, παραβάται γινόμεθα, τὰ παρὰ τῦ Θεῦ λυθέντα ἱστῶντες.

19 Ἐγὼ γὰρ διὰ νόμου νόμῳ ἀπέθανον.] Κατασκευάζει πῶς κατέλυσε τὸν νόμον, καὶ φησιν, ὅτι διὰ τῦ νόμου τοῦ τὰ χάριτος καὶ τοῦ εὐαγγελίου, ἀπέθανον τῷ Μωσέως νόμῳ· ἢ ὅτι ἀπέθανον, φησι, τῷ νόμῳ διὰ τοῦ νόμου· τουτέστιν, αὐτός με ἐκύνηγάγεν ὁ νόμος εἰς τὸ μηκέτι προσέχειν αὐτῷ, ὁδηγήσας με εἰς Χριστὸν, διά τε τῶν Μωσαϊκῶν λόγων καὶ τῶν προφητικῶν. Εἰ des purgabat. Supervacanea igitur circumcisio. In procursu autem dicet, quòd sit etiam periculosa, à Christo alienans.

17 *Quòd si quærentes justificari in Christo, inventi sumus & ipsi peccatores, numquid Christus peccati minister?*] Quæsivimus, inquit, justificari in Christo, dimissâ lege : Ut dicitis autem vos, peccatum est dimittere legem. Reliquum est igitur, quòd in hoc peccatum Christus nos conjecerit. Propter illum enim dimisimus cunctas legis ceremonias & statuta. Itaque non solum non justificavit nos, uti dicitis, Christus : verumetiam majoris condemnationis causâ nobis est, persuadendo ut dimittamus legem.

Absit.] Ad absurdum perducto sermone, ne opus quidem habuit deinceps confirmatione, sed inficiatione contentus est, id quod in rebus omnino interdictis facere consuevit.

18 *Si enim quæ destruxi, iterum hæc ædifico, transgressorem meipsum constituo.*] Vide ejus sapientiam. Dicebant illi, Qui legem dissolvit, transgressor est : iste verò contrarium ostendit, nempe quòd is qui legem servat, est transgressor, non solùm fidem transgrediens, verùm & ipsam legem. Ipsa enim me perduxit ad fidem, ac persuasit mihi dimittere ipsam. In progressu igitur monstrabit hoc. Interim verò nunc ait, quòd cessârit lex ; & hoc confessi sumus, quia dissolvimus eam, deficientes ab ea. Si igitur contenderîmus statuere illam, transgressores efficimur, quæ à Deo soluta sunt statuentes.

19 *Ego enim per legem legi mortuus sum.*] Confirmat quomodo legem dissolverit, atque ait, Per legem gratiæ & Evangelii, mortuus sum legi Mosaicæ : vel, mortuus sum legi per legem : hoc est, ipsa lex me induxit ut non ampliùs ipsi auscultem, perducens me ad Christum per sermones Mosaïcos & propheticos. Si igitur rursus

ſus illi advertam animum, tranſgrediar etiam ipſam. Vel ſic: Lex juſſit eum qui non fecerit quæ ſcripta ſunt, puniri & interimi. Proinde quia fieri non potuit ut perficeretur, quantum in ipſa eſt, occiſus ſum. Ne igitur imperet mihi, qui per eam mortuus ſum: morte animæ, eò quòd peccârim, quia non poſſem præſtare quæ lex præcipit: & morte corporis, quoad condemnationem legis. Quomodo igitur legi, quæ me occîdit, ulteriùs attendam?

Ut Deo vivam, cum Chriſto ſimul crucifixus ſum.] Ne quis dicat: Quomodo igitur vivis, quandoquidem es mortuus? Lex quidem, inquit, me viventem occîdit, Chriſtus autem mortuum accipiens, vivificavit me, qui mente cum eo crucifixus eram, atque cum eo mortuus per baptiſma. Duplex autem hîc eſt miraculum, & quòd mortuum vitæ reſtituit, & quòd per mortem.

20 *Vivo autem, non jam ego, vivit verò in me Chriſtus.*] Cùm dixit, *Cum Chriſto ſimul crucifixus ſum*, baptiſma innuit: per hoc verò quod ait, *Vivo autem, non jam ego*, ſequentem converſationem, per quam mortificantur noſtra membra. *Vivit autem Chriſtus in me*: hoc eſt, nihil in nobis fit quod nolit Chriſtus, ſed ille eſt qui omnia facit in nobis, & regnans, & dominatum in nos exercens: ac noſtra quidem voluntas mortua eſt: illius autem vivit, & gubernat vitam noſtram. Si igitur Deo aliam vitam, quàm quæ eſt in lege, vivam, ac mortuus ſim legi, nihil legis obſervare poſſum.

Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei.] Quæ quidem dixi, de vita ſpirituali dixi. Quinetiam ipſam vitam ſenſibilem invenies mihi eſſe à Chriſto. Nam lex violata, omnes peccato & pœnæ ſubdidit, ac nihil prohibuit quo minùs omnes non interirent, perinde ac in diluvio, ceu prævaricatores. Cùm veniſſet autem Chriſtus, eripuit nos à condem-

τοίνυν πάλιν αὐτῷ προσέχοιμι, ἢ αὐτὸν παραβαίνω. Η ἢ ὅτως· ὁ νόμος ἐκέλευε τὸν μὴ ποιοῦντα τὰ γεγραμμένα, κολάζεσθαι καὶ φονεύεσθαι. Σκοπῶ ὅπως ἀδυνάτου ὄντος τελεσθῆναι, ὅσον ἐπ' αὐτῷ τεθνάτωμαι. μὴ τοίνυν ἐπιτιμάτω μοι, τῷ ὅσον τὰ καθ' αὐτὸν τεθνεῶτι, καὶ ψυχικὸν θάνατον, ὅτι ἡμάρτηκα, μὴ δυνάμενος τελέσαι τὰ τοῦ νόμου· καὶ σωματικὸν, ὅσον τὸ ἀπὸ τοῦ νόμου κατακρίσεως. Πῶς οὖν ἔτι προσέξω τῷ ἀποκτείναντί με;

Ινα Θεῷ ζήσω, Χριστῷ συνεσταύρωμαι.] Ινα μήτις εἴπῃ· πῶς οὖν ζῇς, ὅπου ἀπέθανες; Φησὶν, ὅτι ὁ μὲν νόμος, ζῶντα ἀπέκτεινεν· ὁ δὲ Χριστὸς νεκρὸν λαβὼν, ἐζωοποίησέ με, νοητῶς συσταυρωθέντα αὐτῷ, καὶ συθαπτόντα διὰ τοῦ βαπτίσματος. Διπλοῦν δὲ τὸ θαῦμα, καὶ ὅτι νεκρὸν ἐζωοποίησε, καὶ ὅτι διὰ θανάτου.

20 Ζῶ δὲ, οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός.] Τῷ μὲν εἰπεῖν, Χριστῷ συνεσταύρωμαι, τὸ βάπτισμα ἠνίξατο· τῷ δὲ εἰπεῖν, ζῶ δὲ, οὐκέτι ἐγὼ, τὴν μετὰ ταῦτα πολιτείαν, δι' ἧς νεκροῦται ἡμῶν τὰ μέλη. Ζῇ δὲ ὁ Χριστὸς ἐν ἐμοί· τοῦτέστιν, οὐδὲν ἐν ἡμῖν γίνεται ὧν οὐ βούλεται ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ἐκεῖνός ἐστιν ὁ πάντα ποιῶν ἐν ἡμῖν, καὶ κρατῶν, καὶ δεσπόζων. καὶ τὸ μὲν ἡμέτερον θέλημα νεκρόν ἐστι, τὸ δὲ ἐκείνου ζῇ, καὶ κυβερνᾷ τὴν ζωὴν ἡμῶν. Εἰ τοίνυν ζῶ τῷ Θεῷ ἑτέραν ζωὴν παρὰ τὴν ἐν νόμῳ, καὶ ἐνεχρώθην τῷ νόμῳ, οὐδὲν τοῦ νόμου φυλάττειν δύναμαι.

Ο δὲ ζῶ νῦν ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.] Α μὲν εἶπον, περὶ τῆς νοητῆς ζωῆς εἶπον· καὶ τὴν αἰσθητὴν δὲ αὐτὴν ζωὴν εὑρήσεις ὄσπερ μοι ἀπὸ Χριστοῦ. Καὶ γὰρ ὁ μὲν νόμος παραβαινόμενος, πάντας ὑπὸ ἁμαρτίαν καὶ κόλασιν ἐποίει, καὶ οὐδὲν ἐκώλυε πάντας ἀπολέσθαι, καθάπερ ὅτε τοῦ κατακλυσμοῦ, ὡς παραβάτας· ἐλθὼν δὲ ὁ Χριστὸς, ἐξήρπασεν ἡμᾶς τῆς

τῆς κατακρίσεως, δικαιώσας τῷ οἰκείῳ θανάτῳ. Ὥστε καὶ τοῦτο αὖθ', ὃ αἰωνίως καὶ ἐν σαρκὶ ζῆν, διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἔχομεν, τὴν δικαιοῦσαν ἡμᾶς, καὶ τῆς κατακρίσεως ἐξαρπάζουσαν.

Τοῦ ἀγαπήσαντός με καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ.] Καίτοι ὑπὲρ πάντων δέδωκεν ἑαυτὸν, καὶ πάντας ἠγάπησεν· ἀλλ' ὁ Παῦλος ἐννοήσας τίνων ἀπαλλάξας ἡμᾶς ὁ Χριστὸς ἵνα ἐξαγείρατο, καὶ πυρωθεὶς τῇ ἀγάπῃ, ὃ κοινὸν ἴδιον ποιεῖται· ὡς καὶ οἱ προφῆται, Ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου. ἅμα δὲ καὶ δεικνὺς, ὅτι τοσαύτην δεῖ χάριν ὁμολογεῖν τῷ Χριστῷ ἕκαστον, ὅσην ἂν εἰ καὶ δι' αὐτὸν μόνον ἀπέθανεν. οἱ δὲ τῇ βδελυρίᾳ χρησάμενοι, οἱ εἰς αὐτὸν πιστεύσαντες εἰσὶ μόνοι. Ὥστε ὁ τῷ νόμῳ προσέχων, δείκνυσιν ὅτι οὐκ ἀπέθανεν ὑπὲρ αὐτοῦ ὁ Χριστός. Καὶ πῶς τοῦτο οὐ φείδῃ, ἀλλ' ὅτι τὸν νόμον παλινδρομεῖς, ἄχρηστον τὸν θάνατον τοῦ δεσπότου δεικνύων. Σημείωσαι δὲ καὶ ὃ, παραδόντα ἑαυτὸν, διὰ τοὺς Ἀρειανούς.

21 Οὐκ ἀθετῶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ.] Ἐπειδὴ τὰ ἀπὸ τῶν λογισμῶν τέθεικεν, ἀποφαίνεται λοιπὸν, ὅτι οὐκ ἀποστέλλω τὸ τοῦ Χριστοῦ δωρεὰν μοι ἐξαγείσατο, δικαιώσας με χωρὶς ἔργων τῷ θανάτῳ αὐτοῦ, οὐδὲ τῷ νόμῳ προσέρχω.

Εἰ γὰρ διὰ νόμου δικαιοσύνη, ἄρα Χριστὸς δωρεὰν ἀπέθανεν.] Εἰ γὰρ ὁ νόμος, φησὶ, σῴζειν καὶ δικαιοῦν ἰσχύει, ὁ Χριστὸς μάτην λοιπὸν ἀπέθανε. διὰ τοῦτο γὰρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα αὐτὸς σώσῃ διὰ τοῦ θανάτου, ὡς τοῦ νόμου μὴ ἰσχύοντος· ὡς εἴγε σῴζει ὁ νόμος, περιττὸς ὁ τοῦ Χριστοῦ θάνατος. Ὁρᾷς ποῦ ἡ βλασφημία προχωρεῖ;

natione, justificans nos suâ morte. Proinde & hoc ipsum, sensibiliter & in carne vivere, per fidem in Christum habemus, quæ nos cùm justificat, tum ex condemnatione eripit.

Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.] Atqui pro omnibus dedit seipsum, & omnes dilexit: attamen Paulus secum cogitans à quibus nos liberârit Christus, & quæ donârit; charitate inflammatus, quod publicum est, proprium facit, æquè ac prophetæ, *Deus, Deus meus,* Psal. 17. 3. inquiunt: pariter ostendens, quòd tantas oporteat unumquemque gratias reddere Christo, quantas si pro ipso solo mortuus esset, exhiberet. Qui autem hoc beneficio usi sunt, hi soli sunt qui credunt. Quocirca qui legi auscultat, indicat Christum pro se non esse mortuum. Ecquî hoc non horres, sed ad legem rursus accurris, mortem Domini tui inutilem ostendens? Observa autem quod ait, *Tradidit seipsum,* propter Arianos.

21 *Non abjicio gratiam Dei.*] Postquam rationes posuisset, de cætero affirmativè pronunciat, Non abjicio Christi donum, quod mihi donavit, cùm me absque operibus per mortem suam justificavit; neque ad legem accurro.

Si enim per legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est.] Si enim lex, inquit, servare & justificare potest, tum Christus frustrà mortuus est. Propter hoc enim omnino mortuus est, ut ipse servet nos per mortem, lege scilicet non valente. Nam si lex servat; superflua est Christi mors. Viden' quò blasphemia procedat?

ΚΕΦ. γ.

Ὦ ἀνόητοι Γαλάται, τίς ὑμᾶς ἐβάσκανεν τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι;]. Δείξας διὰ τῶν προτέρων ὅτι οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων οὐδὲ δι' ἀν-

CAP. III.

O Insensati Galatæ, quis vos fascinavit non obedire veritati?] Cùm in prioribus indicâsset, quòd non ab hominibus esset Apostolus, neque per homines, ac fide dignum

gnum ſeipſum reddidiſſet, cum majori authoritate diſputat. Comparaturus porrò fidem & legem, priùs ſtultos eos appellat, non tranſgrediens legem Chriſti, ſed vehementer eandem ſervans. Non enim is qui ſimpliciter fratrem ſuum ſtultum appellat, reus eſt, ſed is qui temerè. Iſti autem omnino juſtiſſimè ſtulti vocati ſunt, qui tot tantáque bona non ſentiebant, & Chriſti mortem inutilem faciebant. Obſerva autem, quòd poſt demonſtrationes eos objurgat, ac ſtatim remittat. Non enim dixit, Quis vos decepit: ſed, *Quis vos faſcinavit*. Quis invidit vobis? indicans eos dignas invidiâ res olim commiſiſſe. Præterea indicat quòd qui eis perſuaſerint, hoc non fecerint quòd curam eorum gererent, neque ut quæ eis deeſſent ſupplerent; verùm ut ea etiam quæ haberent mutila redderent. Hujuſmodi enim eſt invidia. Non autem quaſi invidia tantum roboris per ſe habeat, hoc dixit, verùm quia docentes hæc per invidiam eò perveniant.

Mat. 5. 22.

Quorum ob oculos Chriſtus Jeſus præſcriptus eſt, crucifixus in vobis.] Atqui Hieroſolymis crucifixus eſt, quomodo ergo dicit quòd ante oculos, &, in vobis? Quoniam fidei oculis viderunt crucem exactiùs, quàm qui tum coràm aſtiterunt, conſpexerúntque. Nam pleriſque eorum qui corporaliter viderant, nihil commodavit: hi autem, etiamſi oculis non vidiſſent, per fidem tamen exactiùs viderunt. Chriſtus igitur *præſcriptus eſt*, hoc eſt, viva veluti imagine expreſſa depictus eſt per prædicationem: vos verò prædicationi credentes, ceu præſentem ipſum videtis. Hæc autem & in laudem eorũ cedunt, & in vituperium: in laudem, quia cum tanta certitudine hæc ſuſceperunt: in vituperium, quia quem viderunt nudatum, crucifixum, morientem, hunc dimittentes, ad legem accurrerunt. Expende autem quomodo relictis omnibus crucem in medium profert.

2 *Hoc ſolùm à vobis volo diſcere:*

θεάπων, καὶ ἀξιόπιστον ἑαυτὸν καταστήσας, μετὰ πλείονος αὐθεντίας διαλέγεται· καὶ μανθάνων τὴν πίστιν συγκρῖναι καὶ τὸν νόμον, μᾶλλον αὐτοὺς αὐτοὺς ἀποκτείνῃ, ἢ ὡς παραβαίνων τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ καὶ σφόδρα τηρῶν αὐτόν. Οὐ γὰρ ὁ ἁπλῶς καλῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μωρὸν, ἔνοχός ἐστι, ἀλλ' ὁ εἰκῇ. Οὗτοι δὲ πάντως δικαιότατα ἀνόητοι ἐκλήθησαν, οἱ τοσούτων ἀγαθῶν αἰσθανόμενοι, καὶ ἄχρηστον ποιοῦντες τὸν τοῦ Χριστοῦ θάνατον. Ὅρα δὲ ὅτι μετὰ τὰς ἀποδείξεις αὐτοὺς ἐπιτιμᾷ, καὶ βύθιος καταφίπτει. Οὐ γὰρ εἶπε, τίς ὑμᾶς ἠπάτησεν; ἀλλὰ, τίς ἐβάσκανε; τίς ἐφθόνησε; δεικνὺς ἄξια φθόνου πεπονθότας πρό. Δηλοῖ δὲ ὅτι οἱ μὲν πεισθέντες αὐτοὺς, οὐχ ὡς κηδεμόνες, οὐδὲ ὡς τὸ λεῖπον αὐτοῖς ἀναπληροῦντες ταῦτα ποιοῦσιν, ἀλλ' ὡς καὶ τὰ ὄντα ἀκρωτηριάζοντες. Τοιοῦτον γὰρ ὁ φθόνος. Οὐχ ὡς τοῦ φθόνου δὲ καθ' ἑαυτὸν ἰσχὺν ἔχοντες, ταῦτα εἶπεν· ἀλλ' ὡς τοῦ ταῦτα διδασκόντων δι' ὑπερβολὴν κακίας ὅτι τοῦτο ἐλθόντων. "κακεῖ. "κακίζει.

Οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς Ἰησοῦς Χριστὸς προεγράφη, ἐν ὑμῖν ἐσταυρωμένος.] Καὶ μὴν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐσταυρώθη· πῶς οὖν φησιν, ὅτι καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ, ἐν ὑμῖν; ὅτι τοῖς τῆς πίστεως ὀφθαλμοῖς εἶδον τὸν σταυρὸν ἀκριβέστερον τῶν τότε παρόντων καὶ θεωμένων. Ἐκείνων μὲν γὰρ πολλοὶ θεασάμενοι σωματικῶς, οὐδὲν ἀπώναντο· ὅτοι δὲ ὀφθαλμοφανῶς μὴ ἰδόντες, διὰ τῆς πίστεως ἀκριβέστερον εἶδον. Προεγράφη τοίνυν "ὁ Χριστὸς, τυθὲν "κακεῖ. ζῶν. ἐστιν, ἐζωγραφήθη διὰ τοῦ κηρύγματος· ὑμᾶς δὲ πιστεύσαντες τῷ κηρύγματι, ὡς παρόντα αὐτὸν ἴδετε. Ταῦτα δὲ καὶ ἔπαινός εἰσιν αὐτῶν, καὶ ψόγος· ἔπαινος μὲν, ὅτι μετὰ τοσαύτης πληροφορίας ἐδέξαντο ταῦτα· ψόγος δὲ, ὅτι ὃν εἶδον γυμνούμενον, ἐμπεπλησμένον, ὀνείδους, πτύσματα, τοῦτον ἀφέντες ὅτι τὸν νόμον [illegible]. Ὅρα δὲ πῶς πάντα ἀφεὶς, τὸν σταυρὸν εἰς μέσον φέρει.

2 Τοῦτο μόνον θέλω μαθεῖν ἀφ' ὑμῶν,

ἐξ

ἐξ ἔργων νόμου τὸ Πνεῦμα ἐλάβετε, ἢ ἐξ ἀκοῆς πίστεως;] Ἐπειδὴ τοῖς μακροῖς οὐ παρακολουθεῖτε λόγοις, οὐδὲ τὴν οἰκονομίας τὸ μέγεθος κατοπτεῦσαι βούλεσθε, συντομόν τι ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς· ἀποκρίνασθε γάρ μοι τοῦτο τὸ μικρόν· πόθεν ἐλάβετε Πνεῦμα ἅγιον, καὶ τοσαύτην δύναμιν καὶ σημεῖα ἐποιήσατε; ἐκ τῶν ἐν νόμῳ ἔργων, ἢ ἐκ τῆς πίστεως; πρόδηλον ὅτι ἐκ τῆς πίστεως· ἐπεὶ μὴ ὅτε τοῦ νόμου εἴχεσθε, πνεῦμα εἴχετε, καὶ δυνάμεις ἐπετελεῖτε. Πῶς οὖν ἀφέντες τὴν πίστιν, πάλιν ἔχεσθε τοῦ νόμου;

3 Οὕτως ἀνόητοί ἐστε, ἐναρξάμενοι πνεύματι, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε;] Πάλιν δικαίρως τὴν ὕβριν ἐπήγαγεν· δέον γάρ, φησι, προσθήκην πᾶσαν, τοῦ χρόνου προϊόντος, ἐν μόνον οὐκ ἐπεδώκατε, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὐπίσω ἀπήχθητε. Τὸ μὲν γὰρ σημεῖα ποιεῖν, πνευματικόν ἐστιν· ὅθεν εἴχετε ἐν ἀρχῇ· τὸ δὲ περιτέμνεσθαι, σαρκικόν· ὃ νῦν ἐν τῷ τέλει εἵλεσθε. Καὶ οὐκ εἶπε, τελεῖτε, ἀλλὰ, τελεῖσθε, δηκνὺς ὅτι δίκαιον θρεμμάτων ἀλόγων λαβόντες ἄνθρωποι ἐκεῖνοι κατέκοπτον, οἱ τὴν περιτομὴν διδάσκοντες.

4 Τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῇ; εἴγε καὶ εἰκῇ·] Πολλοῖς πειρασμοῖς ἤσθην παλαίσαντες διὰ τὸν Χριστόν. Τοσαῦτα οὖν, φησι, μάτην πεπόνθατε; εἰ γὰρ περιτέμνεσθε, μάτην ἐκεῖνα πάντα, καὶ ἐζημίωσθε ὑμᾶς οἱ πλάνοι τοὺς τοσούτους στεφάνους. Εἶτα δίδωσιν αὐτοῖς ἐλπίδας ἐπανόδου, φησὶν, εἴγε δὲ εἰκῇ· τουτέστιν, εἰ βουληθείητε ἀνανῆψαι, οὐκ εἰκῇ, οὐδὲ μάτην ὑμῖν πεπόνηται. Αἰσχυνέσθωσαν καὶ τοῦτο οἱ τὴν μετάνοιαν ἀναιροῦντες. Ἰδοὺ γὰρ σημειοφόροι, καὶ ὁμολογηταὶ, καὶ μάρτυρες ἦσαν ὅτοι, ἀλλ' ἐκπεσόντας οὐκ ἀποβάλλεται Παῦλος, ἀλλὰ προσίεται ἡδέως.

5 Ὁ οὖν ἐπιχορηγῶν ὑμῖν τὸ πνεῦμα, καὶ ἐνεργῶν δυνάμεις ἐν ὑμῖν, ἐξ ἔργων νόμου, ἢ ἐξ ἀκοῆς πίστεως;] Ὁ

Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei?] Quia prolixiores sermones non assequimini, neque dispensationis divinæ magnitudinem contemplari vultis, concisum quiddam dicam vobis. Ad hoc enim exiguum respondete mihi: Undé nam acceperitis Spiritum sanctum, tantasque virtutes ac signa edideritis? ex legis operibus, an ex fide? perspicuum est quòd ex fide. Nam quando lege tenebamini, Spiritum non habebatis, neq; virtutes perficiebatis. Qui igitur fide dimissâ, rursus legi adhæretis?

3 *Sic stulti estis, ut cùm spiritu cœperitis, nunc carne consummamini?*] Rursus opportunè contumeliam protulit. Nam cùm temporis procursu incrementum facere debuissetis, inquit, non solùm non promovistis quicquam, verumetiam retrorsum abducti estis. Nam signa facere, spirituale est, quod vobis inerat in principio: circumcidi verò, carnale est, quod nunc tandem elegistis. Nec dixit, consummatis, sed, *consummamini*, innuens quòd brutorum pecorum instar, apprehendentes eos illi, qui circumcisionem docebant, circumcidebant.

4 *Tanta passi estis sine causa? si tamen sine causa.*] Multis tentationibus colluctati erant propter Christum. Tot igitur, inquit, frustra passi estis? Si enim circumcidimini, illa omnia sunt supervacanea, impostorésque tot vos coronis orbârunt. Deinde spem revertendi ipsis addit, inquiens, *si tamen sine causa*: hoc est, si velitis resipiscere, non frustra neque temere à vobis laboratum est. Pudefiant hinc qui pœnitentiam tollunt. Ecce enim antesignani, & confessores, & martyres fuerunt isti, qui tamen cùm excidissent, non rejicit eos Paulus, sed suaviter excipit.

5 *Qui ergo tribuit vobis spiritum, & virtutes operatur in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei?*] Deus (inquit)

qui ſuppeditat vobis ſpiritum ut prophetetis, & linguis loquamini, qui operatur in vobis virtutes ſignorum & prodigiorum, hæccine per legis opera faciebat, quaſi à vobis iſta peragentibus coleretur; an per fidem, quam in Chriſtum demonſtrâſtis? Planum eſt quòd per fidem. Quî igitur hâc dimiſſâ, per quam glorificamini, ad legem curritis, quæ aboletur?

6 *Quemadmodum & Abraham credidit Deo, & reputatum eſt ei ad juſtitiam.*] Oportuit, inquit, vos præcipuè, ex miraculis quæ perfeciſtis fidei poteſtatem cognoſcere: veruntamen in progenitorem veſtrum Abraham, quem vos magni facitis, reſpicite, & invenietis ipſum quoque ex fide juſtificatum. Quòd ſi autem ille, qui ante gratiam vixit, ex fide juſtificatur, multo magis ii, qui gratiâ dignati ſunt, fidei adhærere debent.

7 *Cognoſcite ergo, quòd qui ex fide ſunt, illi ſunt filii Abrahæ.*] Quandoquidem metuerant, ne, ſi legem dimitterent, à Patriarchæ cognatione exciderent (multum enim ob hanc ſibi tribuebant) ipſe contrarium oſtendit, quòd fides potius filios Abrahæ efficiat eos, qui ipſam habeant.

8 *Prævidens autem ſcriptura quòd ex fide juſtificet gentes Deus, prænunciavit Abrahæ, quòd in te benedicentur omnes gentes.*] Demonſtrat quomodo credentes ſint filii Abrahami, & ex ſcriptura teſtimonium profert: *In te benedicentur gentes*, pro eo quod eſt, per imitationem fidei tuæ. Oſtendit etiam, quòd lege ſit antiquior fides, ſiquidem Abrahamum ante legis ſanctionem ea juſtificavit: & quod ſecundùm prophetiam, quæ nunc fiunt, contingunt. *Prævidens enim ſcriptura*, inquit, hoc eſt, ipſe qui legem tulit Deus, prædefinivit non ex lege, ſed ex fide juſtificari. Et non dixit, revelavit, ſed, prædicavit, ut diſcas quòd & Abraham hac juſtificationis formulâ lætatus ſit, atque iſtud in votis habuit, ut eveniret.

Gen. 12. 3.

Θεός, φησιν, ὁ ἐπιχορηγῶν ὑμῖν τὸ πνεῦμα, ὥστε προφητεύειν καὶ γλώσσαις λαλεῖν, καὶ ἐνεργῶν δυνάμεις ἐν ὑμῖν σημείων καὶ τεράτων, ἆρα τὰ ἐκ τοῦ νόμου ἔργα ταῦτα ἐποίει, ὡς παραπολλύμενος δι' ὑμᾶς ταῦτα τελεσιούργων, ἢ ἆρα τὴν πίστιν ἣν εἰς Χριστὸν ἐπεδείξασθε; Πρόδηλον ὅτι ἆρα ταύτην. Πῶς οὖν ἀφέντες ταύτην, ἐξ ἧς ἐδοξάσασθε, ὅτι τὸ καταργούμενον νόμον προσέχετε;

6 Καθὼς καὶ Ἀβραὰμ ἐπίστευσε τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.] Μᾶλλον μοι, φησιν, ἔδει ὑμᾶς ἐξ ὧν ἐπετελέσατε σημείων γνῶναι τὴν τῆς πίστεως δύναμιν· πλὴν καὶ πρὸς τὸν πατέρα ἀποβλέψατε, ὃν πολὺς ὑμῖν ὁ λόγος, καὶ εὑρήσετε καὶ αὐτὸν ἐκ πίστεως δικαιωθέντα. Εἰ γὰρ ὁ πρὸ τοῦ νόμου ἐκ πίστεως δικαιοῦται, πολλῷ μᾶλλον οἱ τῆς χάριτος ἀξιωθέντες, ὠφείλοισι τὴν πίστιν ἔχειν.

7 Γινώσκετε ἄρα, ὅτι οἱ ἐκ πίστεως, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Ἀβραάμ.] Ἐπειδὴ ἐδεδοίκεισαν μήπως τὸν νόμον ἀφέντες ἐκπέσωσι τῆς πατριαρχικῆς συγγενείας, (σφόδρα γὰρ ἐσεμνύνοντο ὅτι ταύτης) δείκνυσιν αὐτὸς τοὐναντίον, ὅτι ἡ πίστις μᾶλλον * υἱοὺς ποιεῖ τοῦ Ἀβραὰμ τοὺς ταύτην ἔχοντας. * αὐτοῦ.

8 Προϊδοῦσα δὲ ἡ γραφὴ, ὅτι ἐκ πίστεως δικαιοῖ τὰ ἔθνη ὁ Θεὸς, προευηγγελίσατο τῷ Ἀβραάμ· Ὅτι ἐν σοὶ εὐλογηθήσονται πάντα τὰ ἔθνη.] Ἀποδείκνυσι πῶς οἱ ἐκ πίστεως, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Ἀβραάμ· καὶ ἐπάγει τὴν μαρτυρίαν ἀπὸ τῆς γραφῆς· Ὅτι ἐν σοὶ εὐλογηθήσονται πάντα τὰ ἔθνη· αὐτὴ δέ, ἐστὶ τῷ μιμήσασθαι τὴν πίστιν σου. Δείκνυσι δὲ καὶ ὅτι τοῦ νόμου προεσβυτέρα ἡ πίστις, εἴγε πρὸ τοῦ νόμου τὸν Ἀβραὰμ αὕτη ἐδικαίωσε· καὶ ὅτι τῆς προφητείας τὰ νῦν γινόμενα ἐστί. Προϊδοῦσα γάρ, φησιν, ἡ γραφή· τουτέστιν, αὐτὸς ὁ τὸν νόμον δοὺς Θεὸς, προεώρισε μὴ ἐκ νόμου, ἀλλ' ἐκ πίστεως δικαιοῦσθαι. Καὶ οὐκ εἶπεν, ἀπεκάλυψεν, ἀλλ', εὐηγγελίσατο, ἵνα μάθῃς, ὅτι καὶ ὁ Ἀβραὰμ ἔχαιρε τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸν δικαιώσεως, καὶ ἐπόθει τοῦτο κατορθῶσαι.

9 Ὥστε

9 Ὡστε οἱ ἐκ πίστεως, εὐλογοῦνται σὺν τῷ πιστῷ Ἀβραάμ.] Ἐπιδὴ ἐταράττοντο, μήποτε ὦσιν ἐπικατάρατοι, ὡς μὴ ἐμμένοντες τῷ νόμῳ· (ἐγέγραπτο γάρ· Ἐπικατάρατος ὃς οὐκ ἐμμένει τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ νόμῳ) τοὐναντίον μᾶλλον δείκνυσιν, ὅτι εὐλογημένοι εἰσὶν οἱ τὸν νόμον ἀφιέντες, καὶ τῇ πίστει προσιόντες, ὥσπερ καὶ ὁ πιστὸς Ἀβραὰμ ηὐλόγητο.

10 Ὅσοι γὰρ ἐξ ἔργων νόμου εἰσὶν, ὑπὸ κατάραν εἰσί. γέγραπται γάρ· Ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου, τοῦ ποιῆσαι αὐτά.] Ἵνα μήτις ἀντιθέσῃ λέγων, ὅτι εἰκότως ὁ Ἀβραὰμ ἀπὸ πίστεως ηὐλογήθη καὶ ἐδικαιώθη, δείκνυσιν "ὅπου νόμος οὐ· σὺ δὲ δεῖξόν μοι ὅτι μετὰ ὃ ἐδόθη ὁ νόμος, ἡ πίστις δικαιοῖ καὶ εὐλογημένους ποιεῖ· δείκνυσιν ὁ ἀπόστολος νυνὶ, οὐ μόνον ὅτι δικαιοῖ ἡ πίστις καὶ εὐλογεῖ, ἀλλ' ὅτι καὶ ὁ νόμος ἁμαρτίας ἐστὶ κατάρας αἴτιος ἦν. Οὐδεὶς γὰρ ποιεῖν δυνάσθαι τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ· ὃ δὲ μὴ ποιεῖ, ἐπικατάρατος. Ὥστε τῆς πίστεως ἐστὶ τὸ εὐλογεῖν, καὶ μάτην ὑμᾶς φοβεῖσθε μήποτε ἐπικατάρατοι γένησθε ἀποστάντες τοῦ νόμου. μᾶλλον γὰρ χρώμενοι αὐτῷ ὑπὸ κατάραν ἐστὲ, ὡς μὴ δυνάμενοι πληρῶσαι αὐτόν.

11 Ὅτι δὲ ἐν νόμῳ οὐδεὶς δικαιοῦται παρὰ τῷ Θεῷ, δῆλον· ὅτι ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. 12 Ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστιν ἐκ πίστεως, ἀλλ' ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς.] Δείξας ὅτι ὁ νόμος ἐπικατάρατους ποιεῖ, ἡ δὲ πίστις εὐλογεῖ, νῦν δείκνυσιν ὅτι καὶ ἡ πίστις μόνη δικαιοῖ, καὶ οὐχ ὁ νόμος. καὶ παράγει τὸν Ἀμβακοὺμ λέγοντα, Ὅτι ἐκ πίστεως ζήσεται ὁ δίκαιος, καὶ οὐκ ἀπὸ νόμου. ὁ γὰρ νόμος οὐ μόνην πίστιν ἀπαιτεῖ, ἀλλὰ καὶ ἔργα. Καθὼς δὲ εἶπε, παρὰ τῷ Θεῷ· παρὰ μὲν τοῖς ἀνθρώποις, δίκαιοι ἴσως δοκοῦσιν οἱ τὸν νόμον ἐκπληροῦντες, οἷοι οἱ Φαρισαῖοι, οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων. Ἐπεὶ δὲ ὁ νόμος τὸ δυσκα-

9 *Igitur qui ex fide ſunt, benedicuntur cum fideli Abraham.*] Quia turbabantur nequando ſint maledicti, ceu illi qui in lege non perſeverent (ſcriptum eſt enim, Maledictus qui non perſeverat in iis quæ ſcripta ſunt in lege) contrarium nunc potius oſtendit, nempe quòd benedicti ſint qui legem reliquerint, & ad fidem acceſſerint, perinde ac fidelis Abraham benedictus erat. Deut. 27. 25

10 *Quicunque enim ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt. Scriptum eſt enim: Maledictus eſt omnis qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, ut faciat ea.*] Ne quis opponat, dicens, Haud injuriâ Abrahamus ex fide cùm benedictus eſt, tum juſtificatus, quia lex nondum ſancita erat: Tu verò monſtra mihi quòd poſtquam data eſt lex, fides juſtificet, & benedictos faciat: oſtendit Apoſtolus nunc non ſolùm quòd & juſtificet fides & benedicat, ſed etiam quòd lex peccati & maledictionis cauſa ſit. Nemo enim poteſt facere quæ ſcripta ſunt in lege: qui verò non facit, maledictus eſt. Proinde fidei eſt benedicere, & fruſtra vos metuitis, nequando vos maledicti ſitis deficientes à lege. Nam ſi eâ utamini, potius ſub execratione eſtis, quippe qui non poſſitis explere ipſam.

11 *Quod verò in lege nemo juſtificetur apud Deum, manifeſtum eſt: quia juſtus ex fide vivet.* 12 *Lex autem non eſt ex fide, ſed qui fecerit ea homo, vivet in ipſis.*] Demonſtrato quòd lex maledictos faciat, fides autem benedicat, oſtendit jam nunc quòd vel fides ſola juſtificat, & non lex. Adducitque Habbacuc dicentem, *Juſtus ex fide vivet*, & non ex lege. Lex enim non ſolam fidem poſtulat, verumetiam opera: Pulchrè autem dixit, *apud Deum*, apud homines enim juſti forſan videri queant, qui legem retenti ſunt, veluti Phariſæi juſtificantes ſeipſos coram hominibus. Quia igitur lex ob difficultatem operum non juſtificabat, ſed maledictioni potiùs ſubjugabat, Habac. 2. 4.

gabat, venit gratia facilem viam oſtendens, fidem videlicet, per quam juſtificati benedicimur. Ecce igitur demonſtratum eſt, quòd nedum ante legem benedicebat & juſtificabat fides, ſed etiam poſt legem magis.

13 *Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Scriptum eſt enim: Maledictus omnis qui pendet in ligno.*] Ne quis hic occurrat; Verè, inquiens, qui non facit legem, maledictus eſt: & fides juſtificat: Unde verò perſpicuum, quòd maledictio illa ſublata ſit? Metuimus enim, ne fortè jugo legis ſubditi, ipſi etiam ſub execratione ſimus. Indicat igitur ſolutam eſſe per Chriſtum execrationem. Dato enim precio, per hoc quòd ipſe factus eſt maledictio, redemit nos à maledictione legis, quam ipſe quidem evaſit; quippe qui legem impleverit: nos autem illi obnoxii eramus, ipſam perficere non valentes: æquè ac ſi quem morti adjudicatum, alius quiſpiam innoxius eximat à morte, pro illo mortem ſubire volens. Suſcepit igitur maledictionem ſuſpenſioni debitam, diſſolvitque maledictionem, quæ nobis, quòd legem non impleremus, erat impoſita, ipſe qui ei non erat obnoxius. Legem enim implevit, & peccatum non fecit.

14 *Ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Jeſu.*] Eam ob rem, inquit, factus eſt maledictio, *ut in gentibus*, hoc eſt, iis qui lege non utebantur, *benedictio Abrahami*, hoc eſt, quæ eſt ex fide, *fieret in Chriſto Jeſu*, hoc eſt, in ſemine Abrahami. ſicut & ſcriptum eſt: *In ſemine tuo benedicentur*, hoc eſt, in Chriſto ex te nato ſecundùm carnem, credentes videlicet in ipſum.

Ut promiſſionem Spiritûs acciperemus per fidem.] Propterea (inquit) benedicuntur gentes, ut & Spiritum accipiant per fidem. Quia enim iis, qui adhuc ſub maledictione erant, Spiritum accipere non licebat, benedicuntur, ſolutâ maledictione à Chriſto:

κάρδαστον ὄντε ἐδικαίου, καὶ τοῦτο κατέργον ἐποίει, ἦλθεν ἡ χάρις ῥᾳδίαν ὁδὸν δεικνύουσα τῆ πίστιν, δι' ἧς δικαιούμενοι εὐλογούμεθα. Ἰδοὺ τοίνυν ἀποδέδεικται, ὅτι οὐ μόνον πρὸ τοῦ νόμου, πολλῷ μᾶλλον καὶ μετὰ τὸν νόμον.

13 Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. γέγραπται γάρ· Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου.] Ἵνα μήτις ἀντείπῃ, λέγων, ὅτι ἀληθῶς μὲν ὁ μὴ ποιῶν τὸν νόμον ἐπικατάρατος, καὶ ὅτι ἡ πίστις δικαιοῖ· πόθεν δὲ δῆλον, ὅτι ἡ κατάρα ἐκείνη ἀνῄρηται; δεδοίκαμεν γὰρ μήπως ὡς ὑπὸ τὸν ζυγὸν τοῦ νόμου ἅπαξ γενόμενοι, ὑπὸ τὴν κατάραν ἐπιῶμεν καὶ αὐτοί. Δείκνυσιν οὖν ὅτι λέλυται ἡ κατάρα διὰ Χριστοῦ· δοὺς γὰρ " τιμὴν, τὸ, αὐτὸς γενόμενος " ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, ἐξηγόρασεν ἡμᾶς ἀπὸ τῆς τοῦ νόμου κατάρας, ἵνα αὐτὸς μὲν ὀξέφυγε, ἅτε τὸν νόμον πληρώσας· ἡμεῖς δὲ ὑπόδικοι ταύτην ἤμεν, μὴ δυνάμενοι τελέσαι αὐτόν· οἷς οὐ εἴ τινα καταδικασθέντα ἀποθανεῖν, ἕτερός τις ἀνέγκλητος ὀξέλοιτο τοῦ θανάτου, ἑλόμενος αὐτὸς θανεῖν ὑπὲρ ἐκείνου. Εδείξατο οὖν καὶ πάρεμ τὸ ἀπὸ τῆς κρεμασθῆναι, καὶ ἔλυσε κατάραν, τὸ ἀπὸ δὲ μὴ πληροῦν τὸν νόμον ἡμῖν ὑπεκειμένην, αὐτὸς μὴ ὑποκείμενος ταύτῃ. Οὔτε γὰρ νόμον ἐπλήρωσε, καὶ ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν.

" ἀρᾶν.

14 Ἵνα εἰς τὰ ἔθνη ἡ εὐλογία τοῦ Αβραὰμ γένηται ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.] Διὰ τοῦτό, φησι, κατάρα γέγονεν ἐκεῖνος, ἵνα εἰς τὰ ἔθνη, τουτέστι, τοὺς μὴ τῷ νόμῳ χρωμένους, ἡ εὐλογία τοῦ Αβραὰμ, τουτέστιν, ἡ ἐκ πίστεως, γένηται ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τουτέστι, τῷ σπέρματι τοῦ Αβραάμ· καθὼς καὶ γέγραπται, ὅτι ἐν τῷ σπέρματί σου εὐλογηθήσονται, τουτέστιν, ἐν Χριστῷ, τῷ ἐκ σοῦ γενομένῳ κατὰ σάρκα, πιστεύουσι δηλονότι εἰς αὐτόν.

Ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πνεύματος λάβωμεν διὰ τῆς πίστεως.] Διὰ τοῦτό, φησι, κατάραν τὰ ἔθνη, ἵνα καὶ τὸ Πνεῦμα λάβωσι διὰ τῆς πίστεως. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε δέξασθαι τὸ Πνεῦμα τοὺς ἔτι ὑπὸ κατάραν ὄντας, εὐλογουμένους,

λυθείσης

λυθείσης ἡ κατάρας ὑπὸ Χριστοῦ· ἢ τότε δίκη ἡ πίστεως δικαιωθέντες, δίδονται τὴν ἐπαγγελίαν τῆς Πνεύματος. ἃ γὰρ ἐπηγγείλατο ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ, πνευματικὰ ἦν (τοῦτ' ἔστι) ὁ Παῦλος· ἃ δηλαδὴ νῦν ἡμῖν ἐδόθησαν, ἥ τε εὐλογία καὶ τἄλλα.

15 Ἀδελφοί, κατὰ ἄνθρωπον λέγω.] Ἀνωτέρω ἀνοήτους καλέσας, νῦν ἀδελφοὺς λέγει· σκληρὸν μὲν φῦσαν, τοῦτο δὲ παραμυθούμενος· ἀνθρώπινον, φησὶν, ὑπόδειγμα μόνον ὑμῖν παραλαβεῖν.

Ὅμως ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην οὐδεὶς ἀθετεῖ, ἢ ἐπιδιατάσσεται. 16 Τῷ δὲ Ἀβραὰμ ἐρρήθησαν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. οὐ λέγει, Καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνός, Καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστι Χριστός. 17 Τοῦτο δὲ λέγω, διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ Θεοῦ εἰς Χριστὸν, ὁ μετὰ τετρακόσια καὶ τετρακοσιοστὸν ἔτη γεγονὼς νόμος οὐκ ἀκυροῖ, εἰς τὸ καταργῆσαι τὴν ἐπαγγελίαν.] Τοῦτο βούλεται) δεῖξαι, ὅτι ἡ πίστις, διαθήκη ἐστὶν ἀρχαιοτέρα τοῦ νόμου, καὶ ὅτι οὐκ αὖ δίκαιον εἶη προτιμηθῆναι αὐτῆς τὸν νόμον. διὸ καὶ τὸ ὑπόδειγμα τέθεικεν. Ἐὰν γὰρ ἄνθρωπος, φησὶ, διαθήται, μὴ τολμᾷ τις μετὰ ταῦτα ἐλθὼν διαπτέρναι ἢ ἐπιδιατάξασθαι, τουτέστι, προσθεῖναί τι; οὐκοῦν μᾶλλον ὅτι τοῦ Θεοῦ. Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς διαθήκην ἐποίησε πρὸς τὸν Ἀβραὰμ, ἵνα ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ εὐλογηθῶσι τὰ ἔθνη. Ὃ δὲ σπέρμα αὐτοῦ ὁ Χριστός. Οὐ γὰρ εἶπε, τοῖς σπέρμασιν, ἵνα μὴ νομίσῃς τοὺς ἀπ' αὐτοῦ καταγομένους Ἰουδαίους καὶ Ἰσμαηλίτας· ἀλλὰ, τῷ σπέρματι, ἑνικῶς· ὅπερ ἐστὶν, ὡς εἴρηται, ὁ Χριστός. Πῶς οὖν ταύτην τὴν διαθήκην καὶ συμφωνίαν καὶ ἐπαγγελίαν θεῖναι) ἀκυροῖ ὁ νόμος, ἵνα μὴ ἐν τῷ Χριστῷ εὐλογηθῶσι τὰ ἔθνη, ἀλλ' ἐν τοῖς νομικοῖς ἐντάλμασι; τοῦτο γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ καταργεῖσθαι τὴν ἐπαγγελίαν ὁπωσοῦν φύσιν.

18 Εἰ γὰρ ἐκ τοῦ νόμου ἡ κληρονομία, οὐκ ἔτι ἐξ ἐπαγγελίας· τῷ δὲ Ἀβραὰμ δι' ἐπαγγελίας κεχάρισται ὁ Θεός.] Εἰ ὁ νόμος, φησὶ, χορίζεται τὰς εὐλογίας, καὶ

tumque per fidem juſtificati, accipiunt promiſſionem Spiritûs. Quæ enim promiſit Deus Abrahamo, ſpiritualia eſſe intelligit Paulus, quæ nunc videlicet nobis data ſunt, ipſa benedictio, idque genus alia.

15 *Fratres, ſecundùm hominem dico.*] Suprà ſtolidos vocavit, nunc fratres nominat: illo quidem eos perſtringens, hoc conſolans. Humanum, inquit, exemplum vobis adducturus ſum.

Tamen hominis confirmatum teſtamentum nemo ſpernit aut ſuperordinat. 16 *Abrahamo autem datæ ſunt promiſſiones, & ſemini ejus. Non dicit: Et ſeminibus, tanquam in multis, ſed tanquam in uno: Et ſemini tuo, qui eſt Chriſtus.* 17 *Hoc autem dico, Teſtamentum antea firmatum à Deo in Chriſtum, poſt quadringentos & triginta annos facta lex non irritum facit, ad evacuandam promiſſionem.*] Hoc indicare vult, quòd fides ſit teſtamentum lege antiquius, & quòd iniquum eſt ei præferri legem. Hinc & exemplum poſuit. Si enim homo (inquit) teſtamentum condidit, numquid audet aliquis poſtea veniens invertere, vel ſuperordinare, hoc eſt, apponere aliquid? Itaque de Deo idem potiùs ſentiendum. Nam & Deus teſtamentum fecit cum Abrahamo, ut in ſemine ipſius benedicantur gentes. Semen autem ipſius, Chriſtus eſt. Non enim dixit, *ſeminibus*, ne intelligeres ab eo propagatos Judæos & Iſmaëlitas: ſed, *ſemini*, in ſingulari: quod (uti dictum eſt) Chriſtus eſt. Quomodo igitur teſtamentum hoc, & conſenſum, & promiſſionem, lex irrita facere poteſt, ita ut in Chriſto non benedicantur gentes, ſed in legalibus mandatis? Hoc enim nihil aliud eſt quàm deſtruere & abolere promiſſionem: quod abſurdum eſt.

18 *Nam ſi ex lege hæreditas, jam non eſt ex promiſſione. Abrahamo autem per promiſſionem donavit Deus.*] Si lex (inquit) donat benedictiones, & vitæ & juſtitiæ hæredes

redes facit, reſtat ut promiſſio illa Abrahamo facta ſit irrita, ac rejecta : verùm id non habet rationem : poſterior enim cùm lex ſit, quomodo irritum faciet prius teſtamentum ? Ne feſtines autem totum exemplum ad inſtitutum trahere. Nam ob eam rem etiam ipſe dixit, *Secundùm hominem loquor :* hoc eſt, humanum exemplum profero. Quare ſi non poſſit divinis adæquari, non mirum.

19 *Quid igitur ? Lex propter tranſgreſſiones addita eſt ?*] Poſtquam fidem extuliſſet, ac lege antiquiorem eſſe oſtendiſſet, objectio imminebat, Cujus, nempe, rei gratiâ lex data ſit, ſi fides antiquior erat, & benedictiones dabat ? Ait igitur haud temerè eſſe latam, ſed tranſgreſſionum gratiâ, ut pro fræno ſit Judæis, prohibens ne aliqua ſaltem mandata violentur, licèt non omnia. Scitè autem illud, *poſita eſt :* ut indicet legem non eſſe præcipuè ac primo conſilio datam, quemadmodum promiſſiones ; ſed veluti obiter additam ob multas tranſgreſſiones, ut aliquot ſaltem cohiberet.

Donec veniret ſemen cui promiſerat.] Non tamen ad infinitum uſque tempus data eſt lex, cæterùm tamdiu, donec Chriſtus venerit, cui promiſſum eſt ut in eo benedicantur gentes. Si igitur ad Chriſti uſque adventum data eſt, quid ulteriùs eam producis ?

Ordinata per angelos in manu mediatoris.] Lata eſt, inquit, lex per intermedios angelos adminiſtrata, vel ſacerdotes, vel revera angelos. Etenim ad tubas illas & tonitrua ac terriculamenta, angeli adminiſtri erant. *In manu mediatoris*, id eſt, Chriſti : indicans adeò quòd & legem tulerit Chriſtus, ut ita in arbitrio ejus ſit eam rurſus tollere.

20 *Mediator autem unius non eſt, Deus autem unus eſt.*] Chriſtus itaque duorum mediator eſt, Dei videlicet ac hominum. Mediatorem autem egit inter utroſque, pacem faciendo, ac bellum dirimendo quod

ζωῆς ⸀ δικαιοσύνης κληρονόμους ποιῆς, λειπὸν ἡ ἐπαγγελία ἐκείνη ἡ πρὸς τ̓ Αβραὰμ, ἄκυρός ἐστι καὶ ἐκκέκληται. Αλλ̓ οὐκ ἀνὴκεν ἔχει τοῦτο λόγον· μεταγενέστερος γὰρ ὢν ὁ νόμος, πῶς ἀκυρώσει τ̓ πρότερον διαθήκην; μὴ σπεῦδε εἰς πολὺ ὃ ὑπόδειγμα εἰς τὸ προκείμενον ἑλκύσαι· διὰ τοῦτο γὰρ ⸀ αὐτὸς εἶπε, κατ̓ ἄνθρωπον λέγω, τουτέστιν, ἀνθρώπινον ὑπόδειγμα πρόφερω. Ὥστε εἰ μὴ δύναται πρὸς τὰ θεῖα ἐξισωθῆναι, οὐδὲν κωλύει.

19 Τί οὖν; ὁ νόμος τῶν παραβάσεων χάριν προσετέθη;] Επειδὴ τὴν πίστιν ἐπῆρε, καὶ πρεσβυτέραν ἔδειξεν, ἀνέκυπτεν ἀντίρρησις, τίνος οὖν ἕνεκεν ὁ νόμος ἐδόθη, εἰ ἡ πίστις πρεσβυτέρα ἦν, ⸀ τὰς εὐλογίας αὕτη ἐδίδου; φησὶ τοίνυν, ὅτι οὐκ εἰκῇ, ἀλλὰ τῶν παραβάσεων χάριν, ἵνα αὐτὴ χαλινὸν εἴη τοῖς Ιουδαίοις, κωλύων παραβαίνειν τινὰς γοῦν τῶν ἐντολῶν, εἰ μὴ πάσας. Καλῶς δὲ τὸ, προσετέθη· ἵνα δείξῃ τ̓ νόμον μὴ προηγουμένως δοθέντα, ὥσπερ αἱ ἐπαγγελίαι, ἀλλ̓ οἷ παραπεπτωκότα διὰ τὰς πολλὰς παραβάσεις, ἵνα κἂν ὀλίγας κωλύῃ.

Ἄχρις οὗ ἦλθε τὸ σπέρμα ᾧ ἐπήγγελται.] Αλλ̓ ὅμως οὐκ εἰς ἀπέραντον ἐδόθη ὁ νόμος, ἀλλ̓ ἄχρις οὗ ἦλθεν ὁ Χριστὸς, ᾧ ἐπήγγελται τὸ εὐλογεῖσθαι ἐν αὐτῷ τὰ ἔθνη. Εἰ τοίνυν μέχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ προνοίας δέδοται, τί περαιτέρω ἕλκεις αὐτόν;

Διαταγεὶς δἰ ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτου.] Εδόθη, φησὶν, ὁ νόμος, διακονηθεὶς διὰ μέσων ἀγγέλων, ἢ τῶν ἱερέων, ἢ ὄντως ἀγγέλων. Καὶ γὰρ καὶ πρὸς τὰς σάλπιγγας ἐκείνας, ⸀ τὰς βροντὰς, ⸀ τὰ δείγματα, ἄγγελοι διηκόνουν. Εν χειρὶ μεσίτου, τουτέστι, Χριστοῦ. δείκνυσι γὰρ ὅτι ⸀ τ̓ νόμον ὁ Χριστὸς δέδωκεν· ὥστε καὶ τὸν ἀνελεῖν αὐτὸν αὐτός ἐστι κύριος.

20 Ο᾽ μεσίτης, ἑνὸς οὐκ ἔστιν· ὁ᾽ Θεὸς εἷς ἐστιν.] Ὥστε καὶ ὁ Χριστὸς δύο τινῶν ἐστι μεσίτης, Θεοῦ δηλαδὴ καὶ ἀνθρώπων. ἐμεσίτευσε γὰρ ἀμφοτέροις, εἰρήνην ποιήσας, καὶ τ̓ πόλεμον λύσας, ὃς ἦν τοῖς ἀνθρώ-

ἀνθρώπους τῷ Θεῷ. ἀφ' ἧς γὰρ ἐποίησεν ἑαυτῷ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ἔκτοτε τὴν ἐριώδη ἐποίησε, τῇ θείᾳ φύσει τὴν ἐχθρὰν δι' ἣν ἡ ἁμαρτία σὰρξ καλεῖται ἀναχεάσας. Ὥστε ἐπεὶ μεσίτης καὶ διαλλακτὴς αὐτός ἐστιν, δῆλον ὡς αὐτὸς σῴζει, καὶ οὐχ ὁ νόμος.

21 Ὁ οὖν νόμος κατὰ τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ Θεοῦ; Μὴ γένοιτο.] Εἰ αἱ μὲν ἐπαγγελίαι εὐλόγουν, ὁ δὲ νόμος κατάραν "ἐπήγαγε. "εἰσάγει, φανερόν ὅτι ἐὰν παραδεξώμεθα αὐτὸν, ὡς τὸ κῦρος "ἔχοντα, λύει τὰς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ, τὰς τὴν εὐλογίαν διδούσας· ἀλλὰ μὴ γένοιτο· ἄκουε δὲ καὶ τῶν ἑξῆς.

Εἰ γὰρ ἐδόθη νόμος ὁ δυνάμενος ζωοποιῆσαι, ὄντως ἂν ἐκ τοῦ νόμου ἦν ἡ δικαιοσύνη.] Τότε, φησὶν, ὁ νόμος ἐπικρατέστερος ἂν ἦν τῆς πίστεως καὶ εὐλογεῖ, καὶ ἐδικαίου τὸν ἄνθρωπον, εἰ ζωοποιῆσαι ἠδύνατο καὶ σῶσαι. νῦν δὲ μᾶλλον ἀποκτείνυσι, καθ' ὃ οὐ δύναται ἁμαρτιῶν ἐλευθερῶσαι. Πῶς οὖν ἐπικρατήσει τῆς πίστεως τῆς δυναμένης ζωοποιῆσαι διὰ τοῦ βαπτίσματος, καὶ εὐλογοῦσης καὶ δικαιούσης;

"κατὰ πάντας. 22 Ἀλλὰ συνέκλεισεν ἡ γραφὴ "τὰ πάντα ὑπὸ ἁμαρτίαν, ἵνα ἡ ἐπαγγελία ἐκ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ δοθῇ τοῖς πιστεύουσιν.] Ὁ νόμος, φησὶν, οὐκ ἴσχυεν ἀπαλλάξαι ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ πρὸς τοῦτο συνήργησε, πρὸς τὸ συγκλεῖσαι τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ ἁμαρτίαν· τυπτίσει, δείξαι αὐτοῖς ἁμαρτωλοὺς, καὶ συνωθῆσαι ἵνα τῆς ἀφέσεως ἐπιθυμήσωσι, καὶ προσδράμωσι τῷ ταύτην δυναμένῳ χαρίσασθαι "Χριστῷ. ὅπου γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι μὴ αἰσθανόμενοι τῆς ἁμαρτίας, οὐδὲ τῆς ἀφέσεως ἐπεθύμουν, δέδωκε τὸν νόμον συγκλείοντα αὐτούς· ὅ ἐστι, στενοχωροῦντα καὶ ἄγχοντα τοῖς ἐλέγχοις, καὶ δεικνύοντα ἁμαρτωλοὺς, καὶ πιεζοῦντα εἰς τὸ ζητῆσαι τὸν Σῴζοντα, δι' οὗ δυνατὸν συγχωρηθῆναι· ὁ δέ ἐστιν ἡ εἰς Χριστὸν πίστις, δι' "κατὰ δικαιούμεθα. ἧς εὐλογούμεθα "καὶ δικαιούμεθα.

23 Πρὸ τοῦ δὲ ἐλθεῖν τὴν πίστιν, ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα, συγκεκλεισμένοι εἰς τὴν πίστιν τὴν μέλλουσαν ἀποκαλυφθῆναι.]

homines cum Deo gesserunt. Ex quo enim sibiipsi univit humanam naturam, ex eo tempore pacem fecit, carnem ob peccata inimicam divinæ naturæ mirandum ad modum commiscens. Quocirca quia mediator & reconciliator ipse est, perspicuum est quòd ipse servet, & non lex.

21 *Lex ergo adversus promissa Dei? absit.*] Si promissiones benedictionem dabant, lex autem maledictionem introducit, perspicuum est quòd si receperimus ipsam tanquam authoritatem habentem, tollit promissiones Dei benedictionem dantes. Sed absit. Audi autem quæ sequuntur.

Si enim data esset lex quæ posset vivificare, verè ex lege esset justitia.] Lex, inquit, tunc fortior esset fide, & benediceret, & justificaret hominem, si vivificare potuisset ac servare. Jam verò occidit potiùs, quatenus non potest à peccatis liberare. Quomodo igitur dominabatur in fidem, quæ potest vivificare per baptisma, & quæ benedicit & justificat?

22 *Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus.*] Non potuit, inquit, lex à peccatis liberare, verùm ad hoc cooperata est, ut concluderet homines sub peccato: hoc est, ut ostenderet eos peccatores, & compelleret ut remissionem concupiscant, & accelerent ad eum qui hanc præstare possit, Christum scilicet. Nam cùm Judæi, non sentientes peccata sua, remissionem non desiderarent, dedit legem concludentem eos, id est, coarctantem, constringentémque per increpationes, monstrantémque peccatores, ac compellentem inquirere rationem per quam possint veniâ donari. Hæc autem ratio est, ipsa in Christum fides, per quam benedicimur, & justificamur.

23 *Priusquam autem veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam quæ revelanda erat, fidem.*] Lex, inquit, magnam

gnam præbebat ſecuritatem iis qui ſub ea erant, ac ab illa cuſtodiebantur, à pluribus peccatis cohibens, ac veluti murus quiſpiam exiſtens, concludens homines, colligénsque ad fidem. Quâ iſthuc ratione? Cùm enim arguat peccata, nec poſſit ab his liberare, neceſſariò fidem oſtendebat juſtificantem, quæ quidem olim occultata erat, poſtea autem revelata eſt, quando Deus manifeſtus eſt in carne.

24 *Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſtum, ut ex fide juſtificemur.*] Ut enim pædagogus ab omni malitia liberat adoleſcentem, ac ut diſciplinas a præceptore ſuſcipiat cum omni cura atque attentione parat: hunc ad modum lex in virtute moderata alumnos ſuos, adeóque eos qui ſub ſe erant, inſtituebat, & ad Chriſtum doctorem atque præceptorem abducebat, per reprehenſionem & oſtenſionem peccatorum promptiores faciens & alacriores, ut quærerent eum, qui noxæ condonationem impertiretur, ac ex fide juſtificaret. Pudeat ergo legis calumniatores. Neque enim pædagogus adverſatur præceptori, neque Lex repugnat Novo Teſtamento.

25 *At ubi venit fides, jam non ſumus ſub pædagogo.* 26 *Omnes enim filii Dei eſtis per fidem in Chriſto Jeſu.*] Cùm advenerit, inquit, fides, quæ virum perfectum efficit, non jam ampliùs eſſe poſſimus ſub pædagogo, qui per ipſam perfecti ſumus, & adoleſcentiam ſupergreſſi. Quòd perfecti enim viri ſumus ex fide, planum eſt ex eo quòd filii Dei ſumus per fidem in Chriſtum. nam hæc eſt conſtructio. Omnino autem is qui eo honore eſt dignatus, ut Filius Dei fiat, non eſt imperfectus, neque infans. Quocirca ridiculum fuerit, eos qui in viros creverint, pædagogo legi ſubjici. Perinde enim eſſet, ac ſi cùm dies illuxerit, non ſolem quis videre velit, ſed lucernam. Obſerva autem quî ſuprà oſtenderit fidem filios Abrahami facere, nunc autem fiilios Dei. Adeò magna poteſt.

27 *Quicunque enim in Chriſtum bap-*

Ὁ νόμος, φησι, πολλὴν ἀσφάλειαν παρέχε τοῖς ὑπ' αὐτὸν ὄσι καὶ φερομένοις, τ πλημόνων ἀπείργων ἁμαρτημάτων, καὶ οἷόν τι τεῖχος ὢν, καὶ συγκλείων τοὺς ἀνθρώπους ⸌ " συναγαγὼν εἰς τ πίστιν. πῶς; ἐλέγχων " γὰρ τὰς ἁμαρτίας, καὶ μὴ δυνάμενος τούτων " ἐλθυθερῶσαι, ὃς ἀνάγκης ὑπεδείκνυε τὴν πίστιν δικαιοῦσθαι, ἥτις ἐν μ καὶ πάλαι κρυπτομένη, ὕστερον ἐπεκαλύφθη, ὅτε καὶ ὁ Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί.

" χ. συναγόν. " χ. ἐλέγχων γὰρ τὰς ἁμαρτίας, μὴ δυνάμενος τούτων ἐλθυθερῶσαι.

24 Ὥστε ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς Χριστὸν, ἵνα ἐκ πίστεως δικαιωθῶμεν.] Ὥσπερ γὰρ ὁ παιδαγωγὸς πάσης κακίας ἀπαλλάττει τ " νέον, καὶ τὰ μαθήματα παρὰ τοῦ διδασκάλου δέχεται μετὰ πάσης ἐπιμελείας καὶ προσοχῆς παρασκευάζει· οὕτω καὶ ὁ νόμος ἀρετὴν τε συμμέτρην ἐπαίδευε τοὺς ὑπ' αὐτὸν, καὶ πρὸς τ " Χριστὸν, ὅς ἐστιν ὁ διδάσκαλος, ἀπῆγε, δι' τ ἐλέγχου καὶ ἀποδείκνυσθαι τὰ ἁμαρτήματα προθυμοτέρους ποιῶν εἰς τὸ ζητῆσαι τ παρ' αὐτοῦ ἄφεσιν δοῦναι, καὶ δικαιοῦν ἐκ πίστεως. Αἰσχυνέσθωσαν οὖν οἱ τ νόμον διαβάλλοντες. Οὔτε γὰρ ὁ παιδαγωγὸς ἐναντίος τῷ διδασκάλῳ, ὅτι ὁ νόμος τῇ καινῇ ἐναντίος.

25 Ἐλθούσης δὲ τῆς πίστεως, οὐκέτι ἐσμὲν ὑπὸ παιδαγωγόν. 26 Πάντες γὰρ υἱοὶ Θεοῦ ἐστε, διὰ τ πίστεως ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.] Ἐλθούσης, φησὶ, τῆς πίστεως, τῆς τέλειον ἀνδρα ποιούσης, οὐκ ἀν ἔτι ἐσμὲν ὑπὸ παιδαγωγὸν οἱ τελειωθέντες δι' αὐτῆς, καὶ τὴν νηπιότητα ὑπερβάντες. Ὅτι γὰρ τέλειοι ἄνδρες ἐσμὲν ἐκ πίστεως, δῆλον ἐξ οὗ καὶ υἱοὶ Θεοῦ ἐσμὲν διὰ τῆς ἐν Χριστῷ πίστεως· οὕτω γὰρ ἡ συνταξις. Πάντως δὲ ὁ ἀξιωθεὶς υἱὸς Θεοῦ γενέσθαι, οὐκ ἀτελὴς, οὐδὲ νήπιος. Ὥστε " γοῦν τὸ, ἀνδρας γενομένους " χ. πάλιν. τῷ παιδαγωγῷ νόμῳ ὑποτάσσεσθαι· ὥσπερ καὶ τὸ, ἡμέρας φανείσης μὴ τ ἥλιον ὁρᾶν, ἀλλὰ τ λύχνον. Ὅρα δὲ πῶς ἀνωτέρω μὲν ἔδειξε τὴν πίστιν υἱοὺς ποιοῦσθαι Ἀβραάμ, νῦν δὲ υἱοὺς Θεοῦ· οὕτω μεγάλα δύναται.

27 Ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε.]

σθητε, Χειςὸν ἐνεδύσασθε.] Κατασκευάζει πῶς υἱοί ἐσμεν Θεοῦ, καὶ φησιν, ὅτι διὰ τοῦ βαπτίσματος. Οὐκ εἶπε δέ, ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθητε, υἱοὶ Θεοῦ γεγόνατε, ὥσπερ καὶ ἡ ἀκολουθία ἀπῄτει· ἀλλὰ τὸ πολὺ φοβερώτερον, ὅτι Χειςὸν ἐνεδύσασθε. Εἰ γὰρ Χειςὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐνεδεδύμεθα, καὶ τοῖς αὐτὸν ἐφωμοιώθημεν· εἰς μίαν συγγένειαν καὶ μίαν ἰδέαν ἤχθημεν, χάριτι γενόμενοι ὅπερ ἐκεῖνός ἐστι φύσει.

28 Οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος, οὐδὲ Ἕλλην· οὐκ ἔνι δοῦλος, οὐδὲ ἐλεύθερος· οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ· πάντες γὰρ ὑμεῖς ἐστε εἷς ἐν Χριςῷ Ἰησοῦ.] Ἑκαστος, φησι, τῶν βαπτιζομένων ἀπεβάλετο μὲν [a] τὰ φυσικὰ ἰδιώματα· ἕνα δὲ τύπον καὶ μίαν μορφὴν πάντες ἀνείληφεν, οὐκ ἄγγελοι, ἀλλ' αὐτὸς τοῦ δεσπότου, ἐν ἑαυτοῖς δεικνύοντες τὸν Χριςόν. Ὥστε καὶ εἷς ἐσμεν πάντες ἐν Χριςῷ Ἰησοῦ· τουτέστι, καθὸ μίαν μορφὴν τοῦ Χριςοῦ ἐπικειμένην ἔχομεν· ἢ καὶ καθὸ ἓν σῶμά ἐσμεν, μίαν κεφαλὴν [b] ἔχοντες τὸν Χριςόν.

[a] χ. τὴν φυσικὴν ἰδιότητα.

[b] χ. ἔχοντες αὐτόν.

29 Εἰ δὲ ὑμεῖς Χριςοῦ, ἄρα τοῦ Ἀβραὰμ σπέρμα ἐστὲ, καὶ κατ' ἐπαγγελίαν κληρονόμοι.] Ἐπειδὴ ἔμπροσθεν εἶπεν, ὅτι σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ, ἐν ᾧ εὐλογοῦνται πᾶσαι αἱ ἔθνη, ὁ Χριςός ἐστιν, ᾧ δὴ καὶ ἐδόθησαν αἱ ἐπαγγελίαι, ἀπέδειξε δὲ ὅτι καὶ ὑμεῖς τὴν μορφὴν τοῦ Χριςοῦ ἔχετε· συμπεραίνεται οὖν, ὅτι ἄρα καὶ ὑμεῖς σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ ἐστε, καὶ λοιπὸν καὶ κληρονόμοι τῆς ἐπηγγελμένης εὐλογίας. Πῶς οὖν τῷ νόμῳ πείθεσθε οἱ εὐλογηθέντες διὰ τοῦ Χριςὸν ἐνδύσασθαι καὶ ὁμοιωθῆναι αὐτῷ, καὶ ἐντεῦθεν γνήσιον σπέρμα Ἀβραάμ;

tizati estis, Christum induistis.] Quomodo filii Dei sumus confirmando ostendit, per baptisma nempe. Non dixit autem, Quotquot baptizati estis, filii Dei facti estis, quemadmodum consecutio postulabat: sed quod multo magis est tremendum, *Christum induistis.* Si enim Christum Filium Dei induimus, ipsique assimilati sumus: ad unam cum eo cognationem, unámque ideam perducti sumus, gratiâ facti quod ille est naturâ.

28 *Non est Judæus neque Græcus, non est servus neque liber, non est masculus & fœmina. Omnes enim vos unus estis in Christo Jesu.*] Unusquisque baptizatorum, inquit, naturales quidem proprietates abjecit, unam autem figuram & formam omnes assumpserunt, non angeli, sed ipsius Domini, in seipsis ostendentes Christum. Proinde *unus sumus omnes in Christo Jesu:* hoc est, quatenus unam Christi formam impositam nobis habemus: vel quatenus etiam unum corpus sumus, unum caput Christum habemus.

29 *Si autem vos Christi, ergo semen Abrahami estis, ac secundùm promissionem hæredes.*] Quia anteà dixerat, semen Abrahami, in quo benedicuntur gentes, Christus est, cui nimirum datæ sunt promissiones, ac demonstravit vos etiam Christi formam habere: nunc concludit, Ergo & vos semen estis Abrahami, ac denique promissæ benedictionis hæredes. Quomodo ergo legi animum appellitis, cùm sitis benedicti, propterea quòd Christum indueritis, assimiliatiq; sitis ipsi, indéque facti semen Abrahami?

ΚΕΦ. δ'.

Λέγω δὲ, ἐφ' ὅσον χρόνον ὁ κληρονόμος νήπιός ἐστιν, οὐδὲν διαφέρει δούλου, κύριος πάντων ὤν· 2 ἀλλ' ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶ καὶ οἰκονόμους, ἄχρι τῆς

CAP. IIII.

Dico autem: Quanto tempore hæres parvulus est, nihil differt à servo, cùm sit dominus omnium: 2 *sed sub tutoribus & actoribus est, usque ad præstitutum tem-*

pus à patre.] Hoc est, pater statuit eum nihil debere administrare, donec ad legitimam ætatem pervenerit, atque obtemperare debet.

3 *Ita & nos, cùm essemus parvuli, sub elementis mundi eramus in servitutem adacti.*] Parvuli, non ætate, sed Dei cognitione. Elementa verò mundi, novilunia ac sabbata dicit: hi namque dies à cursu solis lunæque fiunt. Itaq; qui nos jam sub legem agunt, eámque docent, infantes faciunt, elementísque mundi subdunt, cùm tamen simus viri perfecti, & filii Dei, patrésque familiæ & domini. Discimus præterea, quòd Deus quidem filiorum adoptionem, quæ est ipsa hæreditas, à principio dare voluerit, sed infantia nostra, quo minus hoc fieret, obstitit. Volens autem prorsus tollere legem, non dixit, diebus, sed, *elementis mundi eramus in servitutem adacti:* quo magis pudefaciat eos qui legi incumbendum suadent. Ne turberis autem, si ex consequenti tutores & curatores elementa intelligantur. Primùm enim legem debes accipere tutorem, perinde ac pædagogum, non ista. Deinde neomenias & Sabbata elementa dixit. Præterea, ut abundè eos à lege deficere faciat, atque pudefaciat, hoc ita dixit, quemadmodum in progressu deinceps uberiùs indicabit. Nonnulli per elementa, elementalem & introductoriam legem intellexerunt.

4 *At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege,* 5 *Ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.*] Quamdiu, inquit, infantes eramus, subjecti fuimus neomeniis & sabbatis: at simulátque advênit præstitutum tempus incarnationis Christi, cùm omne scelerum genus pergressa humana natura opus haberet curatione, *misit Deus filium suum,* (hoc est, placuit ei ut veniret) *Factum,* non dixit, per mulierem, ne aditum inveniant qui asserunt Dominum per

παιδαγωγίας τῦ παιδός.] Τυλέστιν, ὥρισεν αὐτὸν ὁ πατὴρ μηδὲν δρᾶν, ἄχρι τῆς νομίμου ἡλικίας, καὶ δεῖ σέβεσθαι.

3 Οὕτω καὶ ἡμεῖς, ὅτε ἦμεν νήπιοι, ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τῦ κόσμου ἦμεν δεδυλωμένοι.] Νήπιοι, ὦ τῇ ἡλικίᾳ, ἀλλὰ τῇ περὶ Θεοῦ γνώσει. Στοιχεῖα δὲ τῦ κόσμυ, τὰς νεμηνίας καὶ τὰ Σάββατα λέγει· αὗται γὰρ αἱ ἡμέραι ἀπὸ δρόμου σελήνης καὶ ἡλίυ ἡμῖν γίνονται). ὥστε καὶ οἱ νῦν ἡμᾶς ὑπὸ τὸν νόμον ἄγοντες, νηπίυς ποιῦσι, καὶ ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τῦ κόσμυ, καίτοι ἄνδρας τελείυς * καὶ υἱὺς Θεοῦ, καὶ οἰκοδεσπότας, καὶ κυρίυς. Μανθάνομεν δὲ, ὅτι ὁ μὲν Θεὸς τὴν υἱοθεσίαν (αὕτη γὰρ ἡ κληρονομία) δοῦναι ἤθελεν ἐξ ἀρχῆς· ἡ δὲ νηπιότης ἡμῶν " ἐκώλυε. Βυλόμενος ὁ πάνυ καθελεῖν τὸν νόμον, οὐκ εἶπεν, ὅτι τῇ ἡμέραις ἦμεν δεδυλωμένοι, ἀλλ', ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τῦ κόσμυ, ἵνα ἐντρέψῃ μᾶλλον τοὺς καὶ ἐπὶ τῷ νόμῳ πείθοντας προσέχειν. Μὴ ταραχθῇς δὲ ἔτι σε τῦ ἀκολούθου ἐπίτροπος καὶ οἰκονόμος νοεῖσθαι τὰ στοιχεῖα. προσῆκον μὲν γὰρ τὸν νόμον " ὀφείλεις ἐπίτροπον νοεῖν, ὥσπερ καὶ παιδαγωγὸν, ἀλλὰ τοῦτο· ἔπειτα τὰς νεμηνίας, καὶ τὰ Σάββατα, στοιχεῖα εἶπεν. Ἀλλως τε δὲ διὰ τὸ ἐκ προνοίας ἀποῤῥῆσαι τῦ νόμυ, καὶ ἐντρέψαι αὐτοὺς, τῦτο οὕτως εἶπεν, ὥσπερ καὶ προϊὼν ἔτι μᾶλλον δείξει. Τινὲς δὲ στοιχεῖα, τὴν στοιχῳώδη καὶ εἰσαγωγικὸν νόμον ἐνόησαν.

4 Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τῦ χρόνυ, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτῦ γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, 5 Ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν.] Τέως μὲν οὖν νήπιοι ὄντες ὑπὸ νεμηνίας ἦμεν καὶ Σάββατα· ὅτε δὲ ἦλθεν ὁ ὡρισμένος χρόνος τῦ ἀρκώσεως τῦ Χριστοῦ, ὅτε " πρὸ εἴδος κακίας διεξελθοῦσα ἡ " φύσις ἡ ἀνθρωπίνη ἐδεῖτο θεραπείας, ἐξαπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτῦ ὁ Θεὸς (τυλέστιν, ηὐδόκησεν ἐλθεῖν) γενόμενον, οὐκ εἶπε λέγ' γυναικὸς, ἵνα μὴ πρόφασιν εὕρωσιν

* ὧ.

" χ. ἐκώλυσε.

" χ. ὀφείλομεν.

" χ. κακίας.

βύρωσιν οἱ λέγοντες, ὡς ὄφις Φιλίωνος, τῆς παρθένου διαφθεῖραι τὸ Κύριον τῇ φαντασίαν πρόπτως· ἀλλ', ἐκ γυναικός· τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῆς σῶμα λαβόντα, καὶ καρπὸν ὄντα τῆς κοιλίας αὐτῆς. Ἐγένετο δὲ ὑπὸ νόμον, περιτμηθεὶς καὶ τελέσας πάντα, ἵνα ἐκτὸς τῆς κατάρας γενόμενος, ἡμᾶς ἐξαγοράσῃ. Δύο δὲ ἀποτελέσματά φησι τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ· τό, τε ἐξαγοράσαι ἡμᾶς ἐκ τῆς τοῦ νόμου κατάρας, καὶ τὸ ἀποδοῦναι τὴν υἱοθεσίαν. Ἀπολάβωμεν δὲ εἶπε, δεικνὺς ἀνωθεν καὶ ἐξ ἐπαγγελίας ὀφειλομένην ἑαυτοῖς ἡμῖν, εἰ καὶ μὴ ἐδίδοτο δι' τὴν νηπιότητα. καὶ γὰρ καὶ ἡ ἐπαγγελθεῖσα τῷ Ἀβραὰμ κληρονομία, ἡ υἱοθεσία ἦν. Ὁ γὰρ υἱὸς κληρονομεῖ.

6 Ὅτι δέ ἐστε υἱοί, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, κράζον, Ἀββὰ ὁ πατήρ. 7 Ὥστε οὐκέτι εἶ δοῦλος, ἀλλὰ υἱός. Εἰ δὲ υἱός, καὶ κληρονόμος· κληρονόμος διὰ Θεοῦ· συγκληρονόμος δὲ Χριστοῦ.] Πόθεν, φησὶ, δῆλον ὅτι υἱοθεσίας ἠξιώθημεν; Ἀπέδειξε μὲν αὐτὸ καὶ πρότερον, ὅτε ἔδειξεν ἡμᾶς Χριστὸν ἐνδεδυμένους, ὅς ἐστιν Υἱός· δείκνυσι δὲ καὶ νῦν, ἐκ τοῦ τὸ Πνεῦμα ἡμᾶς λαβεῖν, ὃ προσκυνεῖν ἡμᾶς πατέρα καλεῖν τὸν Θεὸν, τῶν καρδιῶν ἡμῶν ἀναπόμπως ἀνθρώπων καὶ καινοτρεπῶς. Τοῦτο δὲ οὐκ ἂν ἐγένετο, εἰ μὴ υἱοθεσίας ἠξιώθημεν. Ὥστε ἐπεὶ υἱοί ἐσμεν καὶ κληρονόμοι, οὐ τῶν τυχόντων πραγμάτων, ἀλλὰ τῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ συμμέτοχοι τοῦ μονογενοῦς, τί πάλιν δοῦλοι γινόμεθα, καὶ ἀθετοῦμεν τὴν υἱοθετήσασαν ἡμᾶς πίστιν, τῷ νόμῳ προσέχοντες;

8 Ἀλλὰ τότε μὲν οὐκ εἰδότες Θεὸν, ἐδουλεύσατε τοῖς μὴ φύσει οὖσι θεοῖς.] Ἐπὶ τοῦτο πρὸς τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντας ἀποτείνει), δεικνὺς ὅτι καὶ εἰδωλολατρεία ἐστὶν ἡ τῶν ἡμερῶν παρατήρησις, καὶ μεῖζον ἡ παλαιὰ ἁμαρτάνουσι. πάλαι γάρ, φησὶν, οὐκ ᾔδειτε τὸν Θεὸν, ἅτε ἐσκοτισμένοι καὶ πεπλανημένοι· καὶ ὄφις τοῦτο ἐδουλεύετε ἡλίῳ καὶ σελήνῃ, ἅτινα οὐ φύσει εἰσὶ θεοί· νῦν δὲ

Virginem ceu canalem transiisse inani prorsus apparentiâ, sed, *ex muliere*, hoc est, à substantiâ virginis corpus accipientem, & fructus uteri ipsius existentem. Factus autem fuit sub lege, cùm circumcisus erat, omniaque legis perfecit, ut ab execratione exemptus, ab execratione nos redimeret. Duo autem Christi incarnationis officia nobis exponit : alterum, ut nos redimeret ab execratione legis : alterum, ut submini-straret nobis adoptionem filiorum. Reci-peremus autem dixit, indicans quòd jam antea ex promissione ad nos pertinuerit, e-tiamsi ob infantiam nostram nobis non fue-rit data. Nam & hæreditas Abrahamo promissa, adoptio erat. Filius enim hæ-reditatem adit.

6 *Quoniam autem estis filii, emisit Deus spiritum filii sui in corda vestra, cla-mantem, Abba pater.* 7 *Itaque jam non es servus, sed filius : si autem filius, & hæ-res, hæres quidem Dei, cohæres autem Chri-sti.*] Unde, inquit, planum est quòd fi-liorum adoptione donati sumus? Patefecit istud antehac, quando indicavit nos Chri-stum induisse, qui est Filius. Ostendit autem etiamnum, ex eo quòd Spiritum nos acce-perimus, qui instituit nos ut Patrem vo-cemus Deum, novo quodam modo & di-vino corda nostra commovendo : quod certè non fieret, ni filiorum adoptio nobis data esset. Quocirca cùm Filii simus & hæ-redes, non vulgarium certè rerum, cæte-rùm bonorum divinorum, & unigenito cohæredes, cur rursus servi efficimur, fi-démque, quæ nos in filios adoptavit, legi attendendo rejicimus?

8 *Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis qui naturâ non sunt dii serviebatis.*] Hîc ad eos qui ex gentibus crediderant, sermonem convertit : commonstrans ido-lolatriam esse dierum observationem, quódque hodie plus peccant, quàm olim. Quondam enim, inquit, ignorabatis Deum, cum tenebris septi atque seducti, ac pro-pterea serviebatis Soli & Lunæ, quæ non

naturâ sunt dii. Jam verò si post veritatis agnitionem dies observetis, nihil aliud quàm elementis servitis; quæ pejor est impietas.

9 *Nunc autem cùm cognoveritis Deum, imò cogniti sitis à Deo, quomodo convertimini rursus ad infirma & egena elementa, quibus denuò servire vultis?*] Nunc autem, inquit, cognovistis Deum, imò potiùs non vos proprio labore inveniſtis & agnovistis Deum, (neque enim quæsivistis omnino) sed ipse vos in profundis tenebris agentes inquisivit & assumpsit. Cognitos, enim pro assumptis à Deo, dixit. Quomodo igitur revertimini rursus ad egena & imbecillia elementa? hoc est, quæ nullum robur habent ad proposita nobis bona, & quæ vos spiritualiter juvare nequeunt? Simul autem tanquam intellectu & sensu, adeóque vitâ orbata essent, egena hæc vocat & infirma, etiamsi hoc Græcis displiceat. Pseudapostoli itaque, tanquam legis vindices, dierum observationes introduxerunt. Ipse autem sapientissimè idololatriam rem ipsam vocat, quam & ipsa lex prohibet. Quare qui ista docent, legi etiam adversantur.

10 *Dies observatis, & menses, & tempora, & annos.*] Ex his planum est, quòd non solùm circumcisionem prædicabant pseudapostoli, verumetiam ferias & novilunia.

11 *Metuo ne quo modo frustra laboraverim erga vos.*] Vide misericordiam ejus: illi concutiuntur, & Paulus terretur. Quod ait, *ne quo modo*, indicat eos adhuc superesse, necdum prorsus naufragium passos. Facit autem eis spem, si modò velint vigiles & sobrii esse, non frustra se erga eos laborâsse: perinde quasi dicat eis, Mementote meorum erga vos sudorum, neque vanos facite labores meos.

12 *Estote sicut ego, quia & ego sicut vos.*] Ad eos qui ex Judæis crediderant, hæc dicit: Nempe, Imitamini me. Nam & ego apprimè lege accendebar, non secus ac vos: attamen relictâ illâ, pro Chri-

μᾶ τῇ τ ἀληθείας ὑπτιγνωσιν, ἐὰν ἡμεῖς ὦμεν παρατηρῆσαι, ὑδὲν ἄλλο ἢ στοιχείοις λατρεύετε, καὶ χεῖρον τὸ ἀσέβημα.

9 Νῦν δὲ γνόντες Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ, πῶς ὑπιστρέφετε πάλιν ὑπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε;] Νῦν δὲ, φησὶν, ἔγνωτε Θεὸν, μᾶλλον δ ὑχ ὑμεῖς τ Θεὸν οἰκείῳ πόνῳ ὕρετε ἢ ἐπέγνωτε (οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἐζητήσατε ὅλως) ἀλλ' αὐτὸς ὑμᾶς ἐν σκότῳ βαθεῖ διαφόρους ἐζήτησε καὶ προσελάβετο. τὸ γὰρ, γνωσθέντες, ἀντὶ τῦ, προσληφθέντες ὑπὸ Θεοῦ. Πῶς οὖν "ὑπιστρέφετε πάλιν "χ. ἐπιστρέφετε. ὑπὶ τὰ πτωχὰ καὶ ἀσθενῆ στοιχεῖα; τυφλέσι, τὰ μηδεμίαν δύναμιν ἔχοντα "πρὸς τὰ "χ. πρὸς. προκείμενα ἀγαθὰ, μηδὲ ἰσχύοντα πνευματικῶς ὠφελῆσαι; ἅμα δὲ καὶ ὡς ἐστερημένα νῦν καὶ αἰσθήσεως καὶ ζωῆς, πτωχὰ ταῦτα κακῶς καὶ ἀσθενῆ, κἂν Ἕλλῆνες ἀπαρέσκωνται). Οἱ μὲν οὖν ψευδαπόστολοι, ὡς τῦ νόμου ἐκδικηταὶ, τὰς τῶν ἡμερῶν παρατηρήσεις εἰσῆγον· αὐτὸς δὲ σοφώτατα εἰδωλολατρείαν τὸ πρᾶγμα καλῶν, ὃν καὶ αὐτὸς ὁ νόμος ἀπαγορεύει. Ὥστε καὶ τῷ νόμῳ ἐναντίοι οἱ ταῦτα διδάσκοντες.

10 Ἡμέρας παρατηρᾶσθε, καὶ μῆνας, καὶ καιροὺς, καὶ ἐνιαυτούς.] Ἐκ τούτων δῆλον, ὅτι ὐ μόνον περιτομὴν ἐκήρυττον οἱ ψευδαπόστολοι, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑορτὰς, καὶ τὰς νουμηνίας.

11 Φοβοῦμαι μήπως εἰκῆ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς.] Οἶδα παλάγγα· ἐκφνοι σαλεύονται, καὶ Παῦλος φοβεῖται. Τὸ ῦ, μήπως, δηλοῖ ἔτι αὐτοὺς περιόντας, καὶ μήπω τέλεον ναυαγήσαντας· καὶ δίδωσιν αὐτοῖς ἐλπίδα, ὅτι εἰ θελήσαιεν διανῆψαι, οὐκ εἰκῆ ὁ εἰς αὐτοὺς κεκμήκασι "πόνος. ὡσανεὶ οὖν λέγει αὐτοῖς· μνήσθη- "χ. κόπος. τε τῶν ἐμῶν εἰς ὑμᾶς ἱδρώτων, καὶ μὴ ματαιώσατέ μου τοὺς πόνους.

12 Γίνεσθε ὡς ἐγὼ, ὅτι κἀγὼ ὡς ὑμεῖς. Πρὸς τοὺς ἐξ Ἰουδαίων ταῦτα φησιν, Ὅτι μιμήσασθέ με. Καὶ γὰρ ἐγὼ σφόδρα τῷ νόμου προσεκκόμιζον, ὡς ὑμεῖς· ἀλλ' ἀφῆκα τοῦτον, καὶ νῦν τῷ

Χριστοῦ

Χριστοῦ καὶ τῆς πίστεως ὑπερμαχῶ· τοιοῦτοι καὶ ὑμεῖς γένεσθε. Καλῶς δὲ τοῦτο ὕστερον τέθεικεν. οἱ γὰρ ἀνθρωποι μᾶλλον ἀπὸ τῶν ὁμοιωμάτων ὑποδείγματος ἕλκονται, ἢ ἀπὸ τῶν λογισμῶν.

Ἀδελφοὶ, δέομαι ὑμῶν, οὐδέν με ἠδικήσατε.] Ἐπειδὴ σφόδρα αὐτῶν κατηφιάσατο, βούλεται πάλιν μαλάξαι. ὅτε γὰρ ἡ σφοδρὰ ὑπόπτηξις λυσιτελὴς, ὅτε ἡ πρᾳοτέρα ἐπιείκεια. διὸ καὶ ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλεῖ, ἅμα καὶ τῆς χάριτος ὑπομιμνήσκων τοῦ βαπτίσματος, ἐξ ἧς πάντες ἀδελφοὶ, ὡς ἐξ ἑνὸς πατρὸς τοῦ Θεοῦ, γεγόναμεν. Ἀπολογεῖται δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν ῥηθέντων, ὅτι οὐ κατ' ἀπέχθειαν ἐλέχθη. οὐδέν γάρ με ἠδικήσατε, ἵνα καὶ ἐμφρόνως ὑμῖν προσφέρωμαι, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ πολλὰ πρὸς ἐμὲ χάριτος ἔργα ἐπεδείξασθέ μοι. Πῶς οὖν κατ' ἀπέχθειαν εἶπον ἂν ταῦτα; ἀφ' ὧν δηλαδὴ κηδόμενος ὑμῶν, καὶ ἀπεχθείας ἔλαβον μᾶλλον θεῶν.

13 Οἴδατε δὲ ὅτι δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς εὐηγγελισάμην ὑμῖν τὸ πρότερον, 14 καὶ τὸν πειρασμὸν τὸν ἐν τῇ σαρκί μου οὐκ ἐξουθενήσατε, οὐδὲ ἐπτύσατε.] Οἴδατέ, φησιν, ὅτι μετ' ἀσθενείας σαρκικῆς, τουτέστι, μετ' ὀλιγωρίας καὶ κινδύνων εὐηγγελισάμην ὑμῖν, καὶ ὅλως ὅτως ἀπεσράφητέ "μου· οὐδὲ ὁ πειρασμός μου ἦν, τουτέστιν, οἱ διωγμοὶ, καὶ αἱ μάστιγες, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐσκανδάλισεν ὑμᾶς, καὶ ἐπείσαν ἐξουθενῆσαί με καὶ ἀπορραπύσαι. ἅμα δὲ καὶ σωτήριά αὐτοὺς λελήθοτως, δείκνυς ὅσα ἔπαθε δι' αὐτούς. "χ.μι.

Ἀλλ' ὡς ἄγγελον Θεοῦ ἐδέξασθέ με, ὡς Χριστὸν Ἰησοῦν.] Οὕτω, φησὶ, με ἐτιμήσατε, ὡς χρείττονα ἢ κατ' ἄνθρωπον. Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον, τότε μὲν διωκόμενον καὶ ἐλαυνόμενον δέχεσθαί με ὡς ἄγγελον καὶ ὡς Χριστὸν, καὶ μὴ σκανδαλίζεσθαι· νῦν δὲ τὰ δίκαια συμβουλεύοντα, ὡς ἐχθρὸν λογίζεσθαι, καὶ μὴ καθάπτεσθαι;

15 Τίς οὖν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν;] Διαπορῶ καὶ ἀποπλήττομαι, καὶ φησὶ· πῦ γέγονεν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν; πιστεύσατε, φησὶ, νῦν καὶ τῇ πίστει μάχεσθε. Τοιοῦτοι καὶ ὑμεῖς γένεσθε. Καλῶς δὲ τοῦτο ὕστερον τέθεικεν. homines enim potiùs similibus & ejusdem generis exemplis trahuntur, quàm rationibus.

Fratres, obsecro vos, nihil me læsistis.] Quia asperè eos objurgârat, rursum lenire cupit. Neque enim vehemens nimiùm objurgatio prodest, neque nimia indulgentia & lenitas: propterea fratres eos nominat, gratiæ baptismatis mentionem pariter faciens, ex qua omnes fratres, veluti ex uno Patre Deo, facti sumus. Excusat autem ea quæ dixit, quòd non sint prolata ex odio. Nihil enim injuriæ mihi intulistis, ut hostiliter erga vos commovear, sed innumera potiùs honoris & dilectionis opera mihi exhibuistis. Quomodo enim ex odio ista dicerem? Sed curam potiùs vestrî gerens, ac gratificari vobis contendens.

13 *Scitis autem quòd per infirmitatem carnis Evangelizavi vobis priùs.* 14 *Ac tentationem quæ erat in carne mea non sprevistis, neque respuistis.*] Novistis, inquit, quòd cum imbecillitate carnali, hoc est, cum persecutionibus & periculis vobis prædicavi; neque sic tamen aversati estis me. Neque ista tentatio mea, id est, persecutiones & verbera & hujusmodi, offenderunt vos, compulerintque vos contemnere me atque respuere. Simul autem latenter pudefacit eos, ostendens quanta sit passus ab adversariis eorum nomine.

Sed sicut Angelum Dei suscepistis me, tanquam Christum Iesum.] Adeò, inquit, honorâstis me, quasi major essem homine. Quomodo igitur non absurdum est, tum quidem cùm persecutionem paterer & agitarer, me a vobis suscipi tanquam Angelum & veluti Christum, & vos non offendi: jam verò cùm consulam vobis quæ honesta sunt, veluti hostem judicari me à vobis, & minimè suscipi?

15 *Ubi est ergo beatitudo vestra?*] Ambigit, & admiratur, & ait: Quæ est beatitudo vestra? hoc est, quoniam abjerunt illa omnia

propter quæ felices prædicabamini ab omnibus, ceu doctoris vestri amantes? Ubi nunc est? In quid commutata est beatitudo illa vestra? Nunc enim istam non video, vobis nimirum contrario modo in me affectis.

Testimonium enim perhibeo vobis, quòd, si fieri potuisset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi.] Olim propter verbi prædicationem, chariorem me oculis vestris habuistis. Quid igitur contigit quòd hostis instar me nunc suspicemini? Absurdum enim est, ut is qui tanto à vobis honore sit affectus, inimicâ hæc vobis mente dicat.

16 *Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis?*] Aliam, inquit, non video inimicitiæ causam, quàm quòd veritatem vobis dixerim, reprehenderimque vos ceu in opinionibus vestris corruptos. Atqui par erat, ut eo nomine majori me amore prosequeremini, eò quòd curatoris officio functus sim.

17 *Æmulantur autem vos non bene, sed excludere vos volunt, ut ipsos æmulemini.*] Æmulatio bona est, quando virtutem cujuspiam aliquis imitetur: at verò æmulatio non bona est, cùm quis eum qui bene se gesserit, à virtute ejicere studet. Isti igitur nituntur vos *excludere*, hoc est, ejicere à perfectissima in Christo constitutione & cognitione, ac ad imperfectiorem, quæ est in lege, injicere, ut ipsos ceu præceptores revereamini, eósque æmulemini ac imitemini tanquam discipuli. Ego autem è contrà volebam, ut ipsis & quibusvis instructores essetis ad perfectiora: id quod factum est cùm apud vos agerem. Innuit autem ista in sequentibus.

18 *Bonum est autem æmulari in bono semper, & non solùm cùm præsens sum apud vos.*] Viden' hoc indicare eum, quòd digni erant imitatione apud omnes ob perfectionem, quando apud ipsos præsto fuerit Apostolus? Quin & hoc significat, quòd absentia ipsius horum malorum cau-

ποῦ ἀπῆλθεν ἐκεῖνα πάντα ἐφ' οἷς ἐμακαρίζεσθε πάντων, ὡς φιλοδιδάσκαλοι; Πῶς οὖν ἔστι νῦν; Εἰς τί μετεβλήθη ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν ἐκεῖνος; νῦν γὰρ οὐχ ὁρῶ τοῦτον, ὡς ὑμῶν ἐναντίως ἔχει ἐμὲ διακειμένων.

Μαρτυρῶ γὰρ ὑμῖν, ὅτι εἰ δυνατὸν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες ἂν ἐδώκατέ μοι.] Καὶ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν τιμιώτερόν με ἐπήγεσθε πάλαι ἀκοὴ τὸ κήρυγμα· τί οὖν γέγονεν ὅτι νῦν ὡς ἐχθρόν με νῦν ὑποπτεύετε; ἄτοπον γὰρ τὸ ἔστω πρὸς ὑμῶν τιμηθέντα, ἐχθρᾷ γνώμῃ ταῦτα λέγειν ὑμῖν.

16 Ὥστε ἐχθρὸς ὑμῶν γέγονα ἀληθεύων ὑμῖν;] Ἀλλ' οὐ, φησὶν, οἶδα ἐχθρᾶς αἰτίαν, ἢ ὅτι τὰ ἀληθῆ ὑμῖν εἶπον; καὶ ἤλεγξα διεφθαρμένους περὶ τὰ δόγματα. Διὰ τοῦτο δὲ μᾶλλον ἔδει πλέον με ἀγαπᾶσθαι παρ' ὑμῶν, ὡς κηδεμόνος ἔργον ποιήσαντα.

17 Ζηλοῦσιν ὑμᾶς οὐ καλῶς, ἀλλ' ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς θέλουσιν, ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε.] Ζῆλος μὲν ἔστιν ἀγαθὸς, ὅταν τις ἀρετὴν μιμῆταί τινος· ζῆλος δὲ κακὸς, ὅταν τις ἀπεύδῃ ἐκβαλεῖν τὴν ἀρετὴν τὴν κατορθοῦντα. Οὕτω τοίνυν ἀπευδάζουσιν ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς, τουτέστιν, ἐκβαλεῖν τῆς τελεωτάτης ἐν Χριστῷ καταστάσεως καὶ γνώσεως, εἰς τὴν ἐν τῷ νόμῳ ἀτελεστέραν ἐμβαλεῖν, ἵνα αὐτοὺς τιμᾶτε ὡς διδασκάλους, καὶ ζηλῶτε καὶ μιμῆσθε, ὡς μαθητάς. Ἐγὼ δὲ τοὐναντίον ἠβουλόμην ὑμᾶς αὐτοῖς καὶ πᾶσι καθηγητὰς εἶναι πρὸς τὰ τελεώτερα. Ὃ δὴ καὶ ἐγίνετο, ὅτε πρὸς ὑμᾶς ἦμεν. Αἰνίττεται δὲ ταῦτα ἐξῆς.

18 Καλὸν δὲ τὸ ζηλοῦσθαι ἐν καλῷ πάντοτε, καὶ μὴ μόνον ἐν τῷ παρεῖναί με πρὸς ὑμᾶς.] Ὁρᾷς ὅτι τοῦτο αἰνίττεται, "ὡς ἄρα ζηλωτοὶ ἦσαν πᾶσιν" [ὅτι τῇ τελειότητι, ὅτε παρῆν ὁ ἀπόστολος; Καὶ τοῦτο δὲ αἰνίττεται, ὅτι ἡ ἀπουσία αὐτοῦ ταῦτα εἰργάσατο·

μακάριον

μαχάιρον ὅιω, φησιν, ὅταν μὴ μόνον παρόντος τ̃ διδασκάλου, ἀλλὰ καὶ ἀπόντος, οἱ μαθηταὶ τ̃ δέον φρονῶσι.

19 Τεκνία μου, ὃς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν.] Μητέρα μιμεῖται τρεπτέμενον τοῖς παιδίοις. Διεφθείρατε, φησὶ, τὴν μορφὴν τ̃ Χριστ̃, ἣν εἴχετε ἐν ὑμῖν αὐτοῖς ἀπὸ τ̃ βαπτίσματος, καὶ δεῖ πάλιν ἑτέρας ἀναγεννήσεως καὶ ἀναπλάσεως, ἵνα πάλιν ἐν ὑμῖν ἡ μορφὴ τ̃ Χριστ̃ γένηται, ὥστε ἐξ αὐτ̃ χαρακτηρίζεσθαι ὑμᾶς. πάλιν γὰρ ὑμᾶς ὠδίνω, διὰ τ̃ διδασκαλίας πάλιν ἀναγεννῶ. οὐ γὰρ ἀπογινώσκω. διὰ τοῦτο καὶ τεκνία καλῶ, ἵνα μὴ ὑμεῖς ἀπογνῶτε. Καὶ τοῦτο δὲ κατὰ Ναυατιανῶν· τοῖς γὰρ Γαλάταις Παῦλος μὲν πάλιν ὠδίνει καὶ ἀναμορφοῖ· ἐκεῖνοι δὲ οὐδὲ διορθώσεως τ̃ ἐξ μετανοίας ἀξιοῦσιν.

20 Ἤθελον δὲ παρεῖναι πρὸς ὑμᾶς ἄρτι, καὶ ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου, ὅτι ἀποροῦμαι ἐν ὑμῖν.] Οὐκ ἀρκοῦμαι τοῖς γράμμασιν, ἀλλ' ἤθελον καὶ παρεῖναι καὶ ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου, τουτέστιν, εἰς ὀλοφυρμοὺς καὶ θρήνους τρέψαι τοῦτον. καὶ γὰρ ἀπορῶ τί εἴπω περὶ ὑμῶν, πῶς οἱ οὕτως ὑψωθέντες ὥστε καὶ κινδυνεῦσαι διὰ τ̃ πίστεως, καὶ σημεῖα τελέσαι διὰ τ̃ πίστεως, νῦν εἰς τὴν [a] νομικὴν εὐτέλειαν περισύρεσθε. Διὰ τοῦτο οὖν ἤθελον πρὸν ὑμῖν ὀλοφύρεσθαι. Ὅταν γὰρ ἀμηχανήσωμεν, εἰώθαμεν εἰς δάκρυα κατάφορα ἄγεσθαι.

[a] κ. κοινιακὴν.

21 Λέγετέ μοι οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε;] Ἐπειδὴ ἱκανῶς αὐτοὺς ἐμάλαξε καὶ ἐπεσπάσατο, πάλιν εἰς ἀγῶνας ἐμβαίνει, δεικνὺς ὅτι αὐτὸς ὁ νόμος οὐ βούλεται ἑαυτὸν φυλάττεσθαι· καὶ φησιν, ἀποκρίνατέ μοι. Καλῶς δὲ εἶπε θέλοντες. οὐ γὰρ τ̃ τὴν παρεπομένην ἀκολουθίας, ἀλλὰ τ̃ αὐτῶν ἀκαίρου φιλονεικίας ἐζήτουν τὰ παράλογα. Νόμον δὲ λέγει τὸ τ̃ γενέσεως βιβλίον· ἔθος γὰρ αὐτοῖ πᾶσαν τὴν παλαιὰν νόμον καλεῖν.

sa fuerit. Beatam ergo rem esse dicit, cùm discipuli, non modò præsente præceptore, verumetiam absente, id quod decet, sapiant.

19 *Filioli mei, quos iterum parturio, tantisper dum formetur Christus in vobis.*] Matrem pro filiis suis trepidantem imitatur. Corrupistis, inquit, formam Christi, quam habebatis in vobis ipsis ex baptismate, estque vobis opus aliâ regeneratione reformatione que, ut rursus forma Christi in vobis sit, ut ex ipso figuremini. Iterum enim vos parturio, per institutionem iterum regenero; non enim despero. Propterea & vos filiolos appello, ne vos despondeatis animum. Isthuc etiam adversum Novatianos est. Galatas enim Paulus rursus parturit & reformat: illi autem non recipiunt ex pœnitentia correctionem.

20 *Vellem autem esse apud vos modo, & mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis.*] Non contentus sum literis, inquit, sed vellem etiam adesse, permutaréque vocem meam, hoc est, ad luctus atque ploratus hanc vertere. Nam ambigo quid dicam de vobis, quomodo vos qui adeò exaltati eratis, ut discrimina subiretis propter fidem, ac per fidem signa ederetis, nunc ad legalem vilitatem abstrahamini. Hanc igitur ob causam vellem præsens apud vos plangere. Quando enim perplexi sumus, ad lacrymas deferri solemus.

21 *Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legem non auditis?*] Postquam abundè eos emolliit & attraxit, rursus ad certamina descendit, ostendens quòd ipsa lex non vult seipsam custodiri: Respondete, inquiens, mihi. Pulchrè autem dixit, *Qui vultis*. Non enim id quod abstilis agebatur rerum consequentia postulabat, sed ipsorum importuna contentio efficiebat. Legem autem appellat Geneseos librum. Est enim illi in more, totum vetus Testamentum legem appellare.

22 *Scriptum*

22 *Scriptum eſt enim, quòd Abraham duos filios habuit, unum ex ancilla, & unum ex libera.*] Suprà dixit, *Filii eſtis Abrahami.* Quoniam verò non ejuſdem fuerunt dignitatis filii Patriarchæ, ſed alter quidem ex ſerva, alter verò ex libera, oſtendit quòd non ſolùm filii, verumetiam tales eſtis, qualis eſt liber & ingenuus: adeò vos fides ingenuos reddidit.

23 *Sed qui ex ancilla, ſecundùm carnem natus eſt: qui autem ex libera, per promiſſionem.*] Quia cùm affirmaret eos filios eſſe Abrahami, improbabilia dixiſſe videbatur, ſiquidem ii qui non ſecundùm carnem ex Abrahamo nati ſunt, filii ejus eſſent: aſſerit quòd & Iſaac genuinus Abrahami filius, ne ipſe quidem ſecundùm carnem natus ſit (quomodo enim, naturâ emortuâ, & matrice effœtâ & mutilatâ?) ſed Dei verbum & promiſſio ipſum effinxit. At verò Iſmael juxta naturæ ordinem natus erat. Hoc enim eſt quod ait, *Secundùm carnem.* Attamen qui ſecundùm carnem natus eſt, ſervus & alienus eſt ab hæreditate, qui verò non eſt ſecundùm carnem, dominus & hæres eſt. Quid igitur obſtat quo minus & vos, qui non ſecundùm carnem nati eſtis ex Abrahamo, filii ejus ſitis? Nam & vos per verba quæ in baptiſmate recitantur, formati eſtis.

24 *Quæ ſunt per allegoriam dicta.*] Hoc eſt, hæc quidem hiſtoria non hoc ſolum indicat, verùm & alia quædam nunciat; unde & allegoria vocata eſt: figura enim fuerunt illa præſentium.

25 *Hæc enim duo ſunt teſtamenta, unum quidem à monte Sina, in ſervitutem generans, quæ eſt Agar.* 26 *Agar enim Sina mons eſt in Arabia; contiguus eſt autem ei quæ nunc eſt Hieruſalem, ſervit autem cum filiis ſuis.*] Hæc. quæ hæc? duæ nimirum mulieres referuntur per allegoriam ad Novum & Vetus Teſtamenta. Quomodo? Agar enim ad vetus. Etenim lex à Sina monte data eſt. Sina verò in Arabia

22 Γέγραπται γὰρ, ὅτι Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς εἶχεν· ἕνα ἐκ τῆ παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆ ἐλευθέρας.] Εἶπεν ἀρτίως, ὅτι υἱοί ἐστε Ἀβραάμ· ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς αὐτῆς ἀξίας ἦσαν οἱ υἱοὶ τῷ πατριάρχῃ, ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ τῆ δούλης, ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐλευθέρας· δείκνυσι καὶ ὅτι οὐ μόνον υἱοὶ, ἀλλὰ καὶ τοιοῦτοί ἐστε, οἷος ὁ ἐλεύθερος καὶ εὐγενής· οὕτως ὑμᾶς ἡ πίστις ἐλευθερωσεν.

θερίσει. 8 Ὅτι ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα αὐτοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν· ὁ δὲ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώνιον.] Επειδὴ πολλάκις τινὲς αἰτιώμενοι τοὺς διδασκάλους ὡς κακοῦ βίου, προφάσεις αὐτοῖς, καὶ ὑπέρθεσιν πενομένοις, λέγει μὴ καὶ ταύτην, ὅτι τὸ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῶμεν. καὶ νῦν δέ φησιν, ὅτι καὶ ἐπὶ τοὺς τοιούτους διδασκάλους ἀφειδῶς ἔχειν χρὴ, ὡς εἰς πνευματικὸν ἀναλώματος γινομένου. Συγκρίνων οὖν τοὺς εἰς τὰ σαρκικὰ γινομένας δαπάνας, καὶ τοὺς εἰς τὰ πνευματικά, φησιν· Εαν μὲν εἰς τὴν σάρκα ἀναλίσκῃς, τραπέζας καὶ ἡδύσματα κατασκευάζων, καὶ μέθαις, καὶ τρυφαῖς, καὶ ἀδηφαγίαις σπείρων, φθορὰν θερίσεις· καὶ γὰρ καὶ αὐτὰ φθείρει, καὶ συμφθείρει τὸ σῶμα. Εαν δὲ εἰς τὸ πνεῦμα σπείρῃς, τουτέστιν, εἰς τὰ πνευματικὰ ἔργα, ἐλεημοσύνῃ ποιῶν πᾶσι τοῖς πένησι, καὶ σωφροσύνῃ μετιών, ζωὴν αἰώνιον θερίσεις. Οὐ γὰρ μυκτηρίζεται καὶ ἀπατᾶται Θεὸς, ἀλλ' ἑκάστῳ τότε τὰ οἰκεῖα ἀποδίδωσι. Κρεῖττον οὖν εἰς τὰ πνευματικὰ ἀναλίσκειν, οἷς συμπαρείληπται καὶ ἡ εἰς τοὺς διδασκάλους δαπάνη, ἢ εἰς τὰς σαρκικὰς ἡδυπαθείας ταῖς φθειρομέναις καὶ φθειρούσας τὸ σῶμα. Εκ γὰρ τῆς ἡδυπαθείας καὶ τῆς ἀσελγείας αἱ νόσοι.

"χόσμου. μαν.

9 Τὸ δὲ καλὸν ποιοῦντες, μὴ ἐκκακῶμεν· καιρῷ γὰρ ἰδίῳ θερίσομεν μὴ ἐκλυόμενοι.] Νῦν ἀποκαλύπτει σαφέστερον, ὅτι κἂν πονηροὶ ὦσιν οἱ δεόμενοι ἡμῶν, ἡμεῖς μὴ ἐκκακῶμεν ὡς ἀγαθοποιοῦντες αὐτούς. Καὶ τὴν δαψίλειαν δὲ καὶ τὴν διηνεκῆ δόσιν ἐμφαίνει διὰ τῆς φάσεως, μὴ δεῖν ἐκκακεῖν. Εἶτα ὑπὲρ μέγα ἀπήτησε, τίθησι καὶ τὸ ἔπαθλον εὐθύς, ὅτι θερίσομεν. Πῶς; μὴ ἐκλυόμενοι, τουτέστι, μηδένα κόπον ἔχοντες, ἀλλὰ πᾶσαν ἀνάπαυσιν. Ενταῦθα μὲν γὰρ ἀσχημοσύνη καὶ κόπος ἐν τῷ θερισμῷ· ἐκεῖ δὲ οὐχ οὕτως.

10 Αρα οὖν, ὡς καιρὸν ἔχομεν, ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθὸν πρὸς πάντας, μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς οἰκείους τῇ πίστεως.] Ωσπερ

metet. 8 *Quoniam qui seminat in carnem suam, de carne metet corruptionem: qui verò seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.*] Quia sæpenumero nonnulli accusantes doctores malæ vitæ, negligunt eos, nec alunt eos penuriâ laborantes, infrà ait; *Facientes bonum ne deficiamus*: atque etiamnum ostendit, quòd in tales quoque præceptores, nos liberales exhibere oportet, quoniam in rem spiritualem sumptus impenditur. Conferens igitur sumptus qui fiunt in carnalia iis qui fiunt in spiritualia, Si in carnem, inquit, impendas, mensas & condimenta parans, temulentiam, delicias & crapulam seminans & voracitatem, corruptionem metes: nam & illa ipsa corrumpuntur, & simul corrumpunt corpus. Sin in spiritum semines, hoc est, spiritualia opera, eleemosynam omnibus impertiens, ac temperantiam servans, vitam æternam metes. Non enim irridetur atque decipitur Deus, sed unicuique tunc quæ sua sunt largitur. Satius est ergo in spiritualia impendere, sub quibus continetur etiam sumptus erga præceptores, quàm in carnis voluptates, quæ corrumpuntur & corrumpunt corpus: Ex voluptatibus enim & luxu morbi nascuntur.

9 *Bonum autem facientes, ne deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes.*] Nunc clarius retegit, quòd etiamsi pravi sint qui operâ nostrâ indigent, nos non desistamus beneficia illis impertiri. Abundantiam autem & continuam dationem indicat, cùm ait, non oportet deficere. Deinde quia rem arduam postulavit, statim etiam subjicit præmium, nempe, *Metemus*. Quomodo? *Non deficientes*, hoc est, nullam defatigationem habentes, sed perfectam quietem. Nam hic in messe squalores & labores ferimus: illic verò non item.

10 *Ergo dum tempus habemus, operemur bonum erga omnes, maximè autem erga domesticos fidei.*] Ut non semper est

tempus

tempus ſeminandi, ſic neque miſerendi: id quod indicant virgines, & Lazarus. Tantiſper ergo dum in hac vita nobis tempus ſupereſt, nedum erga præceptores ac doctores, verumetiam erga Græcos & Judæos, bonum operemur, hoc eſt, beneficentiam & eleemoſynam. Non tamen eandem nos menſuram habere oportet erga hos, atque fidei domeſticos, ſed longè majorem liberalitatem fidelibus exhibere convenit. Hoc enim innuit cùm ait, *Maximè*. Obſerva autem quomodo etiam in hoc abducat eos à Judaïca vilitate: ſiquidem Lex erga contribules ſuos tantummodo aperiebat viſcera: gratia verò terram ſimul & mare ad eleemoſynæ menſam vocat, etſi non pari modo vel ratione, ut dictum eſt.

11 *Videte qualibus vobis literis ſcripſerim meâ manu.*] Cùm pauca ad mores pertinentia dixiſſet, iterum ad priora redit, quæ cor ipſius lancinabant, oſtendens, quòd ſuâ manu hanc Epiſtolam totam conſcripſerit, non ut charitatem ſolummodo erga eos demonſtret, verùmetiam ut ſuſpicionem malam tollat. Vituperabatur enim ceu alia apud alios prædicaret. Adactus eſt igitur teſtimonium ſuæ prædicationis in ſcriptis exhibere. Atqui cæteras Epiſtolas alii ſcribebant, ipſe autem fortaſſe ſalutationem ſolam exarabat. *Qualibus*, non eſt magnitudinis indicium, ſed deformitatis literarum; perinde quaſi diceret: Etiamſi non poſſim elegantes characteres ducere, coactus tamen ſum propriâ manu epiſtolam ſcribere.

12 *Quicunque volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi.*] Quotquot, inquit, clarescere volunt *in carne*, hoc eſt, apud homines, Judæos nimirum (probro enim his apud Judæos dabatur, quòd à majorum ſuorum conſuetudinibus deficerent) illi cogunt vos circumcidi, defendentes ſeſe apud Judæos per veſtram carnem. Cùm autem ait, *cogunt vos*, oſtendit ipſos hoc invitè paſſos, præbens eis occaſionem re-

οὐκ ἀεὶ τοῦ σπείρειν καιρὸς, οὕτως οὐδὲ τοῦ ἐλεεῖν· καὶ δηλοῦσιν αἱ παρθένοι, καὶ ὁ Λάζαρος. Εως οὖν τοῦ ἐν ταύτῃ τῇ ζωῇ καιρὸν ἔχομεν, μὴ μόνον τοὺς διδασκάλους, ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἕλληνας καὶ Ἰουδαίους τὸ ἀγαθὸν ἐργαζώμεθα, τοῦτέστι, τὴν φιλοτιμίαν, τοῦτ' ἔστιν ἐλεημοσύνην. Οὐ μέντοι τὴν αὐτὴν μέτρῳ δεῖ χρᾶσθαι τοὺς τούτους καὶ τοῖς οἰκείοις τῆς πίστεως, ἀλλὰ πλείονα τὴν φιλοτιμίαν τοῖς πιστοῖς ἐπιδείκνυσθαι. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, μάλιστα. Ορα δὲ πῶς καὶ ἐν τούτῳ ἀπάγει αὐτοὺς τῆς Ἰουδαϊκῆς ταπεινότητος, Εἶπε μὲν νόμος τοῖς ὁμοφύλοις ἀνοίγειν τὰ σπλάγχνα· ἡ δὲ χάρις γῆν ὁμοῦ καὶ θάλασσαν ὅτι τὴν τῆς ἐλεημοσύνης καλὴν τράπεζαν, εἰ καὶ μὴ ὁμοίως τὴν μέτρῳ, καθὰ εἴρηται.

11 Ἰδετε πηλίκοις ὑμῖν γράμμασιν ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρί.] Ολίγα εἰς ὃ ἠθικὸν εἰπὼν, πάλιν ὅτι τὰ προτερα ἐπῆλθε, τὰ δάκνοντα αὐτὸν τὴν καρδίαν, καὶ δηλοῖ ὅτι αὐτὸς οἰκεία χειρὶ ἔγραψε τὴν ἐπιστολὴν πᾶσαν, οὐχ ἵνα ἀγάπην μόνον ἐνδείξηται πρὸς αὐτοὺς, ἀλλ' ἵνα καὶ ὑποψίαν πονηρὰν ἀνέλῃ. Διεβάλλετο γὰρ ὡς ἄλλα ἄλλοις κηρύττων· ἀναγκαίως οὖν μαρτυρίαν ἔλαφον ἀπὸ τοῦ οἰκείου κηρύγματος. Καίτοι τὰς ἄλλας ἐπιστολὰς ἄλλοι ἔγραφον, αὐτὸς δὲ ἴσως τὸν ἀσπασμὸν μόνον ἔγραφε. Τὸ δὲ, πηλίκοις, οὐ μεγέθους ἐστὶ δηλωτικὸν, ἀλλὰ τῆς ἀμορφίας τῶν γραμμάτων, ὡσεὶ ἔλεγε· καίτοι μὴ εἰδὼς ἀρίστα γράφειν, ὅμως ἀναγκάζων ἰδιοχείρως τὴν ἐπιστολὴν γράψαι.

12 Οσοι θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκὶ, οὗτοι ἀναγκάζουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι.] Οσοι, φησὶ, θέλουσιν δόκιμοι εἶναι ἐν σαρκὶ, τοῦτέστι, τοῖς ἀνθρώποις, τοῖς Ἰουδαίοις δηλαδὴ (ὠνείδιζοντο γὰρ παρ' αὐτοῖς ὡς τῶν πατρίων ἀποστάντες ἐθῶν) ὅτι ἀναγκάζουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι, ἀπολογούμενοι τοῖς Ἰουδαίοις διὰ τὴν ὑμετέραν σάρκα. Αναγκάζουσι δὲ εἶπεν, ἔδειξεν αὐτοὺς ἄκοντας τοῦτο ποιοῦντας, παρέχων

11 "Ισ. αὐτῷ.

"Ιδ. οἰκειοχείρως.

12 "Ιδ. ἀναγκαίως.

πρέχων αὐτοῖς ἀφορμὴν ἀναχωρήσεως, ὡς νῦν ἀκουσίως σφαλησομένοις.

Μόνον ἵνα μὴ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ διώκωνται.] Καὶ δι' ἑτέραν, φησὶν, αἰτίαν τοῦτο ποιοῦσιν· ἵνα γὰρ μὴ ὑπὲρ τοῦ σταυροῦ καὶ τῆς πίστεως διώκωνται, καὶ ἐλαττοῦνται, ὡς τοιοῦτοι φιλοδοξοῦντες, καὶ περιτεμνόμενοι, θέλουσιν ἔχειν καὶ ἑτέρους κοινωνοὺς τῆς περιτομῆς.

13 Οὐδὲ γὰρ οἱ περιτεμνόμενοι αὐτοὶ νόμον φυλάττουσιν, ἀλλὰ θέλουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι, ἵνα ἐν τῇ ὑμετέρᾳ σαρκὶ καυχήσωνται.] Οὐ μόνον, φησὶ, δι' ἀνθρεσκείαν, ἀλλὰ καὶ διὰ φιλοδοξίαν ταῦτα ποιοῦσιν. Οὐ γὰρ ζῆλον τὸν ὑπὲρ τοῦ νόμου, οὐδὲ ἕνεκεν εὐσεβείας, φησὶ, τοῦτο ἐργάζονται, ἀλλὰ διὰ φιλοδοξίαν, ἵνα ἐν τῇ ὑμετέρᾳ σαρκὶ καυχήσωνται· τουτέστιν, ἵνα ἐν τῷ καταλογεῖν τὴν ὑμετέραν σάρκα καυχήσωνται, ὡς διδάσκαλοι ὑμῶν, καὶ μαθητὰς ὑμᾶς ἔχοντες.

14 Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Ἐκεῖνοι μὲν, φησιν, ἐν περιτομῇ καυχῶνται, πράγματι καταργημένῳ· ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο ἐν ἄλλῳ τινὶ καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ (τουτέστιν ἐν τῇ εἰς τὸν ἐσταυρωμένον πίστει) τὸν τὸν νόμον καταργήσαντι. Ὡς ἀποτεθυμένον δέ τι ἀποφύξατο, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ συμμαχίαν καλέσας εἰς τοῦτο. Πῶς γὰρ καυχᾶταί τις ὅτι τὸν σταυρῶν; ὅτι δι' ἐμὲ τὸν ἄχρηστον ὁ δεσπότης μου ἐσταυρώθη, ἀγαπήσας με οὕτως, ὡς καὶ ἑαυτὸν ἐκδοῦναι. Καύχημα οὖν τοῦ Παύλου, καὶ πιστοῦ πάντος ὁ σταυρὸς, ὡς ἐν αὐτῷ δεικνυμένης τῆς τοῦ δεσπότου πρὸς ἡμᾶς ἀγάπης. Τίς δὲ δοῦλος οὐ καυχᾶται ἀγαπώμενος ὑπὸ τοῦ δεσπότου;

Δι' οὗ ἐμοὶ ὁ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ.] Κόσμον τὰ βιωτικὰ πράγματα λέγει, δόξαν, πλοῦτον, τρυφήν. Ταῦτα γοῦν μοι νεκρὰ γέγονε, κἀγὼ δὲ αὐτοῖς νεκρός εἰμι, διπλῆς τὴν νεκρώσεως γενομένης. Ὅτε γὰρ σκῦλα ἕλκειν με δυνά-

vertendi, ut qui nunc non voluntariò errent.

Tantùm, ut non ob crucem Christi persecutionem patiantur.] Propter aliam etiam causam, inquit, hoc faciunt. Ne enim pro cruce & fide persecutionem patiantur & divexentur, veluti hanc prævaricantes, & circumcisi, volunt & alios circumcisionis habere socios.

13 *Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt: sed volunt vos circumcidi, ut in carne vestra glorientur.*] Non solùm, inquit, ut hominibus placeant, hæc faciunt, verumetiam propter ambitionem. Non enim ex zelo erga legem, neque pietatis ergò, inquit, isthuc agunt, sed vanæ gloriæ, *ut in vestra carne glorientur*: hoc est, ut in circumcisione carnis vestræ jactent sese, tanquam doctores vestros; & qui vos discipulos suos habeant.

14 *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi.*] Illi, inquit, in circumcisione gloriantur, re abolita & antiquata, mihi autem non contingat in ulla alia re gloriari, *nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi*, (hoc est, in fide erga crucifixum) qui legem fecit irritam & abrogavit. Tanquam autem abominandum quippiam deprecatus est, divino etiam auxilio ad hoc implorato. Quomodo autem in cruce quispiam gloriatur? Quia propter me inutilem Dominus meus crucifixus est, qui me adeò dilexit, ut seipsum in mortem pro me traderet. Gloriatio igitur Pauli & omnis fidelis crux est, veluti demonstratâ in ipsa Domini erga nos charitate. Quis autem servus à domino dilectus non gloriatur?

Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.] Mundum, hujus seculi res & negotia dicit, gloriam, divitias, voluptates. Hæc igitur mihi sunt mortua, egóque ipsis sum mortuus, duplici interemptione factâ. Neque enim illa capere me possunt:

mortua ſunt enim: neque ipſe ego ad illo accurrere: mortuus enim ſum.

15 *In Chriſto enim Jeſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed nova creatura.* 16 *Et quicunque hanc regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos & miſericordia, & ſuper Iſrael Dei.*] Ne jactes mihi circumciſionem, inquit, quæ nihil poteſt, quæque inutilis eſt, ſicut & præputium. Chriſtus enim omnia novavit, aliamque à nobis vitæ rationem poſtulat. Nova enim creatura eſt vita ſecundùm Chriſtum: propterea quòd & nunc animæ noſtræ inveteratæ peccato, renovatæ ſunt per baptiſma, quódque in futuro incorruptibilitate & gloria honorabimur, corporibus innovatis incorruptibilibúſque redditis. Quotquot igitur perſeverant in regula hac novæ ſecundùm Chriſtum vitæ, fugientes antiquatam & poteſtate deſtitutam circumciſionem, pacem erga Deum conſequuntur, liberati à peccatis, quæ Deum nobis infenſum, hoſtémque faciunt, & clementiâ dignabuntur: non porrò ceu hoſtes Dei odio expoſiti, ſed miſericordiâ donati, ceu pace illis facta per crucem & gratiam. Tales etiam ſunt Iſrael propriè, tanquam videntes Deum: ſicut ii qui hujuſmodi non ſunt, etiamſi genere Iſraelitæ fuerint, falsò Iſraelitæ dicuntur. Hoc autem à Davide deſumpſit Paulus, dicente;

Pſal. 124. 5. *Pax ſuper Iſrael.*

17 *De cætero nemo mihi moleſtus ſit.*] Non tanquam deſidiâ laborans, nec quaſi deficiens, hæc dicit: quomodo enim is ad ſocordiam relabatur, qui monet, *Inſta op-*

2 Tim. 4. 2. *portunè, importunè?* cæterùm volens leges à ſe ſancitas immobiles eſſe, néve aliud quiddam ab eo ſperent, ſed conſummatam certitudinem accipiant, quòd ſic prædicat.

Ego enim ſtigmata Domini Jeſu in corpore meo porto.] Apologiam habeo, inquit, adversùs eos qui vobis dicunt me eſſe hypocritam, & quòd alibi circumciſionem prædicem, ſtigmata minimè & pericula quæ pro Chriſto ſubeo. Hæc

νεκρὰ γάρ· οὐδὲ αὐτὸς προσδραμεῖν ἐκείνοις· νεκρὸς γάρ εἰμι.

15 Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ, οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καινὴ κτίσις. 16 Καὶ ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσιν, εἰρήνη ἐπ' αὐτοὺς καὶ ἔλεος, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ.] Μή μοι λέγε, φησὶ, περιτομὴν ἐμοὶ οὐδὲν δυναμένην καὶ ἀχρεῖον οὖσαν, ἅπερ καὶ ἡ ἀκροβυστία. ὁ γὰρ Χριστὸς πάντα καινίσας, καὶ ἄλλην πολιτείαν ἀπαιτεῖ ἡμᾶς. Καινὴ γὰρ κτίσις ἡ κατὰ Χριστὸν ζωὴ, ἤγουν νῦν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν, παλαιωθεῖσαι τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀνακαινούμεθα διὰ βαπτίσματος· καὶ ἐπὶ ἐν τῷ μέλλοντι τῇ ἀφθαρσίᾳ καὶ δόξῃ τιμησόμεθα, καὶ τὰ σώματα καινισθέντες, καὶ ἀφθαρτισθέντες. Ὅσοι οὖν ἐμμένουσι τῷ κανόνι τούτῳ τῆς κατὰ Χριστὸν καινῆς πολιτείας, φεύγοντες τὴν παλαιωθεῖσαν καὶ ἀδύνατον πάσῃ περιτομὴν, εἰρήνης τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιτυγχάνουσι, ἀπαλλαττόμενοι τῆς ἁμαρτίας, αἵτινες ἡμῖν ἐκπολεμοῦσι τὸν Θεὸν, καὶ φιλανθρωπίας ἀξιοῦσθαι· καὶ οὐχ ὡς ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ μισούμενοι, ἀλλ' ἐλέους ἀξιούμενοι, ὡς εἰρήνης γενομένης αὐτοῖς διὰ τοῦ σταυροῦ καὶ τῆς χάριτος. Οἱ τοιοῦτοι δέ εἰσι καὶ Ἰσραὴλ κυρίως, ὡς ὁρῶντες τὸν Θεόν· ὡς εἴ γε μὴ τοιοῦτοι, κἂν Ἰσραηλῖται τὸ γένος ὦσι, ψευδῶς λέγονται. Τοῦτο δὲ καὶ τὸ Δαβὶδ ἐδέξατο ὁ Παῦλος, λέγοντος, Εἰρήνη ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ.

17 Τὸ λοιπὸν κόπους μοι μηδεὶς παρεχέτω.] Οὐχ ὡς ὀκνηρὸν ταῦτα λέγει, οὐδ' ὡς ἐκκακήσας· πῶς γὰρ ὁ παραινῶν, Ἐπίσχες εὐκαίρως, ἀκαίρως; ἀλλὰ βαλλόμενος τοὺς περὶ αὐτοῦ τεθέντας νόμους ἀκινήτους εἶναι, καὶ ἵνα μὴ ἐλπίζωσιν ἄλλο τι ἀπ' αὐτοῦ, ἀλλὰ τελείαν πληροφορίαν δέξωνται, ὅτι ὑπὲρ Χριστοῦ.

Ἐγὼ γὰρ τὰ στίγματα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω.] Ἀπολογίαν, φησὶ, ἔχω πρὸς τοὺς λέγοντάς ὑμῖν ὅτι ψευδόχριστός εἰμι, καὶ ἀλλαχοῦ περιτομὴν κηρύσσω, τὰ στίγματα καὶ τοὺς κινδύνους τοὺς ὑπὲρ Χριστοῦ. αὐτὰ γὰρ

πάσης

πάσης φωνῆς λαμπρότερον μαρτυρῶσιν, ὅτι οὐ τοῦ νόμου, ἀλλὰ τοῦ Χριστοῦ δόγματος προεκινδύνευσα. Οὐκ εἶπε δὲ, ἔχω, ἀλλὰ, βαστάζω, ὥσπερ τι τρόπαιον ἢ σημεῖον βασιλικὸν, καὶ τούτοις ἐναβρυνόμενος.

18 Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν, ἀδελφοί. Ἀμήν.] Διὰ τοῦτο ἐπεύξασθαι αὐτοῖς, δείκνυσιν ὡς οὐ θυμῷ καὶ ἀπεχθείᾳ εἶπεν ἃ εἶπεν. Οὐ μόνον δὲ εὐχή, ἀλλὰ καὶ διδασκαλία τοῦτό ἐστιν, ὑπισχνουμένη τὰ ῥηθέντα πᾶσι. Ἀναμιμνήσκει γὰρ αὐτοὺς τῆς ἀπέλαυσεως, ἣν ἔσχε τοῦ νόμου, ἀλλὰ πιστεύσαντες τῷ Χριστῷ. Καὶ οὐκ εἶπε, μεθ' ὑμῶν, ἀλλὰ, μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν, ἀπάγων αὐτοὺς ἀπὸ τῶν σαρκικῶν, καὶ δεικνὺς, ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς χάριτος τὸ πνεῦμα ἐδέξαντο· καὶ ὅτι οὐχ ὁ νόμος, οὐδὲ ἡ περιτομὴ, ἀλλὰ ἡ χάρις δύναται αὐτοῖς τὸ πνεῦμα σωτηρῆσαι, ὥσπερ οὖν καὶ δέδωκεν. Ἀλλὰ καὶ τῷ, ἀδελφούς προσειπεῖν, τὴν κολυμβήθρας ὑπεμίμνησεν, ἐξ ἧς ἀδελφοὶ γινόμεθα, ἑνὸς πατρὸς υἱοὶ τοῦ Θεοῦ ὄντες, καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ νόμου. Εἴη δὲ καὶ μεθ' ἡμῶν ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ πνευματικῶς βιοῦντων, καὶ τὸ θεῖον τοῦ παρακλήτου ἁγιασμὸν μὴ ἀποβαλλόντων διὰ τῶν ἁμαρτημάτων βορβόρου, ἀλλ' ἀεὶ πλείονα ἑαυτοῖς προξενούντων ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, τῷ τὴν καινὴν ζωὴν καὶ πνευματικὴν τῇ φαύλῃ καὶ παλαιᾷ καὶ σωματικῆς ὑποδείξαντι. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

enim omni voce clariùs teſtantur, quòd non legis nomine, ſed pro Chriſti doctrina & Evangelio ejus, periculis objectus fuerim. Non dixit autem, habeo, ſed, porto, tanquam trophæum & vexillum quoddam regium, atque in illis glorior.

18 *Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti cum ſpiritu veſtro, fratres. Amen.*] Per hoc quòd pro iis precatur, indicat quòd non ex irâ vel odio dixerit quæ dixerit. Non ſolùm autem votum hoc eſt, verumetiam inſtitutio confirmans & obſignans commemorata omnia. Eos enim commonefacit gratiæ quam receperunt, non per legem, ſed quia Chriſtó crediderunt. Nec dixit, vobiſcum, ſed, *cum Spiritu veſtro :* à carnalibus ipſos abducens, & monſtrans quòd non à lege, ſed à gratia Spiritum acceperint : & quòd non lex, neque circumciſio, ſed gratia poſſit ipſis Spiritum conſervare, quemadmodum & dedit. Præterea, cùm fratres appellat, ad memoriam revocat baptiſma, ex quo fratres efficimur, unius patris Dei filii facti, & non ex lege. Sit autem nobiſcum etiam gratia Dei, ita ut ſecundùm Spiritum vivamus, nec divinam Paracleti ſanctificationem rejiciamus per peccatorum limum & ſordes, cæterùm nunquam non eam ſanctificationem majorem nobis conciliemus in Chriſto Jeſù Domino noſtro, qui novam vitam & ſpiritualem, veteris adeóque corporalis interitu, nobis ſubindicavit. Cui gloria in ſecula. Amen.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

THEOPHYLACTI

BVLGARIÆ ARCHIEPISCOPI EPISTOLÆ DIVI PAULI AD EPHESIOS EXPOSITIO.

Ὑπόθεσις τῆς πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολῆς.

Ἔφεσος μητρόπολις μέν ἐστι τῆς Ἀσίας· ἐσέβετο δὲ τὴν Ἀρτεμιν, ἧς καὶ ναὸς ἦν ἐν αὐτῇ κάλλιστος καὶ μέγιστος, θαυμάσιος καὶ ὑπὸ πάντων μὲν Ἑλλήνων, μάλιστα δὲ ὑπὸ τῶν Ἐφεσίων, ὥστε καὶ νεωκόρον τῆς Ἀρτέμιδος λέγεσθαι τοῦτον, ὡς ἐν τῇ Πράξει γέγραπται. Ἐν Ἐφέσῳ δὲ ὁ θεολόγος Ἰωάννης τὰ πολλὰ διέτριψεν, ἐξορισθεὶς ἐκεῖσε, ἔνθα καὶ τελευτᾷ. καὶ Τιμόθεον ἐκεῖ κατέλιπεν ὁ Παῦλος διδάσκαλον· ὅτε φιλοσόφων οἱ μάλιστα ἀνθήσαντες ἐν τούτῃ διῆγον. Ἐπεὶ οὖν δεισιδαίμων τε ἦν ὅτως ἡ πόλις, καὶ ὅτω σοφοῖς ἐκόμα, πολλῇ

Argumentum Epistolæ ad Ephesios.

Ephesus Asiæ est Metropolis. Colebat autem Dianam, cujus Templum erat in ipsa & pulcherrimum & maximum, & ab omnibus Græcis in summa veneratione habitum: potissimùm verò ab ipsa Epheso colebatur, adeò ut ædituus Dianæ ea diceretur, perinde ut in Actis memoriæ proditum est. Ephesi Act. 19. *Evangelista Ioannes diu multumque demoratus est, ablegatus eò, ubi & mortem oppetiit. Quinetiam Timotheum Paulus illic reliquit doctorem. Clarissimi porrò philosophi in hâc urbe vixerunt. Quia igitur superstitiosa adeò erat civitas, ac sapientibus*

viris ita pollebat, magna diligentiâ Paulus usus est dum ad hos scribit, profundioresque sententias & altiores eis credidit, eò quòd jam in fide instituti essent. Scribit autem hanc præclaris sententiis refertam Epistolam à Roma, in vinculis existens. Opus est igitur & nobis multâ attentione, ut intelligamus quæ sunt in hac mysteria.

καὶ οὕτω διὰ τοῦτο ἔγραψε Παῦλος πρὸς τοὺς τοιούτους γράφων, καὶ τὰ βαθύτερα δίδωσιν αὐτοῖς καὶ ὑψηλότερα ἀκούειν, ἅτε κατηχημένοις ἤδη. Γέγραφε δὲ τὴν ἐπιστολὴν ταύτην ἡμῖν δεδεμένος. Διὸ καὶ ἡμῖν πολλῆς δεῖ προσοχῆς πρὸς κατάληψιν τῶν ἐν ταύτῃ μυστηρίων.

THEOPHY-

THEOPHYLACTI COMMENTARIVS
IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.

ΚΕΦ. α.

Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ.] Ἰδοὺ, ὅ, διὰ, τῷ Πατρὶ δέδωκε· καὶ σημείωσαι τοῦτο διὰ τοὺς Ἀρειανούς.

Τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ἐν Ἐφέσῳ, καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.] Ὅρα πόσην ἰδοὺ τότε ἡ ἀρετὴ, ὅτε ἁγίους καὶ πιστοὺς καλεῖ ἄνδρας βιωτικοὺς, γυναῖκας ἔχοντας καὶ παιδία· ἀλλὰ νῦν οὐδὲ ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις τοιοῦτοι.

2 Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Εἶπεν χάριν, εἶπε, Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, ἵνα δείξῃ τί ἐφιλανθρώπησεν ἡμῖν ἡ χάρις, ὅ, πατέρα ἡμῶν ποιήσασα τὸν ἀπόστολον τοῦ Θεοῦ. Ἀλλὰ καὶ ὁ Κύριος, τοῦτέστιν, ὁ Υἱὸς, τῇ σαρκὶ ἡμᾶς χάριτι ὁ Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐλύτρωσε, διὰ ἡμᾶς σαρκωθεὶς, ὁ Ἰησοῦς κληθεὶς, καὶ χρίσας τὴν ἀνθρωπότητα τῇ θεότητι.

3 Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Ἰδοὺ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τῆς αὐτῆς καὶ ἑνὸς Χριστοῦ. Θεὸς μὲν, ὡς σεσαρκωμένος· πατὴρ δὲ, ὡς Θεοῦ λόγου.

Ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ.] Ὡς ἐκεῖνος μὲν πολλαχοῦ ἐν Ἰουδαϊκῇ, εἶπε δ, πνευματικὴν ἔχειν τὴν σωματικωτέραν ἰδέαν. Εὐλογήσει σε φησὶν, ὁ Θεὸς τὰ ἑκατοντάδας καὶ χιλιάδας· καὶ Εὐλογίαν τὴν εἴσοδόν σου, καὶ τὴν ἔξοδόν σου.

CAP. I.

PAulus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei.] Ecce præpositionem, *per*, Patri tribuit: quod observa propter Arianos.

Sanctis qui sunt Epheſi, & fidelibus in Chriſto Jeſu.] Animadverte quanta virtus tum resplenduerit, cùm sanctos & fideles appellet viros mundi negotiis deditos, uxores habentes & liberos. At hodie ne in montibus quidem & speluncis tales reperiuntur.

2 *Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto.*] Cùm dixisset, *gratiam*, infert, *Dei patris noſtri*, ut ostendat quid effecerit pro nobis gratia, nimirum, ut Dominum Deum patrem nostrum faceret. Ad hæc, *Dominus*, hoc est, Filius, sua erga nos gratiâ & *Jesus* & *Christus* factus est, propter nos incarnatus, ac Jesus vocatus, qui & humanitatem divinitate unxit.

3 *Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti.*] En Deus & Pater ejusdem & unius Christi: Deus quidem, ut incarnati; Pater verò, ut Dei Verbi.

Qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali.] In oppositionem Judaicæ, *spirituali*, dixit. Nam illa corporalior erat: *Benedicat Deus*, inquit, *sobolem ventris tui*: & *Benedicat ingreſſum & exitum tuum*. Hîc autem omnis benedictio Deut. 7. 13.

nedictio ſpiritualis eſt, & nihil nobis deeſt. nam facti ſumus immortales, & filii Dei, & cohæredes Chriſti, ac primitiæ noſtræ à ſupernis virtutibus adorantur. Meritò igitur dixit, *In omni benedictione:* omnia enim nobis donata ſunt, cùm divina tum ſpiritualia.

In cæleſtibus.] Interpretatur propemodum quomodo ſit ſpiritualis benedictio noſtra, *In cæleſtibus*, inquiens. Siquidem Judæorum benedictio erat in terra: unde
Lev.13.38. & corporalis: *Bona enim terræ*, inquit, *comedetis: &, Terram lacte & melle fluentem:* Ac, *benedicet Dominus terræ tuæ.* Hîc autem nihil terreſtre, ſed cœleſtia omnia; propterea noſtra benedictio ſpiri-
Mat.5.3. tualis eſt. Regnum enim cœlorum pauperibus annunciatum eſt, & perſecutionem paſſos magna merces in cœlis expectat.

In Chriſto Jeſu.] Hoc eſt, per Jeſum Chriſtum nobis benedictio contingit, non per Moſen, velut Judæis. Quare non ſolâ qualitate bonorum, verumetiam quoad mediatorem illis ſuperiores ſumus.

4 *Quemadmodum elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem.*] Benedixit nos, inquit, per Chriſtum, perinde ac elegit nos per ipſum, hoc eſt, per fidem in ipſum. Elegit autem ante mundi conſtitutionem. Noſtra enim jam olim prædefinita erant; & non recentia ſunt, ſed à principio diſpenſata ordinatáque. Pulchrè autem dixit, καταβολὴν, ut oſtendat mundum ab altitudine quâdam divinæ potentiæ conditum & fundatum eſſe. Quod verò ait, *elegit*, Dei clementiam declarat, ipſorúmq; virtutem: omnes enim qui futuri ſunt probi, elegit.

Ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu ejus.] Ne ubi audîveris quòd elegerit nos, in poſterum ad deſidiam labaris, veluti jam electus: propter hoc, inquit, nos elegit, ut ſancti ſimus & immaculati, permanentes in ſanctitate quam impertiit nobis in baptiſmo, ac vitam virtutibus

Ἐν Χριστῷ ἦ, "πᾶσα εὐλογία πνευματικὴ, καὶ οὐδὲν ἡμῖν λείπει· γεγόναμεν γὰρ ἀθάνατοι, καὶ υἱοὶ Θεοῦ, καὶ συγκληρονόμοι Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀπαρχὴ ἡμῶν ἤδη τῶν ἄνω δυνάμεων προσκυνεῖται. Εἰκότως οὖν ἔλεγεν, ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ· πάντα γὰρ ἡμῖν κεχάρισται θεῖα καὶ πνευματικά. "κ. ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ.

Ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.] Ὡς αὖ ἐφερμηνεύει πῶς ἐστὶ πνευματικὴ ἡ εὐλογία ἡμῶν, καὶ φησιν, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. "ἡ μὲν γὰρ τῶν Ἰουδαίων ἐν τῇ γῇ ἦν· διὸ τοῦτο καὶ "σωματική· τὰ ἀγαθὰ γὰρ τῆς γῆς φέρεσθε· καὶ, Γῆν ῥέουσαν μέλι καὶ γάλα· Καὶ, Εὐλογήσει Κύριος τὴν γῆν σου. ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν γήινον, ἀλλ' ἐπουράνια πάντα. διὸ τοῦτο καὶ πνευματικὴ ἡ ἡμετέρα εὐλογία. Βασιλεία γὰρ οὐρανῶν τοῖς πτωχοῖς ἐπηγγελται, καὶ τοῖς διωγμοῖς πολὺς ὁ μισθὸς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. "κ. σωματική.

Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.] Τουτέστι, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡμῖν ἡ εὐλογία, οὐ διὰ Μωσέως, ὡς τοῖς Ἰουδαίοις. Ὥστε οὐ μόνον τῇ ποιότητι τῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ καὶ τῷ μεσίτῃ διαφέρομεν ἐκείνων.

4 Καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου.] Εὐλόγησε, φησιν, ἡμᾶς διὰ Χριστοῦ, ὥσπερ καὶ ἐξελέξατο δι' αὐτοῦ, τουτέστι, διὰ τὴν εἰς αὐτὸν πίστεως. Ἐξελέξατο δὲ πρὸ καταβολῆς κόσμου. ἔμελλεν γὰρ προγίνεσθαι καθ' ἡμᾶς, "ἢ νεώτερα, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς οἰκονομηθέντα. Καλῶς δὲ εἶπε, καταβολήν· ἵνα δείξῃ, ὅτι ἀπὸ ὕψους τινὸς τῆς Θεοῦ δυνάμεως κατεβλήθη καὶ ἐθεμελιώθη ὁ κόσμος. Τὸ δὲ, ἐξελέξατο, καὶ πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν δηλοῖ, καὶ πρὸς αὐτῶν ἀρετήν· πολλοὺς γὰρ τοὺς μέλλοντας ἔσεσθαι δοκίμους ἐκλέγει. "κ. ἢ αὐτάρκη.

Εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ.] Ἵνα μὴ ἀκούσας ὅτι ἐξελέξατο, ἀποῤῥαθυμήσῃς λοιπὸν, ὡς ἤδη ἐκλελεγμένος, φησὶν, ὅτι τούτῳ ἡμᾶς ἐξελέξατο, ἵνα ἅγιοι ὦμεν καὶ ἄμωμοι, μένοντες ὅτι ἡ ἁγιότης ἣν δέδωκεν ἡμῖν βαπτίσμασι, καὶ βίον ἔχοντες

ἔχοντες σεμνότητα. Ἅγιος μὲν γὰρ ὁ τὴν πίστιν μετέχων· ἄμωμος δὲ ὁ κατὰ τὸν βίον ἀνεπίληπτος. Ἁγιότητα δὲ ζητεῖ καὶ ὁ ἀνεπίληπτον, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ * κατενώπιον αὐτοῦ. Εἰσὶ γὰρ πολλοὶ ἁγίων τὴν ἀνθρώπων ἄγιοι, οἷοι οἱ Φαρισαῖοι, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν Θεόν. τοῦτο καὶ ὁ Δαβὶδ φησι, Καθαρότητα τῶν χειρῶν μου· ποίαν; τὴν ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. καὶ ὁ Ησαΐας, Λούσασθε καὶ ἀφέλεσθε τὰς πονηρίας ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν μου.

5 Ἐν ἀγάπῃ προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτόν.] Εἶπων, ὅτι ἐξελέξατο, δέδωκε νοῆσαι ὅτι ὡς δοκίμους διὰ τὴν ἡμετέραν ἀρετὴν ἐξελέξατο· ἐπεὶ γε οὐκ ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ἀρετῆς μόνης ἡ σωτηρία, προώρισεν, ὅτι δὲ ἀγάπῃ προορίσας ἡμᾶς, τουτέστι, δι' οἰκείαν φιλανθρωπίαν ἀγαπήσας ἡμᾶς προώρισεν. * Ἄλλως τε, τὸ μὲν πιστεῦσαι καὶ προσελθεῖν ἐστιν ἡμετέρον (καίτοι καὶ τοῦ καλέσαντος Θεοῦ·) τὸ δὲ προσελθόντας ἀξιῶσαι τῆς υἱοθεσίας, μόνης τῆς ἀγάπης αὐτοῦ καὶ φιλανθρωπίας. διὸ προσέθηκε, προορίσας εἰς υἱοθεσίαν. ποίαν; τὴν εἰς αὐτὸν ἀναγομένην τὸ ἡμῶν ἡμᾶς, καὶ οἰκείους αὐτοῦ ποιοῦσαν· καὶ τοῦτο διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ὁ μὲν γὰρ Πατὴρ προώρισεν, ὁ δὲ Χριστὸς προσήγαγεν ἡμᾶς. Διὰ γὰρ τοῦ υἱοῦ πάντα τὰ ἀγαθά, ὁ διά τινος τῶν δούλων. διὸ καὶ λαμπροτέρα ἡ φιλοτιμία.

6 Κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ.] Διὰ τοῦτό, φησιν, εἰς υἱοθεσίαν ἡμᾶς προώρισεν, θέλων καὶ σφόδρα βουλόμενος καὶ ἐπιθυμῶν· (τοῦτο γὰρ ἡ εὐδοκία·) ἵνα ἡ τῆς χάριτος καὶ τῆς εὐεργεσίας αὐτοῦ δόξα δειχθῇ. ἆρα δὲ δόξης ἐφίεται Θεός; μὴ γένοιτο· οὐδενὸς γὰρ τοῦτο ἧττον· ἀλλὰ βούλεται δοξάζεσθαι παρ' ἡμῶν, ὡς αὐτὸν πλέον ἀγαπῶμεν. Ὁ γὰρ θαυμάζων τὰς εἰς αὐτὸν ἡμῶν εὐεργεσίας, εὐνοϊκώτερον μὲν προσκρούσει τῷ

cultam habentes. Sanctus enim est, qui fidem adeptus est: immaculatus autem, qui inculpatæ vitæ est. Sanctitatem autem quærit, & vitam inculpatam, non simpliciter, sed, *coram ipso*. Nam multi in conspectu hominum sancti sunt, veluti Pharisæi, cæterùm non in conspectu Dei: id quod David testatur: *secundùm*, inquit, *puritatem manuum mearum*: Qualem? *in conspectu ejus*. Idem & Esaias: *Lavamini*, inquit, *& auferte pravitates earum oculis meis*. Psal 17 25. Es. 1. 16.

5 *Qui in charitate prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum.*] Cùm dixit, elegit, voluit nos intelligere, quòd veluti probatos ob virtutem nostram nos elegerit. Quandoquidem autem non à nostra sola virtute salus provenit, adjecit, *Qui in charitate prædestinavit nos*, hoc est, propriæ suæ clementiæ gratiâ diligens nos prædestinavit. Præterea, credere quidem & accedere, nostrum est: (atqui Dei etiam vocantis) advenientes verò adoptione dignari, solius ejus dilectionis est & clementiæ. Propterea adjecit, *Prædestinavit in filiorum adoptionem*. qualem? quæ ad ipsum referat genus nostrum, ac nos ipsius domesticos faciat, idque *per Jesum Christum*. Nam Pater sanè prædestinavit, Christus autem adduxit nos. Per Filium enim omnia nobis bona conferuntur, non per servum quempiam: hinc & splendidior est ipsa liberalitas.

6 *Secundùm beneplacitum voluntatis suæ, ad laudem gloriæ & gratiæ suæ.*] Propterea, inquit, ad filiorum adoptionem nos prædestinavit, volens ac vehementer cupiens atque desiderans, (Hoc enim est beneplacitum) ut gratiæ & beneficentiæ suæ gloria indicetur. An verò gloriam expetit Deus? Minimè: nihil enim deest divinæ naturæ: cæterùm vult celebrari glorificarique à nobis, ut nos magis eum diligamus. Nam qui demiratur factam erga se beneficentiam, dabit operam ne ullâ ratione

tione

tione benefactorem offendat. Et quoties recordatur bona, vehementiori amore accendetur erga eum qui dedit. Voluntas itaq; beneplaciti est antecedens voluntas Dei: exempli gratiâ: *prima* voluntas Dei est, quòd nemo pereat. *Secunda* voluntas est, ut impii pereant. Non enim necessitate coactus punit, sed volens. Quare beneplacitum præcedens est voluntas Dei.

Quâ nos in dilecto gratiosos reddidit.] Non dixit, ἐχαρίσατο, id est, donavit, sed, ἐχαρίτωσεν, id est, gratiosos & amabiles fecit. Perinde ac si quis scabiosum quempiam senem, & fame corruptum ac deformem accipiens, protinus elegantem, formosum, & juniorem reddat, amabilem ipsum in omnibus efficiens: hunc ad modum etiam Deus nos omni cùm deformitate tum turpitudine plenos accipiens, amabiles & formosos nos exhibuit. *Con-*
Psal. 44. 12. *cupiscet enim rex*, inquit, *decorem tuum.* Amabiles autem nos fecit *in dilecto filio suo*, hoc est, per ipsum dilectum.

7 *In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum.*] In dilecto, inquit, habemus redemptionem. qualem? remissionem delictorum. quomodo factam? per sanguinem. Hoc enim est maximè tremendum, quòd cæso dilecto filio suo nos liberavit, qui invisi eramus, pretium redemptionis dans sanguinem dilecti. Expende autem quòd hoc sit majus filiorum adoptione, quòd filio suo non pepercerit propter nos. Cùm enim verba de illa fecisset, istud dicit, de minoribus ad majora ascendens.

Secundùm divitias gratiæ ejus, quam exuberare fecit erga nos.] Hoc fecit, inquit, in divitiis gratiæ ipsius. Vide autem hîc hyperbolas. Divitiæ nobis datæ sunt, ac divitiæ Dei, & gratiæ divitiæ: & non simpliciter gratiæ, sed quâ exuberavit erga nos, hoc est, affatim effudit.

8 *In omni sapientia & prudentia, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis*

ἀνεργέτην· καὶ ὀσάκις ἀναμιμνήσκεται τῶν ἀγαθῶν, πλέον ἀγαπήσει τὸν δεδεκότα. Εὐδοκία δέ ἐστι τὸ προηυλογημένον θέλημα τοῦ Θεοῦ. εἰσὶ θέλησις προηγουμένη Θεοῦ, τὸ μηδένα ἀπολέσθαι· θέλημα δεύτερον, τὸ ἠθελημένους κακοὺς ἀπολέσθαι· οὐ γὰρ ἀναίτιον κολάζει, ἀλλ' ἀλιτόντων. Ἡ τοίνυν εὐδοκία, τὸ προηγουμένον ἐστὶ θέλημα τοῦ Θεοῦ.

Ἡ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ.] Οὐκ εἶπεν, ἐχαρίσατο, ἀλλ', ἐχαρίτωσε· τοῦτέστι, χαριέντας καὶ ἐπιεικεῖς ἐποίησεν. ὥσπερ εἴ τις ψωραλέον τινὰ γέροντα καὶ λιμῷ διεφθαρμένον λαβὼν καὶ ἀχρεῖον, εὐλεῖς * εὔμορφον καὶ νεώτερον ἀπεργάσαιτο, χαριτώσας αὐτὸν ἐν πᾶσιν· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἡμᾶς πάσης ἀμορφίας πεπληρωμένους καὶ ἀχρηστεύτους λαβὼν, χαριέντας καὶ καλοὺς ἀπέδειξεν. Ἐπιθυμήσει γάρ, φησιν, ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. Ἐχαρίτωσε δὲ ἐν τῷ ἠγαπημένῳ υἱῷ, τοῦτέστι, διὰ τοῦ ἠγαπημένου.

7 Ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων.] Ἐν ᾧ ἀγαπητῷ, φησιν, ἔχομεν τὴν λύτρωσιν. Τίνα ταύτην; τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων. πῶς ἠγορασμένην; διὰ τοῦ αἵματος. τοῦτο γὰρ τὸ φρικωδέστατον, ὅτι σφάξας αὐτὸν τὸν ἀγαπώμενον, ἐλυτρώσατο ἡμᾶς τοὺς μισουμένους, τιμὴν τοῦ λύτρου δοὺς τὸ αἷμα τοῦ ἀγαπητοῦ. Ὅρα δὲ ἀπὸ τῆς υἱοθεσίας τοῦτο μεῖζον, μηδὲ τοῦ υἱοῦ φείσασθαι δι' ἡμᾶς. μᾶλλον γὰρ τὸ εἰπεῖν περὶ ἐκείνης, λέγει τοῦτο, ἀπὸ τῶν μικροτέρων ὅτι τὰ μείζω δηλοῖ.

Κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἧς ἐπερίσσευσεν εἰς ἡμᾶς.] Τοῦτο δὲ ἐποίησε, φησιν, ἐν ᾧ πλούτῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ. Ὅρα δὲ τὰς ὑπερβολάς. Πλοῦτος ἡμῖν ἐδόθη, καὶ πλοῦτος Θεοῦ, καὶ χάριτος πλοῦτος. καὶ οὐχ ἁπλῶς χάριτος, ἀλλ' ἧς ἐπερίσσευσεν εἰς ἡμᾶς, τουτέστιν, ἀφθόνως ἐξέχεεν.

8 Ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει, γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ.]

αὐτῦ.] Τυτέςι, τὴν χάριν ἐξέχεεν εἰς ἡμᾶς, ὥςε σοφοὺς καὶ φρονίμους ποιήσας, γνωρίσαι ἡμῖν τὸ μυςήριον τῦ θελήματος. Ωσπερ δὲ εἶπε, τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῦ ἐγνώρισεν ἡμῖν. Η καὶ ὕτω· γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυςήριον, τὸ ἐν πάσῃ φρονήσει καὶ σοφίᾳ, τυτέςι, τὸ πάσης σοφίας γέμον καὶ φρονήσεως. Τὸ γὰρ τοὺς ἐχθροὺς τοὺς ἀπερίμιλλους τηλικύτων ἀξιῶσαι, καὶ ταῦτα ἐν τῷ τέλει τῶν καιρῶν, καὶ ταῦτα διὰ τῦ σαυρῦ, πῶς ὐ μεγάλης σοφίας;

9 Κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ.] Επίσης ὃ τῦτο καθὼς ἠθέλε, καὶ καθὼς προέθετο καὶ προῄρητο ἐν αὐτῷ, τῷ Χριςῷ δηλαδή.

10 Εἰς οἰκονομίαν τῦ πληρώματος τῶν καιρῶν.] Καὶ τὴν εὐδοκίαν ταύτην καὶ τὸν θέλησιν προέθετο καὶ προῄρητο εἰς οἰκονομίαν, καὶ διάκρισιν, καὶ κατάςασιν τῦ πληρώματος τῶν καιρῶν. Τὸ γὰρ πλήρωμα τῶν καιρῶν, τί ἐςιν, οἱ ἔσχατοι χρόνοι κόλασιν ἀπήτουν καὶ τιμωρίαν, ὡς πληθυντικῶς ἐν αὐτοῖς τῆς κακίας τῶν ἀνθρώπων. Η ὃ πρόνοια τῦ Υἱῦ, μᾶλλον σωτηρίαν ἐν τύτοις τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς οἰκονόμησεν· ὅσῳ ὑςὶ σοφίας ἀνεπινόητε.

* τὰ. Ανακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα * ἐν τῷ Χριςῷ, τὰ ἐν τοῖς ὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν αὐτῷ.] Απέχρισε, φησι, τὰ ἐπουράνια τῶν ἐπιγείων, ὐκ εἶχε μίαν κεφαλήν· εἰ γὰρ καὶ τῇ τῦ δημιυργίας λόγῳ εἷς Θεὸς ἦν πᾶσιν, ἀλλ' ἀγε τῇ τῦ οἰκειώσεως, ὐχέτι. Προέθετο οὖν ὁ Πατὴρ ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ ὐράνια καὶ τὰ ἐπίγεια, τυτέςι, μίαν κεφαλὴν ἐπιθεῖναι πᾶσι τὸν Χριςόν· τοῖς μὲν ἀγγέλοις, κατὰ τὸ ἀσώματον φύσιν· τοῖς δὲ ἀνθρώποις, κατὰ τὸ σάρκα. Λέγεται ἀνακεφαλαίωσις, καὶ ὃ συντόμως εἰπεῖν τὰ ἐξ μακρῶν γινόμενα. Εν οὖν τῷ Χριςῷ ἀνεκεφαλαιώσατο ὁ Πατὴρ, τυτέςι, συνέτεμε τὰ ἐξ μακρῶ χρόνω οἰκονομήματα, λόγον συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ.

the first.] Hoc est, gratiam suam effudit in nos, ut sapientes & prudentes faciens, manifestet nobis mysterium voluntatis. Perinde ac si diceret, arcana cordis sui nobis cognita fecit. Vel ad hunc modum: Ut manifestaret nobis mysterium, quod est in omni sapientia & prudentia, hoc est, quod omni sapientiâ & prudentiâ refertum est. Quòd enim inimicos abjectos tot tantisque bonis dignatus est, idque in fine temporum, atque per crucem, qui non magnæ sapientiæ plenum?

9 *Iuxta beneplacitum suum, quod proposuit in ipso.*] Fecit autem hoc quemadmodum voluit, ac sicuti proposuit & prædestinavit in ipso, Christo videlicet.

10 *Ad dispensationem plenitudinis temporum.*] Et beneplacitum hoc, & voluntatem proposuit, & prædestinavit ad dispensationem, & gubernationem, & constitutionem plenitudinis temporum. Plenitudo enim temporum, hoc est, novissima tempora, pœnam postulabant & supplicium, tanquam impletâ in ipsis malitiâ mortalium. Adventus autem Filii, potius salutem in his novissimis temporibus distribuit; quod est incomprehensibilis sapientiæ.

Ut consummentur omnia in Christo, quæ sunt in cœlis, & quæ super terram in ipso.] Dissecta erant cœlestia à terrestribus, nec habebant caput unum. Etsi enim juxta creationis rationem unus erat Deus omnibus, secundùm tamen rationem vendicationis, & peculiaris cujusdam familiaritatis, non item. Proposuit itaque Pater consummare cœlestia atque terrestria, hoc est, unum caput imponere omnibus Christum: Angelis quidem secundùm incorpoream naturam; hominibus verò secundùm carnem. Dicitur etiam anacephalæosis, succinctè & summatim dicere quæ prolixiùs acta sunt. In Christo igitur recapitulavit Pater, hoc est, abbreviavit quæ longo tempore dispensata erant, verbum in justitia perficiendo & abbreviando.

11 *In quo & nos ſorte vocati ſumus, prædeſtinati ſecundùm propoſitum ejus qui omnia operatur ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ.*] Dixit ſuprà quòd elegerit, nunc rurſus quòd per ſortem acciti ſimus in Chriſto, hoc eſt, per Chriſtum. Quia verò ſors fortunæ opus eſt, & non virtutis, neque voluntatis, corrigit hoc ipſum, inquiens : *Prædeſtinati juxta propoſitum Dei.* Non enim prædeſtinâſſet, niſi dignos agnoviſſet. Priùs enim videbat nos antequam naſceremur, & ſortitus eſt nos, & ſegregavit ſibi ipſe qui omnia operatur Deus. Quocirca ipſe noſtram electionem & ſortitionem operatus, non aberravit. Felicitatis autem eſt, per ſortem eligi, veluti ſi quid citra laborem per divinam gatiam acceſſerit, etiamſi dignis evenerit. *Juxta conſilium autem voluntatis ſuæ*, inquit, ut oſtendat quòd non obiter cùm Hebræi increduli manerent, gentes vocatæ ſint, ſed jam antea hæc definita erant ac præſtituta, eratque conſilium hoc Dei vetus, & voluntas ejus. Etſi enim Chriſtus dixerit ; *In viam gentium ne abieritis :* Mat. 10 5. & *Non ſum miſſus niſi ad oves quæ perierunt domûs Iſrael :* Mat. 15. 24. attamen propter Judæorum adhortationem, hæc dicta ſunt, & ut attraheret eos veluti infantilibus blanditiis delinitos : quandoquidem revera jam olim præfinita atq; prædeſtinata erat vocatio gentium.

12 *Ut ſimus nos in laudem gloriæ ipſius, qui ſperavimus in Chriſto.*] Ut, inquit, in gloriam ipſius ſimus nos, qui ſperavimus in Chriſto, hoc eſt, qui credidimus in Chriſto, & qui priuſquam inſtet futurum ſeculum, ſperamus quæ tum nobis eventura ſunt bona. Gloria enim & præconium bonitatis Dei eſt, quòd adeò à ſe alienatos ſervaverit.

13 *In quo & vos qui audiviſtis ſermonem veritatis, Evangelium ſalutis veſtræ.*] Hoc eſt, per quem Chriſtum. Sic & ad Hebræos ait : Heb. 1. 1. *Locutus eſt nobis in Filio. Sermonem* autem *veritatis* dicit, ut opponatur figuratæ adeoque um-

11 Ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν, προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ.] Εἶπεν ἄνω, ὅτι ἐξελέξατο· νυνὶ πάλιν, ὅτι ἐκληρώθημεν ἐν τῷ Χριστῷ, τουτέστι, διὰ τοῦ Χριστοῦ. ἐπεὶ γὰρ ὁ κλῆρος "συντυχίας πρᾶγμά ἐστι, καὶ οὐκ ἀρετῆς, οὐδὲ προαιρέσεως, διορθοῦται αὖθις, καί φησι, προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν τοῦ Θεοῦ. Οὐκ ἄν γὰρ προώρισεν, εἰ μὴ ἀξίους ἐγίνωσκε. Προεώρα γὰρ ἡμᾶς πρὶν ἢ γενέσθαι, καὶ ἐκλήρωσεν ἡμᾶς, καὶ ἀφώρισεν ἑαυτῷ ὁ πάντα ἐνεργῶν Θεός· ὥστε καὶ τὴν ἡμετέραν ἐκλογὴν καὶ κλήρωσιν αὐτὸς ἐνεργήσας, οὐκ ἐσφάλη. Μακαριότητος γάρ, ὃ κληρωθῆναι, ὡς ἀπόνως καὶ χάριτι θείᾳ προσγινόμενον, εἰ καὶ εἰς "ἀξίους ἐλθοι. Κατὰ τὴν βουλὴν δέ, φησι, "κ. ἀξίους. τοῦ θελήματος αὐτοῦ, ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐχ ὡς ἀπροθυμούντων τῶν Ἑβραίων, ἐν πρόσφ ἐκλήθησαν ἔθνη, ἀλλὰ πάλαι ταῦτα προῴκισο, καὶ βουλὴ αὕτη ἦν τοῦ Θεοῦ ἀρχαία, καὶ θέλημα αὐτοῦ. Εἰ γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς εἶπεν· Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε· καὶ, Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ· ἀλλὰ προσκοπῆς ἕνεκα τῶν Ἰουδαίων ταῦτα εἴρηται, καὶ ὡς ἐφελκύσασθαι αὐτοὺς, ὡς νηπιώδεις κολακευομένους· ἐπεὶ τόγε ἀληθὲς πάλαι προῴκισο ἡ κλῆσις τῶν ἐθνῶν.

12 Εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς εἰς ἔπαινον δόξης αὐτοῦ, τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ Χριστῷ.] "κ. Θεοῦ. Ὡστε, φησὶν, εἰς δόξαν αὐτοῦ εἶναι ἡμᾶς τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ Χριστῷ, τουτέστι, τοὺς πιστεύσαντας ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ πρὶν ἢ ὀπτῆναι ὁ μέλλων αἰών, ἐλπίζοντας τὰ τότε ἡμῖν ἐσόμενα. Δόξα γὰρ καὶ ἔπαινος τῆς "Θεοῦ ἀγαθότητος, τὸ τοὺς ἀπίστους ἤδη "κ. χρηστ. τελειωμένους σῶσαι.

13 Ἐν ᾧ καὶ "ὑμεῖς, ἀκούσαντες τὸν "κ. ἡμεῖς λόγον τῆς ἀληθείας τὸ, εὐαγγέλιον τοῦ σωτηρίας "ὑμῶν.] Τουτέστι, διὰ τοῦ Χριστοῦ. "κ. ἡμῶν. Οὕτω καὶ πρὸς Ἑβραίους φησίν· Ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν Υἱῷ. Λόγον δὲ ἀληθείας, φησὶ, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ τυπικοῦ

πικοῦ καὶ σκιώδους νόμου· καὶ διάγγελιον σωτηρίας, τοῦτ' ἐστὶν ἀπαγγελοῦν τῷ νόμῳ τὸν
" χ. ἀποτεινόντος. " ἀποκλεινόντος, καὶ τὸ μυηθῆναι κολάσεως. Τῆς μὲν γὰρ πρώτης παρουσίας ὁ κήρυγμα ὅτι σωτηρία· ἡ δὲ σάλπιγξ τὸ δευτέρας, ὅτι κολάσεως.

" χ. ἐσφραγίσθητε. Ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες " ἐσφραγίσθητε τῷ πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ.] Ἐν ᾧ εὐαγγελίῳ, φησὶ, πιστεύσαντες· ἢ, ἐν ᾧ Χριστῷ· τουτέστι, διὰ τοῦ Χριστοῦ
" χ. ἐσφραγίσθητε. " χ. λαὸς. " χ. τῇ ἀπιστίᾳ. χάριτος πιστεύσαντες " ἐσφραγίσθητε· ὥστε εἰ δῆλον ὅτι Θεοῦ ἐστε " λαὸς καὶ κλῆρος. Αλλ' οἱ μὲν Ιουδαῖοι " τῇ περιτομῇ ἐσφραγίσθησαν, ὡς τὰ ἄλογα, σφραγῖδα λαβόντες· ἡμεῖς δὲ ὡς Θεοῦ υἱοὶ, καὶ ὑπὲρ τὴν σάρκα τῷ πνεύματι ἐσφραγίσθημεν. Επαγγελίας δὲ αὖθις κα-
" χ. δίκη. λεῖ, ἢ " ὅτι διὰ ἐπαγγελίας ἐδόθη· καὶ γὰρ καὶ διὰ Ιωὴλ ἐπηγγείλατο ὁ Θεός· Ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ὅτι πᾶσαν σάρκα. καὶ ὁ Χριστὸς, Λήψεσθε δυνάμιν, φησὶν, ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἢ ὅτι τὴν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπαγγελίαν τὸ πνεῦμα βεβαιοῖ. Δοθὲν γὰρ ἤδη ἡμῖν πιστοῦται καὶ τὰ μέλλοντα· διὸ καὶ ἀρῤῥαβὼν λέγεται. Ακουε γὰρ τῶν ἑξῆς.

14 Ος ἐστιν ἀρῤῥαβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν.] Ηγόρασεν ὁ Θεὸς παρ' ἡμῶν τὴν σωτηρίαν ἡμῶν, καὶ ἔδωκεν ἡμῖν ἀρῤῥαβῶνα τέως τὸ πνεῦμα, πιστώμενος ὅτι καὶ τὴν κληρονομίαν τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν δώσει. Οἱ γὰρ ὄντως τοῦ πνεύματος μετέχοντες, σύτοθεν ἤδη σαφῶς γινώσκουσιν, ὅτι ἀρῤῥαβών ἐστι τῆς " τελείας κληρονομίας· οἷος ὁ Παῦλος· διὸ καὶ " χ. τὴν Θ. ἐπιποθεῖ, καὶ ἐζήτει τὸ " τέλειον λαβεῖν, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι· ἡμεῖς δὲ ὅτε τὸν ἀρῤῥαβῶνα ἔχομεν ὡς δῆθεν, οὔτε τοῦ " τελείου ἐφιέμεθα, ὡς " ἄγευστοι.

" χ. τέλειον. " χ. ἄγαθοῦ.

Εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως.] Περιποίησιν, τὴν περὶ ἡμᾶς σπουδὴν καὶ κηδεμονίαν λέγει τοῦ Θεοῦ· φησὶν οὖν, ὅτι ὁ ἀρῤῥαβὼν ἐστὶ, εἰς τὴν τελείαν ἀπολύτρωσιν, καὶ τὴν καθαρὰν ἡμῶν περιποίησιν φέρει, καὶ δι' αὐτὴν ἐδόθη. Τότε γὰρ ἔσται ἡ

brosæ Legi: & *Evangelium salutis*, ut statuatur in contrarium legi occidenti, futuræque pœnæ. Prioris enim adventûs prædicatio salutis causa est: tuba verò secundi adventûs, est propter pœnam.

In quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto.] In quo, inquit, Evangelio credentes, vel, in quo Christo, hoc est, per Christi gratiam credentes signati estis, ut sit perspicuum quòd sitis sors & hæreditas Dei. Sed Judæi quidem per circumcisionem signati sunt, tanquam bruta rationis expertia, sigillum carnale recipientes: nos verò tanquam Dei filii, suprà quàm carnis patiatur conditio, spiritu signati sumus. Promissionis autem spiritum eum appellat, vel quòd ex promissione datus sit: Etenim per Joelem promisit Deus; *Effundam de spiritu meo super omnem carnem.* Et Christus, *Accipietis*, inquit, *virtutem venientis super vos spiritûs sancti.* Vel quia futurorum bonorum promissionem spiritus stabilit. Datus enim jam nobis futura rata efficit: propterea & arrhabo dicitur. Audi enim quæ sequuntur. Joel 2. 28. Act 1. 8.

14 *Qui est arrhabo hæreditatis nostræ.*] Emit Deus salutem nostram à nobis, ac dedit nobis arrham interim spiritum, certos nos faciens quòd & inexplicabilium & arcanorum bonorum hæreditatem sit daturus. Qui autem revera spiritûs sunt participes, illi jam hinc noverunt eum esse arrham perfectæ hæreditatis: quorum de numero Paulus erat. Propterea ingemiscebat & quærebat consummationem accipere, & esse cum Christo. Nos autem neque arrhabonem habemus ut convenit, neque consummationem appetimus, quippe qui non gustavimus illud. Phil. 1.

In redemptionem acquisitionis.] Acquisitionem, Dei erga nos diligentiam & curam dicit. Ait ergo: Arrhabo iste ad perfectam nostram redemptionem, & puram acquisitionem ducit, ac propter ipsam data est. Tum enim erit perfecta libertas, quan-

do prorsus destruetur peccatum, quando & sancti absoluti fuerint à peccatorum cohabitatione, apparuerintque acquisiti & possessi Deo, quòd sint ipsius populus. Nonnulli autem acquisitionem, nosipsos intellexerunt. *In redemptionem* igitur *acquisitionis*, id est, nostri, qui sumus acquisitio, & possessio, & facultates Dei.

In laudem gloriæ ipsius.] Continuò hoc infert, certiores nos reddens quòd omnia quæ sunt promissa, certò evenient. Nam si nostrâ causâ ista faceret, dubitare licebat: jam verò quia hæc facturus est, ut appareat ipsius propria benignitas, quis contradicet quòd non sit facturus? Hanc ad ra-
Psal. 108. 21 tionem scriptura, *Fac nobis*, inquit, *pro-*
Psal. 113. 1. *pter nomen tuum.* &, *Non nobis, sed nomini tuo da gloriam.*

15 *Propterea & ego, audita fide vestra in Domino Jesu, ac dilectione in omnes sanctos, non cesso gratias agere pro vobis.*] Propter hoc: quale? quòd fide receptâ, signati sitis spiritu, arrhabonémque acceperitis futurorum bonorum, perfectæque redemptionis, assecuturique sitis ea quæ sunt reposita iis qui rectè credunt & vivunt; *Non cesso gratias agere pro vobis.* Animadvertis misericordiam & clementiam ejus, quomodo pro omnibus gratias agat, ceu ipse beneficium accepisset? Non enim istis solùm, verumetiam omnibus hoc scribit. Dignum est autem gratias nos agere Deo pro cunctis beneficiis aliis quæ in nos ille transtulit. Dignum tamen etiam est pro fide credentium gratias agere, quòd sic illuminati sint, quòd cruci servatoris additi sint, à perditore dificientes: Hoc enim fraternæ charitatis est. *Audita fide vestra*, inquit, *quæ est per Jesum Christum:* nec sola fide, verumetiam dilectione, hoc est, misericordi, & fratrum amanti animo, atque humano qui est erga omnes, & non erga solos indigenas sanctos, hoc est, fideles pauperes. Ubique autem fidei charitatem connectit, utpote quæ vitam virtute ornatam gignit: Absque hac enim alterum ociosum est, fides

τελεία βλάβη εἰα, ὅτι πάντελως καταργῆται ἡ ἁμαρτία· ὅτε γὰρ μὴ τὰ ἁμαρτωλὰ συνοικήσεως ἀπολυθῶσιν οἱ ἅγιοι, καὶ φανῶσιν οἱ σωτηριωθέντες, καὶ προσκληθέντες τῷ Θεῷ, ὥστε εἶναι αὐτοῦ λαός. Τινὲς δὲ περιποίησιν, ἡμᾶς αὐτοὺς ἐνόησαν. Εἰς ἀπολύτρωσιν δὲ τῆς σωτηρίας, τουτέστιν, ἡμᾶς, οἵτινές ἐσμεν περιποίησις, καὶ κλῆσις, καὶ περιουσία Θεοῦ.

Εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ.] Συνεχῶς τοῦτο ὑπολέγει, πληροφορίαν διδοὺς ὅτι πάντως ἔσται τὰ ἐπηγγελμένα. Εἰ μὲν γὰρ ἡμῶν ἕνεκεν ἐποίει, καὶ ἀμφιβάλλειν ἦν· νυνὶ δὲ ἐπεὶ δι' ἑαυτὸν φανεῖται τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα μόνῃ πεισθῆναι, τίς ἀντερεῖ ὡς οὐ πεισθῇ; Οὕτω καὶ ἡ γραφή· Ποίησον ἡμῖν διὰ τὸ ὄνομά σου. καὶ, Μὴ ἡμῖν, ἀλλὰ τῷ ὀνόματί σου δὸς δόξαν.

15 Διὰ τοῦτο κἀγώ, ἀκούσας τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν ἐν τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, οὐ παύομαι εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν.] Διὰ τοῦτο· ποῖον; οἷόν πιστεύσαντες, ἐσφραγίσθητε τῷ πνεύματι, καὶ ἀρραβῶνα ἐλάβετε τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, καὶ τῆς τελείας ἀπολυτρώσεως, καὶ μέλλετε τυγχάνειν τῶν ἀποκειμένων τοῖς ὀρθῶς πιστεύουσι καὶ βιοῦσιν· Οὐ παύομαι εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν. Ὁρᾷς ἀπλάγχνα οἰκτιρμῶν, πῶς ὑπὲρ πάντων εὐχαριστεῖ, ὡς αὐτὸς εὐεργετούμενος; Οὐ γὰρ μόναις τούτοις, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῦτο γράφει. Ἄξιον μὲν οὖν εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ καὶ ὑπὲρ πάσι τοῖς ἄλλοις ὧν ἠξιώθημεν· ἄξιον δὲ καὶ ὑπὲρ τῆς πίστεως τῶν πιστευόντων, ὅτι οὕτως ἐφωτίσθησαν, ὅτι τῷ σταυρῷ τοῦ Σωτῆρος προσετέθησαν, ἀποστάντες τοῦ ἀπολλυμένου· τοῦτο γὰρ φιλαδελφίας. Ἀκούσαντές, φησι, τὴν πίστιν ὑμῶν τὴν εἰς τὸν Κύριον Ἰησοῦν. καὶ οὐ μόνον τὴν πίστιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀγάπην, τουτέστι, τὴν ἐλεήμονα καὶ φιλάδελφον γνώμην καὶ φιλάνθρωπον τὴν εἰς πάντας, καὶ οὐκ εἰς μόνους τοὺς ὑπαρχοντας ἁγίους, τουτέστι, τοὺς πένητας. Παρακαλοῦ δὲ τῇ πίστει τὴν ἀγάπην συνάπτει, τὴν γνησίαν καὶ ἀκαρέτον βίον· δίχα γὰρ ταύτης

τὴν

ἐλεημοσύνην καὶ φιλανθρωπίαν. γρ. θεοσεβείας.

τὸ ἕτερον ἄνευ, ἡ πίστις, φημί, χωρὶς ἔργου νεκρὰ ἐστὶν, ὥσπερ καὶ βίος χωρὶς πίστεως.

16 Μνείαν ὑμῶν ποιούμενος ὅτι τῶν προσευχῶν μου.] Ἐννόησον πόσους εἶχεν ἐν τῇ διανοίᾳ· πόσων ἐμέμνητο ἐν ταῖς εὐχαῖς. ἡμεῖς δὲ, οὐδὲ ἡμῶν αὐτῶν, ὡς χρή. "χρεστευχαῖς.

17 Ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῆς δόξης] Τί δὴν ἐστὶ παρακλήσῃς ὑπὲρ ἡμῶν; ἵνα ὁ Θεὸς σοφίσῃ ὑμᾶς. Θεὸς δὲ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, τουτέστι, τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ὁμοίου ἡμῖν κατὰ τὴν σάρκα· Ὁ πατὴρ τῆς δόξης· τουτέστιν, ὁ μεγάλα καὶ ἔνδοξα δεδωκὼς ἡμῖν ἀγαθά· Ἀεὶ γὰρ ἀπὸ τῆς προκειμένης ὑποθέσεως αὐτὸν ὀνομάζει, ὡς τὸ, Πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως· καὶ ὁ προφήτης· Κύριος ἰσχύς μου καὶ κραταίωμα σωτηρίας μου. Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν, ὅπου μεγάλα ἡμῖν καὶ ἔνδοξα ἐχαρίσατο, πατέρα δόξης, τουτέστιν, αἴτιον, αὐτὸν φησιν. Οὐ γὰρ ἔχει ἄλλως αὐτὸν καλέσαι, ἢ ἀπὸ τοῦ λαμπροτέρου πρὸς ἡμῖν ὀνόματος. Ὁ δὲ θεολόγος Γρηγόριος, δόξαν τινὰ θεότητα τοῦ μονογενοῦς ἐνόησεν, ὡς εἷς τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς Χριστοῦ καὶ Θεοῦ καὶ πατέρα. Χριστοῦ μέν, ἤγουν τοῦ ἀνθρωπίνου, Θεόν· τοῦ δὲ δόξης, ἤγουν τῆς θεότητος, πατέρα.

Δῴη ὑμῖν πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως, ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας ὑμῶν.] Τουτέστι, χάρισμα ὑμῖν δοθείη, ὡς διὰ τοῦ Πνεύματος φωτισθῆναι. Εἰ μὴ γὰρ τὸ Πνεῦμα ἀποκαλύψῃ τὰ κεκρυμμένα μυστήρια, ἀδύνατον ἄλλως μαθεῖν. Αὐτὸ γὰρ μόνον, οὐκ ἄγγελος, οὐδὲ ἀρχάγγελος, πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ· Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος. Ὅταν οὖν ἀπὸ τοῦ Πνεύματος ἀποκαλυφθῇ ἡμῖν τὰ μυστήρια, τότε καὶ ἐν ἐπιγνώσει τοῦ Θεοῦ γινόμεθα, καὶ φωτίζονται οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν, καὶ οὐκέτι ἀμφιβάλλομεν οὐδὲ λέγομεν, ὅτι ἀδύνατον τόδε γενέσθαι καὶ τόδε· ἀλλὰ βλέπομεν πάντα ὡς ἔχουσιν.

nempe sine operibus & vitâ, quemadmodum & vita sine fide.

16 *Memoriam vestrî faciens in orationibus meis.*] Expende tecum quotnam in corde gesserit, & quot mentionem fecerit in orationibus. Nos verò, ne nostrî quidem ipsorum, ut oportet, reminiscimur.

17 *Ut Deus Domini nostri Jesù Christi, pater gloriæ*] Quid nobis comprecaris? Ut Deus erudiat ac sapientes vos faciat. *Deus* autem *Domini Jesu*, hoc est, hominis, qui secundùm carnem nobis est similis: *Pater gloriæ*, id est, qui ingentia nec non præclara nobis bona dedit. Semper enim à proposito argumento ipsum nominat, ut in illo: *Pater miserationum, ac Deus consolationis.* Quinetiam Propheta: *Dominus fortitudo mea, & cornu salutis meæ.* Hìc igitur, postquam magna & glorioſa nobis donavit, *patrem gloriæ*, hoc est, autorem, ipsum appellat. Non potest enim eum aliter vocare, quàm à splendidiore apud nos nomine. Theologus autem Gregorius, per, *gloriam*, unigeniti divinitatem intellexit, ut sit unius & ejusdem Christi & Deus & Pater: Christi quidem, sive humanitatis, Deus: gloriæ verò, sive divinitatis, Pater. 2 Cor. 1. 3. Psal. 17. 1.

Det vobis Spiritum sapientiæ ac revelationis, in agnitione ipsius illuminatos oculos cordis vestri.] Hoc est, donum & gratiam vobis exhibeat, ut per Spiritum eruditamini. Nisi enim Spiritus revelaverit vobis abdita mysteria, fieri non potest ut aliâ ratione eadem discatis. Ipse namque solus, non Angelus, neque Archangelus, omnia rimatur, etiam profunda Dei: animalis autem homo non percipit quæ sunt Spiritûs. Cùm igitur à Spiritu revelata nobis fuerint mysteria, tum in agnitione Dei sumus, illustranturque oculi nostri, nec porrò ambigimus ac dicimus, quòd sit impossibile hoc vel illud fieri: cæterùm videmus omnia quemadmodum sunt. 1 Cor. 2. 14.

18 *Ut ſciatis vos, quæ ſit ſpes vocationis ejus.*] Hoc eſt, ad qualem ſpem vocati ſimus. Planum eſt autem quòd ad filiorum adoptationem, cœleſtiumque bonorum perceptionem, & ut caput noſtrum Chriſtus eſſet. Quia enim hoc futurum eſt, ſpirituali revelatione opus eſt ut iſthuc diſcamus.

Et quæ ſint divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in ſanctis.] Et hoc cùm adhuc obſcurũ ſit, opus habet revelatione Spiritûs, quorúmnam ſint hæreditatem adituri Sancti. Magna enim ſunt. Hinc & *divitias gloriæ* ea nominat, hoc eſt, inenarrabilem gloriam, & humani ingenii captum planè exuperantem. Hæreditatem autem iſta vocat, quippe quæ ſint filiis danda.

22 Εν ᾧ καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν πνεύματι.] Καὶ πάντες μὲν οἱ πιστοὶ ἐν τούτῳ συνοικοδομοῦνται, καὶ ὑμεῖς δὲ οἱ Εφέσιοι, ὥστε εἰς κατοικητήριον Θεοῦ ἐν πνεύματι, τουτέστι, διὰ τοῦ πνεύματος "συνεργείας. ἢ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς αἰσθητῆς οἰκοδομῆς, εἶπε δή, ἐν πνεύματι· ὡσανεὶ ἔλεγε, κατοικητήριον τοῦ "Θεοῦ πνευματικόν. ἄρα οὖν μέλει τῷ "χ. κεκτῆσθαι δευτέρας παρουσίας ἡ συνοικοδόμησις αὕτη διὰ τῶν ἐκάστοτε πιστευόντων. "χ. ἐνεργείας.

CAP. III.

HUjus rei gratiâ ego Paulus vinctus Christi Jesu pro vobis gentibus.] Cùm hactenus Christi erga nos curam indicâsset, deinceps ad suam quoque transit. Quia, inquit, Dominus meus talia erga nos exhibuit, necesse est ut ego quæ pro viribus potero, afferrem: vinctus igitur sum pro vobis. Nam licèt ille crucifixus sit, ego tamen vinctus sum pro vobis. Dicens autem, *pro vobis gentibus*, hoc indicavit, quòd non solùm nos non execramur, verumetiam vincimur propter vos, & Christi vinctos nos ipsos nominamus, gloriæ id nobis ducentes.

2 *Siquidem audivistis dispensationem gratiæ quæ data est mihi erga vos.*] Vaticinium Dei ad Ananiam innuit: *Vas electionis mihi ille est, ut portet nomen meum coram gentibus.* Revelationem quoq; mysterii, eò quòd ab hominibus illud non didi-

Act. 9. 15.

ΚΕΦ. γ.

ΤΟύτου χάριν ἐγὼ Παῦλος ὁ δέσμιος Ιησοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ ὑμῶν τῶν ἐθνῶν.] Εἰπὼν τοῦ Χριστοῦ τὴν περὶ ἡμᾶς κηδεμονίαν, "ἐμβαίνει λοιπὸν καὶ ὅτι τὴν "χ. ἐαυτόν. ἑαυτοῦ. Καὶ ἐπιδή, φησιν, ὁ δεσπότης μου τοιαῦτα ἐπεδείξατο εἰς ἡμᾶς, ἀνάγκη κἀμὲ τὰ κατὰ δύναμιν εἰσενεγκεῖν. δέσμιος οὖν εἰμι ὑπὲρ ὑμῶν. Εἰ γὰρ ἐκεῖνος ἐσταυρώθη, ἐγὼ γοῦν δέδεμαι ὑπὲρ ὑμῶν. Εἰπὼν δὲ, τῶν ἐθνῶν, τοῦτο ἐνέφηνεν, ὅτι οὐ μόνον ὑμᾶς οὐ βδελυττόμεθα, ἀλλὰ καὶ δεσμούμεθα δι' ὑμᾶς, καὶ Χριστοῦ δεσμίους ἑαυτοὺς ὀνομάζομεν σεμνυνόμενοι.

2 Εἴγε ἠκούσατε τὴν οἰκονομίαν τῆς χάριτος τῆς δοθείσης μοι εἰς ὑμᾶς.] Τὴν παρρησίαν αἰνίττεται τοῦ Θεοῦ τὴν πρὸς τὸν Ανανίαν, Οτι σκεῦός ἐκλογῆς μού ἐστι, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν. Καὶ τὴν ἀποκάλυψιν δὲ τοῦ

τῦ μυςηρίυ, ὅπι ὀλίγον προέγραψα ἐν ὀλίγῳ. Πρὸς ὃ δύνασθε ἀναγινώσκοντες νοῆσαι τὴν σύνεσίν μυ ἐν τῷ μυςηρίῳ τῦ Χριςῦ.] Ἐγραψά, φησιν, οὐχ ὅσον ἐχρῆν, ἀλλὰ πρὸς τὴν δύναμιν ὑμῶν, καὶ ὅσα χωρῆτε· ἐξ ὧν δύνασθε * νοῆσαι τὴν σύνεσίν μου τὴν ἐν τῷ μυςηρίῳ τῦ Χριςῦ. τυτέςι, πῶς συνῆκα τὸ μυςήριον τῦ Χριςῦ, εἰ τοίνυν σύνοισα ὅτι καθῆται ἐκ δεξιῶν, ὅτι καὶ ἡμᾶς συνεκάθισεν· ὅτι ἐν ἑαυτῷ ἕνωσεν ἀμφοτέρους εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, καὶ ὅσα τῦ μυςηρίυ. Γνώσεσθε οὖν τὸ ἀξίωμα τῆς συνέσεώς μυ, ἐξ ὧν τηλικαῦτά μοι ἐγνώρισεν ὁ Θεός· ὅτι γὰρ μεγάλης τιμῆς τῦτο, ἄκουε. Οὐκ ἐποίησεν οὕτω, φησὶ, πάσῃ ἔθνει, ὅτι δικαιώματα καὶ κρίματα αὐτῦ ἐγνώρισε τῷ Ισραήλ.

5 Ο ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη τοῖς ἁγίοις αὐτῦ ἀποςόλοις καὶ προφήταις ἐν πνεύματι.] Τί οὖν; οὐκ ἤδεσαν οἱ προφῆται; Ἢ πῶς φησιν ὁ Χριςὸς, ὅτι Μωυσῆς καὶ οἱ προφῆται περὶ ἐμοῦ ἔγραψαν; καὶ, Ἐρευνᾶτε

cerit, gratiæ diſpenſationem vocat. Sic enim, inquit, diſpenſavit gratia Dei, ut cælitùs vocarer ego, utque excœcaret lumine ſuo me inobedientem, ut ſic tandem obedirem. *Erga vos* autem, inquit, data eſt mihi gratia. Ipſe namque dixit mihi, *Ad gentes longinquas emandabo te.* Proinde gratiæ hoc totum eſt, & nihil ego mearum virium attuli. Act. 22. 21.

3 *Quoniam ſecundùm revelationem notum fecit mihi myſterium.*] Ecce, gratiæ opus eſt myſterii revelatio. Myſterium eſt enim revera, gentes ad majorem, quàm Judæorum ſit, honorem à ſumma vilitate reducere.

Sicut ſuprà ſcripſi in brevi.] De quibus ſuprà locutus eſt, dicit quòd vocatæ ſint gentes quæ longè erant; quódque ædificati ſint ſupra patriarchas, & quæcunque ſunt hujuſmodi. *In brevi* autem, pro, paucis dixit.

4 *Juxtà quod poteſtis legentes intelligere cognitionem meam in myſterio Chriſti.*] Scripſi, inquit, non quantum oportebat, ſed ſecundùm vires veſtras, & captum veſtrum. Ex quibus poteſtis intelligere cognitionem meam quæ mihi eſt in myſterio Chriſti, hoc eſt, quomodo cognoverim & intellexerim myſterium Chriſti, quòd ſedet à dextris, quòd nos etiam conſedere fecerit, quòd in ſeipſo condiderit utroſque in unum novum hominem, & quæcunque alia ad myſterium pertinent. Agnoſcetis igitur dignitatem cognitionis meæ, quoniam tanta patefecerit mihi Deus. Nam quòd hoc magni honoris ſit, audi. *Non fecit ſic*, inquit, *omni genti*, quoniam juſtificationes & judicia ſua manifeſtavit Iſraëli. Pſal. 147. 8.

5 *Quod aliis generationibus non eſt agnitum filiis hominum; ſicut nunc revelatum eſt ſanctis ejus Apoſtolis atque Prophetis in ſpiritu.*] Quid igitur? Non nôrant Prophetæ? Ecquid Chriſtus inquit, *Moſes & Prophetæ de me ſcripſerunt?* Et, *Scrutamini ſcripturas, illæ namque ſunt* Joh. 5. 39.

quæ

* χαρῆσαι ἐν.

quæ teſtimonium perhibent de me? Primùm quidem hoc nunc Paulus ait, quòd omnibus hominibus non fuerit revelatum: addidit enim, *Quod in aliis generationibus non eſt patefactum filiis hominum.* Deinde & quòd ad hunc modum ne Prophetis quidem cognitum fuerit, æquè ac nunc per res ipſas patefactum eſt Apoſtolis, & novi Teſtamenti Prophetis per Spiritum ſanctum. Niſi enim Spiritus docuiſſet Petrum, Cornelium, qui ex gentibus erat, cum ſuis non ſuſcepiſſet. Obſerva autem quòd de circumciſione nihil, de gentibus verò revelationem faciat Spiritus. Res enim ardua erat & magna, gentes execratas ad Evangelium admitti; atque veteres adeò exactè myſterium hoc non noverunt, quandoquidem & Petrus, qui tantus erat, hâc de re Spiritûs inſtitutione indiguerit.

Act. 10.

6 *Gentes eſſe cohæredes, & concorporales, & comparticipes promiſſionis ejus in Chriſto per Evangelium.*] Hoc eſt myſterium, gentes eſſe cohæredes promiſſionis Iſraëli factæ, ſimúlque participes. Erant enim participes promiſſionis Iſraëlitæ, ceu gens ſancta. Et gentes hactenus impuræ hujus unà cum ipſis participes fuerunt. At quâ ratione? in Chriſto, hoc eſt, per fidem in Chriſtum, quæ per Evangelium ipſis obtigit. Nec ſatis illi fuit dicere, cohæredes, ſimulque participes: verùm ut indicet magnam propinquitatem & unionem, *concorporales* etiam dixit. Unum enim corpus facti ſunt Ethnici cum Iſraëlitis ſanctis, ſub uno capite Chriſto contentum.

7 *Cujus factus ſum miniſter per donum gratiæ Dei, quod datum eſt mihi ſecundùm operationem potentiæ ejus.*] Evangelii factus ſum miniſter, & vinctus ſum ipſius gratiâ: verùm non meum opus eſt iſthuc, ſed donum divinæ gratiæ, quæ data eſt mihi, non ſimpliciter, neque perparcè, ſed potenter & liberaliter, ac tanquam ſum operetur Deus. Vel, quandoquidem donavit

νατε τὰς γραφάς, ἐκφυγὰ γὰρ εἶσιν αἱ μαρτυρόσαι περὶ ἐμοῦ; Πρῶτον μὲν οὖν τοῦτό φησιν ὁ Παῦλος, ὅτι πᾶσιν ἀνθρώποις οὐκ ἀπεκαλύφθη· προσέθηκε γάρ· Ὃ ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Εἶτα καὶ ὅτι ὕπως οὐκ ἐγνωρίσθη οὐδὲ τοῖς προφήταις, ὡς νῦν διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἐγνωρίσθη τοῖς ἀποστόλοις, & τοῖς ἐν τῇ καινῇ προφήταις, διὰ πνεύματος ἁγίου. Εἰ μὴ γὰρ τὸ πνεῦμα ἐδίδαξε τὸν Πέτρον, οὐκ ἂν τὸν ἐθνικὸν Κορνήλιον μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ προσεδέξατο. Καὶ ὅρα ὅτι περὶ μὲν περιτομῆς οὐδὲν, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐθνῶν τὸ Πνεῦμα ἀποκαλύπτει· μέγα γὰρ ἦν τοῦτο, τοὺς ἐθνικοὺς τοὺς βδελυκτοὺς ὑποδεχθῆναι· καὶ ὅτως ἀκριβῶς οὐκ ἤδεσαν οἱ πάλαι τὸ μυστήριον, ὅπουγε καὶ Πέτρος ὁ τοσοῦτος τὰ παρὰ τοῦ Πνεύματος ἐδεήθη περὶ τούτων διδασκαλίας.

6 Εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα, καὶ συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ, ἐν Χριστῷ, διὰ τοῦ εὐαγγελίου.] Τοῦτ' ἔστι τὸ μυστήριον, τὸ εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα τοῦ Ἰσραὴλ τῆς ἐπαγγελίας καὶ συμμέτοχα· μετεῖχον γὰρ οἱ Ἰσραηλῖται τῆς ἐπαγγελίας, ὡς ἔθνος ἅγιον· μετέχουσι ταύτης σὺν αὐτοῖς καὶ οἱ τέως ἀκάθαρτοι ἐθνικοί· Ἀλλὰ πῶς; ἐν τῷ Χριστῷ· τουτέστι, διὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, ἥτις διὰ τοῦ εὐαγγελίου αὐτοῖς προσηγέγονεν. Οὐκ ἠρκέσθη γὰρ συγκληρονόμα καὶ συμμέτοχα εἰπών, ἀλλ' ἵνα δηλώσῃ τὴν πολλὴν ἐγγύτητα καὶ ἕνωσιν, σύσσωμα εἶπεν. Εν γὰρ σῶμα γεγόνασιν οἱ ἐθνικοὶ τοῖς τοὺς Ἰσραηλίτας ἁγίους, μιᾷ κεφαλῇ τῷ Χριστῷ συγκεκλεισμένον.

7 Οὗ ἐγενόμην διάκονος, κατὰ τὴν δωρεὰν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, τὴν δοθεῖσάν μοι κατὰ τὴν ἐνέργειαν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ.] Τοῦ εὐαγγελίου ἐγενόμην διάκονος, καὶ δέσμιός εἰμι ἕνεκεν τούτου· ἀλλ' οὐκ ἐμὴ ἡ ἐνέργεια, ἀλλὰ δωρεὰ ὅτι τοῦτο τῆς θείας χάριτος, ἥτις ἐδόθη μοι, οὐκ ἀπλῶς, οὐδὲ μικροψύχως, ἀλλὰ δυνατῶς καὶ φιλοτίμως, καὶ ὡς ἂν ἐνεργήσειεν ὁ δυνατὸς Θεός. Ἢ, ἐπεὶ ὅτι

ὅτι ἐδωρήσατό μοι τὴν διακονίαν, ἐνέργειαν
* 3. * μοι κατὰ δύναμιν. Οὐ γὰρ ἤρκει τὸ ἀξίωμα,
εἰ μὴ καὶ δύναμις προσετέθη. Τρία γὰρ
ἡμᾶς δεῖ συνεισφέρειν εἰς τὴν διακονίαν,
ψυχὴν φιλοκίνδυνον, σοφίαν καὶ σύνεσιν,
καὶ βίον ἄληπτον· τὸν δὲ Θεὸν δύναμιν
δοῦναι, δι' ἧς ταῦτα πάντα ἔμπρακτα
εἶναι.

8 Ἐμοὶ τῷ ἐλαχίστῳ πάντων τῶν
ἁγίων ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη.] Ἐπειδὴ μέγα
λέγειν τὸ μέγεθος τῆς θείας χάριτος, ἴδε
πῶς ταπεινοφρονῶν περὶ ἑαυτῆς λέγει· μὴ
γὰρ τὰ τοιαῦτα κατορθώματα ἐλαχιστότερον
" χ. ἑαυτὸν" καλεῖ, ἢ τῶν ἀποστόλων, ἀλλὰ πάν-
λεγ. των τῶν ἁγίων, τουτέστι, τῶν πιστῶν. Τοῦτο δὲ μεῖ-
" χ. μειζο- ζον, ὅσον ἐστὶν εἰς " ταπεινοφροσύνης λόγον,
φροσύνης. τοῦτ', Οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς " καλεῖσθαι ἀπόστολος.
" χ. κλη- θῆναι.

Εν τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελίσασθαι τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ Χριστοῦ.] Ποία χάρις, φησὶν, ἐδόθη μοι; τὸ ἐν τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελίσασθαι· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι εἰς τὴν περιτομὴν, αὐτὸς δὲ εἰς τὰ ἔθνη. Ὥστε χάριτος ἐδέετο τὸ τὸν ἐλαχιστότερον τὰ μείζω πιστευθῆναι. Ὁ γὰρ τοὺς χείρονας ἐπιστρέφειν ταχθεὶς, καὶ τοῦτο αὐτὸν μέγας ἦν, κἂν μικρὸς ᾖ. χάριτος οὖν τὸ πρᾶγμα. Εἰ δὲ ἀνεξιχνίαστος ὁ πλοῦ-
" χ. πλοῦ- τος αὐτοῦ καὶ μὴ τὸ φαινῶμεν, " πόσῳ μᾶλλον ἡ οὐσία; Πῶς τοίνυν Εὐνόμιος ταύτην κατελαβεῖν ἐκόμπαζε;

9 Καὶ φωτίσαι πάντας, τίς ἡ οἰκονομία τοῦ μυστηρίου τοῦ ἀποκεκρυμμένου ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐν τῷ Θεῷ.] Ὅτι μὲν γὰρ κληθήσονται τὰ ἔθνη, ἠδεσαν ἴσως διὰ τοῦ πνεύματος καὶ οἱ προφῆται καὶ οἱ ἄγγελοι· ὅτι δὲ τοι-
" χ. εἰς. οὗτοις, καὶ ὥστε " ὅτι τὴν θρόνον καθίσαι τὸν τοῦ Θεοῦ, τοῦτο τίς ἂν προσεδόκησε; Διὰ τοῦτο μυστήριον αὐτὸ καλεῖ ἐν τῷ Θεῷ ἀποκεκρυμ-
" χ. προ- μένον " ἀπὸ τῶν αἰώνων· τουτέστιν, ἀνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς. Οὐ γὰρ προσφατός ἐστιν ἡ οἰκονομία αὕτη, καὶ αὐτῷ μόνῳ γινωσκομένη.

Τῷ τὰ πάντα κτίσαντι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Καλῶς κτίσεως ἐμνημόνευσεν· ὁ γὰρ τὰ πάντα κτίσας Θεός, φησι, διὰ τοῦ Χρι-

mihi Deus hocce ministerium, largitus est pariter mihi potentiam. Nam non satis fuisset authoritas, nisi adjecta esset potentia. Tria oportet nos adferre & contribuere ad ministerium, animam periculorum amantem, sapientiam & intellectum, vitamque inculpatam : Deum autem virtutem dare, per quam hæc omnia efficacia sint.

8 *Mihi minimo omnium sanctorum data est gratia hæc.*] Quia verba facturus est de gratiæ Dei amplitudine, vide quantâ modestiâ de se ipse loquatur. Post enim tot præclara facinora, seipsum minimum appellat, non Apostolorum, sed omnium sanctorum, hoc est, fidelium. Hoc autem, si modestiam spectes, majus est illo, *Non sum dignus vocari Apostolus.*

In gentibus Evangelizare imperveſtigabiles divitias Christi.] Qualis, inquit, gratia data est mihi? ut in gentibus prædicem Evangelium. alii enim circumcisioni, ipse verò gentibus Evangelium annunciabat. Proinde gratiâ indigebat, cùm minori majora crederentur. Cùm enim ipsi injunctum esset ut inferiores & pejores ad Christum converteret, per hoc ipsum magnus efficitur, qui parvus videbatur; gratiæ igitur id opus est. Si autem imperveſtigabiles sunt divitiæ ipsius postquam nobis apparuit, quanto magis essentia ejus? Quomodo igitur Eunomius se istam comprehendisse jactabat?

9 *Et illuminare omnes quæ sit dispensatio mysterii abscondiți à seculis in Deo.*] Quòd gentes quidem vocandæ erant, noverant fortasse per spiritum cùm Prophetæ, tum angeli : quòd verò ad tanta bona, & ad sedendum super thronum Dei, quis quæso hoc expectâsset? Eam ob rem *mysterium* hoc vocat, *in Deo absconditum à seculis*, hoc est, antea & à principio : non enim recens est hæc dispensatio, & ipsi soli cognita.

Qui omnia creavit per Jesum Christum.] Pulchrè creationis meminit. Qui enim omnia condidit, Deus, inquit, est per Christum.

Ioh. Chriſtum. *Sine ipſo enim*, inquit, *factum eſt nihil:* & hoc per ipſum revelat.

10 *Ut innoteſcat nunc principatibus & poteſtatibus in cæleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei.*] Neque ſuperiores principatus & poteſtates, neque inferiores nôrant myſterium gloriæ gentium. Etenim Angeli & Archangeli hoc tantummodo compertum habebant, quòd Iſrael eſſet pars Domini, adeóque populus ipſius. Gabriel porrò hoc tantùm nôrat, quòd ſervaturus eſſet populum ſuum à peccatis ſuis. Quòd autem gentes tantum honorem conſequerentur, nunc nôrunt & ſupernæ potentiæ, & infernæ, *per Eccleſiam*, hoc eſt, per beneficia quæ nobis ſunt collata. Nam noſtra beneficia magiſtri ſunt iis ſapientiæ Dei. Non autem illam ſimpliciter variam dicit, ſed, *multiformem*, ſivè admodum variam, artificium ejus atque incomprehenſibilitatem ſignificans. Gregorius autem Nyſſenus, Ante incarnationem, inquit, ſimplicem nôrant cœleſtes virtutes ſapientiam Dei, nempe, quòd omnia ſolâ ſuâ voluntate condiderit, deprehendebantque eum eſſe potentem, quódque omnia conſervaret ſapienti gubernatione: ac ſapientem curatorem, qui proſpiceret rebus, agnoſcebant: nihílque in his varium eſt, hoc eſt, ut aliud quidem eſſet, aliud verò efficeret. Incarnato autem verbo Dei, per contraria tranſacta ſunt contraria, per mortem vita, per imbecillitatem potentia, per contumeliam gloria, per omnia vilia & abjecta Deo digna & præclara. Hanc ad rationem multiformis ſapientia, & potentia Dei cœleſtibus virtutibus nunc cognita eſt. Quando enim nos didicimus, tum & illæ per nos agnoverunt, ac videntes quantis bonis Eccleſia ſit donata, per ipſam etiam ad cognitionem ſunt perductæ.

11 *Secundùm præfinitionem ſeculorum quam fecit in Chriſto Jeſu Domino noſtro.*] Jam nunc quidem cognita eſt, inquit, ſapientia eorum quæ nobis obtigerunt: attamen

ςου. Χωρὶς γὰρ αὐτοῦ, φησι, γέγονεν οὐδὲ ἕν· ἢ τοῦτο δι' αὐτοῦ ἀποκαλύπτει.

10 Ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις διὰ τῆς ἐκκλησίας ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ.] ὅτε αἱ ἄνω ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι, ὅτε αἱ κάτω ἠδεσθη̃ τὸ μυστήριον τῆς δόξης τῶν ἐθνικῶν. Καὶ γὰρ καὶ ἄγγελοι καὶ ἀρχάγγελοι τοῦτο μόνον ἠδεσθη̃, ὅτι ὁ Ισραὴλ τῷ μὲν Κυρίῳ, καὶ λαὸς αὐτοῦ. καὶ ὁ Γαβριὴλ ἦ τοῦτο μόνον ἐγίνωσκεν, ὅτι σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Οτι ἦ καὶ οἱ ἐθνικοὶ τηλικαύτης τιμῆς τεύξονται, νῦν ἔγνωσθη καὶ αἱ ἄνω δυνάμεις καὶ αἱ κάτω, διὰ τῆς ἐκκλησίας, τουτέστι, διὰ τῶν εἰς ἡμᾶς γεγονότων. αἱ γὰρ εἰς ἡμᾶς εὐεργεσίαι, διδάσκαλοι αὐτοῖς ἐγένοντο τῆς σοφίας τοῦ Θεοῦ. Οὐχ ἁπλῶς δὲ ποικίλην αὐτὴν φησιν, ἀλλὰ, πολυποίκιλον, τὸ πανσύτεχνον αὐτῆς δηλῶν καὶ ἀκαταλήπτον. Ο ἦ Νύσσης Γρηγόριος, περὶ μὲν τῆς ἐνανθρωπήσεως, φησιν, " ἁπλῶς ἐγίνωσκον αἱ ἄνω δυνάμεις τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ, οἵ, ἐδημιούργησε τὰ πάντα θελήσει μόνῃ, καὶ κατενόουν αὐτὸν δυνατὸν, " διετήρει τὰ πάντα τῇ σοφῇ διοικήσει, καὶ παρόντι " σοφὸν ἐπεγίνωσκον· καὶ οὐδὲν ἐν τούτοις ποικίλον· τουτέστιν, ἄλλο μὲν ὄν, ἄλλο δὲ ἀποβλητῶν. Σαρκωθέντος δὲ τοῦ Θεοῦ λόγου, διὰ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία κατωρθώθη, διὰ θανάτου ζωὴ, δι' ἀσθενείας δυνάμις, δι' ἀτιμίας δόξα, διὰ πάντων τῶν βδελυκτῶν τὰ θεοπρεπῆ. Οὕτως οὖν πολυποίκιλος ἐγνώσθη ἡ σοφία καὶ ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ τοῖς ἀγγελικοῖς δυνάμεσι νῦν. Οτε γὰρ ἡμῖς ἐμάθομεν, τότε καὶκεῖναι δι' ἡμῶν, ὁρῶσαι τὴν ἐκκλησίαν πόσων ἠξιώθη, καὶ δι' αὐτῆς εἰς γνῶσιν ὁδηγούμεναι.

11 Κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων, ἣν ἐποίησεν ἐν Χριστῷ Ιησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.] Νῦν μὲν ἐγνώσθη, φησὶν, ἡ σοφία τοῦ " περὶ ἡμᾶς γεγονότων, πλὴν " ἀνωθεν

" χ. ἁπλῶς.

" ἴσ. χ. εἶπ διετ.

" χ. σοφίαν.

ἀϊδίου ἣν προεθεσατο ἐν τῷ Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν παῤῥησίαν καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐν πεποιθήσει διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ.] Ὅτι διὰ τοῦ Χριστοῦ τὸ πᾶν γέγονε, δῆλόν, φησιν, ἐξ ὧν αὐτός ἐστιν ὁ προσαγαγὼν ἡμᾶς. Πλὴν οὐχ ὡς αἰχμάλωτοι προσηγάγημεν, οὐδ' ὡς ἡμαρτηκότες, ἀλλὰ παῤῥησίαν ἔχομεν· οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ πεποιθήσεως καὶ θαῤῥους. Πόθεν δὲ ταῦτα ἡμῖν; διὰ τῆς πίστεως, φησιν· αὕτη γὰρ λύσασα τὰ ἁμαρτήματα, παῤῥησίαν καὶ θάῤῥος ἡμῖν ἐνέθηκε.

13 Διὸ αἰτοῦμαι μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσί μου ὑπὲρ ὑμῶν, ἥτις ἐστὶ δόξα ὑμῶν.] Διὰ τοῦτό, φησι· ποῖον; ὅτι μέγα τὸ μυστήριον τῆς κλήσεως ὑμῶν, καὶ μεγάλα αἱ ἐπιστεύθην ἐγὼ, ὥστε κηρύττειν ὑμῖν, καὶ ἀνάγκη ἐστί δεδέσθαί με, καὶ παρ' ἐλπίδα κακῶς πρὸς τῶν μὴ συνιέντων τὸ μυστήριον, ἀλλὰ ἀντιλεγόντων· αἰτοῦμαι ὑμᾶς ἵνα μὴ ἐκκακῆτε, τουτέστι, παρέλησθε καὶ θορυβῆσθε, ὡς προδαλόντου τινὸς γινομένου. Δόξα γὰρ ὑμῖν μᾶλλον τοῦτο ἐστιν, ὅτι οὕτως ἠγάπησεν ὑμᾶς ὁ Θεὸς, ὥστε οὐ μόνον τὸν υἱὸν αὐτοῦ δοῦναι ὑπὲρ ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς τοὺς δούλους αὐτοῦ διὰ τὸν ὑμετέραν ὠφέλειαν εἰς κινδύνους ἐκδοθῆναι καὶ δεσμά. Εἰ γὰρ αἱ ἐμὴ θλῖψις δόξα ὑμῶν, πολλῷ μᾶλλον διὰ τῶν ὑμετέρων δοξασθήσεσθε. Ὥστε μηδὲ ὅταν αὖθις θλίβησθε, ἐκκακήσητε.

"Ἢ πέπεισται ἡμᾶς.

14 Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, 15 Ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται.] Ἐπειδὴ ὄντως ἠγαπήθητε, καὶ ἀκαταλήπτα εἰσὶ τὰ ἀγαθὰ ὧν ἐτύχετε καὶ τυγχάνεσθε, εὔχομαι, jam olim antea erant prædeſtinata. Nam *ſecundùm præfinitionem*, inquit, *ſeculorum*, hoc eſt, ſecundùm præſcientiam ſeculorum futurorum. Nôrat enim Deus quæ ventura eſſent, & ſic definivit atque decrevit. Quod autem ait, *Quam fecit in Chriſto Jeſu*, intelligitur de ſapientia ſive diſpenſatione quam fecit Pater per Filium. Chryſoſtomus autem *quæ fecit* legens, quæ fecit, inquit, ſecula Deus per Filium.

12 *In quo habemus fiduciam, & acceſſum in confidentia per fidem ejus.*] Quòd per Chriſtum omnia facta ſint, hinc eſt perſpicuum, quòd ipſe eſt qui adducit nos. Atqui non ut captivi adducti ſumus, neque veluti peccatores, ſed libertatem habemus : neque eam ſimplicem, ſed cum confidentia & fiducia. Unde verò hæc nobis bona ? Per fidem, inquit : hæc enim peccata ſolvens, libertatem nobis & fiduciam impoſuit.

13 *Propter hoc peto, ut non deficiatis in afflictionibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra.*] Propter hoc, inquit : quale hoc ? quòd ingens ſit myſterium vocationis veſtræ, & quòd magna mihi credita ſunt ut prædicem vobis, ac neceſſe eſt me vinctum eſſe, & affligi ab iis qui non intelligunt myſterium hoc, ſed ei contradicunt ; rogo vos, *ut non deficiatis*, hoc eſt, turbemini tumultueminive, ceu res quæpiam præter opinionem contigerit. In gloriam enim hoc veſtram potius cedit, quòd ita vos dilexit Deus, ut nedum filium ſuum pro vobis daret, verumetiam nos ſervos ſuos, veſtræ commoditatis gratiâ in pericula & vincula conjiceret. Quòd ſi meæ afflictiones, gloria veſtra eſt, multò magis per veſtras glorificabimini. Quare neque quando ipſi affligamini, deficiatis.

14 *Hujus rei gratiâ flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti.* 15 *Ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur.*] Quandoquidem adeò dilecti eſtis, & incomprehenſibilia ſunt bona quæ nacti eſtis & nanciſcemini, Oro, inquit,

inquit, ut detur vobis gratia commorantis in vobis Christi, ut comprehendatis ea, sciatisque quantùm dilecti sitis. Precationem autem cum compunctione significavit, cùm dicit, *Flecto genua mea.* Ex superno autem patre omnis est, inquit, paternitas: super terram quidem generationes & familias nominans πατριὰς, à patrum nomine sic appellatas: in cœlis autem, quia illic nemo ex quopiam nascitur, paternitates sive familias, ipsos ordines & choros dicit: hoc est, cùm superiores tum inferiores ipse tribus fecit, & ab ipso sunt qui nominantur patres.

16 *Ut det vobis secundùm divitias gloriæ suæ, virtute corroborari per spiritum ejus in interiori homine:* 17 *Ut habitet Christus per fidem in cordibus vestris: in charitate radicati, & fundati.*] Ecquid oro pro vobis? ut det vobis ceu dives & glorificari volens, adversùs tentationes corroborari, ut non turbemini ab hisce, ac transferamini aliò. Porrò non contentus dicere, *corroborari*, adjecit, *In potentia:* ex abundanti enim precatur eis bona. Quomodo autem corroborari? per Spiritum ejus: ipse namque est qui robur præbet. Sicut & Esaias Spiritum roboris dicit. Et non solum ut confortemini, verumetiam quòd majus est & abundantius, ut & Christus inhabitet interiorem hominem vestrum: hoc est, in cordibus vestris, non superficie tenus, sed in profundo. Quanam ratione? Per fidem. Nam in cordibus fidelium habitat Christus, cum Patre veni-
Ioh.14. 23. ens, & mansionem in illis faciens, quemadmodum prædixit. Hæc autem assequemini, radicati in dilectione ejus, si nec transferamini nec turbemini. Vel igitur duo eis divinitus dari precatur, & confortari per spiritum, & Christum commorari in cordibus ipsorum: vel ut confortemini, inquit, & idonei efficiamini ut Christus habitet in interiore homine vestro.

18 *Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & lon-*

φησιν, ἵνα δοθῇ ὑμῖν χάρις ἐνοικήσαντος ὑμῖν τοῦ Χριστοῦ, καταλαβεῖν " αὐτὰ, καὶ γνῶναι πῶς ἠγαπήσατε. Τὸν δὲ μετὰ κατανύξεως δεῖσιν ἐσήμανε δηλῶν τῷ, Κάμπτω τὰ γόνατά μου. Ἐκ τοῦ πρὸ αὐτοῦ δὲ πατρὸς πᾶσά, φησι, πατριὰ ὀνομάζεται ἡ γῆς μὲν ἐπὶ φυλὰς ἐνομάζων πατριὰς, ἀπὸ τοῦ τῶν πατέρων ὀνόματος οὕτω καλουμένας. Ἐν οὐρανῷ δὲ, ἐπεὶ ἐκεῖ οὐδεὶς ἐξ οὐδενὸς γινόμενος, πατριὰς τὰ συστήματα " λέγει· τουτέστι, καὶ ταῖς ἄνω καὶ ταῖς κάτω φυλαῖς αὐτὸς ἐποίησε, καὶ ἀπ' αὐτοῦ οἱ ὀνομαζόμενοι πατέρες. " κλίσεις.

16 Ἵνα δῴη ὑμῖν κατὰ τὸ πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ, δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον· 17 Κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐν ἀγάπῃ ἐρριζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι.] Τί οὖν χρῆμα ὑμῖν; ἵνα δῴη ὑμῖν ὡς πλούσιος, καὶ δοξάζεσθαι θέλων, κραταιωθῆναι πρὸς τοὺς πειρασμοὺς, ὥστε μὴ κλονεῖσθαι ἀπὸ τούτων, ἢ παραφέρεσθαι. Οὐκ ἀρκεσθεὶς ἦν ὁ, κραταιωθῆναι, προσέθηκεν, ἐν δυνάμει ἐκ περιουσίας γὰρ αὐτοὺς ἐπεύχεται τὰ ἀγαθά. Πῶς δὲ κραταιωθῆναι; διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ· αὐτὸ γάρ ἐστι τὸ ἰσχὺν παρέχον. ὥσπερ καὶ ὁ Ἡσαΐας, Πνεῦμα ἰσχύος, φησί. καὶ οὐ μόνον κραταιωθῆναι, ἀλλὰ καὶ τὸ μεῖζον καὶ τελειότερον, κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον ὑμῶν, τουτέστιν, ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, οὐκ ἐπιπολαίως, ἀλλ' ἐν βάθει. Πῶς; διὰ τῆς πίστεως. ἐν γὰρ ταῖς πισταῖς καρδίαις οἰκεῖ Χριστὸς, μετὰ τοῦ πατρὸς ἐρχόμενος, καὶ μονὰς παρ' αὐταῖς ποιῶν, καθὰ " προεῖπε. Τοῦτο δὲ ὑποτυπῶσθαι, " ἐρριζωμένοι ἐν τῇ ἀγάπῃ αὐτοῦ, ἵνα μὴ παραφερόμενοι ἢ κλονούμενοι, ἤτοι ἂν δύο αὐτοῖς προσεύχεται, τό, τε κραταιωθῆναι διὰ τοῦ Πνεύματος, καὶ τὸ κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν· ἢ ἵνα κραταιωθῆτε, φησὶ, καὶ ὑποτυπώσεως ἦτε, ὥστε κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ τοῦ ἔσω ἀνθρώπου ὑμῶν.

18 Ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος

μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος.] Ὅτι δὲ προχόμενος ἤυξατο, ἵνα δοθῇ αὐτοῖς πνεῦμα σοφίας, καὶ ἀποκαλύψεως, εἰς τὸ εἰδέναι τίς ἐστιν ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως, καὶ τὰ ἑξῆς· τοῦτο καὶ νῦν φησιν, Ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς πίστοις τὸ μυστήριον τὸ ὑπὲρ ὑμῶν οἰκονομηθὲν, οὕτω μέγα ὂν, ὥστε πανταχοῦ ἐκτετάσθαι. Διὸ καὶ σωματικοῖς αὐτὸ ὑπογέγραφε σχήμασι, τὰ ἄνω καταλαβών, καὶ τὰ κάτω, καὶ τὰ ἐκ πλαγίων. Εἶπον μὲν γὰρ, φησὶ, κἀγὼ· οὐκ ἔστι δὲ διὰ τῶν ἐμῶν λόγων ταῦτα μαθεῖν ἱκανῶς, ἀλλὰ διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου· διὸ ἄλλως ἐξισχύσητε ταῦτα "καταλαβεῖν, εἰ μὴ κραταιωθῆτε διὰ τοῦ πνεύματος. Ἰσχύος γὰρ πολλῆς χρεία, καὶ εἰ μὴ ἐνοικήσῃ ὑμῖν ὁ Χριστὸς, διὰ αὐτὸν καθορθώσαι" δυνησόμεθα. Ὁ δὲ Νύσσης Γρηγόριος διὰ τοῦ πλάτους, καὶ μήκους, καὶ βάθους, καὶ ὕψους, τὸν σταυρὸν ἔφη δηλοῦσθαι· Παύλου οὖν τοῦ ἀποστόλου τοῖς Ἐφεσίοις, ὡς ἂν ἐξισχύσωσι καταλαβέσθαι τὸ τοῦ σταυροῦ μυστήριον. Ἡ γὰρ πᾶσα οἰκονομία τούτῳ ἐμπεριέχεται, καὶ τὸ ταύτης φρικωδέστατον ὁ σταυρός ἐστιν· ἐξ οὗ καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ μάλιστα δείκνυται, ὡς φησι καὶ ὁ Κύριος· διὸ καὶ ὁ Παῦλος ὑπεμφέρεται περὶ τῆς ἀγάπης.

19 Γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ.] Καὶ ἵνα ἐξισχύσητέ, φησι, γνῶναι τὴν ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ τὴν ὑπερέχουσαν πάσης γνώσεως. Ἐπεὶ οὖν ὑπερέχει πάσης γνώσεως, πῶς γνωσόμεθα ἡμεῖς; Πρῶτον μὲν οὖν γνώσεως ὑπερέχειν ταύτην εἶπεν, ἀνθρωπίνης δηλαδή· ὑμεῖς γὰρ οὐ δι' ἀνθρωπίνης γνώσεως, ἀλλὰ διὰ πνεύματος ὑπογνώσεσθε ταύτην. Ἔπειτα, οὐδὲ τοῦτο εἶπεν, ὅτι γνώσεσθε αὐτὴν πόση τίς ἐστιν, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι μεγάλη ἐστὶ, καὶ ὅτι ὑπερέχει πάσης γνώσεως. Τοῦτο δέομαι ὑμᾶς παρὰ τοῦ πνεύματος μαθεῖν. Καὶ τίς τοῦτό, φησιν, ἀγνοεῖ; πάντες· καὶ οἱ τοὺς τὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν γινόμενα δυσχεραίνοντες,

gitudo, & profunditas, & ſublimitas.] Quod principiò precatus eſt, ut detur eis ſpiritus ſapientiæ, & revelationis, ut ſciant quæ ſit ſpes vocationis, & cætera: idem & nunc ait, Ut poſſitis comprehendere cum omnibus fidelibus myſterium pro vobis diſpenſatum: quod adeò magnum eſt, ut quoquoverſum & in omnes ſit extenſum partes. Unde & corporalibus ipſum deſcripſit figuris, comprehendens cùm ſuperna, tum inferna, atque tranſverſa. Dixi quidem & ego, inquit, de hiſce, verùm non poſſunt hæc per meos ſermones ſatis commodè diſci, ſed per Spiritum Sanctum: nec poteritis hæc aliter comprehendere, niſi corroboremini per Spiritum. Eſt enim multo robore opus, ac niſi inhabitet in vobis Chriſtus, nihil efficere poterimus. Gregorius autem Nyſſenus per latitudinem, longitudinem, profunditatem, & altitudinem, crucem ſignificari dicit; atque adeò Apoſtolum Epheſiis comprecari, ut poſſint comprehendere crucis myſterium. Univerſa enim diſpenſatio in hoc continetur, atque in hac ipſa omnium maximè tremenda eſt crux, ex qua charitas Dei maximè demonſtratur, quemadmodum ipſe Dominus dicit. Propterea & Paulus de dilectione infert.

Cap. 1. 17.

Ioh. 15.

19 *Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti.*] Ut poſſitis, inquit, cognoſcere charitatem Chriſti, antecellentem omni ſcientiæ. Quoniam verò omni ſcientiæ antecellit, quomodo nos cognoſcemus? Primùm quidem dicit hanc antecellere ſcientiæ, nimirum humanæ: Vos autem non per humanam quidem ſcientiam, ſed per ſpiritum cognoſcetis hanc. Deinde, non hoc dixit, Cognoſcetis eam quanta ſit: ſed hoc ipſum, quòd magna ſit, & quòd exuperet omnem ſcientiam & cognitionem. Hoc precor, inquit, ut vos à Spiritu diſcatis. Quis autem, inquit, iſtud neſcit? omnes: & qui ægro animo accipiunt quæ in ſingulos dies fiunt, & qui mammonam

monam Deo præferunt. Nam si hanc cognoscerem, handquaquam adversùs providentiam murmuraremus, neque rebus præsentibus animum addiceremus, à Deo deficientes qui sic nos dilexit. Observa autem, si charitas ejus excellit omnem cognitionem, quanto magis ipsa essentia?

Ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.] Bifariam nonnulli hoc intellexerunt. Ut sciatis, inquit, vel quòd in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto adoretur nobis Deus; hæc enim plenitudo Dei est, nempe Trinitas: vel ut sitis impleti, inquit, omni virtute qua plenus est Deus. Rectiùs autem opinor sic intelligi, ut sitis perfecti in omni divina perfectione, omnia divina cognoscentes, quatenus licet.

20 *Ei autem qui potest super omnia facere ex abundanti super ea quæ petimus aut intelligimus, secundùm potentiam quæ operatur in nobis,* 21 *Ipsi gloria in ecclesia in Christo Jesu, in omnes generationes seculi seculorum. Amen.*] Ego quidem precor, inquit, ipse autem & meis orationibus majora efficiet. Potest enim non solùm omnia quæ quisquam orat, sed super omnia facere, *& suprà ex abundanti*, hoc est, splendidè & largiter. Duos autem hìc excessus ponit, *super omnia*, & *suprà ex abundanti*. Licet enim plura facere quàm quæ petuntur, non tamen ex superabundanti excellentia, quod est largiter, & cum liberalitate: verùm Deus utraque potest, quemadmodum & jam nunc potuit, & operatus est in nobis magna & eximia, hostes suos, gentes, in filios adoptans. Proinde ex iis quæ jam circa nos peracta sunt perspicuum est quod dixi. Meritò autem in Dei laude sermonem concludit, glorificando benefactorem: & simul ut hac ratione ostendat magnitudinem eorum quæ nobis obtigerunt. Non enim admiraretur, nisi tanta dedisset, quanta ad admirationem & gloriam concitandam satis essent. Non simpliciter autem dixit, *Ipsi gloria*, sed etiam, *per Jesum Christum*. Revera enim ne-

καὶ οἱ προηγησάμενοι τοῦ Μαμμωνᾶ τοῦ Θεοῦ. ὡς ἐξ ἡμῶν ταῦτα ἐγινώσκομεν, οὐκ ἂν ὅτε τὴν προνοίας κατηγορήσομεν, ὅτε τοῖς παροῦσι προσέχομεν, ἀπιστοῦντες Θεῷ, τὸ ὅτως ἡμᾶς ἀγαπήσαντι. Ὅρα δέ, εἰ ἡ ἀγάπη ὑπερέχει πάσης γνώσεως, πόσῳ μᾶλλον ἡ οὐσία; ἀπιστοῦντες.

Ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ Θεοῦ.] Διχῶς τοῦτό τινες ἐξέδοσαν· ἢ γὰρ, ἵνα γνῶτε, φησὶν, ὅτι ὁ Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ Πνεῦμα ἅγιον προσκυνεῖται ἡμῖν ὁ Θεός· τοῦτο γὰρ πλήρωμα τοῦ Θεοῦ, ἡ τριάς· ἢ ἵνα, φησὶν, ἦτε πεπληρωμένοι πάσης ἀρετῆς, ἧς πλήρης ὁ Θεός. Κρεῖττον δὲ οἶμαι νοεῖσθαι ὅτως· ἵνα ἦτε τελείως ἐν πάσῃ τῇ τοῦ Θεοῦ τελειότητι, πάντα γινώσκοντες τὰ θεῖα, ὡς ἔνεστι.

20 Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι ὑπερεκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν, κατὰ τὴν δύναμιν τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἡμῖν, 21 Αὐτῷ ἡ δόξα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος τῶν αἰώνων. Ἀμήν.] Ἐγὼ μὲν, φησὶν, εὔχομαι, αὐτὸς δὲ καὶ τῶν ἐμῶν εὐχῶν μείζονα ἐργάσεται. Δύναται γὰρ οὐ μόνον πάντα αἰτοῦσάν τις, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι, καὶ ὑπερεκπερισσοῦ, τουτέστι, φιλοτίμως καὶ δαψιλῶς. Δύο δὲ ὑπερβολὰς τίθησι, τό, ὑπὲρ πάντα, καὶ τὸ, ὑπερεκπερισσοῦ. ἔνι γὰρ καὶ πλείονα ποιῆσαι τῶν αἰτηθέντων, μὴ μέντοι ὑπερεκπερισσοῦ, ὅ ἐστι δαψιλῶς καὶ μετὰ φιλοτιμίας· ἀλλ' ὁ Θεὸς ἀμφότερα δύναται, ὥσπερ οὖν καὶ ἤδη ἐδυνήθη, καὶ ἐνήργησεν ἐν ἡμῖν μεγάλα καὶ ἐξαίσια, υἱοθετήσας τοὺς ἐξ ἐθνῶν αὐτῷ ἐθνικούς. Ὥστε οὐκ τῶν ἤδη περὶ ἡμᾶς ἐνεργηθέντων, δῆλον καὶ ὃ εἶπεν. Εἰκότως δὲ εἰς δοξολογίαν καταλήγει τὸν λόγον, δοξάζων τὸν εὐεργέτην· ἅμα δὲ ἵνα καὶ ταύτῃ δείξῃ τὸ μέγεθος τῶν γεγονότων ἡμῖν. Οὐκ ἂν γὰρ ἐθαυμάζετο, εἰ μὴ τηλικαῦτα δέδωκεν, ἀλλὰ καὶ εἰς θαῦμα καὶ δόξαν κινεῖν. Οὐχ ἁπλῶς δὲ φησιν, αὐτῷ ἡ δόξα, ἀλλὰ καὶ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. τῷ ὄντι γὰρ ἐκείνῃ δύναται ἀπιστοῦντες. χ. ἰσχύει.

δυναται οὐδὲ δοξάσαι, εἰ μὴ ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι καὶ δυνάμει. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ καὶ πρὸς δοξολογίαν ἡμᾶς χειραγωγῶν, καὶ διδάσκων πῶς δεῖ τοῦτο ποιεῖν. Ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ δὲ ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ, καλῶς· αὕτη γὰρ μόνη διαμενεῖ, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. ὥστε καὶ ἡ δοξολογία αἰώνιος.

mo poteſt ne glorificare quidem, niſi in Chriſti gratiâ & virtute. Ipſe enim eſt qui nobis ad Deum glorificandum & gratiam confert, & qui docet quomodo hoc præſtandum ſit. In Eccleſia autem eſt gloria Dei, ac rectè quidem : ſiquidem ipſa perſeverat aſſiduò, & portæ inferi non prævalebunt adversùs ipſam. Quamobrem & gloria erit æterna.

ΚΕΦ. δ.

Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ἐγὼ ὁ δέσμιος ἐν Κυρίῳ, ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως, ἧς ἐκλήθητε.] Οὐκ αὐθεντῆν δεῖ τὸν διδάσκαλον, ἀλλὰ δουλεύειν τοῖς μαθηταῖς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας αὐτῶν. διὸ καὶ ὁ Παῦλος ὡς δοῦλος τοῦ διδασκάλου. Προβάλλεται δὲ καὶ τὰ δεσμὰ εἰς ἱκετηρίαν· δέσμιος γάρ εἰμι ἐν Κυρίῳ, τουτέστιν, οὐ διά τι πονηρὸν ἔργον, ἀλλὰ διὰ τὸν Κύριον. αἰδεσθῆτε οὖν τὰ διὰ τὸν Θεὸν δεσμά. Τί δὲ παρακαλῶ; οὐχ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν, ἵνα περιπατήσητε ἀξίως τῆς κλήσεως· ὅτι μεγάλοις γὰρ ἐκλήθητε· ὅτι τοῦ συγκαθίσαι Χριστῷ, ὅτι τοῦ συμβασιλεῦσαι· καὶ οὐ δεῖ καταισχύνειν τὸ ἀξίωμα ὑμῶν διὰ ἔργων ἀναξίων Χριστοῦ. Ἀπὸ δὲ τοῦ δογματικοῦ, εἰς τὸ ἠθικὸν κατέβη, καταγλυκαίνων τὸν λόγον.

CAP. IIII.

Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione quâ vocati eſtis.] Non oportet dominari præceptorem in diſcipulos, ſed ſervire eis pro ſalute ipſorum : propterea & Paulus tanquam ſervus obſecrat. Proponit autem & vincula ad ſupplicationem, vinctus enim ſum *in Domino*, hoc eſt, non ob pravum aliquod opus, ſed propter Dominum. Revereamini igitur vincula quæ Dei cauſâ patior. Quid autem obſecro? non pro me ipſo certè, ſed pro vobis, ut ambuletis dignè vocatione : ad magna enim uocati eſtis ; nempe, ut conſideatis cùm Chriſto, & conregnetis, nec oportet vos defœdare dignitatem veſtram per opera Chriſto indigna. Ab inſtituendi autem ratione ad mores tranſiit, orationem ita ſuam dulcem faciens.

2 Μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης.] Δείκνυσι πῶς ἔνεστιν ἀξίως τῆς κλήσεως περιπατῆσαι· ὅτι ἐὰν ταπεινὸς ᾖς. Ἐννόησον γὰρ πηλοῦ τοῦτο ὄντα" τίνος ἠξιώθης, καὶ συναλήφθης, καὶ ἀπουδάσθης ὑπηρετῆσαι τῷ δημιουργήσαντι. Ἀλλως τε, καὶ πάσης ἀρετῆς θεμέλιος τοῦτο· διὸ καὶ ὁ Κύριος τῶν μακαρισμῶν ἐντεῦθεν ἤρξατο, μακαρίζων τοὺς πτωχοὺς τῷ πνεύματι, τοὺς ταπεινοφρονοῦντας δηλαδή. Μετὰ πάσης δέ, φησι, ταπεινοφροσύνης· μὴ" τῆς ἐν ῥήμασι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν πράγμασι, καὶ ἐν

Cum omni humilitate.] Oſtendit quomodo dignè liceat vocatione ambulare, nempe ſi ſis humilis. Cogitabis enim omnino, qualis exiſtens, quibus donatus es; ac demittes te, dabiſque operam ut ſervias benefactori. Præterea, hoc eſt omnis virtutis fundamentum. Propterea & Dominus beatitudines hinc orſus eſt, beatos eos prædicans qui ſint pauperes ſpiritu, humiles videlicet. *Cum omni* autem, inquit, *humilitate*, non eâ ſolummodo quæ ſit in verbis, ſed & quæ ſit in operibus, & in habitu, & in loquela : & non ut erga

" χ. τίνων.

" χ. ἐν τοῖς.

hunc te humilem exhibeas, erga illum verò minimè; ſed ſive parvus fuerit, ſive magnus.

Et manſuetudine cùm longanimitate.] Poteſt enim aliquis eſſe humilis, & interim tamen concitatus & iracundus: at ea humilitas nihil prodeſt.

Supportantes invicem in charitate.] Docet quæ ſit manſuetudinis & longanimitatis commoditas, nempe ut alter alterum toleret. Deinde ne quis dicat, Quomodo feram proximum iracundum & injurium? modum ſubdit quo iſthuc fieri poſſit, nempe, per dilectionem: ſi enim charitatem habeamus, tolerabimus alter alterum.

3 *Solliciti ſervare unitatem ſpiritûs in vinculo pacis.*] Quemadmodum in corpore ſpiritus eſt, qui omnia continet & unit, etiamſi diverſa fuerint membra: hunc ad modum in fidelibus Spiritus Sanctus eſt, qui unit & conjungit omneis, etiamſi diverſa habuerimus & genus, & mores, & ſtudia: atque per hunc ſanctum Spiritum unum corpus efficimur. Laboremus itaque hanc unitatem conſervare per pacem, quæ eſt inter nos mutuò. Niſi enim connexio dilectionis inter nos fuerit, & paci mutuæ ſtuduerimus, unitatem, quam ſpiritus nobis dedit, amittemus: quemadmodum ſi diſſidium fiat inter manum aut pedem adversùm reliquum corpus, & abſcindantur à connexu ad reliqua membra, non porrò deinceps ab uno ſpiritu continentur. Multâ igitur ſedulitate opus eſt, nec ſine labore poterimus pacem habere, connectentes nos inter nos, ut quocunque unus feratur, alter ſimul feratur. (Tales enim ſunt ii qui colligati ſunt) ac poteſtatem in nos ipſos non habentes, útque hoc pacto ſub uno ſpiritu ſimus.

4 *Unum corpus, & unus ſpiritus.*] Non ſimpliciter charitatem quærit Paulus, ſed eam quæ omnes unum corpus faciat, propter exactam inter nos mutuò unionem, ut tanquam membra compatiamur,

χήμασι, καὶ ἐν φλέγματι· ἢ μὴ πρὸς τοῦτον μέ, πρὸς τοῦτον ἢ δέ· ἀλλὰ κἂν μικρὸς ᾖ, κἂν μέγας.

Καὶ πραότητος μετὰ μακροθυμίας.] Ἐστι γὰρ παφλάσαι μὲν εἰ, ὀξὺς δὲ καὶ ὀργίλος· ἀλλ' οὐδὲν ὄφελος.

Ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ.] Τί τὸ κέρδος τῆς πραότητος καὶ μακροθυμίας διδάσκει· τὸ ἀνέχεσθαι ἀλλήλων. Εἶτα, ἵνα μήτις εἴπῃ· Πῶς ἀνέξομαι τοῦ πλησίον, ὀργίλου καὶ ὑβριστοῦ ὄντος; ἐπιφέρει καὶ τὸ τρόπον, ὅτι ἐν ἀγάπῃ. ἐὰν γὰρ τῷ ἀγάπῳ ἔχωμεν, ἀνεξόμεθα ἀλλήλων.

3 Σπουδάζοντες τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης.] Ὥσπερ * ἐν ἑνὶ σώματι πνεῦμά ἐστι τὸ πάντα συνέχον καὶ ἑνοποιοῦν, κἂν διάφορα ὦσι μέλη· οὕτω καὶ ἐν τοῖς πιστοῖς τὸ ἅγιον Πνεῦμά ἐστιν, ὃ καὶ ἑνοποιεῖ πάντας, κἂν διάφορα ἔχωμεν καὶ γλῶτταν καὶ τρόπους καὶ ὑποτυπώματα· καὶ διὰ τοῦτο τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἓν σῶμα γινόμεθα. Σπουδάσωμεν οὖν ταύτην τὴν ἑνότητα τηρεῖν διὰ τῆς πρὸς ἀλλήλους εἰρήνης. Εἰ μὴ γὰρ τὸν συνδεσμὸν τῆς ἀγάπης ἔχομεν καὶ εἰρηνεύομεν πρὸς ἀλλήλους, ἀπολέσομεν τὴν ἑνότητα ἣν τὸ Πνεῦμα δέδωκεν ἡμῖν· ὥσπερ ἐὰν διάστασις γένηται τῆς χειρὸς, ἢ τοῦ ποδὸς, πρὸς τὸ λοιπὸν σῶμα, καὶ διακοπῶσιν ἀπὸ τῆς πρὸς τὰ ἄλλα μέλη συνεχείας, οὐκέτι λοιπὸν ὑφ' ἑνὶ πνεύματι " συνέχονται. Σπουδῆς οὖν δεῖ πολλῆς, καὶ οὐκ ἀπόνως ἰσχύσομεν εἰρηνεύειν, συνδέοντες ἑαυτοὺς ἀλλήλοις, ἵνα ἔνθα ἂν ὁ εἷς φέρηται, καὶ ὁ ἕτερος συμφέρηται· ταῦτα γὰρ οἱ συνδεδεμένοι· καὶ μὴ κατεξουσιάζοντες ἑαυτῶν, καὶ ὥσπερ ὑφ' ἑνὶ πνεύματι ὦμεν.

* χ. συνέχοντα.

" χ. συνέχονται.

4 Ἓν σῶμα, καὶ ἓν πνεῦμα.] Οὐχ ἁπλῶς ἀγάπην ἐπιζητεῖ ὁ Παῦλος, ἀλλὰ τὴν ἐν σῶμα πεφυκυῖαν διὰ τὴν ἀκριβῆ πρὸς ἀλλήλους ἕνωσιν, ὥστε καθάπερ μὴ συμπάσχειν ἀλλήλοις,

καὶ

καὶ αὖ συγχαίρειν. Καὶ ἓν πνεῦμα· καλῶς τοῦτο εἶπε, δεικνύων ὅτι ἀπὸ τοῦ ἓν σῶμα, καὶ ἓν πνεῦμα ἔσονται· ἢ ὅτι ὅσον ἐν σῶμα εἶ), οὐχ ἓν ἂν πνεῦμα· ὥσπερ εἴπις αἱρετικῷ φίλος εἴη, τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ μὴ συμπεριφερόμενος. ἢ ὅτι ἓν πνεῦμα δεῖ τῆς πίστεως λαβόντας, ὀφείλετε ὁμονοεῖν. ἢ πνεῦμα, τὴν "συμπαθουμένην φησὶ, καὶ τὴν σύμπνοιαν, ὥσπερ δὴ εἰ ἔλεγεν, ἓν σῶμα καὶ μία ψυχή. "χ. ἴσην ἀγάπην.

Καθὼς καὶ ἐκλήθητε ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ὑμῶν.] Ὁ Θεός, φησιν, ὑμᾶς ὅτε τοῖς αὐτοῖς ἐκάλεσε, πᾶσι ζωὴν ἐχαρίσατο, πᾶσιν ἴσης ἔστι κεφαλῆς, πάντας συνήγαγε καὶ συνεκάθισε, καὶ ἁπλῶς ὁμοτίμως πάντας προσελάβετο, καὶ ἃ αὐτὰ ἐλπίζομεν πάντες. Ὀφείλετε οὖν ἓν εἶ καὶ κατὰ τὴν τῆς ἀγάπης ἑνότητα. Ἐν γὰρ τοῖς οὐρανοῖς ἴσοι, "κἂν ἐν τῇ γῇ διεσκεδάμεθα. "χ. οὐκ ἐν

5 Εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα.] Μὴ γὰρ σὺ μείζονα ἔχεις Κύριον, ἐκεῖνος ἐλάττονα· μὴ γὰρ σὺ μὲν ἀπὸ πίστεως, ἐκεῖνος δὲ ἔργων ἐσώθη· μὴ γὰρ σὺ μὲν ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἠλευθερώθης, ἐκεῖνος δὲ οὔ.

6 Εἷς Θεὸς καὶ πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν ὑμῖν.] Τουτέστιν, ὁ ἐπάνω πάντων, καὶ διὰ πάντων χωρῶν τῇ προνοίᾳ καὶ διοικήσει, καὶ ἐν πᾶσιν ὑμῖν κατοικῶν. Σημείωσαι δὲ, ὅτι οἱ μὲν αἱρετικοὶ τὸν, διὰ, προσθέσει ἀποκληροῦσι τῷ Υἱῷ, καὶ τὸν, ἐν, τῷ Πνεύματι, ὡς ἐλάττωσιν εἰσάγουσι· νῦν δὲ τῷ Πατρὶ θεῖσκεν) προσκείμενα· οὐκ ἄρα ἐλαττώσεως.

7 Ἑνὶ δὲ ἑκάστῳ ἡμῶν ἐδόθη ἡ χάρις, κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ.] Εἰ πάντα ἐστὶν, ὡς λέγεις, κοινὰ, πόθεν ὁ μὲν πλείονα, καὶ ὁ μὲν ἐλάττονα ἔχει χάρισμα; τοῦτο γὰρ αὐτοὺς, ὡς καὶ Κορινθίους καὶ πολλοὺς ἄλλους, εἰς φθόνον ἤγαγε. Λύων οὖν τοῦτό φησιν, ὅτι ἑκάστῳ ἐδόθη τὸ χα-

& congaudeamus. *Et unus ſpiritus*: Pulchrè ſanè hoc dixit, oſtendens quòd ſi unum corpus ſint, unus etiam ſpiritus erunt. Vel quòd poſſit quidem unum eſſe corpus, ſed non unus ſpiritus: quemadmodum ſi quis hæreticorum amicus ſit, dogmatibus eorum non unà circumactus. Vel quia unum ſpiritum per fidem accipientes, debetis eſſe concordes. Vel ſpiritum, unanimem promtitudinem dicit, & conſpirationem: perinde ac ſi diceret, Unum corpus & una anima.

Sicut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ.] Deus, inquit, ad eadem vos vocavit, omnibus vitam donavit, omnium ex æquo eſt caput, omnes ſimul excitavit ſecum, & conſedere fecit, ac ſimpliciter eodem honore omnes excepit, atque eadem omnes ſperamus. Debetis igitur unum eſſe, ſecundùm charitatis etiam conjunctionem. In cœlis enim æqnales erimus, etiamſi in terra diſſimiles ſumus.

5 *Unus Dominus, una fides, unum baptiſma.*] Non enim tu majorem habes dominum, ille verò minorem; non tu ex fide, ille verò ex operibus ſervatus eſt: non tu ex baptiſmate liber factus es, ille verò non.

6 *Unus Deus & pater omnium, qui ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus vobis.*] Hoc eſt, qui ſupra omnia, & per omnia providentiâ & gubernatione commeat, & in omnibus vobis habitat. Obſerva autem quòd hæretici præpoſitionem (*per*) tribuunt Filio; (*in*) verò Spiritui, tanquam imminutionem inferat: Jam verò Patri appoſitæ inveniuntur. non igitur imminutionis ſunt.

7 *Unicuique autem noſtrùm data eſt gratia, ſecundùm menſuram donationis Chriſti.*] Si omnia, utì dicis, ſunt communia, unde iſte majus, & ille minus habet donum? hoc enim ipſos, perinde ac Corinthios & alios pleroſque, ad invidiam perduxit. Diluens igitur hoc, inquit: Unicuique data eſt gratia & donum, quemad-

modum partitus est qui dedit. Proinde quia donum est, sis contentus, quoniam omnino accepisti: non enim tanquam debitum tibi datum est. Et quoniam mensuram Deus præfinivit, ne sis curiosus. Nam si Deus mensuram distribuit, omnino commodè id fecit. Necessaria igitur, & citra quæ non possis Christianus esse, communia sunt. Sin quisquam alius excellentius donum habeat, ne tibi isthuc doleat: quandoquidem & labor istius major est, perinde ac in procursu dicet. Non dixit autem, juxta mensuram uniuscujusq; fidei, ne in mœrorem conjiciat eos quibus minora sunt collata: cæterùm voluntati dantis mensuram retulit, ne omnino obstrepere audeant.

Psl.16.8. 8 *Propter quod dicit. Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, deditque dona hominibus.*] Quòd dona, inquit, ipse dederit, planum est ex eo quod propheta dicit, *Dedit dona hominibus.* Atqui propheta, *Accepisti*, inquit, *dona:* quod idem est. Nam Deus, dum dat charismata, accipit ministerium: qui verò charisma accipit, ut operetur & laboret, accipit. Quocirca otiosi esse non debemus. In summitatem autem ascendit, vel crucis, vel cœli per assumptionem: quod & potius est, velut ex consequentibus liquet. Qualem antem captivitatem dicit? diaboli: captivum enim cepit diabolum, & mortem, & maledictionem, & peccatum, nósque diabolo subjectos, commemoratísque jam obnoxios.

9 *Quòd autem ascendit, quid est, nisi quòd descenderit etiam primùm in inferiores partes terræ?* 10 *Qui descendit, ipse est qui & ascendit supra omnes cœlos, ut impleret omnia.*] De humilitate hic disputans Paulus, Christum producit exem-
Philip.2.8. plum, sicut in Epistola ad Philippenses: Quemadmodum, inquit, ille non recusavit descendere, sic & vos non recusate per humilitatem vos demittere. Quòd

εισμα, ὡς ἐμέτρησεν ὁ δωρησάμενος. Ὡς ἐπεὶ μὲν δωρεά ἐστιν, ἀγάπα, ὅτι ὅλως ἔλαβες· μὴ γὰρ ὡς χρέος σοι δέδοται. Ἐπεὶ δὲ μέτρον ὁ Θεὸς ὥρισε, μὴ πολυπραγμόνει. "Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς ἐμέτρησε, πάντως συμφερόντως τοῦτο ἐπέτρεψε. Τὰ μὲν οὖν ἀναγκαῖα, καὶ ὧν χωρὶς οὐκ ἔστι Χριστιανὸν εἶναι, κοινά· εἰ δέ τι πλέον ἔχῃ ἐν χαρίσματι ὁ ἄλλος, μὴ ἄλγει· ἐπεὶ καὶ ὁ πόνος πλείων, ὡς περιὼν" ἐρεῖ. Οὐκ εἶπε δέ, κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἑκάστου πίστεως, ἵνα μὴ εἰς ἀθυμίαν ἐμβάλῃ τοὺς τὰ ἐλάττονα ἔχοντας, ἀλλὰ τῇ θελήσει τοῦ διδόντος ἀνέθηκε τὸ μέτρον, ὡς μὴ μηδὲ θελήσειν ὅλως λογιστικεύειν.

" χ. ὃ γὰρ Θεὸς ἐμέτρησε γάρ.

" χ. λείπει.

8 Διὸ λέγει· Ἀναβὰς εἰς ὕψος ἠχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, καὶ ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις] Ὅτι αὐτός, φησιν, ἔδωκε τὰ χαρίσματα, δῆλον ἐξ ὧν ὁ προφήτης λέγει, ὅτι ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις. Καὶ μᾶλλον ὁ προφήτης, ἔλαβες, φησι, δόματα· σοὶ δὲ ἐστι· δίδοις γὰρ" ὁ Θεὸς τὰ χαρίσματα, ἀντιλαμβάνει τὴν διακονίαν. ὁ γὰρ λαβὼν χάρισμα, διὰ τὸ ἐνεργεῖν τι ἢ κοπιᾷν λαμβάνει. "Σχολιῶ δὲ διὰ ἀθυμεῖν. Εἰς ὕψος γὰρ ἀνέβη ἢ τὸ σταυρόν, ἢ τὸ ὕψιστον ἐν τῇ ἀναλήψει· ὅ μᾶλλον, ὡς οὐκ ἂν ἐπαγομένων δῆλον. Ποίαν γὰρ αἰχμαλωσίαν φησί; τὸν τοῦ διαβόλου· αἰχμαλώτων γὰρ ἔλαβε τὸν διάβολον, καὶ τὸν θάνατον, καὶ τὸν ἀρὰν, καὶ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἡμᾶς τοὺς ὑπὸ τοῦ διαβόλου ὄντας, καὶ ταῖς ῥηθείσαις ἐνεχομένους.

" χ. αἰχμαλωτίσας τὰ χαρίσματα, λαμβάνει τ. λ. " χ. οὐκ οὖν δεῖ ἀθυμεῖν.

9 Τὸ γὰρ, ἀνέβη, τί ἐστιν εἰ μὴ ὅτι καὶ κατέβη πρότερον εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς; 10 Ὁ γὰρ καταβὰς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα.] Περὶ ταπεινοφροσύνης διαλεγόμενος ἐνταῦθα ὁ Παῦλος, τὸν Χριστὸν παράγει ὑπόδειγμα, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους· καί φησιν, ὅτι ὥσπερ οὐκ ἄρνησις ἦν κατελθεῖν, ὅτω μηδὲ ὑμεῖς παραιτήσασθε τὴν διὰ

δὲ καταβὰς, ὁ αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπὲρ πάντας τοὺς οὐρανούς, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα.

11 Καὶ αὐτὸς ἔδωκεν.] Ἐμφατικῶς δὲ εἶπε τὸ, αὐτός· ὁ γὰρ οὕτω, φησὶ, προνοησάμενος ἡμῶν, καὶ οὐκ ἀφ' ἡμῶν μὴ πραγματευσάμενος ἄχρι καὶ τῶν κατωτέρων μερῶν κατελθεῖν, οὐχ ἁπλῶς τὰς δόσεις τῶν χαρισμάτων ἐποίησεν, ἀλλὰ δῆλον ὡς σοφῶς καὶ συμφερόντως. Πῶς οὖν ἀλγεῖς, ὡς οὐκ ἰσότιμός σοι δόσις γεγονυίας; Ἀλλαχοῦ δὲ τὸ πνεῦμά φησι δόσιν εἶναι· Ἐν ᾧ καὶ ὑμᾶς ἔθετο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ· Πάντα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα. καὶ ἀλλαχοῦ, τὸν Πατέρα, ὡς τό· Ἔθετο ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ τό· Ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισε, καὶ ὁ Θεὸς ηὔξανεν. ἑνικῶς δὲ τὸν Υἱόν. μία ἄρα ἡ ἐνέργεια τῶν τριῶν.

Τοὺς μὲν ἀποστόλους, τοὺς δὲ προφήτας.] Πρῶτοι οἱ ἀπόστολοι, ὅτι καὶ

enim descenderit, perspicuum est ex propheta, qui eum ascendisse asserit. De Deo enim cùm dicitur quòd ascenderit, necessarium est primùm descensum intelligere: de hominibus autem secus est. Quò autem descendit? ad inferos. Hos enim, infimas terræ partes appellat juxta communem opinionem, quemadmodum & Jacob inquit, *Deducetis canos meos cum dolore ad inferos:* ac David, *Similis ero descendentibus in lacum.* Descendit igitur ad infimas partes, ultra quas non est aliud quid: & ascendit supra omnia, ultra quæ non sunt alia: nec obstitit ei descensus, quo minùs ascenderet. Et vos igitur, si humiliemini, exaltabimini. Ob hanc enim causam hæc omnia efficit, ut omnia impleat dominatu, operationéque suâ, ídque in carne, quandoquidem divinitate jam antea cuncta compleret. Hæc autem adversùs Paulum Samosatensem, & Nestorium sunt. Qui enim descendit, planum est quòd cùm in supernis esset, descenderit per incarnationem in terram, & per mortem ad inferos, idémque est & unus, non diversus.

Gen. 24. 38.

Psal. 27. 1.

11 *Et ipse dedit.*] Emphaticè autem dixit, *Ipse.* Qui enim adeò nostrî curam gessit, ut pro nobis non recusârit ne ad infimas quidem terræ partes descendere, haud simpliciter distributiones donorum fecit, verùm planum est quòd sapienter & commodè. Quid igitur doles tanquam non æqua distributio facta sit? Alio autem in loco Spiritum dicit dispensare. *In quo & vos posuit Spiritus Sanctus:* &, *Omnia operatur unus & idem Spiritus.* Aliàs & Patri hoc tribuit: ut, *Posuit Deus in Ecclesia primùm quidem Apostolos*, & quæ sequuntur. Et, *Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit.* Hîc autem Filium dispensatorem facit. Una igitur trium est operatio.

Act. 20. 28.

1 Cor. 12. 28.

Quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas.] Primi sunt Apostoli, quando-

quandoquidem & prophetias habebant: prophetæ autem, in novo ſcilicet Teſtamento, Apoſtolatum non habebant.

Alios verò Evangeliſtas.] Vel eos qui conſcripſerunt Evangelia, vel qui non undique circumïerint, Evangelium tamen prædicantes, quales fuerunt Priſcilla & Aquila. Act. 18.

Alios autem paſtores & doctores.] Eos quibus Eccleſiæ erant commiſſæ intelligit, Epiſcopos ſcilicet, quales erant Timotheus, Titus & alii hujuſmodi. Poteris autem per paſtores, Presbyteros & Epiſcopos intelligere: per doctores verò, ipſos etiam diaconos, adeóque, miniſtros. Etenim & illi ordinem habentes expurgandi, per verbum omnino ſordes tollunt.

12 *Ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti.*] Vides dignitatem? Unuſquiſque, inquit, conſummat, unuſquiſque miniſtrat ad extructionem corporis Chriſti, ſive Eccleſiæ. Quid itaque ægrè fers, ceu minus donum acceperis? Nam & tu *ad conſummationem ſanctorum*, hoc eſt, ad commoditatem fidelium & perfectionem commodas. Cave igitur ne accepto dono ut alios ædifices, teipſum majoribus invidendo, ſubvertas. Præterea, ſi ad conſummationem fidelium alius accepit majus donum, cogita quòd ipſius quoque labor & miniſterium majus eſt, & de iſtis ampliorem rationem reddet. Porrò, quî non diabolicum eſſet, te illi invidere, qui Chriſti corpus abſolvit & ædificat? Iſtud enim hominis eſt qui Deo adverſatur.

13 *Donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filii Dei.*] Eouſque, inquit, operari oportet omnes qui dona acceperunt, & laborare, & ædificare, donec pervenerimus ad unitatem fidei: hoc eſt, uſque dum demonſtremur omnes unam & eandem fidem habere, neque dogmatibus differre, neque quoad vitam ſectis quibuſdam inter nos diſſidere.

προφητείας εἶχον· οἱ δὲ προφῆται, οἱ ἐν τῇ νέᾳ διαθήκῃ, οὐκ εἶχον καὶ ἀποστολήν.

Τοὺς δὲ εὐαγγελιστάς.] Ἢ τοὺς τὸ εὐαγγέλιον συγγεγραφότας, ἢ τοὺς μὴ περιιόντας μὲ πάντα χοῦ, εὐαγγελιζομένους δι' οἴκου, ὡς Πρίσκιλλα καὶ Ἀκύλας.

Τοὺς δὲ ποιμένας καὶ διδασκάλους.] Τοὺς γὰρ ἐκκλησίας ἐγκεχειρισμένους λέγει, τοὺς ἐπισκόπους, οἷος ἦν Τιμόθεος, Τίτος, καὶ οἱ τοιοῦτοι. Δυνάσαι δὲ ποιμένας, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους καὶ ἐπισκόπους νοῆσαι· διδασκάλους δὲ, καὶ τοὺς διακόνους· καὶ γὰρ καὶ οὗτοι τὴν καθαρτικὴν τάξιν ἔχοντες, διὰ τοῦ λόγου καθαίρουσι πάντως.

12 Πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων, εἰς ἔργον διακονίας, εἰς οἰκοδομὴν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ.] Ὁρᾷς τὸ ἀξίωμα; ἕκαστός, φησι, καταρτίζει, ἕκαστος διακονεῖ πρὸς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, ἤτοι τῆς ἐκκλησίας. ὥστε τί ἀλλαγεῖς ὡς ἔλαττον χάρισμα λαβών; καὶ γὰρ καὶ σὺ πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων, τουτέστι, πρὸς τὴν ὠφέλειαν τῶν πιστῶν καὶ τὴν " τελείωσιν συντελεῖς. Ὅρα οὖν μὴ λαβὼν τὸ χάρισμα ἵνα ἄλλους οἰκοδομῇς, εἶτα ἐκ τοῦ φθονεῖν τοῖς μείζοσι, σεαυτὸν καταστρέψῃς. Ἔπειτα, εἰ πρὸς καταρτισμὸν τῶν πιστῶν ἔλαβεν ἄλλος τὸ μεῖζον χάρισμα, ἐνόει ὅτι καὶ μείζων ὁ κόπος καὶ ἡ διακονία, καὶ ἡ ὑπὲρ τούτοις βάθιων μείζων. Ἄλλως δὲ, πῶς ὁ σατανικὸν πάθος φθονεῖν τῷ καταρτίζοντι καὶ οἰκοδομοῦντι τὸ σῶμα Χριστοῦ; δαιμόνιον γὰρ τοῦτο. " πληρώσεως.

13 Μέχρι καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.] Μέχρι τίνος ἐργάζεσθαι, φησι, χρὴ πάντας τοὺς χάρισμα λαβόντας, καὶ κοπιᾶν καὶ οἰκοδομεῖν, ἕως ἂν φθάσωμεν εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως· τουτέστιν, ἕως ἂν διαθῶμεν οἱ πάντες μίαν πίστιν ἔχοντες, μήτε καὶ τὰ δόγματα διαφερόμενοι, μήτε ἐν τοῖς καὶ τὸν βίον σχίσματα

ἔχοντες

" χ. ὡς. ἔχοντες" τοῦς ἀλλήλοις. Τότε γὰρ ἡ μήτης ἑνότης τ πίστεως, τότε ἐπιγινώσκομεν τ υἱὸν τ Θεοῦ, ὅταν ἐν τοῖς δόγμασιν ὀρθοδοξῶμεν, καὶ τ ἀγάπης τ συνδεσμον συντηρῶμεν. Ἀγάπη γὰρ ὁ Χριστός.

Εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τ πληρώματος τ Χριστοῦ.] Ἀνδρα τέλειον, καὶ μέτρον ἡλικίας, λέγει τὴν τελειοτέραν τ δογμάτ γνῶσιν· ὥσπερ καὶ πλήρωμα τ Χριστοῦ, τὴν πανταχῆ καὶ ὁλόκληρον αὐτ γνῶσιν καὶ πίστιν· ὅτι εἷς τῆς τριάδος ὢν καὶ ἴσος τ Πατρὶ, γέγονεν ἄνθρωπος, μία ὑπόστασις ἐν δυσὶ φύσεσι καὶ θελήμασι καὶ ἐνεργείαις· καὶ μετ τ σώματος συνεδριάζει τ Πατρὶ, καὶ ἥξει μετ αὐτ, καὶ ὅσα ἄλλα περὶ αὐτ ὀρθῶς νοεῖται καὶ λέγεται. Πῶς οὖν ἀλλαχοῦ ἀτελῆ λέγει τὴν γνῶσιν ἡμῶν; ὡς πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς μελλούσης γνώσεως· διὸ καὶ δὲ ὡς πρὸς τὸ ἀμετάθετον εἶπε, τελείαν τὴν γνῶσιν. ὅταν γὰρ μὴ μεταπέσωμεν, τότε τέλειοί ἐσμεν, ὡς δῆλον ἀπὸ τ ἑξῆς.

9 *Fructus enim Spiritûs in omni bonitate, & juſtitia, & veritate.*] Veluti interpretatur nobis quis ſit filius lucis, inquiens; Qui fructum ſpiritûs habet. Ipſe enim Spiritus fructum profert, non illa quæ prædiximus, verùm contraria potiùs: bonitatem, quæ amarulentiæ, & iræ; juſtitiam, quæ avaritiæ; ac veritatem, quæ impuritatis falſæ voluptati opponitur. Omnem autem bonitatem dicit, quæ erga omnes eſt, nedum amicos, ſed magis erga hoſtes.

10 *Probantes quid ſit beneplacitum Domino.*] Probare perfectorum eſt, qui judicare poſſunt. Imperfectæ itaque ac reprobæ mentis eſt, non eligere, neque velle quæ Deo placeant, quales ſunt ſuprà commemorati affectus.

11 *Et ne communicetis operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem & redarguite.*

guite. 12 *Quæ enim in occulto fiunt abipſis, turpe eſt etiam dicere.*] Infrugifera ſunt tenebrarum & peccati opera: nihil enim fructûs ferunt, præter mortem & ignominiam. Non oportet igitur communicare talibus operibus, ſed arguere potiùs, hoc eſt, inſtruere talia agentes. Quomodo igitur alio in loco dicit, *Ne judicetis?* pro eo quod eſt, ne cõdemnetis. Aliud autẽ eſt arguere, & aliud condemnare. Arguere enim ad emendationem pertinet: condemnare verò ad convicium & diffamationem. Præterea, Non judicate, de minimis peccatis dicit. Infert itaque, *Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui?* Clàm autem notat Paulus nefarias quaſdam res, quæ apud Epheſios peculiariter locum habebant.

Mat. 7. 3.

13 *Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifeſtantur.*] Cùm dixiſſet, vos eſtis Lumen; Lumen autem arguit quæ in tenebris fiunt, infert; Si igitur vos virtutibus conſpicui ſitis, non potuerunt latere ſceleſti. Ut enim lucernâ lucente fur non ingreditur: ſic lumine virtutis veſtræ fulgente, illi capientur, à vobis præſertim ſermonibus erudiendi vim habentibus redarguti.

Omne enim quod manifeſtatur, lumen eſt.] Quemadmodum vulnus ſi contegatur, nullam curam recipit, ſic & peccatum. Cùm autem manifeſtatum fuerit, efficitur lux, non peccatum ipſum, cæterùm is qui operatus eſt. Cùm enim redargutus reſipuerit, ac remiſſionem conſecutus fuerit, nonne ejus tenebræ mundatæ ſunt? Vel, vita veſtra, inquit, manifeſta cùm ſit, lumen eſt: nemo enim fidem & actionem irreprehenſibilem abſcondit. Quæ verò occultantur, propterea quòd digna ſunt tenebris, occultantur: quæ arguere oportet & manifeſtare.

14 *Propterea dicit, Expergiſcere qui dormis: & ſurge ex mortuis, & illuceſcet tibi Chriſtus.*] Dormientem & mortuum, peccatis hic immerſum dicit. Æquè namque viroſi eſt odoris atque mortuus, & va-

ἐλέγχετε. 12 Τὰ γὰρ κρυφῆ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν, αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν.] Ἄκαρπα τὰ τῆς σκότους καὶ τὰ ἁμαρτίας ἔργα· οὐκ ἄλλο γὰρ καρποφορῆσιν, εἰ μὴ θάνατον καὶ αἰσχύνην. Ὥστε δεῖ συγκοινωνεῖν τοῖς ἔργοις τούτοις, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλέγχειν, ὅ ἐστι παιδεύειν τοὺς τὰ τοιαῦτα πεποιηκότας. Πῶς οὖν ἀλλαχοῦ φησι· Μὴ κρίνετε; φησὶ τοῦτο, μὴ καταδικάζετε. Ἄλλο γάρ ἐστιν ἔλεγχος, καὶ ἄλλο κατάκρισις· ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ διορθώσει· ἡ δὲ ἐπὶ μώμῳ καὶ ἐκπομπεύσει. Ἀλλως τε τὸ, Μὴ κρίνετε, περὶ τῶν ἐλαχίστων ἁμαρτημάτων φησίν· ἐπάγει οὖν, Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου; Αἰνίττεται δὲ ὁ Παῦλος ἀῤῥητοποιίας τινὰς ἐν τῇ Ἐφέσῳ ἐπιχωριαζούσας.

13 Τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται.] Εἰπὼν ὅτι φῶς ἐστε, τὸ δὲ φῶς ἐλέγχει τὰ ἐν τῷ σκότει γινόμενα, ἐπάγει· διὸ τοίνυν ἧττε ὑμεῖς ἀνάγκη, ἵνα δυνήσονται λαθεῖν οἱ πονηροί· ὡς γὰρ λύχνου φαίνοντος ὁ κλέπτης οὐκ ἂν ἐπεισέλθοι· οὕτω τοῦ φωτὸς τῆς ὑμετέρας ἀρετῆς λάμποντος, ἐκεῖνοι δηλώσονται, ἄλλως τε καὶ "ὑφ' ὑμῶν λόγοις παιδευτικοῖς ἐλεγχόμενοι. "κ. ἀφ. ἑ.

Πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον, φῶς ἐστιν.] Ὥσπερ τὸ τραῦμα "καλυπτόμενον οὐδεμιᾶς ἐπιμελείας θεραπείας, οὕτω καὶ ἡ ἁμαρτία. ἐπειδὰν δὲ φανερωθῇ, τότε φῶς, οὐχὶ αὐτὴ ἡ ἁμαρτία, ἀλλ' ὁ ἐργαζόμενος. Ὅταν γὰρ ἐλεγχθεὶς μετανοήσῃ, καὶ ἀφέσεως τύχῃ, οὐκ ἐξεκαθάρθη αὐτοῦ τὸ σκότος; Ἢ ὅτι ὁ μὲν ὑμέτερος βίος, φησὶ, φανερὸς ὤν, φῶς ἐστιν· οὐδεὶς γὰρ κρύπτει τὴν ἀμώμητον πίστιν καὶ πρᾶξιν. τὰ δὲ κρυπτόμενα, ἅτε τὸ ἄξια τοῦ σκότους κρύπτεται, ἃ δεῖ ἐλέγχειν καὶ φανεροῦν. "κ. κρυπτόμενον.

14 Διὸ λέγει· Ἔγειρε ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός.] Καθεύδοντα καὶ νεκρὸν, τὸν ἐν ἁμαρτίαις φησί. καὶ γὰρ δυσώδης ἐστὶν ὡς ὁ νεκρὸς, καὶ ἀνενέργητος, ὡς ὁ καθεύδων

καθεύδων, καὶ ὀνειρώττῃ, καὶ φαντάζεται τὰ ἀὐπόστατα. Ὅταν οὖν ἐγερθῇ τις ἀπὸ τ ἁμαρτίας, τότε ἐπιφαύσῃ αὐτῷ ὁ Χριστὸς, τυτέστιν, ἐπιλάμψῃ, ὥσπερ καὶ ὁ ἥλιος τοῖς ἐξ ὕπνυ ἐγερθεῖσιν. Εως γὰρ ἂν ἐν ἁμαρτίαις ᾖσι, μισεῖ τὸ φῶς,
"χ. τὸ φῶς. καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς " αὐτό. Οὐ περὶ ἀπίστων ἡ τοῦτα μόνον φησὶν, ἀλλὰ καὶ περὶ πιστῶν. Εὕροις δ' ἂν διαφορὰν τῦ τε καθεύδοντος καὶ τῦ νεκροῦ. Πολλοὶ γὰρ τὸ κακὸν μὴ πεισθέντες, τῷ πραχθῆναι μὲν ἢ ὑ συναινέσαντες, καθεύδοντες ἂν λεχθεῖεν· οἱ καὶ ταχέως διυπνίζονται· πρὸς ὃν ὃ, ἔλεγεν. Ἄλλοι ἢ καὶ ποιῶσι τὸ κακὸν, καὶ συνηγορεῦσιν· οἱ καὶ νεκροὶ μᾶλ-
"χ. νομιζοίεν. λον " ὀνομαζοίεν, ὡς δυσθυμαχητότεροι πρὸς τὸ ἀγαθόν. ὅμως καὶ τούτοις ὁ λόγος ἐμβοᾷ ὡς ἂν ἀναστήσειεν. ὑ γὰρ ἀπογνωστέα ἡ τρεπτὴ Φύσις.

15 Βλέπετε οὖν πῶς ἀκριβῶς περιπατεῖτε, μὴ ὡς ἄσοφοι, ἀλλ' ὡς σοφοί.] Καὶ ἔτι τὴν πικρίαν ἔτι τὴν ὀργὴν ἐκκαθαίρει, ὡς δὴ εἰ λέγων αὐτοῖς, ὅτι πρόβατά ἐστε μεταξὺ λύκων, πολλοὶ πρὸς ὑμᾶς ἀγελαίοτεροι, καὶ οἰκειότατοι· βλέπετε μηδενὶ δῶτε ἀφορμὴν
"χ. ὑμῶν. ἔχθρας· πλὴν τ πίστεως, μηδεὶς " ὑμῶν ἕτερόν τι ἐγκαλείτω, ἀλλὰ ἔτι μᾶλλον καὶ ὑπακοὴν πᾶσαν ἐπιδείκνυσθε, ἵνα μὴ ἡ πίστις βλάπτηται, καὶ πρόσχημα γίνεσθε. Τοῦτο γὰρ σοφίας ἴδιον φρονήσεως, τὸ τηρῆν ἑαυτοὺς ἀνεπιλήπτους, μηδένα ἀμυνομένους.

16 Ἐξαγοραζόμενοι τ καιρόν.] Οὐ ποικίλους ἡμᾶς εἶναι διδάσκει, ἀλλ' ἐπιδημοῦντας, φησὶν, οὐκ ἔστιν ὑμέτερος ὁ καιρὸς, ἀλλὰ πάροικοί ἐστε, καὶ παρεπίδημοι, καὶ ἀλλότριοι, μὴ ζητεῖτε πλοῦν καὶ δόξαν, μηδὲ ἐκδίκησιν, ἀλλὰ πάντα φέρετε, καὶ τούτῳ τ καιρὸν ἐξαγοράζετε· πάντα καταλιπεῖν ὅσα ἂν θέλωσιν. Ὥσπερ εἴτις πλούσιος ὁρῶν τινὰς ἐπιόντας ὥστε αὐτὸν ἀνελεῖν, πάντα δώσει καὶ ἐξελέσθαι ἑαυτόν· οὕτω καὶ ὑμεῖς πάντα δότε, ὡς ὃ κεφάλαιον διασώσασθαι, τ πίστιν λέγω.

cans perinde actione, ac dormiens: & somnia videt, & imaginatur ea quæ non subsistunt. Cùm igitur excitatus fuerit quispiã à peccato, tum illucescet ei Christus, hoc est, fulgebit, sicut sol iis qui è somno sunt excitati. Tantisper enim dum in peccatis est, odit lucem, nec venit ad ipsam. Non de infidelibus autem hæc tantùm dicit, verùm & de fidelibus. Invenias autem discrimen inter dormientem & mortuum. Plerique enim qui malum quidem patrant, patratum autem non comprobant, dormientes dici possint, qui & celeriter excitantur: ad quos pertinet quod dicit, *Expergiscere*. Nonnulli autem & faciunt malum, & patrocinantur ei: qui mortui dici queant, ut qui difficiliùs ad bonum revocari queant. Attamen & his verbum inclamat, ut surgant: non enim desperandum est de mutabili natura.

15 *Videte itaque quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed veluti sapientes.*] Amarulentiam adhuc irámque expurgat, perinde quasi dicat eis, Oves estis in luporum medio, multi erga vos feroci sunt animo, qui etiam familiarissimi videntur: videte autem ne cuipiam detis occasionem inimicitiæ: nisi fidei causâ, nemo vos in alio quopiam accuset, cæterùm & honorem & omnem obedientiam præstate, ubi fides non labefactetur, ac columbarum vos more geratis. Sapientiæ enim est atque prudentiæ, servare vosipsos irreprehensibiles, neminem ulciscentes.

16 *Redimentes tempus.*] Non varios nos esse docet, verùm quia tempus non est vestrum, sed advenæ estis, & peregrini, & exteri, ne quæratis honorem, & gloriam, neque ultionem, sed omnia ferte, atque in hoc tempus redimite: omnia etiam quæ voluerint, permittite. Quemadmodum si quis opulentus videat aliquos invadentes se ut ipsum interficiant, omnia dabit, seque ipsum redimet: hunc ad modum & vos omnia date, ut caput & summam conservetis, nempe fidem.

Quoniam dies mali ſunt.] Non dierum eſſentiam reprehendit (eſſentia enim diei lux eſt fortaſſis, & horæ: quæ igitur in hiſce malitia eſt?) ſed propter ea quæ in diebus fiunt, eaſdem videtur incuſare: perinde ac ſolemus dicere, Malum diem transegi, propter ea nimirum quæ in ipſo contigerunt, quæ ab hominibus pravis facta ſunt, non à Deo. Propterea igitur dies pravi dicuntur, tanquam ſceleratos homines in illis dominantes habeant.

17 *Propterea non ſitis imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei.*] Quia dies, inquit, pravos homines habeant, vos inſtar prudentum date operam, ne ullam eis occaſionem detis. Hæc enim eſt voluntas Dei, ut vos in omnibus inculpatos ſalvâ fide conſervetis.

18 *Et nolite inebriari vino.*] Iram adhuc corrigit: nam & vini immoderata potio iracundos facit ac temerarios. Quòd autem immoderatum uſum damnet, planum eſt ex eo, quòd non dixit, Ne bibite: ſed, *Ne inebriamini.* Temulentia autem eſt ab exceſſu; nam vinum moderatè ſumptum & ſanitatem efficit, (perinde ac ipſe etiam ait ad Timotheum) & lætitiam, ut David ait: Rurſus ſcriptura ait; *Date vinum mœrentibus, ac ebrietatem, ſive profuſionem, dolentibus.* Frontis enim aſperitatem & nebulas diſſolvit, propterea & corpora noſtra Deus moderata & proportionabilia fecit, ut paucis ſint contenta, & ad alteram vitam feſtinent.

1 Tim. 5 23. Pſal. 103. 15. Prov. 31. 6.

In quo eſt luxus.] Hoc eſt, immoderatus uſus. Non enim ſervat, ſed perdit, non corpus ſolùm, ſed & animam: hæc enim eſt aſotia, id eſt, luxus, ſive luxuria. Vel ἀσωτίαν, juxta vulgi conſuetudinem pro libidine accipit: ex temulentia enim libido naſcitur.

19 *Sed implemini Spiritu, loquentes vobiſipſis in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in corde veſtro Domino.*] Vis, inquit, lætari? Fuge vini repletionem, & Spiritu

Οτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσιν.] Οὐ τὴν οὐσίαν τῶν ἡμερῶν διαβάλλει· οὐσία γὰρ ἡμέρας τὸ φῶς τυχόν, καὶ αἱ ὧραι· τίς οἶδεν πονηρία ἐν τούτοις; ἀλλὰ διὰ τὰ ἐν ταῖς ἡμέραις γινόμενα, ταῖς ἡμέραις δικαίως διαβάλλει· καθάπερ εἰώθαμεν λέγειν, κακὴν ἡμέραν διήγαγον, διὰ τὰ ἐν αὐτῇ συμβαίνοντα δηλαδή, ἃ πρὸς ἀνθρώπων πονηρῶν ἐλήλυθε, καὶ οὐ παρὰ Θεοῦ. Διὰ τοῦτο τοίνυν αἱ ἡμέραι πονηραὶ λέγονται, ὡς πονηροὺς ἀνθρώπους ἐχούσας ἐν αὑταῖς κρατοῦντας. "κ. γίνονται.

17 Διὰ τοῦτο μὴ γίνεσθε ἄφρονες, ἀλλὰ συνιέντες τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ.] Ἐπειδή, φησιν, αἱ ἡμέραι πονηροὺς ἀνθρώπους ἔχουσιν, ὑμεῖς ὡς φρόνιμοι αὐτοὺς μηδεμίαν αὐτοῖς ἀφορμὴν διδόναι· τοῦτο γὰρ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, τὸ ἐν πᾶσιν ἀνεπιλήπτους ἑαυτοὺς τηρεῖν, μετὰ τοῦ καὶ τὴν πίστιν φυλάττειν.

18 Καὶ μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ.] Καὶ ἔτι τοῦ ὀργίλου κολάζει· καὶ γὰρ τοῦ οἴνου ἡ ἀμετρία ὀργίλους ποιεῖ καὶ θρασεῖς. Οτι " δὲ τοῦ ἀμετρίαν κολάζει, δῆλον· οὐ γὰρ εἶπε, μὴ πίνετε, ἀλλά, μὴ μεθύσκεσθε· μέθη δὲ ὀξὺ ἀμετρίας· ἐπεί γε συμμέτρως πινόμενος ὁ οἶνος καὶ ὑγίειαν ἐμποιεῖ (ὡς αὐτὸς φησιν ἐν" τῇ "κ. τοῖς τοῦ Τιμόθεον) καὶ εὐφροσύνην, ὡς ὁ Δαυὶδ μαρτυρεῖ. Καὶ πάλιν ἡ γραφή· Δότε οἶνον τοῖς ἐν λύπαις, καὶ μέθυ, ὅταν ἀθυμήσωσιν, τοῖς ἐν ὀδύναις. Τὸ γὰρ πρόχυσιν καὶ συνεφὲς διαλύει. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς σύμμετρα ἡμῶν τὰ σώματα ἐποίησεν, ὥστε ὀλίγοις ἀρκεῖσθαι, καὶ πρὸς ἑτέραν ζωὴν ἐπείγεσθαι.

Ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία.] Τουτέστιν, ἀμέτρως χρῆσις. Ἡ γὰρ σώζει, ἀλλ' ἀπόλλυσιν, οὐ τὸ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχήν. καὶ τοῦτο ἔστιν ἡ ἀσωτία. Η ἀσωτίαν ἐνταῦθα καὶ τὴν τῶν ἰδιωτῶν συνήθειαν, τὴν ἀκολασίαν φησίν. ἐκ γὰρ τῆς μέθης ἡ ἀκολασία πηλεται.

19 Αλλὰ πληροῦσθε ἐν Πνεύματι, λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς, καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ.] Βούλει, φησὶν, εὐφραίνεσθαι; φεῦγε τὴν ἀπὸ τοῦ

οἴνου

οὖν πλήρωσιν, ϗ ἅλεσον πλεσθῆναι ὸ Πνεύματι ἁγίῳ. Τοῦτο γὰρ ἔσται σοι, ἐὰν μάθῃς ψάλλειν. οἱ ψάλλοντες γὰρ Πνεύματος πλησιώτατα ἁγίου, ὥσπερ οἱ ᾄδοντες τὰς Σατανικὰς ᾠδὰς, πνεύματος ἀκαθάρτου. Ψάλλειν δὲ ἐν τῇ καρδίᾳ, τοῦτ' ἔστι, μὴ στενόπους, καὶ μὴ μεμβολιμαίως ἡ καρδία. ὁ γὰρ τοιοῦτος, ἑκάστου ὸν καρδίαν ψάλλει. Ὅρα γὰρ ὅτι μὴ ὃ κελεύσας ἡ ψυχὴν ἀπὸ " πικρίας καὶ τῶν ἄλλων παθῶν, καὶ βιαιολόγους ποιῆσαι καὶ συγγνωμονικοὺς, τότε τοῦ ἁγίου Πνεύματος πλήρωσιν ἡμῖν ὑφηγεῖται. ὑ γὰρ ἁπλῶς ἐπελεύσεται, ἀλλὰ πληρώσει τὰς καρδίας ἡμῶν. Τοσούτου δὲ ἐν ἡμῖν ὄντος φωτὸς, ῥᾳδία ϗ εὔκολος ἔσται ϗ ἡ λοιπὴ ἀρετή.

" χ. κακίας.

20 Εὐχαριστοῦντες πάντοτε ὑπὲρ πάντων, ἐν τῷ ὀνόματι τ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τ Θεῷ ϗ Πατρί.] Πάντοτε· ὑ γὰρ ἐν μέσῃ μόνον, ἀλλὰ ϗ ἐν λύπαις, ϗ ὐχ ὑπὲρ τῶν ἀγαθῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν λυπηρῶν, ϗ ὧν * ἴσμεν, καὶ ὧν οὐκ ἴσμεν. ϗ γὰρ ὅλως πάντων ὠφελούμεθα, κἂν ἀγνοῶμεν. " Εὐχαριστέον δὲ τῷ Πατρὶ ἐν ὀνόματι τ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ, τουτέστιν, ὀνομάζοντες καὶ τ Κύριον Ἰησοῦν, καὶ συμπαραλαμβάνοντες * αὐτὸν, ὡς μεσίτην ὄντα καὶ τῶν ἀγαθῶν, καὶ αὐτῆς τ εὐχαριστίας.

* π. " χ. εὐχαριστεῖ. * ὑ.

21 Ὑποτασσόμενοι ἀλλήλοις ἐν φόβῳ Θεοῦ.] Ἰδοὺ πάλιν ἡ ἀγάπη. οὐκ ἔστιν γὰρ ἡ τοιὰς ἀλλήλοις ὑποταγή· ὑ διά τι κοσμικὸν ἢ ἀνθρώπινον, ἀλλ' ἐν φόβῳ * Θεοῦ. Οἱ γὰρ διὰ Θεὸν ὑποτασσόμενοι ἀλλήλοις, οὐδέποτε σκανδαλισθήσονται ἢ διαλυθήσονται, τοιοῦτον συνδεσμὸν ἔχοντες.

* φασὶ, τὸ.

22 Αἱ γυναῖκες τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν ὑποτάσσεσθε, ὡς τῷ Κυρίῳ.] Οὐχ ἁπλῶς καὶ εἰκῇ πολλοῦ τ σπουδοῦ ποιεῖται ὁ Παῦλος ὑπὲρ τ συζυγίας, ἀλλ' ὅτι ϗ ὁ Θεὸς τοῦτο ἐξ ἀρχῆς ἐφρόντισεν ὑπερβολικῶς. τ γὰρ Ἀδὰμ τ ἀδελφὴν αὐτοῦ, μᾶλλον δὲ τ θυγατέρα, καὶ τί λέγω; τοῦ σῶκα τ αὐτοῦ ἐνώσεν· εἶτα

Gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Jesu Christi, Deo & Patri.] Semper; non solùm in tranquillitate, verumetiam in mœroribus: nec pro bonis tantùm, verumetiam pro tristibus: & pro iis rebus quas novimus, & quas non novimus: per omnes enim bene nobis fit, etiamsi ignoremus. Sunt autem gratiæ agendæ Deo Patri *in nomine Domini nostri Jesu*, hoc est, ut simul nominemus Dominum Jesum, & assumamus ipsum; ceu mediatorem cùm bonorum, tum ipsius gratiarum actionis.

Subjecti alter alteri in timore Dei.] En rursus charitatis mentionem facit: ex hac enim est subjectio mutua & obedientia; non propter mundanam quampiam aut humanam commoditatem, cæterùm in timore Dei. Qui enim Dei nomine obediunt, nunquam offendentur aut dissolventur, cùm talem nexum habuerint.

Uxores maritis propriis subditæ sitis veluti Domino.] Non simpliciter ac temerè multùm sedulóque laborat Paulus pro conjugii firmitate, sed quia Deus etiam à principio hujus eximiam curam gessit. Adamo enim sororem suam, imò potiùs filiam, & quid dico? carnem ipsius copulavit. Deinde multiplicato genere, la-

tiùs matrimonium extendit, ne dilectionem ad ſolos cognatos contraheret. Porrò, vita noſtra per conjugia continetur. Ait ergo : Uxores ſubjectæ eſtote maritis veſtris. Si enim in concordia matrimonium fuerit, pueri bene educantur, & famuli ordinatè ſeſe habent, adeóque cuncta, tam vicinorum, quàm amicorum, ſunt in felici ſtatu. Servite autem eis tanquam Domino. Luc. 4. Ecquî alibi ſcriptum eſt : *Niſi quis reliquerit uxorem & virum, non poterit me ſequi ?* Nam ſi tanquam Domino ſerviendum eſt, quomodo diſcedendum eſſe dicit propter Dominum ? Quoniam adverbium, *Veluti*, non eſt ubique æqualis honoris nota. Vèl ſubditæ ſitis, ait, ſcientes quòd ſerviatis Deo : hoc eſt, ſi non propter virum imprimis, propter Dominum tamen. Nam ſi is qui exteriori poteſtati reſiſtit, Dominicæ ordinationi reſiſtit ; multo magis quæ marito ſuo reluctatur. Itaque è contrario, quæ marito obedit, Domino obedit.

23 *Quoniam vir caput eſt mulieris, ſicut & Chriſtus eſt caput Eccleſiæ, & ipſe eſt ſervator corporis.*] Rationibus comfirmat quòd oportet uxores ſubjectas eſſe, dilectioníſque argumentum & occaſionem ponit ex hoc, quòd maritus rectoris & proſpectoris locum obtineat (caput enim eſt, ait, & ſervator) uxor verò ſubditi locum ; corpus enim eſt. Quemadmodum & Chriſtus, cùm ſit Eccleſiæ caput, ejus curam gerit, eamque ſervat : ſic & maritus ſervator ſui eſt corporis, hoc eſt, uxoris. Quomodo igitur non debet ſubdi capiti corpus, cùm curam ejus gerat, illudque ſervet ?

24 *Sed ſicut Eccleſia ſubjicitur Chriſto, ſic & uxores ſuis maritis in quovis.*] Hinc diſces apertiùs quod dixit ſuprà, *Obtemperate propriis maritis tanquam Domino.* Quandoquidem enim uxores debent ſubdi maritis, ut Eccleſia Chriſto, Eccleſia autem & mulieres ſunt ; tanquam Chriſto igitur conjux marito

πανηγυρίσαντες ὑμῖν, καὶ ἀφ' ἑτέρου τὴν γάμου ἀφέσεως, ἵνα μὴ τὴν ἀγάπην συμπεριλήψεται εἰς μόνους συγγενεῖς. Καὶ ὑπόδειγμα ἡμῖν λέγει τὴν συζυγικὴν συγκρότησιν. Φησὶν οὖν, ὅτι αἱ γυναῖκες ὑποτασσέσθωσαν τοῖς ἀνδράσιν. Εἰ γὰρ ἐν ὁμονοίᾳ ἡ συζυγία ᾖ, καὶ παῖδες ἡσύχιοι, καὶ οἰκέται εὐπειθοῦσι, καὶ πόλις, καὶ τὰ τῆς γείτονας, καὶ τὰ τῶν φίλων, εὖ ἔχει. Δουλεύετε ὡς τῷ Κυρίῳ πῶς οὖν ἀνάγκη γένηται Αν μὴ τις ἀποτάξηται γυναικὶ, καὶ * ἀνὴρ, * γυνὴ δύναται μὴ ἀκολουθεῖν ; Εἰ γὰρ ὡς τῷ Κυρίῳ δουλεύῃ, πῶς " λέγει δεῖν ἀ- " Al. λείπει δεῖ ἀφίσασθαι διὰ τὸν Κύριον ; ὅτι ὅ, ὡς, ὁ πάντως πάντα χρόνον ἰσοπρεπείας δηλοῖ. Οὐκοῦν τοιοῦτόν ἐστι, Εἰδυῖαι ὅτι ὡς Θεῷ δουλεύετε τούτοις, εἰ καὶ μὴ διὰ τὸν ἄνδρα τοῦτο ποιοῦμεν, ἀλλά γε διὰ τὸν " Κύριον. Εἰ " Al. Θεόν. γὰρ ὁ τῇ ἔξω ἀρχῇ ἀντιπαλούμενος, τῇ τοῦ Κυρίου διατάξει δυνήσεται, πολλῷ μᾶλλον ἡ τῷ ἀνδρὶ ἀντιπαλοῦμεν. ὥστε οὐ τῷ ὁμοίῳ, ἡ ὑποταττομένη, τῷ Κυρίῳ ὑποτάσσεται.

23 Ὅτι ὁ ἀνήρ ἐστι κεφαλὴ τῆς γυναικὸς, ὡς καὶ ὁ Χριστὸς κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας, καὶ αὐτὸς ἐστι σωτὴρ τοῦ σώματος.] Ἀπὸ λογισμοῦ συνίστησι τὸ δεῖν ὑποτάσσεσθαι τὰς γυναῖκας, καὶ τὴν ἀγάπην ὑποθέσιν καὶ ἀφορμὴν τίθησι, τὸ τὸν μὲν ἄνδρα τὴν ἀρχικὴν καὶ προνοητικὴν τάξιν ἐπέχειν· κεφαλὴ γάρ ἐστι, φησὶ, καὶ σωτὴρ τῆς γυναικὸς τοῦ ὑποκειμένου· σῶμα γάρ ἐστιν. Ὥσπερ καὶ ὁ Χριστὸς τῆς ἐκκλησίας ὢν κεφαλὴ, προνοεῖται ταύτης καὶ σῴζει· οὕτω πάντως καὶ ὁ ἀνὴρ, σωτὴρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, τουτέστι τῆς γυναικός. πῶς οὖν οὐκ ὀφείλει ὑποτάσσεσθαι τῇ κεφαλῇ τὸ σῶμα τῇ προνοουμένῃ καὶ σῴζούσῃ ;

24 Ἀλλ' ὥσπερ ἡ ἐκκλησία ὑποτάσσεται τῷ Χριστῷ, οὕτω καὶ αἱ γυναῖκες τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν ἐν πάντι.] Ἐντεῦθεν μανθάνοιμεν ἂν, ὅ μᾶλλον ἐφίεται. Ὅτι ὑποτάσσεσθε τοῖς ἀνδράσιν, ὡς τῷ Κυρίῳ· ἐπεὶ γὰρ ὀφείλουσι γυναῖκες ὑποτάσσεσθαι τοῖς ἀνδράσιν, ὡς ἡ ἐκκλησία τῷ Χριστῷ, ἡ ἐκκλησία καὶ γυναῖκές εἰσιν ὡς τῷ Χρι-

στῷ

ςῷ ἄρα τῷ ἀνδρὶ ὑποτάσσεσθαι ὀφείλει
* κεφᾶ. ἡ γυνή. Πῶς δέ; ἆρα ἐν παντὶ * κε-
* Δ. λεύει ὑποτάσσεσθαι; ἆρα * ἐὰν ὅτιοῦν εἰς
ἀπιστίαν συνωθῇ ὁ ἀνήρ; ἀλλ' οὐ περὶ ἀπί-
στων ἀνδρῶν ὁ λόγος νῦν ἐστὶ τῷ Παύλῳ, ἀλλὰ
περὶ πιστῶν, περὶ οὓς δηλαδὴ καὶ ἔγραφεν.

25 Οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖ-
κας ἑαυτῶν, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησε
τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν
ὑπὲρ αὐτῆς.] Εἶδες πῶς συνώθησε
τὴν γυναῖκα ὁ Παῦλος ὑποτάσσεσθαί
σοι ἐν τῷ μέτρῳ, ᾧ καὶ ἡ ἐκκλησία
ὑποτάσσεται τῷ Χριστῷ· ἄκουε καὶ πῶς
σε πάλιν ἀναγκάζει ἀγαπᾶν αὐτήν,
ἀλλ' οὐχὶ διατοπίχως περιφέρεσθαι·
ἀγάπα γὰρ αὐτήν· ποίῳ μέτρῳ; ᾧ καὶ
"χ. ταῦτης. ὁ Χριστὸς τὴν ἐκκλησίαν· περιγάρ" αὐ-
τῆς, ὡς καὶ ὁ Χριστὸς ἐκείνης· κἂν δέῃ
τι παθεῖν, κἂν ἀποθανεῖν δι' αὐτήν, μὴ
παραιτήσῃ. σὺ μὲν γὰρ ἥδη συναφθεὶς αὐ-
τῇ, ποιήσεις ταῦτα· ἐκείνος δὲ εἰς μισου-
σάν σε μοιχαλίδα. Καὶ ὥσπερ ἐκείνος
τὴν ἀποστρεφομένην αὐτὸν περιποιεῖται,
οὐκ ἀπέλαυσις οὐδὲ ὕβρεσιν· οὕτω καὶ
αὐτὸς κἂν ἀποστρεφομένην ἴδῃς καὶ ὑβρι-
ζομένην, τῇ πολλῇ ἀγάπῃ καὶ τῇ περι-
νοίᾳ περιποιοῦ, καὶ παθεῖν
τι ὑπὲρ αὐτῆς, μὴ ὀνειδίσῃς· οὐδὲ γὰρ ὁ
Χριστὸς τὴν ἐκκλησίαν.

26 Ἵνα αὐτὴν ἁγιάσῃ, καθαρίσας
τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι.] Ἦν
γὰρ ῥυπαρὰ ἰδεῖν, καὶ ἀκάθαρτος, καὶ ἄ-
μορφος, ἀλλ' οὐκ ἐβδελύξατο· οὕτω
μηδὲ σὺ τὴν σαυτοῦ γυναῖκα, κἂν ἀ-
"χ. κἂν. μορφωτάτην" ᾖ, κἂν βδελυρά. Ὅτι γὰρ
ἄμορφος ἰδεῖν ἡ ἐκκλησία, ἄκουσον· Ἦτε
"χ. ἀλλὰ πο- γὰρ ποτε σκότος· τί γὰρ σκότους" μιγαιώ-
τερον. τερον; δουλεύοντες κακίᾳ καὶ φθόνῳ· τί
ἀκαθαρτότερον; ἀπιστοῦντες, μύσται, ἀλλὰ
καὶ βλάσφημοι· τί τούτων εἰδεχθέστε-
ρον; ἀλλ' ὅμως ὡς ὑπὲρ ὡραίας, ὡς
ὑπὲρ θαυμαστῆς, ἑαυτὸν ἔδωκεν. Ε-
καθάρισε δὲ τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος, τοῦ-
έστι, τῷ βαπτίσματι. Ἐν ῥήματι· ποίῳ;
ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ
τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

subdi debet. Quomodo verò? Num in omni jubet subdi? Num quando ad incredulitatem eam compulerit maritus? Atqui de infidelibus nunc non loquitur Paulus, sed de fidelibus, ad quos scilicet scribebat.

25 *Et viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea.*] Vidisti, quomodo compulerit uxorem Paulus subdi tibi in mensura, quâ Christo Ecclesia subditur: Audi jam quomodo te rursus cogat diligere eam, nec heriliter teipsum gerere. Dilige enim ipsam: quali mensura? quâ & Christus Ecclesiam. Gere curam ipsius, quemadmodum & Christus Ecclesiæ: ac si quid te oporteat pati, vel etiam mori pro ipsa, ne recuses. Tu enim ipsi amore copulatus hæc facies; Ille verò in odio se prosequentem & adulteram. Et quemadmodum ille aversantem ipsum ad se adduxit, non minis neque contumeliis: hunc ad modum si ipse aversantem te conspexeris conjugem tuam, atque deliciis indulgentem, multâ dilectione & providentiâ attrahere ad te conare: & si quicquam patiaris pro ipsâ, ne objicias, neque convicieris ei: neque enim Christus Ecclesiæ objecit quicquam.

26 *Ut illam sanctificaret, mundans eam lavacro aquæ in verbo.*] Igitur impura erat, & immunda, & deformis, at propterea non est execratus eam: sic neque tu tuam ipsius conjugem execreris, etsi maximè deformis fuerit, ac vilis. Quòd autem deformis fuerit Ecclesia, audi: Eratis enim quondam tenebræ: quid quæso tenebris est nigrius? Servientes malitiæ & invidiæ: quid immundius? Inobedientes, stolidi, imò & blasphemi: quid hisce est magis deforme? Veruntamen tanquam pro formosa, tanquam pro admiranda seipsum tradidit. Purgavit autem *lavacro aquæ*, hoc est, baptismate. *In verbo.* Quali? In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti.

27 *Ut exhiberet ſibi ipſe glorioſam Eccleſiam.*] Non ſimpliciter puram, ſed glorioſam. Quemadmodum igitur Chriſtus omnium bonorum author eſt Eccleſiæ, ſic & tu ſis uxori tuæ: ac quemadmodum ille, quod ad animam attinet, pulchritudinem ei acquiſivit, eamque exornavit: pari ratione tu in hoc incumbe, non in corporis ornatum. Si enim animæ formam atque pulchritudinem inquiras à conjuge, ſtatim eam ei efficies, componens ipſam, exhibénſque glorioſam ſecundùm ſpiritum, cùm tibiipſi, tum Deo.

Non habentem maculam aut rugam, aut quid hujuſmodi, ſed ut eſſet ſancta & immaculata.] Per hæc animæ dicit affectus. Maculæ enim ſunt recentes affectus, quos & abluere facilè, qui & vituperium adferebant. Rugæ autem, quæ tempore inveterata ſunt, quæ & impuros faciebant, utpotè non facilè eluibilia. Sed divinum lavacrum omnia purgavit, & ſanctos & immaculatos exhibuit.

28 *Sic debent viri diligere uxores ſuas, ut corpora ſua.*] Non tanquam majus magiſque neceſſarium hoc exemplum jam ponit (jam antea enim planum eſt, Chriſti habitudinem ad Eccleſiam hoc exemplo majorem eſſe) verùm tanquam vicinius & magis familiare. Ne quis enim objiciat, Deus erat ille, & pro nobis ſeſe tradidit: aliunde nobis neceſſitatem ob oculos ſtatuit. Debent enim, inquit, diligere, id eſt, res ipſa non eſt gratia, cæterùm debitum eſt & neceſſitas: nam uxor eſt corpus tuum. Chriſti itaque exemplum non ob ſolam dilectionem aſſumpſit, verumetiam ut mores noſtros componeret. Nam, *Ut ſancta ſit*, inquit, *& immaculata.* Quod verò de carne profert, ob ſolam dilectionem eſt.

Qui diligit uxorem ſuam, ſeipſum diligit. 29 *Nemo enim unquam ſuam ipſius carnem odio habuit, ſed nutrit & fovet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam.*] Intenſam, inquit, & ſedulam curam unuſquiſque

27 Ινα παραστήσῃ αὐτὸς ἑαυτῷ ἔνδοξον τὴν ἐκκλησίαν.] Οὐχ ἁπλῶς καθαρὰν, ἀλλ', ἔνδοξον. Ωσπερ οὖν ὁ Χριστὸς πάντων αἴτιος τῶν ἀγαθῶν τῇ ἐκκλησίᾳ, οὕτω καὶ σὺ ἔσο τῇ σῇ γυναικί· καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος ὃ κατὰ ψυχὴν κάλλος αὐτῇ περιεποιήσατο· οὕτω καὶ σὺ περὶ "τοῦτο σπουδὴν, μὴ περὶ τὸ τοῦ σώ- "χ.τὸν. ματος. εἰ γὰρ ψυχῆς κάλλος ὀπτίζῃ τῆς παρὰ τῆς γυναικὸς, ταχέως αὐτῇ τοῦτο δημιουργήσεις, ῥυθμίζων αὐτὴν καὶ πρὸς σαυτὸν καὶ τὸν Θεὸν ἔνδοξον καὶ πνεῦμα καὶ σαυτῷ καὶ τῷ Θεῷ.

Μὴ ἔχουσαν σπίλον, ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἵνα ᾖ ἁγία καὶ ἄμωμος.] Διὰ τούτων γὰρ ψυχικὰ λέγει πάθη· Σπίλοι μὲν οὖν τὰ προσφατα τῶν παθῶν, ἃ καὶ ἀπονίψαιτ' ἄν τις ῥᾳδίως, ἃ καὶ μῶμον ἐργάζεται. Ρυτίδες δὲ γὰρ τὰ χρόνῳ παλαιωθέντα, ἃ καὶ ἀνάγνους ἐποίει, δυσαπόνιπτα ὄντα. Αλλὰ * ὃ θεῖον λουτρὸν πάντα ἐκάθηρε, καὶ ἁγίους καὶ ἀμώμους παρέστησεν. * διὰ.

28 Οὕτως ὀφείλουσιν οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶν τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας, ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα.] Οὐχ ὡς μεῖζον ὑποδείγμα καὶ ἀναγκαιοτικώτερον τοῦτο λέγησιν (προδηλον γὰρ ὅτι ἡ τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν σχέσις μείζων ὄντως "ἢ ὑποδείγματος λόγος) ἀλλ' ὡς ἐγ- "χ.εἰς ὑπο-δείγματα λόγου. γύτερον καὶ οἰκειότερον. Ινα γὰρ μὴ ἔχῃ τις λέγειν, ὅτι ἐκεῖνος Θεὸς ἦν, καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν· ἑτέρωθεν ἡμῖν τὴν ἀνάγκην ἐφίησιν. ὀφείλουσι γάρ, φησιν, ἀγαπᾶν· τετέχθαι, ἃ χαίρεις ὅτι τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ὀφειλὴ καὶ ἀνάγκη· σῶμα γάρ σου ἐστὶν ἡ γυνή. Τὸ μὲν οὖν τοῦ Χριστοῦ ὑπόδειγμα, ἃ δεῖ τὸ δεῖν ἀγαπᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ δεῖ τὸ ῥυθμίζειν παρέλαβεν· ἵνα γάρ, φησιν, ᾖ ἁγία καὶ ἄμωμος. Τὸ δὲ σῶμα, δεῖ τὸ ἀγαπᾶν μόνον.

Ο ἀγαπῶν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ἑαυτὸν ἀγαπᾷ. 29 Οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν, ἀλλὰ τρέφει καὶ θάλπει αὐτὴν, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς τὴν ἐκκλησίαν.] Τὴν ὑπερτεταμένην, φησὶ,

φησὶ, καὶ ὑπεμνημόνευσε θεραπείας προσφέρει πᾶς τῇ σαρκί· ὥστε καὶ σὺ τῇ γυναικί. Πάλιν δὲ τοῦ Χριστοῦ χρῆται πρὸς ὑπόδειγμα, δεικνύων ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς ἡμᾶς ὡς οἰκείους αὐτοῦ σάρκας ἠγάπησεν.

30 Ὅτι μέλη ἐσμὲν τοῦ σώματος αὐτοῦ.] Τουτέστι, γνησιότητα πολλὴν πρὸς αὐτὸν ἔχομεν.

Ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ.] Ἀπὸ γὰρ τῆς ἡμετέρας γέγονεν ὕλης, ὥσπερ ἡ Εὔα ἐκ * τοῦ Ἀδάμ. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖθεν οὕτως ἐγγύτης ἐστὶν, ὅτω καὶ ἐφ' ἡμῶν. Καὶ ἄλλως δὲ ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ἐσμὲν, καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ, ὅπερ ὥσπερ ἐκεῖνος ἐκ Πνεύματος γεγέννηται ἀμιγοῦς συνουσίας· οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ λουτρῷ. καὶ ὅπερ μεταλαβόντες τῶν μυστηρίων, ἐκ "χ. ἐκείνου. τούτου " θείως μεταπλαττόμεθα. Συνελόντα δεῖν εἰπεῖν, τοῦτό φησιν, ὅτι τὴν ἄκραν οἰκειότητα πρὸς αὐτὸν ἔχομεν. Καὶ γὰρ καὶ κατὰ τὸ ὁρώμενον ἐκοινώνησεν ἡμῖν σαρκὸς καὶ αἵματος· καὶ κατὰ τὸ νοούμενον, αἴτιος τῆς "χ. γέγονε. πνευματικῆς ἀναπλάσεως ἡμῖν " ἐγένετο, ὥσπερ καὶ ὁ Ἀδὰμ τῇ Εὔᾳ τῆς πλάσεως.

31 Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται) πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ "χ. ἀλ. ἔσονται) " οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.] Ἰδοὺ καὶ ἕτερον δικαίωμα, ὅτι καὶ τοὺς γεννησαμένους * προσκολ- λήσεται κ. τῆς ἀφεὶς, ἐκείνῃ * συμπλέκεται. Καὶ οὐκ εἶπε, συνοικήσει, ἀλλὰ, προσκολληθήσεται), "χ. ἀδιά- κριτον. τὴν " ἀδιάκριτον ἕνωσιν δηλῶν. Τὸ δὲ, εἰς σάρκα μίαν, ἐκλαμβάνεται μὲν καὶ ἁπλῶς (οὕτως ὁ μέγας Ἰωάννης) φησὶ δὴ, ἔσονται μία σάρξ. αἰνίττεται δὲ καί τι ἕτερον, καὶ ὅτι ἔσονται οἱ δύο εἰς τὸ ἀποτελέσαι μίαν σάρκα, τὸ τέκνον δηλαδή.

32 Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν.] Τουτέστι, μέγα τι καὶ θαυμαστὸν ἠνίξατο ὁ μακάριος Μωϋσῆς· τῷ ὄντι γὰρ μυστήριον, τοῖς γεννησαμένοις, τοῖς καλοπονηθεῖσιν ἐπ' αὐτῷ, τοῖς εὐεργετήσασιν ἀφέναι καὶ προσκολληθῆναι πρὸς τὴν μηδέποτε θεασθεῖσαν, μηδὲ προσκαιρόν τινος

carni suæ adhibet: itaque & tu uxori. Rursus autem Christo pro exemplo utitur, ostendens quòd & Christus nos ceu propriam carnem suam dilexit.

30 *Quia membra sumus corporis ejus.*] Hoc est, plurimum nobis cum eo cognationis est.

De carne ipsius, & ex ossibus ejus.] A nostra enim materia factus est, ut Heva ex Adam. Et quemadmodum illic est magna propinquitas; ita inter nos. Sumus autem & aliter de carne ejus, & ossibus ejus, nempe ut ille ex spiritu natus est citra commixtionem maris, sic & nos in lavacro: Tum quòd nos assumptis mysteriis divinitùs transformamur. Atque ut summatim dicam, hoc ait: maxima cum eo nobis familiaritas intercedit. Nam visibiliter communicavit nobiscum carne & sanguine: Invisibiliter autem author nobis spiritualis reformationis extitit, sicut & Adam Hevæ creationis causa fuit.

31 *Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit uxori suæ, erúntque duo in carnem unam.*] Ecce alterum causæ firmamentum, nempe, parentibus suis quispiam relictis, illi connectitur. Nec dixit, cohabitabit, sed, *agglutinabitur*, unionem indivisibilem significans. Hoc autem, *In carnem unam*, accipitur quidem simpliciter (atque ita magnus ille Joannes) pro, erunt caro una. Significat autem & aliud quiddam: nam erunt duo, ut perficiant carnem unam, prolem videlicet.

32 *Sacramentum hoc magnum est, dico autem ego, in Christo & Ecclesia.*] Hoc est, magnum quiddam & admirandum divus Moses indicavit. Revera enim mysterium est, ut eos qui ipsum genuerint, qui ob ipsum multas ærumnas passi fuerint, quíque in ipsum innumera beneficia contulerint, deserat quispiam, & agglutinetur ei quam nunquam antè conspexerit, neque

que quicquam boni antea sit orsa. Ingens revera hoc mysterium est, interim tamen ad Christum, inquit, ego hoc refero, tamquam propheticè de eo dictum esset. Etenim & ipse dimisit patrem, non locali transitu, sed condescensu ad carnem, venitque ad sponsam, quæ ipsum nunquam agnoverat, factúsque est cum ipsa
1 Cor. 6. 17 unus spiritus. *Qui enim Domino agglutinatur, unus spiritus est.* Quare igitur matrimonium culpatur, ubi Paulus ipsum pro mysterii Christi exemplo producit, mysterium vel sacramentum nominans?

33 *Verumtamen & vos singuli unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat.*] Atqui, inquit, etiamsi allegoricè hæc acceperim, propter uxorem tamen dicta sunt: neque allegoria mariti erga uxorem habitudinem, quæ est secundùm literam, invertit. Debet enim unusquisque uxorem suam diligere, ac fovere, haud secus quàm seipsum. Nec mihi dicas, Hunc & hunc defectum habet uxor mea: nam & tu in carne tua defectus habes, veluti manum mutilam, pedem claudum, oculum strabum: hæc verò non abscindis, sed majori curâ dignaris.

Uxor autem ut metuat virum.] Quia æqualitas honoris seditionem nonnunquam parit, propterea timorem inducit, ut unus sit principatus vir ipse. Metum autem hîc intensam reverentiam, & animi contractionem dicit, qui homines ingenuos decet, non servilem. Ex hujusmodi metu dilectio comparabitur, ipsâque rursus metum & reverentiam conciliabit. Diliget enim conjux virum, tanquam membrum; metuet autem seu honorabit, tanquam caput. Quid verò si non metuat mulier? Tu tamen dilige, tuóque officio fungere. Similiter & mulier, etiamsi non diligatur, metuat tamen. Animadverte quomodo multis verbis demonstraverit ac persecutus sit, quomodo à marito sit diligenda conjux. De metu autem non perinde multa tradit: dilectionem enim pri-

ἀγαθοῦ. Μέγα ὄντως μυστήριον, τίως μήτοι εἰς Χριστὸν " ἐκλαμβάνῃ) πρὸς ἐμοῦ τοῦτό, φησιν, ὡς προφητικῶς περὶ αὐτοῦ λεχθέν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἀφῆκε τὸν πατέρα, οὐ τοπικῇ μεταβάσει, ἀλλὰ τῇ πρὸς τὴν σάρκα συγκαταβάσει, καὶ ἦλθε πρὸς τὴν νύμφην, τὴν πώποτε αὐτὸν ἀγνοήσασαν, καὶ ἐγίνετο αὐτῇ εἰς πνεῦμα ἕν. Ὁ γὰρ κολλώμενος τοῦ Κυρίου, ἓν πνεῦμά ἐστι. Πῶς οὖν διαβέβληκε) ὁ γάμος, ὅπου γε Παῦλος εἰς ὑπόδειγμα τοῦτον προφέρεται τοῦ Χριστοῦ μυστηρίου, καὶ αὐτὸν μυστήριον ὀνομάζων;

" χαλαμβάνομαι τοῦτό, φησιν, ἐγώ.

33 Πλὴν καὶ ὑμεῖς οἱ καθ' ἕνα ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα οὕτως ἀγαπάτω ὡς ἑαυτόν.] Πλήν, φησιν, εἰ καὶ ἀλληγορικῶς ταῦτα ἐξηγούμην, ὅμως καὶ διὰ τὴν γυναῖκα εἴρηται, καὶ οὐκ ἀναιρεῖ ἡ ἀλληγορία τὸν τρόπον τὸ γράμμα φέρει τοῦ ἀνδρὸς πρὸς τὴν γυναῖκα. Ὀφείλει γὰρ * ἕκαστος τὴν γυναῖκα ἀγαπᾶν, καὶ θάλπειν, ὡς ἑαυτόν. Καὶ μή μοι λέγε, ὅτι τόδε καὶ τόδε τὸ ἐλάττωμα ἔχει ἡ γυνή· καὶ γὰρ σὺ ἐν τῇ σαρκί σου ἐλαττώματα ἔχεις, οἷον, χεῖρα κυλλήν, πόδα χωλόν, ὀφθαλμὸν διάστροφον· ἀλλ' οὐκ ἐκκόπτεις ταῦτα, πλείονος δὲ μᾶλλον ἐπιμελείας ἀξιοῖς.

* φησὶ

Ἡ δὲ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα.] Ἐπιδὴ ἀκαταστασίαν τίκτει ἡ ἰσοτιμία, διὰ τοῦτο τὸν φόβον εἰσάγει, ἵνα μία ἄρχῃ ἡ ὁ ἀνήρ. Φόβον δὲ οὐ τὸν ὑπερτεταμένον βιαίως καὶ συστολὴν " λέγει, τὸν ἐλευθέριος πρέποντα, καὶ τὸν δουλικόν. Ἐκ τοῦ πιστοῦ φόβου καὶ ἡ ἀγάπη συγκροτηθήσεται, καὶ αὐτὴ πάλιν αὐτὸν συγκροτήσει. Ἀγαπήσει μὲν γὰρ ἡ γυνὴ τὸν ἄνδρα, ὡς μέλος· φοβηθήσεται δέ, ἤτοι τιμήσει, ὡς κεφαλήν. Τί οὖν αὐ μὴ φοβῆται ἡ γυνή; σὺ ἀγάπα, τὸ σαυτοῦ ποίει· ὁμοίως καὶ ἡ γυνή, κἂν μὴ ἀγαπᾷ, ὅμως δὲ φοβείσθω. Ὅσα δὲ ὅτι τὸ μέν, πῶς δεῖ ἀγαπᾶν τὸν ἄνδρα τὴν γυναῖκα, διὰ πολλῶν ἐδείξε· τὸ δὲ τοῦ φόβου οὐκέτι πλατύνει, ὅτι τοῦτο μάλιστα βούλεται κρατεῖν, τὸ

" χ. νόμ.

τῆς

τῆς ἀγάπης. Καὶ γὰρ καὶ ἡ γαμὴ, ὡς εἴρηται, τὸ ἐκ τῆς ἀγάπης φόβον φοβεῖσθαι ὀφείλει, καὶ τὸ ποιοῦντα τρέμειν καὶ δεδιέναι, ἐξ οὗ μῖσος τικτεται μᾶλλον· ἀλλ' ὥστε μὴ ἀντιλέγειν, μηδὲ ἐπαιρήσασθαι, " μὴ τῆς προστιθεὶς ἐρᾷν. Εἰ γὰρ καὶ μία ἀρχὴ ὅτι, καὶ ἀρχὴν ἔχει καὶ αὐτὴ " ἰσότιμον τοῦτο· ἀλλὰ καὶ δευτέρα ἀρχή ἐστιν ἡ γαμὴ, καὶ πλέον ἔχει ὁ ἀνήρ.

"χωλ. "χ καὶ ἐπιτιμᾶ.

nius obtinere voluit. Etenim conjux meti dilectionis metuere maritum debet, uti dictum est, non eo qui faciat tremere ac pavere, ex quo odium potius nascitur: sed ita, ut non contradicat, non insurgat, primatum non ambiat. Etsi enim una sit caro, & principatum habeat etiam ipsa, eamque ob rationem, æqualem dignitatem: verùm secundus est dominatus mulieri, maritus autem habet aliquid amplius.

ΚΕΦ. ϛ.

ΤΑ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν ἐν Κυρίῳ.] Καθάπερ τις τῶν μὲν πλαττων, πρῶτον μὲν τὴν κεφαλὴν, εἶτα τὸν τράχηλον, εἶτα τὰ βραχίονα, εἶτα τὰ στήθη, εἶτα τοὺς πόδας τίθησιν· οὕτω καὶ Παῦλος εἶπε περὶ μὲν ἀνδρὸς τὴν πρώτην ἀρχὴν, εἶπε δὲ περὶ τὴν γυναικὸς τὴν δευτέραν ἀρχὴν· λέγει νῦν καὶ περὶ τὴν τρίτης ἀρχῆς τῶν τέκνων· τὴν μὲν γὰρ γυναικὸς ὁ ἀνὴρ μόνος ἄρχει, τῶν δὲ παίδων καὶ ἡ γυνή. Ὑπακούετε οὖν, φησὶ, τοῖς γονεῦσιν, ἀλλ' ἐν Κυρίῳ· τοῦτ' ἔστιν, ὅταν μὲν Κύριοι ἦ τὰ " πρόσταγματα· ἐπεὶ ἐὰν εἰς ἀσέβειάν σπουδὴν ὁ πατὴρ, ἢ βούλεται πορνεῦσαι τινὰ συγγενῆ, ἢ αἰσχρὰν τέχνην διδάξαι τὸν υἱὸν, οὐ Κυρίου ἐστὶ τὸ πρόσταγμα, οὐδὲ ὑπακουτέον ἐστί.

"χ ἐπαγγελία. "χ αὖτ.

Τοῦτο γάρ ἐστι δίκαιον. 2 Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα· ὅ ἐστιν ἐντολὴ πρώτη ἐν " ἐπαγγελίᾳ.] Καὶ φύσει δίκαιόν ἐστι, φησὶ, τοῦτο, καὶ ἀπὸ τοῦ νόμου πρόσταξαι. Πῶς δὲ, φησὶν, ὅτι πρώτη ἐντολή ἐστι " τοῦτο; Οὐκ ἔστι γάρ· ἀλλὰ τὸ, οὐ φονεύσεις, ἢ μοιχεύσεις. Ἀλλ' ὅρα τί προσέθηκεν, ἐν ἐπαγγελίᾳ· ἐκεῖναι γὰρ αἱ πρῶται οὐκ ἔχουσιν ἐπαγγελίας καὶ ἀνταποδόσεις· ἀναχωρήσεις γάρ εἰσι κακοῦ, οὐκ ἀγαθῶν ἐργασίαι· οὐδεὶς δὲ μισθὸς τοῦ μὴ κακοῦ ἀπεχομένου· αὕτη δὲ ἤδη ἀγαθοῦ ἐργασίαν ἔχει, πρώτη καὶ ἐπ-

CAP. VI.

Filii, obedite parentibus vestris in Domino.] Quemadmodum qui corpus fingit, primum quidem caput, deinde collum, postremò pedes formet: sic & Paulus dixit de mariti principatu primo, deinde de uxoris dominatu altero, deinceps de tertio principatu, qui est liberorum, verba facit: mulieri enim solus maritus dominatur, liberis autem & uxor. Obedite igitur, inquit, parentibus, sed *in Domino*: hoc est, quando secundum Dominum fuerint, quæ vobis mandant. Nam si pater ad impietatem te compellat, aut filiam prostituere velit, aut turpem artem docere filium, non est secundum Dominum mandatum hoc, neque obediendum est.

Hoc enim justum est. 2 Honora patrem tuum & matrem tuam: quod est mandatum primum in promissione.] A natura hoc justum est, inquit, tum & lege cautum est. Quomodo autem hoc primum mandatum dixit, cùm non sit? Illud enim potius primum est, Non occides, Non mœchaberis. At enim vide quid adjecerit, *In promissione*. Prima enim illa non habent promissiones & mercedem adjunctam: sunt enim a malis discessus quidam, non bonorum operationes; nemo autem dat mercedem ei qui à malo abstinet. Hoc autem mandatum, quoniam boni operationem habet, primum etiam promissionem acce-

pit.

pit. Admirandus autem ordo est. Cùm enim à pravis operibus legislator homines abduxisset, perducturus eos ad bonorum operationem, primùm erga parentes honorem constituit atque sancivit. Quandoquidem enim illi nobis primi post Deum benefactores sunt, quippe quia vitæ authores, non immeritò primi sunt, qui nostrorum fructuum emolumenta capiant.

παρηγάγε ἐδίξατο. Θαυμασὴ δὲ ἡ τάξις. ὅπου γὰρ ἀπήγαγε τῶν πονηρῶν πραξέων ὁ νομοθέτης τοὺς ἀνθρώπους, μέλλων εἰς τὴν τῶν ἀγαθῶν ἐργασίαν ἐμβιβάζειν, πρώτην διετάξατο τὴν εἰς τοὺς γονέας τιμήν. ὅπου γὰρ αὐτοὶ μετὰ Θεὸν πρῶτοι εὐεργέται ἡμῖν, ἅτε τῆς ζωῆς αἴτιοι, εἰκότως πρῶτοι τῶν ἡμετέρων ἀπολαύσιδι καρπῶν.

3 *Ut bene tibi sit, & sis longævus super terram.*] Expende hîc tecum, quomodo non longa dicat & multa, quoniam pueri non possint prolixum sermonem assequi. Præterea marito & conjuge juxta leges, quas ipsis priùs posuit, formatis, non est magni laboris pueros ipsis subjicere. Verùm neque de regno hîc differit, neque de rebus sublimibus: verùm quæ potissimùm anima infantilis audire desiderat, hæc ponit: ad infantes enim ei sermo est. Quid autem jucundius pueris, quàm diu vivere? quandoquidem & Judæis, tanquam infantibus, hæc lege sunt sancita, qui perfectiora audire non potuerunt.

3 Ἵνα σοὶ γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ὅτι ἐπὶ τῆς γῆς.] Ὅρα πῶς ἀ μακρὰ σὺν αὐτῷ λέγει καὶ πολλὰ, ἅτε μὴ δυναμένων τῶν παίδων μακρῷ "διαχωλυθῆσαι λόγῳ. Ἄλλως τε ἅ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ῥυθμισθέντων τοῖς νόμοις οἷς αὐτὸς φθάσας ἔθηκεν, ἀ πολλῆ καμάτου τὰ παιδία ὑποτάξαι. Ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῆς βασιλείας διαλέγεται, ἢ ὕψος τῶν ὑψηλῶν, ἀλλὰ ἃ μάλιστα ψυχὴ νηπιώδης ἀκοῦσαι" ζητεῖ, ταῦτα τίθησι· πρὸς "νηπιώδη. γὰρ νήπιος αὐτῷ ὁ λόγος. Τί γὰρ ἡδύτερον παισὶ ἅ μακροχρονῆσαι; ἐπεὶ καὶ τοῖς Ἰουδαίοις, ὡς νηπίοις, ταῦτα ἐνομοθετήθη, μὴ δυναμένοις τελειοτέρων ἀκούειν.

"χ. ὀφεῖς. "χ. παντὶ ἀκολουθῆσαι

4 *Et patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros.*] Non dixit, Diligite: hoc enim natura ab ipsis vel invitis postulat: sed, *Ne ad iram provocetis:* hoc est, non exhæredes eos faciatis, neque abdicetis eos: neque onerosos vos illis exhibeatis, ceu non sint liberi, sed mancipia, sempérque erga ipsos ægro sitis animo.

4 Καὶ οἱ πατέρες, μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν.] Οὐκ εἶπεν, ἀγαπᾶτε· τοῦτο αὐτοῖς ἡ φύσις καὶ ἀκόντας ἀπαιτεῖ· ἀλλὰ, μὴ παροργίζετε, τουτέστι, μὴ ἀποκλήρους καὶ ἀποκηρύκτους ποιεῖτε· καὶ φορτικῶς αὐτοῖς ὑπείκειτε, οὐχ ὡς ἐλευθέροις, ἀλλ' ὡς ἀνδραπόδοις, καὶ ἀεὶ πρὸς αὐτοὺς δυσχεραίνετε.

Sed educate eos in disciplina & correptione Domini.] Ad principium adeóque causam obedientiæ ascendit, monstrátque parentibus quânam ratione obedientes filios faciant. Si enim, inquit, vis obedire tuos filios, institue eos diuinis sermonibus: neque dicas, monachorum tantummodo esse legere scripturas: cujuslibet enim Christiani est, maximè eorum qui in mundo versantur, quanto majore ipsi auxilio indigent, ceu in tempestate agentes. Proinde pro te est quòd audiant liberi

Αλλ' ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου.] Ἐπὶ τὸν ἀρχὴν καὶ αἰτίαν τῆς ὑποταγῆς "ἀνάγει, καὶ δείκνυσι "κ. ἀπλῶς. τοῖς πατράσι πῶς πειθωνίους ποιήσουσι τοὺς παῖδας. Ἐὰν γὰρ θέλῃς, φησὶν, ὑπακούειν σε τοὺς παῖδας, ἔκτρεφε αὐτοὺς τοῖς θείοις λόγοις· καὶ μὴ εἴπῃς ὅτι μοναζόντων ἐστὶ τὸ ἀναγινώσκειν τὰς * γραφάς· * Alias πᾶσι γὰρ Χριστιανοῦ τοῦτο ἐστι, καὶ μάλιστα τῶν κοσμικῶν, ὅσῳ καὶ πλείονος βοηθείας δέονται, ὡς ἐν ζάλῃ ὄντες. Ὥστε ὑπὲρ σοῦ ἐγὼ τὸ ἀκούειν αὐτοὺς τῆς γραφῆς· μα-

μα-

μαθήσονται γὰρ ἐκεῖθεν, Τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου. Εἶτα, Ἑλληνικοῖς μὲν λόγοις συνθηματέφεις τὸν παῖδα, ἐξ ὧν πονηρὰ καὶ χείρονα διδάσκεται· τοῖς δὲ τοῦ Θεοῦ, οὐκέτι;

5 Οἱ δοῦλοι, ὑπακούετε τοῖς κατὰ σάρκα κυρίοις.] Ἐπειδὴ καὶ ἡ τῶν οἰκετῶν ἀρετὴ εἰς σύστασιν τῆς οἰκίας συντελεῖ, οὐδὲ τούτου τοῦ μέρους ἀμελεῖ· ἀλλ' ἔρχεται καὶ ὅπου τοῦτο ἔσχατον, ὅπου καὶ ἔσχατόν ἐστι τῶν ἀξιώματι. Οὐκέτι δὲ τούτοις ὡς παιδίοις νηπίοις διαλέγεται, ἀλλ' ὡς τελείοις, καὶ πρὸ σαρκὸς ὄντας δείκνυσι. Κατὰ σάρκα δὲ κυρίοις, τοῖς προσκαίροις φησίν. οὕτοι γὰρ προσμυθεῖται αὐτοῖς, προσκαίρου δείξας τὴν δουλείαν, καὶ τῇ σαρκὶ συγκαταλυομένην. οἰκονομίαν

Μετὰ φόβου καὶ τρόμου, ἐν ἁπλότητι τῆς καρδίας ὑμῶν, ὡς τῷ Χριστῷ.] Ἐπὶ μὲν τῆς γυναικὸς ἁπλῶς εἶπεν, ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα· ἐνταῦθα δὲ μετ' ὑπερβολῆς. Ὁ γὰρ τρόμος, ὑπέρτασις φόβου. Ἡ μὲν γὰρ γυνὴ, ὁμότιμος τῷ ἀνδρὶ καὶ ἐλευθέρα· οἱ δὲ δοῦλοι, οὐ τῆς αὐτῆς τιμῆς. Εἰ γὰρ καὶ ἀδελφοὶ τοῦ Χριστοῦ εἰσιν, ἀλλ' ὅμως καὶ τοῖς ἐλευθέροις ἀλλήλοις ὑποτάττεσθαι κελεύει, καὶ τὴν γυναῖκα τῷ ἀνδρὶ, πολλῷ μᾶλλον τοὺς δούλους τοῖς κυρίοις. οὐδὲ γὰρ δυσγένεια τὸ πρᾶγμά ἐστιν, ἀλλὰ μᾶλλον προτέρα εὐγένεια, τὸ εἰδέναι μετριάζειν καὶ * ἔχειν τὸν πλησίον. Ἐπεὶ δὲ πολλοὶ φοβοῦνται μὲν τοὺς δεσπότας, οὐκ ἐξ εὐνοίας δὲ, ἀλλ' ὅταν λάθωσιν ὀπισθοβουλοῦσιν αὐτοῖς καὶ κακουργοῦσι, διὰ τοῦτο προσέθηκεν, ἐν ἁπλότητι καρδίας, αἰνιττόμενος τὴν κακουργίαν. * ἢ

6 Μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν, ὡς ἀνθρωπάρεσκοι.] Τουτέστι, μὴ μόνον παρόντων τῶν δεσποτῶν καὶ ὁρώντων, ἀλλὰ καὶ ἀπόντων, ὥσπως αὐτοῖς δουλεύετε.

Ἀλλ' ὡς δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ.] Ὁ ἀνθρωπάρεσκος οὐ δοῦλος τοῦ Χριστοῦ, ὥσπερ καὶ ἀλλαχοῦ λέγει· Εἰ ἀνθρώποις ἤρεσκον, Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἦμην.

scripturam: discent enim illinc, Honora patrem tuum & matrem tuam. Itane gentilibus sermonibus educas filium tuum, ex quibus pessima quæq; docentur, divinis autem sermonibus non item?

5 *Servi, obedite dominis carnalibus.*] Quia & servorum virtus ad familiæ constitutionem pertinet, eámque perficit, ne hanc quidem partem negligit: sed ad hanc postremò venit, quandoquidem & dignitate postrema sit. Non porrò autem hisce tanquam parvulis & infantibus differit, sed tanquam adultis & consummatæ ætatis, perinde ac in procursu demonstrabimus. Dominos carnales, dominos temporarios vocat. Statim enim eos consolatur, temporariam istam servitutem esse ostendens, & quæ cum carne simul dissolvatur.

Cum timore ac tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo.] De muliere verba faciens, simpliciter dixit, ut maritum metuat: hîc verò cum exaggeratione. Tremor enim est timoris intensio. Uxor enim marito par est, ejusdémque cum eo honoris, & libera est: servi autem non sunt ejusdem honoris. Quamvis enim fratres secundũ Christum sunt; quum tamen liberos alterũ alteri obedire præcipit, adeóq; uxorem marito, multo magis servos dominis parêre vult. Neq; enim hæc res generis obscuritas est, sed prima potiùs nobilitas, novisse se moderatè gerere, atq; cedere proximo. Quia verò non pauci dominos suos metuunt, non ex benevolentia tamen, sed quando latêre queant, insidias eis struunt, & fraudulenter cum eis agunt; ideo, *In simplicitate cordis*, apponit, fraudulentiam tollens.

6 *Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes.*] Hoc est, non tantùm præsentibus dominis & videntibus, sed absentibus quoque eodem modo servite.

Sed ut servi Christi.] Qui itaque hominibus placet, non est servus Christi, ut & in alio loco dicit: *Si hominibus placerem, Christi servus non essem.* Gal. 1. 10.

Facientes

Facientes voluntatem Dei ex animo cum bona voluntate.] Quia poteſt aliquis in ſimplicitate cordis & citra dolum ſervire, nec tamen omnibus viribus, ſed certum tantummodo & definitum opus perſequi & perficere: hanc ob rem apponit jam, *Ex animo*, hoc eſt, totis viribus & animi promptitudine: imò cum benevolentia etiam, hoc eſt, ultrò & ſponte, non vi. Hoc modò ſervitutis ignobilitas tollitur, ſi voluntariò bonum faciant ſervi, non expectantes neceſſitatem & flagra. *Voluntatem* autem *Dei* vel obedientiam vocat (vult enim bonam rerum conſtitutionem & ordinem Deus) vel, in illis obedite dominis veſtris, in quibus Deus vos morem vult gerere. Fortaſſe enim, ut & de liberis dictum eſt, ad turpia quædam compellant domini, vel ad impietatem, quæ non ſunt divinæ voluntatis.

7 *Servientes Domino, & non hominibus.*] Ipſe enim recipit eam, quam dominis exhibent gratitudinem, quippe qui bonum in rebus ordinem lege ſanxerit. Et qui hiſce non inſervit ut par eſt, divinæ legi reſiſtit.

8 *Scientes quòd unuſquiſque, quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, ſive ſervus, ſive liber.*] Quia veriſimile erat, multos dominos gentiles & infideles nihil boni impertituros ſervis qui fideliter inſervirent, Etiamſi, inquit, à Domino ſecundùm carnem nullam compenſationem feras, ab univerſorum tamen Domino expecta. Hìc autem oſtendit quòd velut perfectioribus eis loquatur, & non veluti pueris. Illis enim diu in terris vitam duraturam proponebat, hos autem ad futuram vitam remiſit.

9 *Et vos domini eadem facite illis.*] Eadem? qualia? ut cum benevolentia ſerviatis, & non tanquam hominibus placentes, ſed cum timore ac tremore, erga Deum videlicet. Etſi enim verbatim non dixerit, attamen iſta vult. Servit enim dominus ſervo, curam ejus gerens, omniáque

Ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐκ ψυχῆς μετ' " εὐνοίας.] Ἐπειδὴ ἔστι μὲν " γ. εὐνοίας.
ἐν ἁπλότητι καρδίας καὶ ἀδόλως δουλεύειν, μὴ μέντοι γε τῇ πάσῃ δυνάμει,
ἀλλὰ μόνον τὸ ἀφωρισμένον ποιῆσαι ἔργον, διὰ τοῦτο παρεσίδησι νεῦ, ἐκ ψυχῆς, τουτέστιν, " ἐκ πάσης τῆς δυνάμε- " γ. ψυ.
ως καὶ παρθυμίας· ἀλλὰ καὶ μετ' εὐνοίας, τουτέστι, μετὰ πάσης ἀποδοχῆς, καὶ
αὐθαιρέτως, μὴ ἀπὸ βίας. Οὕτω καὶ
ἡ δυσχέρεια τῆς δουλείας περιαιρεῖται, ἐὰν
ἐχόντες τὸ καλὸν ποιῶσιν οἱ δοῦλοι, καὶ μὴ
παρεμβάσεσιν αὐτάρκεια καὶ μάστιγας. Θέ-
λημα δὲ Θεοῦ, ἢ τὸ εὐσταθίαν· τοῦτο
γὰρ θέλει ὁ Θεὸς, τὴν εὐταξίαν· ἢ ὅτι εἰς
ἄκρα ἐκτραπέσθαι οἱ δοῦλοι τοῖς " κυ- " γ. δεσπό-
ρίοις εἰς ἃ θέλει ὁ Θεός. τυχὸν γὰρ, ὅταν τας.
καὶ ὅτι τῶν τέκνων εἴρηκε), εἰς αἰσχρά τινα
στενωθοῦσιν οἱ δεσπόται, ἢ εἰς ἀσέβειάν,
ἅπερ οὐκ εἰσὶ τοῦ θείου θελήματος.

7 Δουλεύοντες * τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐκ * ὡς.
ἀνθρώποις.] Αὐτὸς γὰρ ἀναδέχεται
τὴν παρὰ τοῖς δεσπόταις εὐγνωμοσύνην, " ὡς καὶ τὴν εὐταξίαν νομοθετήσας· καὶ ὁ " γ. ὁ.
μὴ τούτοις ὡς χρὴ δουλεύων, τῷ θείῳ νό-
μῳ ἀντίκειται.

8 Εἰδότες ὅτι ἐάν τι ἕκαστος ποιήσῃ
ἀγαθὸν, τοῦτο κομίεται παρὰ τοῦ Κυρίου,
εἴτε δοῦλος, εἴτε ἐλεύθερος.] Ἐπειδὴ
εἰκὸς ἦν πολλοὺς δεσπότας Ἕλληνας ὄντας
καὶ ἀπίστους, μηδὲν ἀγαθὸν ποιεῖν τοῖς κα-
λῶς δουλεύουσιν εἰκέναι, φησὶν ὅτι κἂν
μὴ παρὰ τοῦ " κατὰ σάρκα δεσπότου λα- " γ. σαρκι-
βεῖν τὰς ἀμοιβὰς, παρὰ τοῦ παντῶν δε- κα.
σπότου ἐκδέχου. Ἐπειδὴ δὲ ἔδειξεν ὅτι
ὡς τελειοτέροις αὐτοῖς διαλέγεται, καὶ οὐχ
ὡς παισίν. ἐκείνους μὲν γὰρ τὴν ὀλί-
γης μακροζωίαν παρέτεινε, τούτοις δὲ
παρὰ τὸ μέλλον προέπεμψε.

9 Καὶ οἱ κύριοι τὰ αὐτὰ ποιεῖτε πρὸς
αὐτούς.] Τὰ αὐτά; ποῖα; μετ' εὐνοίας
δουλεύετε, ἢ μὴ ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, ἀλλὰ
μετὰ φόβου καὶ τρόμου, τοῦ παρὰ Θεοῦ δη-
λονότι. Κἂν γὰρ ἀσυντελεξῇ οὐκ εἶπεν, ὅμως
τοῦτο βούλεται). Δουλοῖ γὰρ καὶ ὁ δεσπότης
τῷ δούλῳ, μεριμνῶν ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ πάντα
τὰ

"χ. πείζον. τὰ χρειώδη" παρέχων, καὶ ἁπλῶς, ἀνεχόμενος αὐτοῦ, καὶ συγκαταβαίνων αὐτῷ, καὶ ὃ φησι Σολομὼν, συμπεριφερόμενος. Ἀκουε γὰρ καὶ τῶν ἑξῆς.

Ἀνιέντες τὴν ἀπειλήν.] Οὐκ εἶπεν, ἀνιέντες τὴν μάστιγα, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν ἀπειλήν. πολλῷ γοῦν μᾶλλον τὴν τιμωρίαν· τουτέστι, μηδὲν ἐν ταῖς ἀπειλαῖς βαρὺ φαίνεσθε.

Εἰδότες ὅτι καὶ ὑμῶν αὐτῶν ὁ Κύριός ἐστιν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.] Ὅρα πῶς φοβεῖ· ᾧ μέτρῳ γὰρ, φησι, μετρεῖς, ἀντιμετρηθήσεταί σοι· μὴ ἀκούσῃς καὶ σύ· Γοργὲ δοῦλε, πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἀφῆκά σοι, οὐκ ἔδει καί σε ἐλεῆσαι τὸν συνδοῦλόν σου;

Καὶ προσωπολημψία οὐκ ἔστι παρ' αὐτῷ.] Μὴ νομίσῃς, φησὶν, ὅτι ἐὰν ἀπιὼν ἔσῃ παρὰ δούλῳ, οὐκ ἐξεταθήσῃ περὶ τοῦ Θεοῦ δόξῃ ὃ τοῦ προσώπου ὕστερες. Ταῦτα γὰρ τῶν ἔξω νόμων "χ. δίκαν. διαφορὰς εἰδότων δικαίας ἢ "δουλείας· αἱ δεσποτῶν γάρ εἰσι νόμοι· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς δοῦλος εἶ τοῦ αὐτοῦ κυρίου, καὶ εἰς ὁμόδουλον αὐχηρύνων· ἐπεὶ οὐδὲ ἐξ ἀρχῆς δουλείαν ἐπέτηδεν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἡ πλεονεξία, ὡς ὅτι τῶν αἰχμαλώτων· ἢ ἡ πρὸς τοὺς πατέρας ὕβρις, ὡς ὅτι τοῦ Χαναάν. πλὴν εἰ καὶ μὴ τοῦ Θεοῦ γέγονεν, ὅμως τὴν ὑποταγὴν Θεὸς νομοθετεῖ, δόξῃ τῆς εὐταξίας, καὶ ἵνα μὴ αἱμάτων ὁ βίος γέμῃ.

10 Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί μου, ἐνδυναμοῦσθε ἐν Κυρίῳ, καὶ ἐν τῷ κράτει τοῦ ἰσχύος αὐτοῦ.] Στρατόπεδόν ἐστιν ἡ οἰκία ἑκάστου· διατάξας οὖν τὰς ἀρχὰς πάσας, ὥστε ὅτι τὸν πόλεμον ἄξει. Καὶ γὰρ ὅταν μὴ τὴν οἰκείαν τάξιν ὑπερβαίνωσιν ἕκαστοι, τότε καὶ τὰ τοῦ πολέμου εὖ κείσεται. Ἐπεὶ δὲ πολλὰ ἐπέταξε δοκοῦντα δυσκατόρθωτα, μὴ δείσητε, φησὶν, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ Κυρίου δυνάμει θαρρεῖτε. ᾧ γὰρ ἔστιν ἰσχὺς ἁπλῶς αὐτῷ, ἀλλὰ κράτος ἰσχύος, τουτέστιν, ἄφατον ἔχει τὴν ἰσχὺν, καὶ πάντων κρατοῦσαν.

ei neceſſaria præbens, ac ſimpliciter, eum ſuſtinens, eique condonans, & quod ait Solomon, cum eo ſimul ſeſe circumagens. Audi enim quæ ſequuntur.

Remittentes minas.] Non dixit, remittentes flagrum, ſed etiam ipſas minas. Multo magis itaque ſupplicium : hoc eſt, neque in ipſis minis graves & oneroſi videamini.

Scientes quòd & veſtrî ipſorum Dominus eſt in cœlis.] Animadverte quomodo perterrefaciat. *Quâ menſurâ* enim, inquit, *metieris, remenſurabitur tibi :* Ne audias & tu ; *Serve nequam, omne debitum remiſi tibi, nonne oportebat & te miſereri conſervi tui?* Mat. 7. 2. Mat. 18. 32.

Et perſonarum acceptio non eſt apud eum.] Ne exiſtimes, inquit, ſi immitis ſis ſervo tuo, Dominum iſtuc abs te non inquiſiturum ob perſonæ contemptibilitatem. Hæc enim exteriorum legum ſunt, quæ noviſſe ſolent diſcrimen inter ingenuitatem & ſervitutem : hominum enim leges ſunt. Hîc autem ſic non fit ; verùm & tu ipſe ſervus es ejuſdem domini, licèt in conſervum auſterus ſis. Nam à principio Deus ſervilem conditionem iſtam non creavit, ſed avaritia, ut in captivis : & injuria, quâ patres & majores affecerunt, ut in Canaan contigit. Etiamſi autem à Deo non ſit condita, ſubjectionem tamen Deus ſancit, ob felicem politiam, & ne vita humana ſanguine repleatur.

10 *Quod ſupereſt, fratres mei, confortamini in Domino, & in potentia roboris ejus.*] Cujuſlibet domus eſt exercitus : omnibus itaque poteſtatibus ordinatis, ſic in bellum eas educit. Nam quum proprium ordinem nemo tranſgrediatur, tunc res bellica bene habebit. Quia verò pleraque imperaverat quæ viſa ſunt difficilia tranſactu, Ne metuite, inquit, ſed in Domini potentia confidite. Non enim ſimpliciter ei robur eſt, ſed potentia roboris : hoc eſt, ineffabilem habet fortitudinem & quæ in omnes dominetur.

11 *Induite armaturam Dei, ut possitis vos stare adversùs insidias diaboli.*] Quæ sit armatura, paulò pòst docebit. Animadverte autem quomodo non dixerit, pugnas aut bella, sed insidias: insidiæ enim sunt decipere, ac per fraudem capere. Non enim manifesta proponit hostis peccata: exempli gratiâ: Ad Idololatriam apertè non hortatur, sed aliâ quâdam ratione aggreditur, insidias struens, hoc est, verisimilia verba faciens, velamentóque utens. Proinde, cùm ostendit adversarium esse potentem, horrendum, & varium, excitat eos, ac vigilantes facit.

12 *Quoniam non est nobis colluctatio adversùs sanguinem & carnem.*] Et hoc, non ut perterrefaciat, verùm ut attentiores reddat, dicit. Nam qui hostis vires & potentiam narrat, suos facit magis cautos. Non adversùm vulgares, inquit, hostes nobis lucta est, neque adversùm homines iisdem nobiscum affectibus imbutos, ejusdemque nobiscum potentiæ:

Sed adversùm principatus, adversùs potestates,] Perinde ac Deus principatus habet ac potestates, hunc ad modum arrogans tyrannus hujusmodi ordines fecit.

Adversùs mundi rectores,] Non quòd in mundum seu creaturam dominentur, ejúsve domini sint: sed scriptura mundum vocat ipsa prava opera, & qui ea perpetrant, quemadmodum & illud: *Vos non* Ioh. 15. 19. *estis ex mundo*, hoc est, ex iis qui prava operantur. In hos igitur voluntariò in ipsorum servitutem redactos imperium exercent dæmones.

Tenebrarum seculi hujus:] Tenebras, nequitiam dicit, quæ in hoc seculo videtur & consistit; ulteriùs autem non pergit.

Adversùs spiritualia nequitiæ.] Hos ipsos dæmones vocat. Quum enim & Angeli sint Spiritus, apposuit, *nequitiæ*: siquidem illi cùm bonitatis, tum luminis sunt

11 Ενδύσασθε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου. Τίς ἐστιν ἡ πανοπλία, μεῖζον διδάξῃ. Ὅρα δὲ πῶς οὐκ εἶπε μάχας, ἢ πολέμους, ἀλλὰ μεθοδείας. μεθοδεία γάρ ἐστι τὸ ἀπατῆσαι καὶ δόλῳ μηχανῆς ἑλεῖν. Οὐ γὰρ φανερὰ προτίθησιν ὁ ἐχθρὸς τὰ ἁμαρτήματα· οἷς, εἰδωλολατρεῖν φανερῶς οὐ πρόσεισιν, ἀλλ' ἑτέρως αὖθις καταστρατεύει μεθοδεύων, τρόποις, πιθανὸν τὸν λόγον ποιῶν, καὶ ὑποκρύμματι χρώμενος. Διὰ δὲ τοῦ δεῖξαι τὸν ἀντίπαλον δεινὸν ὄντα καὶ ποικίλον, διεγείρει αὐτοὺς καὶ νήφειν παρασκευάζει. *μεθοδείας.*

12 Ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα. Καὶ τοῦτο οὐκ ἀκροβῶν λέγει, ἀλλὰ προσεκτικωτέρους ποιῶν. ὁ γὰρ τοῦ ἐχθροῦ τὸ δυνάμιν ἀφηγούμενος, ἀσφαλεστέρους ποιεῖ τοὺς οἰκείους. Οὐ πρὸς τοὺς τυχόντας ἔχομεν, φησιν, οὐδὲ πρὸς ἀνθρώπους ὁμοιοπαθεῖς ἡμῖν καὶ ἰσοδυνάμους·

Ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχάς, πρὸς τὰς ἐξουσίας,] Ὥσπερ ὁ Θεὸς ἀρχὰς ἔχει καὶ ἐξουσίας, οὕτω καὶ ὁ διάβολος τύραννος τοιαῦτα ἐποιήσατο τάγματα.

Πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας] Οὐχὶ τοὺς τοῦ κόσμου, ἤγουν τῆς κτίσεως κρατοῦντας· ἀνὴρ οἶδε κόσμον ἡ γραφὴ τὰς πονηρὰς πράξεις λέγειν, καὶ τοὺς τούτας μελιόντας, ὡς τό· Ὑμεῖς οὐκ ἐστὲ ἐκ τοῦ κόσμου, τουτέστιν, ἐκ τῶν τὰ πονηρὰ μετιόντων. Τούτων οὖν κρατοῦσιν οἱ δαίμονες ἀθαιρέτως ὑποδουλωθέντων αὐτοῖς. *ἀθαιρέτως ὑποδουλωθέντων*

Τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου·] Σκότος τὴν πονηρίαν φησὶν, ἥτις ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ φαίνεται καὶ στερίσκεται, τῆς ἀρετῆς ἢ ὑπάρξεως.

Πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας.] Τούτοις αὐτοὺς τοὺς δαίμονας φησιν. ὅτι γὰρ εἰσὶ καὶ ἄγγελοι πνεύματα, προσέθηκε, τῆς πονηρίας· σκότος γὰρ ἀλα-

θῶτες

ῥότητος καὶ φωτὸς πνεύματα. Εἰπὼν γάρ, ὅτι ἡ πολεμοῦμεν πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀντιδιαστέλλει, καὶ φησιν, ὅτι ἀνταὶ πρὸς κούφους " καὶ ἀνίκητους καὶ δυσαλώτους μαχόμεθα.

" χ. εὐκινήτους.

Ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.] Διὰ τούτου πάλιν διεγείρει τὸν ἀκροατήν· περὶ μεγάλων γάρ, φησιν, ὁ κίνδυνος, ἃ περὶ ὀπτικείων καὶ φθαρτῶν, ἀλλὰ τῶν ἐπουρανίων. Ὃ γάρ, ἐν, αὐτὶ τοῦ, ὑπέρ, ὅστι, καὶ τοῦ, ἀντί· ὡσὶ ἔλεγε, διὰ τὰ ἐπουράνια πολεμοῦμεν, καὶ διὰ τοῦτο νήφειν χρή.

13 Διὰ τοῦτο ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ.] Τουτέστιν, ἐν τῷ παρόντι " αἰῶνι· τοῦτον γὰρ ἡμέραν πονηρὰν φησιν, ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῷ γινομένων κακῶν. πῶς δὲ μικρύνεται ἢ καὶ ἀπὸ τοῦ δεῖξαι βραχὺν ὄντα τὸν τοῦ πολέμου καιρόν. διὰ γὰρ τοῦ ἡμέραν εἰπεῖν, ὃ βραχὺ ἐδήλωσε.

" χ. καιρῷ.

Καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι.] Ἅπαντα τὰ πάθη, καὶ ταῖς ἀτόποις ἐπιθυμίας κατεργασάμενοι, τουτέστι, καταπολεμήσαντες, καθελόντες. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ μετὰ τὸ νικῆσαι ἔπεσον, φησὶ, στῆναι· δεῖ γὰρ μετὰ τὴν νίκην στάσεως, ἵνα μὴ ὁ νικηθεὶς πάλιν ἀναμαχήσηται. Εἰ γὰρ ῥαθυμήσομεν, ἀναζήσει πάντως ὁ " νεκρωθεὶς ἐχθρός. Ὅρα δὲ ὅτι δυνατὸν τὸ κατεργάσασθαι καὶ στῆναι, καὶ οὐκ ὀφείλομεν λοιπὸν ῥαθυμεῖν, προφασιζόμενοι ὅτι δυνατοὶ οἱ ἐχθροί. Καὶ γὰρ ἐνεδυναμώθημεν, καὶ τοιαύτην τέχνην " ἐδιδάχθημεν, ὥστε καὶ τοὺς δαίμονας δυνασθαι παλαίειν· μᾶλλον δὲ οὐδὲ παλαίειν, ἀλλ' ὥστε τὸν εἰ) φοβεῖσθαι τοὺς δαίμονας, διὰ τὴν τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν δύναμιν, ὥστε μηδὲ πάλης δεῖσθαι, ἀλλὰ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων. Ταῦτα δὲ λέγει Παῦλος, ὅτι πολλοὶ ἵστασαν οἱ αὐτικείμενοι αὐτοῖς, διδάσκων ὅτι οἱ δαίμονες " ἡμῖν πολεμοῦσι διὰ μέσων αὐτῶν· ὥστε μὴ τοῖς ἀνθρώποις ὀργί-

" χ. νικηθείς.

" χ. ἐνεδυναμώθημεν.

" χ. εἰσὶν οἱ ἀντικείμενοι αὐτοῖς καὶ πολεμοῦσι αὐτοῖς διὰ μ. α.

spiritus. Quia verò nos bellum non gerere affirmavit adversùs sanguinem & carnem, è contrario adjicit, sed adversùs leves, invincibiles, & eos qui difficilimè capiuntur, pugnamus.

In cœlestibus.] Per hoc rursus auditorem excitat. De magnis, inquit, periculum est: non enim de terrestribus & corruptibilibus, sed de cœlestibus res agitur. Præpositio enim (*in*) est pro, super, vel propter: ut sit sententia; propter cœlestia belligeramus, ideóque vigilare oportet.

13 *Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo.*] Hoc est, in præsenti sæculo: hoc enim diem malum appellat, à malis nimirum quæ in ipso fiunt. Consolatur autem per hoc, quòd ostendat breve admodum esse belli tempus: quum enim diem dixit, brevitatem indicavit.

Et omnibus confectis stare.] Omnibus nimirum affectibus & pravis cupiditatibus confectis, id est, debellatis, ablatis. Quandoquidem verò plerique post victoriam ceciderunt, *stare*, addidit. Opus est enim post victoriam etiam consistentiâ, ne victus rursus ad oppugnandum insurgat. Si enim ad torporem lapsi fuerimus, reviviscet occisus hostis. Observa autem quòd possibile est ut vincamus atque consistamus, & non debemus in posterum esse desides, prætexentes fortiores esse hostes, quàm quibus resistere queamus. Etenim confortati sumus, ac docti sumus talem artem, ut & adversùs dæmones luctari queamus: imò non solùm luctari, verùmetiam tanto terrori esse dæmonibus, propter ejus qui in nobis habitat virtutem, ut ne luctâ quidem opus sit, sed supra serpentes & scorpios gradiamur, eósque conculcemus. Hæc autem dicit Paulus, eò quòd multi essent opponentes sese illis; docens quòd dæmones nobiscum illorum interventu dimicent. Itaque hominibus ne irasci-

mini, ſed dæmonibus auſteritatem veſtram exhibete.

14 *State ergo circumcincti lumbos veſtros in veritate.*] In rebus bellicis primum eſt noviſſe bene ſtare. Propterea Paulus ſtationis primùm meminit, & ad eam adhortatur, ſtationem exigens probè ordinatam, militibúſque convenientem, & erectam. Qui enim revera ſtat, erectus ſtat, non innitens cuipiam; quemadmodum is qui non ſtat, neque rectus eſt: ut laſcivus, & pecuniarum amator, & qui in deliciis verſatur, non ſtat rectus, ſed inflexus eſt. Edoctâ ſtatione, cingit deinde militem ſpiritualiter omnino, ac circumcingit diffluentem & ſolutum in concupiſcentiis, per cingulum cohibens. Lumbos autem hîc dicit animæ fortitudinem & potentiam ad omnia ferendum. Quemadmodum enim carina eſt in navibus, ita in animali lumbus, veluti nimirum fundamentum quoddam: unde & ſæpenumero defeſſi, manibus ſuper lumbis impoſitis, nos ipſos bajulamus. Hunc ad modum ſpiritualis lumbus habet, quem in veritate circumcingere præcipit, quæ cùm in dogmatibus, tum in vita renideat. Nemo enim hæreticorum cingitur in veritate, ſed infrà in terram repunt, nihil altum intelligere valentes, ſed humanis cogitationibus & humi repentibus divina explorantes. Præterea qui in vitæ ſuæ moribus nutant, mundique impoſturæ adhibent animum, ne iſti quidem cinguntur in veritate, ſed infrà demiſſi mendaciis inhiant. At verò nos hoc pacto non oportet agere, cæterùm omnia tranſigere in veritate: atque ſi doctrina fuerit, in ea verum inquirere: ac ſi vita, ſimiliter. Inſuper omnis fuci dolique oportet nos expertes eſſe, neque invicem inter nos mentiri. Quòd ſi hanc ad rationem ſuccincti fuerimus, tum currere poterimus. Per cincturam denique iſtam oſtendit nos ſemper armatos eſſe debere, perinde ac David inquit: *Sicut zona quâ ſemper circumcingitur.* Semper enim ad-

ζεαθε, ἀλλὰ πρὸς τοὺς δαίμονας αὐστηρύεαθε.

14 Στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ.] Ἐν τοῖς τακτικοῖς πρῶτόν ἐστι τὸ εἰδέναι ἑστάναι καλῶς· διὰ τοῦτο Παῦλος πρῶτον τῆς στάσεως μνημονεύει * πρῶτον, φησὶν, ἁπαντῶν ὕπτιον, καὶ γραπώταις περίπουσθαι, καὶ ὀρθόν. ὁ γὰρ τῷ ὄντι ἑστὼς, ὀρθὸς ἔσηκεν, " οὐκ ὑπτιαζόμενός τινι, ὡς ὁ γε μὴ ἑστὼς, οὐδὲ ὀρθός ἐστιν· οἷος ὁ λάγνος, ὁ φιλοχρήματος, ὁ πευφῶν ὐχ ἵσταται ὀρθὸς, ἀλλὰ κέκλικε. Μετὰ δὲ τὸν στάσιν, ζώννυσι τὸν γραπώτην νοητῶς " πρώτως, καὶ περισφίγγει " τὸν διαῤῥέοντα, καὶ διαχαλασμὸν τῆς ὑπιθυμίας, ἀναστέλλων διὰ τῆς ζώνης. Ὀσφὺν δὲ ἐνταῦθά φησι τὴν τῆς ψυχῆς ὄντονον καὶ τὸ πρὸς ἅπαντα δυνάμιν. Ὡς γὰρ ἡ τρόπις ὑπὸ τὴν ναῦν, ὕτω καὶ ὑπὸ τὸ ζῷον ἡ ὀσφὺς, οἷόν τις θεμέλιος. ὅθεν καὶ πολλάκις καμόντες, ταῖς χερσὶν ἐπ' αὐτὴν θέντες ἅπανταζόμεθα ἑαυτούς. ὕτω καὶ ἡ νοητὴ ὀσφὺς ἔχει, ἣν κελεύει ζωννύειν ἐν ἀληθείᾳ, τῇ τε κατὰ δόγματα, καὶ τῇ κατὰ τὸν βίον. Οὐδεὶς γὰρ τῶν αἱρετικῶν ζώννυται ἐν ἀληθείᾳ, ἀλλὰ κάτω σύρονται περὶ τὴν γῆν, τρόπιν ὑψηλὸν νοῆσαι δυνάμενοι, ἀλλ' ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς καὶ κάτω συρομένοις τὰ θεῖα ἐξεπάζοντες. Ἀλλὰ καὶ οἱ κατὰ τὸν βίον σφηνόμενοι, καὶ τῇ ἀπάτῃ τοῦ κόσμου προσέχοντες, οὐδὲ ὅτι ζώννυνται ἐν ἀληθείᾳ, ἀνὰ κάτω κεχαλασμένοι τοῖς ψεύδεσι προσκεχήνασιν. Ἀλλ' ὐχ ἡμᾶς ὕτω δεῖ ἔχειν, ἀνὰ πτέρνα μετέωρα ἐν ἀληθείᾳ· κἂν δόγμα εἴη, τὸ ἀληθὲς ζητεῖν, κἂν βίος, ὁμοίως. Ἀλλὰ καὶ αὐτοσχεδίως ἔχειν καὶ ἀδόλως, καὶ μὴ ψεύδεσθαι πρὸς ἀλήλους. Εἰ ὕτως ὡμῶν ἐζωσμένοι, διωκόμεθα καὶ πτέχνην. Διὰ τοῦτο ἐζώσθω, ὃ " αἰεὶ δεῖν ἡμᾶς ὡπλίσθαι δηλοῖ, ὡς καὶ ὁ Δαβὶδ λέγει, " Ὡσεὶ ζώνη ἰσχύος διαπαντὸς περι-

" χ. ἀλλ' ὅλ.

" χ. τὸν

" χ. τὸ διάῤῥεον.

" χ. ἀκρατῶς ἡμῶν διακεῖ.

" χ. ὡς ἀ. περι-

περιζώννυ). ἀεὶ γὰρ πολεμώμεθα. Ὁ δὲ Θεολόγος Γρηγόριος ὀσφὺν ἡμῶν νοεῖ τὸ ἐπιθυμητικὸν· ἐν γὰρ τῇ ὀσφύϊ οἱ νεφροὶ, εἰ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ σύμβολον παρὰ τῇ γραφῇ· ἀλήθεια δὲ, τὸ θεωρητικόν. Φησὶν οὖν ὅτι περιζωννύει Παῦλος πᾶσαν τὴν ἐπιθυμίαν ἡμῶν περιστρίγξαι τῇ θεωρίᾳ καὶ κατεμφορῆσαι τοῦ Θεοῦ. Ὁ γὰρ Θεὸν θεωρῶν, καὶ ἐνδιάθετος τούτῳ ὡς ὄντως ἐραστῷ, οὐκ ἂν ἐάσαι τινὰ ἐπιθυμίαν αὐτοῦ κάτω χαλασθῆναι, καὶ συρῆναι περὶ τὰ γήϊνα.

Καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης.] Δικαιοσύνῃ ἐνταῦθα τὸν καθόλου ἐνάρετον βίον φησὶν, ὡς ἂν εἰ λέγων, ἐνοπλισάμενοι τὰ δίκαια πράγματα. ὡς γὰρ ὁ θώραξ ἄτρωτον τηρεῖ τὸν ἄνθρωπον, οὕτω καὶ ὁ δίκαιον τὸν τοῦτο ἐνοπλισάμενον.

15 Καὶ ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης.] Καλῶς κνημίδας ἡμῖν περιτέθεικεν. ἢ τοῦτο λοιπὸν φησιν, ὅτι δεῖ ἑτοίμους εἶναι πρὸς τὸ εὐαγγελίζεσθαι καὶ κηρύττειν. Ὡραῖοι γάρ, φησιν, οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην. ἢ ὅτι δεῖ ἡμᾶς ἑτοίμους εἶναι πρὸς τὴν ἔξοδον, καὶ τὸ εὐαγγέλιον βιοῦντας. οἱ μὲν γὰρ πόδες τοῦ βίου σύμβολον. δεῖ καὶ λέγειν, πῶς ἀκριβῶς περιπατεῖτε. Ἑτοιμασία ἐστὶ τοῦ εὐαγγελίου, πρᾶξεις ἀγαθαὶ, αἷς πρόσεστι καὶ ὁ Κύριος, καὶ τὸ Εἰρηνικόν· Τὴν ἑτοιμασίαν τῶν καρδιῶν αὐτῶν πρόσχες τὸ οὖς σου. Καλῶς δὲ εἶπεν, εἰρήνης· ὅπου γὰρ πόλεμος καὶ μάχης ἐμνήσθη, δείκνυσιν ὅτι τὸν πόλεμον πρὸς δαίμονας ἔχειν χρὴ, ὦ πρὸς ἀνθρώπους· εἰρήνης γάρ ἐστιν εὐαγγέλιον· καὶ ὅτι ἐὰν πρὸς τοὺς δαίμονας μαχώμεθα, Θεῷ εἰρηνευόμεθα, ᾧ οὐ δεῖ πάλιν ἐκπολεμοῦν καταλύοντας τὴν εἰρήνην. ἀλλὰ καὶ εὐαγγέλιόν ἐστιν, ἤδη ἡ νίκη γεγένηται· μὴ οὖν φοβηθῶμεν.

16 Ἐπὶ πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως.] Τοῦτο ἔστι τὸ, ὑπὲρ πάσιν, φησὶ τοῦ, ἐν ἀληθείᾳ καὶ τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ τῇ ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου.

versùm nos bellum geritur. Gregorius autem Theologus per lumbum, concupiſcentiam intelligit (in lumbis enim renes ſunt, qui in Scriptura concupiſcentiæ ſymbolum ſunt) per veritatem autem, contemplationem. Aſſerit ergo quòd Paulus omnem concupiſcentiam noſtram contemplatione & conſideratione Dei circumcingere hortetur. Qui enim Deum contemplatur, eóque oblectatur ceu revera amabili, deſiderium ſuum infrà demitti, & circum terreſtria trahi non ſinet.

Et induti loricam juſtitiæ.] Juſtitiam hîc, univerſaliter vitam virtutibus comptam dicit: perinde quaſi dicat, muniti circa pectus juſtis operibus. Ut enim lorica hominem conſervat ne ſaucietur, ſic & juſtitia conſervat eum, qui eâ munitur.

15 *Et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis.*] Pulchrè nobis tibialia induit. Vel igitur hoc dicit, quòd oporteat nos præparatos eſſe ad Evangelium prædicandum promulgandúmque. *Speciosi enim pedes*, inquit, *Evangelizantium pacem.* Vel quia oporteat nos promptos eſſe ad exitum, ſecundùm Evangelium vivendo: pedes enim ſunt vitæ ſymbolum. Propterea dicit, *quomodo exactè ambuletis.* Præparatio autem Evangelii ſunt opera bona quibus ipſe Dominus attendit, uti dictum eſt: *Præparationem cordis ipſorum audivit auris tua.* Præclarè autem dixit, *pacis.* Quandoquidem enim belli pugnæque meminit, oſtendit quòd adversùs dæmones pugnandum ſit, non adversùs homines: pacis enim eſt Evangelium: Et quòd ſi contra dæmones pugnemus, pacem habemus apud Deum, adversùs quem non oportet nos denuo conflictari diſſolvendo pacem. Porrò, lætum nuntium eſt, victoria jam parta eſt: ne igitur metuamus.

Iſa. 52. 7.

Pſal. 9. 38.

16 *In omnibus aſſumentes ſcutum fidei.*] Hoc eſt *In omnibus*, nempe pro, in veritate, juſtitia, & præparatione Evangelii: hæc enim omnia fide indigent.

Non autem hîc veræ religionis agnitionem fidem dicit, ſed indubitatam, quæ de futuris credere perinde faciat, tanquam ſint præſentia : quæ & miracula perficiat, quæ ſit adeò ignita & fervida, ut vel montes transferat. Quemadmodum igitur ſcutum, ſeu clypeus toti corpori prætenditur, ceu janua quædam cuſtodiens & concludens ipſum : hanc ad rationem firma & indubitata fides, totius animæ eſt cuſtodia. Fides autem eſt ſcutum, non ſophiſmata. Scutum contegit, illa verò impediunt.

In quo poſſitis omnia tela mali illius ignita extinguere.] Hoc eſt, abſurdas cupiditates, infidelitatis cogitationes, quales ſunt, num reſurrectio eſt ? num judicium ? ac tentationes. Ignita verò appellat, non ſolùm quòd cupiditates inflammant, ad turpia opera incendentes, verumetiam quòd in conſcientia inde jam ardeamus. Inſuper per infidelitatis ratiocinationes adeóque cogitationes urit nos diabolus, pérque tentationes. Fides igitut hæc extinguit : ſi enim dæmones ſubjicit, multo potiùs affectus. Sive enim concupiſcentia te inflammat, futuris bonis credens, obventuræque lætitiæ, eam extingues : ſive tentationes te invadant, fidem adhibens futuris, conſolationem recipies. Reputa técum quomodo ureretur Abraham quando gnatum offerret, ſed fides flammam iſtam extinguebat.

17 *Et galeam ſalutis aſſumite.*] Hoc eſt, quæ ſervet & cuſtodiat. Nam ſi fidem habeamus, protinus ſalutares etiam cogitationes accipiemus, quæ caput noſtrum ſeu præcipuam & principem noſtrî partem conſervent.

Et gladium Spiritûs, quod eſt verbum Dei.] Per ea quæ ſuprà dicta ſunt, armavit nos Paulus ne lædamur ab hoſtibus : nunc verò arma ſubminiſtrat, quibus ipſi potiùs nos hoſtes lædere poſſimus. Vel igitur Spiritum ipſum dicit *gladium ſpiritûs* periphraſticè, vel ſpiritualem vitam, per

" πίστεως γὰρ ταῦτα πάντα δεῖται. Οὐ τὴν " χ. πάντα.
τὴν ἀληθοῦς ἢ θρησκείας ὑπόγνωσιν σὺν-
ταῦθά φησι πίστιν, ἀλλὰ τὴν ἀδίσακτον,
τὴν περὶ τῶν μελλόντων πιστεύειν ποιοῦσι,
ὡς παρόντων, τὴν καὶ τὰ σημεῖα τελοῦ-
σαν, ἅτε ὄντα διάπυρον καὶ θερμήν, ὡς
καὶ ὄρη μεθιστᾶν. Ωσπερ οὖν ὁ θυρεὸς, ὅ-
λον τὸ σῶμα περιβέβληται παντὸς τοῦ
σώματος, οὕτω καὶ θύρα φυλάττων τὰ πρὸς-
κλείων αὐτὸ, ὅτω καὶ ἡ ἀδίσακτος πίστις
φυλακὴ τῆς ψυχῆς ἐλπὶς. Η πίστις δὲ ἐστι
θυρεὸς, ὦ τὰ σοφίσματα. ὁ θυρεὸς σκέ-
πει, ὀχυρὰ ἢ συμποδίζουσιν.

Εν ᾧ δυνήσεσθε παντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι.] Τουτέστι, τὰς ἀτόπους ἐπιθυμίας, τοὺς τῆς ἀπιστίας λογισμούς· οἷον, ἆρα ἀνάστασις ἔστιν; ἆρα κρίσις; καὶ τοὺς πειρασμούς. Πεπυρωμένα δὲ, ὦ μόνον ὅτι αἱ ἐπιθυμίαι ἐκπυροῦσι, πρὸς πρᾶξεις αἰσχρὰς ἀναφλέγουσαι, ἀλλ' ὅτι καὶ τῷ συνειδότι ἐντεῦθεν ἤδη καιόμεθα. καὶ διὰ τῆς τῆς ἀπιστίας ἢ λογισμῶν φλέγει ἡμᾶς ὁ διάβολος, καὶ διὰ τῶν πειρασμῶν. Η πίστις οὖν ταῦτα σβέννυσιν· εἰ γὰρ δαίμονας ὑποπίπτει, πολλῷ μᾶλλον πάθη. Εἴτε γὰρ ἐπιθυμία φλογίζει, τοῖς μέλλουσιν ἀγαθοῖς πιστεύων, καὶ τῇ μελλούσῃ ἀνέσει, καταβέσῃ ταύτῃ· εἴτε πειρασμοὶ, πιστεύων τοῖς μέλλουσι, παρακληθήσῃ. Εννόησον πῶς ἐφλέγετο Αβραὰμ ὅτε τὸν υἱὸν προσέφερεν, ἀλλ' ἡ πίστις ἐσβέννυε τὴν φλόγα.

17 Καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου δέξασθε.] Τουτέστι, τὴν σώζουσαν καὶ φυλάττουσαν. ἐὰν γὰρ τὴν πίστιν ἔχωμεν, * ταχέως καὶ τοὺς σώζοντας λογισμοὺς δεξόμεθα, τὴν κεφαλὴν ἡμῶν, ἤτοι τὸ ἡγεμονικὸν τηροῦντας. * τουτέστι δὲ σώζουσαν ἡμᾶς καὶ φυλάττουσα.

Καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ Πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ.] Διὰ μὲν τῶν ἄνω ῥημάτων καθωπλισε Παῦλος, ὥστε μὴ βλάπτεσθαι ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν· νυνὶ δὲ δίδωσιν " ὅπλα, δι' ὧν αὐτοὶ μᾶλλον βλάπτειν τοὺς ἐχθροὺς ἰσχύσομεν. Ητοι οὖν τὸ Πνεῦμα αὐτὸ φησι μάχαιραν Πνεύματος κατ' ἐφαρμογὴν, ἢ τὴν " χ. ὅπλα, δι' ὧν.

τὴν

τίῳ πνευματικῷ πολιτείαν, δι' ἧς ἡ κεφαλὴ τῆς δράκοντος τέμνεται. Ἡ γὰρ πνευματικὴ αὕτη μάχαιρα, ῥῆμα Θεοῦ ἐστι, τουτέστι, πρόσταγμα. Ἐὰν γὰρ τὰ προστάγματα αὐτοῦ ποιῶμεν, ἀποκτενοῦμεν τὸν ὄφιν τὸν σκολιὸν, ὡς Ἡσαΐας φησίν. Ἢ ῥῆμα Θεοῦ
* ἢ κυρίου. ἐστὶ, Ὃ, Ἐν τῷ ὀνόματι * Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔγειραι καὶ περιπάτει, καὶ τὰ ποιοῦντα. Ἡ ἁπλῶς μάχαιραν πνεύματος, τὴν ἐν πνεύματι σοφίαν. Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν· καὶ ὁ ὃ χάρισμα τὴν πνευματικὴν ταύτην ἔχων
" χ. αὐτὸν τὴν. μαχαίραν, καὶ λέγων τὰ τοῦ Θεοῦ, " αὐτοποιός ἐστιν, οἷος αὐτὸς οὗτος ὁ Παῦλος.

18 Διὰ πάσης προσευχῆς καὶ δεήσεως, προσευχόμενοι ἐν παντὶ * καιρῷ ἐν πνεύματι.] Καθοπλίσας αὐτοὺς, λοιπὸν καὶ ὅπλα τὸν βασιλέα ἄγει, ὡς δεῖται αὐτοῦ ἵνα χεῖρα ὀρέξῃ. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε,
" χ. ἐκτινάξαι. διωκήσατε αὐτούς, ἵνα μὴ " φυσηθῶσι, φησὶν, ὅτι δεῖ ὑμῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ κατορθώσετε τὸ πρᾶγμα μὴ τῶν εἰρημένων καὶ προσευχόμενοι· οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ διὰ πάσης προσευχῆς καὶ δεήσεως, τοῦ μὴ κλαυθμοῦ, τοῦ μὴ στρογγυλότητος, τοῦ μὴ γονυκλισίας, καὶ τῶν ποιητῶν. Ἀλλὰ καὶ οὐκ ἐν ταύταις ὥραις, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ καιρῷ· καὶ ἐν πνεύματι, τουτέστι, πνευματικὰ αἰτούμενοι, μηδὲν κοσμικόν. Διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, προσευχόμενοι διὰ πάσης προσευχῆς, ἠνίξατο ὅτι ἔστι καὶ προσευχὴ ποιοῦντα μὴ προσεύχεσθαι, ὅταν βαττολογῇ τις.

Καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες·] Εἴτε πάννυχίδας σὺν αὐτῷ λέγῃ, εἴτε τὴν νῆψιν τῆς ψυχῆς, ἀμφότερα δεκτά· ἐπιφάλιον γὰρ ἐστὶ δεῖ τὸν καθοπλισμένον, τὸν ὡδὶ βασιλεῖ ἑστῶτα.

Ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει καὶ δεήσει.] Ὡς ἡ Χαναναία, ὡς ἡ χήρα, ὡς ἡ Ἄννα. τοῦτο γὰρ ὄντως εὐχὴ, ἡ μετὰ κακοπαθείας.

Περὶ πάντων ἁγίων, καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ.] Οὐκ ἄρα ὑπὲρ ἑαυτῶν μόνον προσεύχεσθαι δεῖ. Ὅρα δὲ ταπεινοφροσύνην· καὶ γὰρ ἔσχατον τε ἑαυτὸν τίθησι, καὶ δεῖται
" χαλάσαι. τῶν μαθητῶν εὐχῆς, καὶ οὗτος " ἀλύ-

quam caput draconis abſcinditur. Spiritualis autem hic enſis verbum Dei eſt, hoc eſt, mandatum. Si enim mandata ejus fecerimus, occidemus ſerpentem iſtum tortuoſum, ut Eſaias inquit. Vel verbum Dei eſt: ut, *In nomine Jeſu Chriſti ſurge & ambula*, hujuſque ſimilia. Vel ſimpliciter gladium ſpiritûs, ſpiritualem ſapientiam vocat. *Vivus eſt enim ſermo Dei & efficax, & penetrabilior quovis gladio.* Et qui hujus ſpiritualis enſis donum habet, & quæ Dei ſunt loquitur, prorſus intolerabilis eſt, qualis ipſe hic Paulus.

Eſa. 27. 1.

Act. 3. 6.

Heb. 4. 12.

18 *Per omnem orationem & deprecationem orantes omni tempore in ſpiritu.*] Poſtquam armis eos induit, ad imperatorem eos deinceps ducit, ut precentur eum quò manum porrigat. Cùm enim dixiſſet, *Poteritis extinguere*; ne inflentur, inquit, Deo indigetis, & unà cum prædictis orando etiam rem totam perficietis: non ſimpliciter, ſed, *per omnem orationem & deprecationem*, cum fletu, & pectoris contuſione, cum inflectione genuum, idque genus ſimilibus factam: nec ſtatis tantummodo horis, verùm & *omni tempore:* atque *in ſpiritu*, hoc eſt, ſpititualia petentes, & nihil mundanum. Dicens autem, *orantes per omnem orationem*, indicavit poſſe quempiam orationem facere, nec tamen orare; ut ſi battologus fuerit.

Et in hoc ipſum vigilantes.] Sive nocturnas vigilias, ſive animæ vigilantiam hic dicit, utrumuis accipere licet. Vigilem enim eſſe oportet qui armatus eſt, & coram rege ſiſtit.

In omni perſeverantia & obſecratione.] Quemadmodum Chananæa, & vidua, & Anna: Ea enim verè eſt precatio, quæ fit cùm perſeverantia.

Pro omnibus ſanctis, & pro me.] Ergo non pro nobiſipſis tantùm eſt orandum. Obſerva autem ejus humilitatem: etenim ſe ultimo loco ponit, diſcipulorúmq; oratione opus habet, idque quum catenis vinctus

vinctus pro Chriſto teneretur. Enimverò & Petrus catenis vinctus erat, verùm pro ipſo vehemens & intenta oratio ab Eccleſia fiebat.

19 *Ut mihi detur ſermo in apertione oris mei.*] Non igitur meditabatur quæ diceret, verùm ſicuti Chriſtus ait, *Ne ſoliciti ſitis quid loquamini : dabitur enim vobis in illa horâ quid loquemini :* hunc ad modum Paulus aperiens os, quæ à Deo ſuppeditabantur proferebat, ſícque omnia divinâ gratiâ perficiebat. Hinc intelliges gladium ſpiritûs, quod eſt verbum Dei.

Mat. 10. 19.

Ut cum fiducia notum faciam myſterium Evangelii ; 20 *Pro quo legatione fungor in catena, ut in ipſo audeam ſicut oportet me loqui.*] Hoc eſt, ut rationem fidei meæ reddam, méque defendam, perinde ac convenit, cum loquendi libertate, & fortitudine, multaq; prudentia. Ad quos autem legatione fungeris ? ad homines, ut ipſos reconciliem Deo. At iſti interim me in vincula conjecerunt : cùm tamen lex præcipit, quòd legati nihil patiantur mali. Catena igitur mihi circumpoſita eſt, ut meam mihi fiduciam & libertatem cohibeat. Veſtra autem oratio aperiet mihi os, ut liberrimè loquar, atque proloquar quæcunque is qui me legatum emandavit, mihi commiſit. Viden' gladium, libertatem & alacritatem enunciandi verbi Dei, quòd accepturus erat Paulus in apertione oris?

24 *Ut autem ſciatis & vos quomodo res meæ habeant, quidve agam, omnia vobis patefaciet Tychicus dilectus frater, & fidelis miniſter in Domino.*] Quæ ad inſtitutionem & conſolationem pertinere videbantur, ipſe per Epiſtolam indicavit. Quia verò & vinculorum meminit, non immoratur in ſermonibus circa eam rem, ſed permittit aliquid & Tychico de ſe diſſerendum ; ne fratris præſentia ſit inutilis. Si igitur dilectus eſt, omnia novit : ſi fidelis, non mentietur. Miniſter autem in

σιν ὑπὲρ Χριστοῦ δεδεκέμβμος. καὶ γὰρ ὁ Πέτρος " ἁλύσεσι δεδέκειτο, ἀλλ' " ἁλύσε. ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκτενὴς εὐχὴ ἐγίνετο ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας.

19 Ινα μοι δοθῇ λόγος ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου.] Οὐκ ἄρα ἐμελέτα ἃ ἔλεγεν, ἀλλὰ καθὰ εἶπεν ὁ Χριστὸς, Μὴ μεριμνᾶτε τί λαλήσητε· δοθήσεται γὰρ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τί λαλήσετε· οὕτω καὶ αὐτὸς ἀνοίγων τὸ στόμα, τὰ παρὰ Θεοῦ χορηγήματα διεπόρθμευεν, οὕτω πάντα θεία χάρις ἐτέλει. Εντεῦθεν νοήσῃς τὴν μάχαιραν τοῦ Πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ.

Εν παῤῥησίᾳ γνωρίσαι τὸ μυστήριον τοῦ εὐαγγελίου, 20 Υπὲρ οὗ πρεσβεύω ἐν ἁλύσει, ἵνα ἐν αὐτῷ παῤῥησιάσωμαι ὡς δεῖ με λαλῆσαι.] Τουτέστιν, ἵνα ἀπολογήσωμαι ὡς χρὴ, μετὰ παῤῥησίας καὶ ἀνδρείας καὶ σωφρόσυνης πολλῆς. Πρὸς τίνας δὲ πρεσβεύεις; πρὸς ἀνθρώπους, ἵνα αὐτοὺς καταλλάξω τῷ Θεῷ· ἀλλ' ὅμως ἔδησέ με, καίτοι τοὺς πρέσβεις νόμος μηδὲν παθεῖν κακόν. Η μὲν οὖν ἁλυσις δεδεμένη μοι, ἵνα ὑποτρομίσῃ τὴν παῤῥησίαν· ἡ δὲ ὑμετέρα εὐχὴ ἀνοίξει μοι τὸ στόμα, ἵνα παῤῥησιάζωμαι, καὶ εἴπω πάντα, ὅσα ὁ πέμψας με πρεσβεύειν ἐνετείλατό μοι. Ορᾷς μάχαιραν τὴν παῤῥησίαν τοῦ ῥήματος τοῦ Θεοῦ, ὃ ἔμελλε Παῦλος λαλεῖν ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος;

21 Ινα δὲ εἰδῆτε καὶ ὑμεῖς τὰ κατ' ἐμὲ, τί πράττω, πάντα ὑμῖν γνωρίσει Τυχικὸς, ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς καὶ πιστὸς διάκονος ἐν Κυρίῳ.] Α μὲν οὖν δογμάτων καὶ οἰκονομίας, αὐτὸς διὰ τῆς ἐπιστολῆς ἐδήλωσεν· ἐπεὶ δὲ δεσμῶν ἐμνήσθη, οὐκ ἐνδιατρίβει τοῖς περὶ τούτων λόγοις, ἀλλ' ἀφίησί τι καὶ τῷ Τυχικῷ διαλεχθῆναι " περὶ αὐτῶν, ἵνα μὴ " καὶ περὶ ἑαυτοῦ. ἄχρηστος ἡ παρουσία τοῦ ἀδελφοῦ ᾖ. Εἰ οὖν ἀγαπητὸς, πάντα οἶδεν· εἰ πιστὸς, οὐ ψεύσεται. Διάκονος δέ ἐστιν ἐν

Κυρίῳ

Κυείῳ, τυτέσι, διὰ Θεὸν διακονῶν,
"χ. καὶ διατρίβει ἐν τοῖς θείοις τὰ ἐπὶ γῆς. καὶ ἐν τοῖς θείοις, "ἢ διὰ τι κοσμικὸν, ἢ ἔν τινι τῶν γηίνων· ἢ, ὁ ἀδελφὸς ἐν Κυείῳ, τυτέσιν, ὁ πνευματικὸς ἀδελφός.

22 Ον ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τυτο, ἵνα "γνῶτε τὰ περὶ "ἡμῶν, καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν.] Ο ἅγιος Ιωάννης ὕτως ἀνέγνω, ἵνα γνῶτε τὰ περὶ ἡμῶν· τυτέσιν, ἵνα ἀπαγγείλῃ ὑμῖν τὰ περὶ ἐμοῦ, καὶ μὴ ἀφῇ ὑμᾶς καταπεσεῖν ὑπὲρ ἐμοῦ, ὡς ἐν δεινοῖς ὄντος, καὶ ἁλύσιν φερομένου. τυτο δὲ τὸ ἀγάπιον δηλοῖ, τίνα τε αὐτὸ πρὸς αὐτοὺς, καὶ τὸ ἐκείνων πρὸς αὐτόν.

23 Εἰρήνη τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ἀγάπη μετὰ πίστεως ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς, καὶ Κυείου Ιησοῦ Χριστοῦ.] Επεύχεται αὐτοῖς εἰρήνην καὶ τὸ μετὰ πίστεως ἀγάπιν. Τυτο δὲ τοιοῦτόν ὅστιν, ἢ ὅτι ἵνα μὴ ἑτεροδόξοις ἀγαπῶσιν, "ἀλλὰ "μόνοις πιστοῖς· ἢ ὅτι δεῖ καὶ πίστιν ἔχειν αὐτοὺς, ὥστε καὶ θαρρεῖν περὶ τῶν μαθητῶν. Χωρὶς γὰρ πίστεως οὐδὲν ὠφελεῖ ἡ ἀγάπη, μᾶλλον δὲ ὑπ' αὐτῆς γίνοιτο ἀγάπη χωρὶς πίστεως." ὅθεν εἶπεν εἰρήνην, καὶ τὸ μετὰ πίστεως ἀγάπιν. Διδάσκων δὲ πῶς αὐτὴ γένοιτο αὕτη, ἐπήγαγεν ὅτι διὰ τὰ ἀγάπης· ἡ ἀγάπη δὲ πῶς; ἐὰν πίστιν ἔχωμεν.
"χ. ὅτε δὲ τοῖς ἔστιν εἰρήνην. διδάσκων δὲ.

24 Η χάρις μετὰ πάντων τῶν ἀγαπώντων τὸν Κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστὸν ἐν ἀφθαρσίᾳ. Αμήν.] Ενταῦθα διῆλε τὴν εἰρήνην ἀπὸ τῆς χάριτος, ἰδίᾳ θεὶς ἀμφοτέρας, καίτοι πανταχοῦ συνάπτων. Τὸ δὲ, ἐν ἀφθαρσίᾳ, ἤτοι ἐν κοσμιότητι, ἢ τῶν ἀγαπώντων τὸν "Χριστὸν, μὴ ἐν πλούτῳ ἢ ἐν δόξῃ, ἀλλ' ἐν τοῖς ἀφθάρτοις, τυτέσι, διὰ τὰ ἄφθαρτα· ἢ ὅτι ὁ ἀγαπῶν τὸν Χριστὸν, διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτὸν ἀγαπᾷ. ἡ μὲν γὰρ ἁμαρτία, φθορά· ἡ δὲ ἀρετὴ, ἀφθαρσία. ὡς γὰρ τὴν παρθένον φθεῖραι λέγομεν, ὕτω καὶ τὴν ψυχήν. διὸ καὶ Παῦλος· Μήπως φθαρῇ, φησι, τὰ νοήματα ὑμῶν· καὶ, καταφθαρμένοι τὸν νοῦν. Γένοιτο οὖν καὶ ἡμᾶς τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν ἀγάπην δεικνύειν, διά τε "κοσμιότητος βίου, καὶ διὰ τὰ ἄφθαρτα ἐκεῖ-
"χ. κυείου. "χ. κοσμιότητος.

Domino, hoc est, propter Deum ministrans, adeóque in divinis rebus, non propter aliquam rem mundanam, vel ob quampiam rem terrestrem : vel frater in Domino, quod est, spiritualis frater.

22 *Quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda vestra.*] Divus Joannes sic legit : Ut cognoscatis quæ circa nos sunt, hoc est, ut vobis de me annunciet, nec sinat vos mei causâ succumbere, nimiúmve contristari, quippe qui jam gravia admodum patiar, catenamque feram. Hoc autem dilectionem indicat, cùm ejus erga ipsos, tum illorum erga ipsum.

23 *Pax fratribus, & charitas cum fide à Deo Patre, & Domino Jesu Christo.*] Pacem eis exoptat, atque cum fide dilectionem. Hoc autem tale est, vel ut diversæ opinionis homines non diligant, sed solos fideles : vel quia oportet & fidem habere eos, ut de futuris confidant. Sine fide enim nihil prodest charitas, imò ne dilectio quidem fuerit sine fide : id quod pacem dixit, & cum fide charitatem. Docens autem quomodo hæc ipsa fiat, intulit, *Per charitatem.* At unde charitas? si fidem habeamus.

24 *Gratia cùm omnibus qui diligunt Dominum nostrum Jesum Christum in incorruptione. Amen.*] Hîc pacem à gratia distinguit, utraque seorsim ponens, etiamsi ubique aliàs connectat. Illud verò ; *In incorruptione*, sive puritate, dicit, vel diligentium Christum, non in divitiis aut gloria, sed in incorruptibilibus, hoc est, propter incorruptibilia : vel quia diligens Christum, propter virtutem ipsum diligit. Peccatum enim est corruptio, virtus autem incorruptibilitas. Sicut enim virginem corrumpi dicimus, item & animam. Propterea & Paulus, *Ne quo modo*, inquit, *corrumpantur sensus vestri :* &, *Corrupti mente.* Contingat igitur & nos dilectionem erga Christum ostendere, cùm per vitæ ornatum & puritatem, tum per hoc quòd incorruptibilia

2. Cor 11. 3.
2. Tim. 3. 8.

corruptibilia

corruptibilia illa bona inquiramus: ac ſimpliciter, per vitam omni virtute conſpicuam, quæ incorruptam ſervat animam, non corruptam ſtudiis & iniquitatibus, in ipſo Chriſto incorruptibili ſponſo virginum & incorruptarum animarum, cui gloria in ſecula. Amen.

να ζητῶν ἀγαθά· καὶ ἁπλῶς, διὰ πάσης τῆς ἐναρέτου πολιτείας, ἥτις ἄφθαρτον τηρεῖ τὴν ψυχήν, μὴ διαφθειρομένην ἐν ὀπισθοδρόμοις καὶ ἀνομίαις, ἐν αὐτῷ τῷ Χριστῷ τῷ ἀφθάρτῳ νυμφίῳ τῶν παρθένων καὶ ἀδιαφθόρων ψυχῶν. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΘΕΟΦΥ-

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΦΙΛΙΠΠΗΣΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

THEOPHYLACTI

BVLGARIÆ ARCHIEPISCOPI

EPISTOLÆ DIVI PAULI AD PHILIPPENSES EXPOSITIO.

Ὑπόθεσις τῆς πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῆς.

Οἱ Φιλιππήσιοι ἀπὸ πόλεως εἰσιμιαίας τῶν ἐν Μακεδονίᾳ Φιλίππων, ἥτις κληρωμίνης ἀπὸ τοῦ οἰκιστοῦ, ὑπὸ μητροπόλιν τότε Θεσσαλονίκην τυγχάντες. Πολλὰ δὲ αὐτοῖς χρησὰ ὁ Παῦλος μαρτυρῆ. Ἐν δεσμοῖς δὲ ὢν ἔγραψε τὴν ἐπιστολήν. μνήμην δὲ τῆς πρώτης ἀπολογίας, ἧς ἐμνήσθη ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον, αὖθις ἐδέθη. Ησθη δὲ οἱ Φιλιππήσιοι δι' Επαφροδίτου πέμψαντες αὐτῷ τὰ πρὸς τὴν χρείαν· ἅμα δὲ καὶ γνῶναι θέλοντες τὰ καθ' αὐτόν. Επεὶ δὲ εἰκὸς

Argumentum Epistolæ ad Philippenses.

Philippenses sunt à civitate è Macedoniæ Philippicis unâ, à Philippo conditore ita dictâ, Metropoli Thessalonicæ tum tributarii. Paulus autem multa bona de iis testatur. Hanc Epistolam, dum in vinculis esset, conscripsit. Nam post primam Apologiam, cujus in Epistola ad Timotheum meminit, iterum vinctus erat. Philippenses autem per Epaphroditum res necessarias ad eum mittebant, scire pariter cupientes quomodo cum illo ageretur. Posiquam autem verisimile erat

" χ. μητροπόλεως τότε Θεσσαλονίκης.

" χ. ἐπειδὴ

erat eos turbari, cùm audirent magistrum suum esse vinctum, scribit hoc eis Paulus, docens quòd vincula sua non debeant ipsos turbare, quin potiùs exhilarare; quippe quòd pro Christo ea patiatur. Consilium autem eis dat, ut sint unanimes, & humili affectu præditi. Carpit insuper Judæos, qui sub Christianismi prætextu opinione corrupti erant, canes eos pravósque operatores appellans. Multa quoque de moribus ipsis disserit. Facit etiam prudenter mentionem missorum sibi necessariorum. Videtur autem honorificè cum illis miscere colloquia. Magnam enim virtutem & ad fidem promptitudinem ostendebant. Hìc erat purpuræ venditrix : hìc synagogæ princeps credidit : hìc præterea Paulus flagris cæsus cum Sila in carcerem conjectus fuit : hìc & carceris custos uno signo permotus, accessit Christo cum universa domo : hìc duces militum timuerunt Paulum, rogârúntque ut exiret : ac omninò prædicatio ejus splendidum exordium habuit. Atque hæc ex Actis discimus. Attestatur autem ipsis Paulus non modò fidem rectam, adeóque pericula, verumetiam voluntatem, quæ libenter impertiat egentibus. Quorum omnium causâ vehementer eos cùm amare, tum honorare videtur.

ἰῶ αὐτοὺς θορυβεῖσθαι ἀκούσαντας ὡς ἐδέδετο ὁ διδάσκαλος, ἀλλὰ τῷ παραγγέλλει αὐτοῖς, διδάσκων ὅτι τὰ δεσμὰ ἡ θορυβεῖν αὐτοὺς ὀφείλει, ἀλλὰ μᾶλλον παρακαλεῖν, ὑπὲρ Χριστοῦ ταῦτα πάσχοντος. Συμβουλεύει δὲ αὐτοῖς καὶ περὶ ὁμονοίας καὶ ταπεινοφροσύνης. Καθάπτεται δὲ καὶ τῶν Ἰουδαίων, τῷ ὑπὸ προσχήματι Χριστιανισμοῦ τὰ δόγματα λυμαινομένων, καὶ κύνας αὐτοὺς καλεῖ, καὶ κακοὺς ἐργάτας. Διαλέγεται τε αὐτοῖς πολλὰ περὶ ἠθῶν. Μέμνηται δὲ σωφρόνως καὶ τῶν πεμφθέντων χρειωδῶν. Φαίνεται δὲ μετὰ τιμῆς αὐτοῖς διαλεγόμενος. καὶ γὰρ πολλῶν ἀρετῶν ἐπεδείξατο καὶ ὑπεροχὴν ἐν τῇ πίστει. Ἐνταῦθα ἦν ἡ πορφυρόπωλις· ἐνταῦθα ὁ ἀρχισυναγωγὸς ἐπίστευσεν· ἐνταῦθα ὁ Παῦλος μαστιγωθεὶς μετὰ τοῦ Σίλα καθείρχθη· ἐνταῦθα ὁ δεσμοφύλαξ ἀπὸ ἑνὸς σημείου προσετέθη τῷ Χριστῷ μετὰ τοῦ οἴκου παντός· ἐνταῦθα οἱ στρατηγοὶ ἐφοβήθησαν τὸν Παῦλον, καὶ ἠξίωσαν ἐξελθεῖν· καὶ ὅλως λαμπρὸν ἔσχε τὸ κήρυγμα τὸν ἀρχὴν· καὶ ταῦτα ἀπὸ τῶν πραγμάτων μεμαθήκαμεν. Περιμαρτυρεῖ δὲ αὐτοῖς ὁ Παῦλος, οὐ μόνον πίστιν ὀρθὴν καὶ κινδύνους, ἀλλὰ καὶ βιωφελῆ προαίρεσιν. ὧν ἕνεκεν ἀπάντων σφόδρα φιλῶν αὐτοὺς καὶ τιμᾷν φαίνεται.

THEOPHY-

THEOPHYLACTI COMMENTARIVS
IN EPISTOLAM AD PHILIPPENSES.

ΚΕΦ. α.

ΠΑῦλος καὶ Τιμόθεος δοῦλοι Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Ἐνταῦθα οὐ φησὶ τὸ αὐτῷ ἀξίωμα * ὁ ἀπόστολος, ἀλλὰ δοῦλον Ἰησοῦ Χριστοῦ ἑαυτὸν προσγράφει· μέγα μὲν καὶ τοῦτο ὂν, πλεῖον κοινότερον. Τιμοθέῳ μὲν γὰρ γράφων καὶ Κορινθίοις, ἀπόστολον ἑαυτὸν καλεῖ. Τί δήποτε; ὅτι ἐκεῖ μὲν ἔμελλε πολλὰ διορθοῦσθαι, καὶ διὰ τοῦτο προσελάβετο τὸ τῆς ἀποστολῆς ἀξίωμα· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἐπιτάττει, ἀλλ' ὡς ὁμοτίμοις τιμᾷ.

Πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τοῖς οὖσιν ἐν Φιλίπποις.] Ἐπειδὴ καὶ Ἰουδαῖοι ἑαυτοὺς ἁγίους ἐκάλουν, ὡς λαὸς ἅγιος, διὰ τοῦτο προσέθηκεν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. οἱ γὰρ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἅγιοι ὄντως εἰσὶν, οἱ δὲ βέβηλοι.

Σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις.] Συνεπισκόπους εἶπε τοὺς πρεσβυτέρους· οὐ γὰρ δὴ ἐν μιᾷ πόλει πολλοὶ ἦσαν ἐπίσκοποι. Οὔπω γὰρ ἦσαν διακεκριμένα τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐπίσκοποι, διάκονοι καὶ πρεσβύτεροι ἐκαλοῦντο. Ὅθεν γὰρ Τιμοθέῳ ἐπισκόπῳ ὄντι φησί· Τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον· καὶ πάλιν· Ὃ ἐδόθη σοι μετ' ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου, τουτέστι, τῶν ἐπισκόπων· οὐ γὰρ πρεσβύτεροι τὸν ἐπίσκοπον ἐχειροτόνουν. Καὶ " αὖ, οἱ πρεσβύτεροι ἐπίσκοποι ἐλέγοντο, ὡς ἐπισκοποῦντες δηλαδὴ καὶ αὐτοὶ τὸν λαὸν, ὥστε καθαίρειν καὶ φωτίζειν τοὺς δεομένους. Τίνος δὲ χάριν τῷ κλήρῳ νῦν γράφει,

" χ. αὖθις.

ΚΑΡ. Ι.

PAulus & Timotheus, *ſervi Jeſu Chriſti.*] Hîc non ponit dignitatem authoritatémve ſuam Apoſtolus, verùm ſe ſervum Jeſu Chriſti ſcribit. Magnum quidem etiam hoc eſt, ſed communius. Timotheo autem ſcribens & Corinthiis, Apoſtolum ſeſe vocat. Quam ob cauſam? Quia illic multa ordinaturus erat, propterea Apoſtoli authoritatem aſſumpſit. Hîc autem nihil tale injungit, ſed velut pares honore proſequitur.

Omnibus ſanctis in Chriſto Jeſu, qui ſunt Philippis.] Quia Judæi ſeipſos ſanctos appellabant, quippe quia populus ſanctus erant, eam ob rem adjecit, in Chriſto Jeſu. Qui enim in Chriſto Jeſu ſunt, ii verè ſunt ſancti, illi autem prophani.

Coepiſcopis & diaconis.] Coepiſcopos, presbyteros appellavit: non enim in una urbe multi Epiſcopi fuerunt. Nondum enim erant diſtincta nomina, verùm ipſi Epiſcopi, Diaconi & Presbyteri vocabantur. Timotheo enim Epiſcopo ſcribens inquit, *Miniſterium tuum imple.* & 2 Tim. 4. 5.
ruſus, *Quod datum eſt tibi cum impoſitione manuum Presbyterii*; hoc eſt, Epiſcoporum: non enim Presbyteri Epiſcopum ordinabant. Rurſus Presbyteri, Epiſcopi etiam dicebantur, ut qui & ipſi populum inſpectarent, ejuſque curam gererent, ut purgarent, illuſtrarentque eos quos eſſet neceſſe. Cujus autem rei gratiâ nunc Clero 1. Tim. 4. 14

ſcribit, quod nuſquam alibi fecit? Quia ipſi Epaphroditum ablegaverant, qui quæ Apoſtolo eſſent uſui, adferret.

2 *Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto.*] Conſuetam ſalutationem apponit, commprecans eis ut gratiâ donentur, & ne alter in alterum elati excidant à pace & concordia. Chariſmata enim non attendentibus faſtum & elationem advehunt.

3 *Gratias ago Deo meo in omni memoria veſtrî,* 4 *Semper in omni oratione mea pro omnibus vobis.*] Quoties, inquit, veſtrî recordor (ſemper autem hoc facio) glorifico Deum, quòd adeò in virtute creveritis: neque tamen quum ſic probati ſitis in divinis rebus, deſino precari: ſed pro omnibus rogo, ut porrò feliciter pergatis.

Cum gaudio precationem meam faciens.] Poteſt enim & cum mœrore mentio cujuſpiam fieri, ut quum alibi dicat: *Nam ex multa afflictione & anxietate cordis mei, ſcripſi vobis.* Proinde cum gaudio meminiſſe, ſignum eſt illorum virtutis. 2 Cor. 2. 4.

5 *Super communicatione veſtra ad Evangelium, à prima die uſque nunc.*] Magnæ ac verè Apoſtolicæ rei teſtimonium illis dicit, nimirum quòd ſocii, inquit, mei eſtis, ac participes laborum qui ob Evangelium ſumuntur: non unâ aut alterâ vice, cæterùm à tempore quo credidiſtis, in hunc uſque diem. Quomodo autem communicatis? mittentes mihi neceſſaria, meique curam gerentes. Qui enim boni quicquam attentanti auxiliatur, omnibúſque modis ſuccurrit, particeps ei fit operis. Sic illi qui martyribus providet, vel in eremo diverſantibus omnem adimunt ſeculi curam; ac doctoribus, qui in cauſa ſunt ut non diſtrahantur, coronarum participes redduntur.

6 *Confidens hoc ipſum, quòd qui cœpit in vobis bonum opus, perficiet.*] Gratias ago, inquit, & lætor, confidens quòd Deus, qui in vobis bona opera facere incepit,

ὅσῳ δὲ ἄλλαχοῦ ἐποίησεν; ὅτι αὐτοὶ τὸν Ἐπαφρόδιτον ἐπεμψαν, ἐπαγόμενον τὰ τοῖς χρείαν τοῦ ἀποστόλου.

2 Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Τὸ σωτηρίως τοῦτο πρᾶγμα προθύμως, ἐπευχόμενος αὐτοῖς ἵνα χαρισθῶσιν, καὶ μὴ ἐπαρθέντες καθ' ἑαυτῶν ἐκπέσωσι τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ὁμονοίας. Τὰ γὰρ χαρίσματα τοῖς " μὴ προσέχουσι τύφον προξενᾷ. " χ. μ.

3 Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, ἐπὶ πάσῃ τῇ μνείᾳ ὑμῶν, 4 Πάντοτε ἐν πάσῃ δεήσει μου ὑπὲρ πάντων ὑμῶν.] Ὁσάκις ὑμῶν ἀναμιμνήσκω, φησί, (πάντοτε δὲ τοῦτο ποιῶ) δοξάζω τὸν Θεὸν, ὅτι τοσοῦτον εἰς ἀρετὴν ἐπιδεδώκατε. ἀεὶ μὲν ὅπως ὦτε δεδοκιμοὶ ἐστὲ ἐν τοῖς θείοις, παύομαι δεόμενος, ἀλλὰ καὶ δέομαι ὑπὲρ πάντων, ἵνα ἔτι διοδωθῆτε.

Μετὰ χαρᾶς τὴν δέησιν μου ποιούμενος.] Ἐστι γὰρ καὶ μετὰ λύπης μεμνῆσθαι, ὡς ὅταν ἀλλαχοῦ λέγῃ· Ἐκ γὰρ πολλῆς θλίψεως καὶ συνοχῆς καρδίας ἔγραψα ὑμῖν. ὥστε ὁ μετὰ χαρᾶς μεμνῆσθαι, σημεῖον τῆς ἐκείνων ἀρετῆς.

5 Ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον, ἀπὸ πρώτης ἡμέρας ἄχρι τοῦ νῦν.] Μέγα αὐτοῖς ἐγκώμιον προσμαρτυρεῖ, καὶ ἀποστολικὸν τοῦ ὄντος· ὅτι, φησὶ, * κοινωνοί μου γίνεσθε καὶ συμμερίζεσθε τῶν ὑπὲρ τοῦ εὐαγγελίου πόνων. οὐχ ἕνα " χρόνον, οὐδὲ δεύτερον, ἀλλ' ἀφ' οὗ ἐπιστεύσατε μέχρι τοῦ νῦν. Πῶς γὰρ κοινωνήσετε; πέμποντές μοι τὰ πρὸς χρείαν, * καὶ κηδόμενοί μου. ὁ γὰρ τοῦ καλοῦ τι μεταχειριζομένῳ συνεργῶν καὶ βοηθῶν πᾶσι τρόποις, μεριεῖ αὐτῷ τοῦ ἔργου τοῦτο. Οὕτω καὶ τοῖς μάρτυσιν, οἱ τούτοις " μαχομένοις, καὶ τοῖς ἀσκηταῖς οἱ πᾶσαν ἀμεριμνίαν αὐτοῖς ἐμποιοῦντες, καὶ τοῖς διδασκάλοις οἱ ἀπερισπάστους αὐτοὺς ποιοῦντες, κοινωνοὶ τοῦ στεφάνου γίνονται. * χρ. ὁμοίως. " χ. πόνου. " χ. ὁμοίως μαχομένοις, ἢ πλημμελοῦσι.

6 Πεπαθὼς αὐτὸ τοῦτο, ὅτι ὁ ἐναρξάμενος ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθὸν, ἐπιτελέσῃ.] Εὐχαριστῶ, φησι, καὶ χαίρω, θαρρῶν ὅτι ὁ Θεὸς, ὃς ἐνήρξατο πίστιν

ἐν

ἐν ὑμῖν τὰ ἀγαθὰ ἔργα, αὐτὸς ⸂ἐ⸃πληρώσῃ· ἀπὸ γὰρ τῶν παρελθόντων καὶ νῦν τῶν μελλόντων σοφάζομαι. Ὅθεν πῶς μετριοφρονῆν αὐτοὺς διδάσκει, τῷ Θεῷ πάντα ἀναθεὶς, καὶ οὐκ αὐτοῖς μόνοις. Ἃ μὲν γὰρ ἄνθρωπος ἀπεργάσεται αὐτοὺς ἐγκωμίων· εἰ δὲ πέρ γε ὁ ἐναρξάμενος ἐν ὑμῖν, τουτέστι, διὰ τὴν ὑμῶν προαιρέσεως. Εἰ γὰρ μὴ ἡ προαίρεσις τοῦ ἀνθρώπου εἴη, οὐδὲ ὁ Θεὸς ἐνεργήσει. Ἐπεὶ εἰ ἁπλῶς ἐνήργει, οὐδὲν ἂν ἐκώλυε καὶ Ἕλληνας καὶ πόρρω ἀνθρώπους ἐνεργεῖαι. Ὥστε Ἃ μικρῶς "καὶν τούτῳ ἐγκωμιάζει αὐτοὺς, ὡς ἐπιπασασαμένους τοῦ Θεοῦ τὸ χαρίεν συμπροθύμεσθαι αὐτοῖς· καὶ ὅτι τηλικαῦτα εἰσι τὰ κατορθώματα, ὥστε μηδὲ ὑπ' ἀνθρώπινης ἐνεργείας δυνάμεως, ἀλλ' ὑπὸ Θεοῦ. Ἅμα δὲ καὶ παραθαρρύνει αὐτοὺς ὥστε μὴ ῥᾳθυμῆσαι· εἰ γὰρ ὁ Θεὸς "ἐπιτρέψει μένει, οὐδὲ πολὺς ἔσται κάματος. "κ. λέσιν.

Ἄχρις ἡμέρας Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Τουτέστιν, ἄχρι τῆς προθεσίας τοῦ Κυρίου· ὅτι, φησὶ, θαρρῶ, ὅτι οὐκ ἐν μόνοις ὑμῖν ὁ Θεὸς ἐνεργήσει, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐξ "ὑμῶν, ἄχρι τῆς συντελείας τοῦ κόσμου. ἢ τὴν ἑκάστου τελευτὴν, ἡμέραν Ἰησοῦ Χριστοῦ νοῶ, τουτέστι, συντέλειαν. "κ. ἡμῶν.

7 Καθώς ἐστι δίκαιον ἐμοὶ τοῦτο φρονῆν ὑπὲρ ἁπάντων ὑμῶν, διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς, ἔν τε τοῖς δεσμοῖς μου, καὶ τῇ ἀπολογίᾳ, καὶ βεβαιώσει τοῦ εὐαγγελίου.] Πέποιθα, φησιν, ὅτι ἄχρι τέλους τοιοῦτοι ἔσεσθε, καὶ φρονῶ τοῦτο ὑπὲρ ὑμῶν, διότι ἀεὶ ἔχω ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς, καὶ οἶδα τὰ ὑμέτερα κατορθώματα, καὶ, ὅτι συνευδάζετε καὶ ἅπαντες συγκοινωνοί μου γίνεσθε τοῦ χαίρειν τοῦ εὐαγγελίου καὶ τῶν δεσμῶν. Ὥστε δίκαιόν ἐστιν ἐμὲ τοιαῦτα φρονεῖν ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ἀπὸ τῶν προοιμίων "τεκμαίρεσθαι καὶ ὅ τέλος. Ὅσον οὖν ἐγκώμιον ὃ ἐν καρδίᾳ εἶχε Παύλου, τοῦ μὴ ἁπλῶς ὄντος, ἀλλὰ μετὰ κρίσεως, καὶ τοὺς ἀξίους ἀγαπῶντος; ἀλλ' ὅμως, φησὶν, ἀπελογούμην Νέρωνι, ἐξέστητέ μου τῆς μνήμης. Βεβαίωσιν δὲ τοῦ εὐαγγελίου τὰ δεσμὰ φησι καὶ τὰς θλίψεις· "κ. τεκμαίρομαι.

ipse etiam complebit: à præteritis enim de futuris conjecturam facio. Observa autem quomodo eos moderata sapere doceat, Deo cuncta accepta referens, non ipsis solis: neque sic tamen eos suâ laude privavit. Dixit enim: *Qui cœpit in vobis*, hoc est, per vestram voluntatem. Si enim hominis voluntas non adsit, neque Deus operabitur. Nam si simpliciter operaretur, nihil prohiberet quo minùs in gentibus, adeóq; cunctis planè mortalibus operaretur. Haud parum igitur laudis hinc illis nascitur, ut qui Dei gratiam attraxerint ut ipsis cooperaretur: & quia talia tantáque sunt opera, ut non ab humanis quidem viribus transigi queant, sed à Deo. Simul autem animat eos, ne in torporem devolvantur: nam si Deus perfecturus est, non perinde multum laboris vel negocii erit.

Usque in diem Jesu Christi.] Hoc est, usque ad adventum Domini. Sic, inquit, confido, quòd non in solis vobis Deus operabitur, sed & in iis qui è vobis credituri sunt, ad mundi usque consummationem. Vel suum cujusque obitum, diem Jesu Christi intellige, hoc est, Consummationem.

7 *Sicut est mihi justum hoc sentire de omnibus vobis, eò quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione, & confirmatione Evangelii.*] Confido, inquit, vos ad finem usque tales fore, atque hoc de vobis sentio, quandoquidem vos in corde meo semper gero, atque scio præclara opera vestra, & quòd absentes etiam detis operam consortes mihi fieri gratiæ Evangelii vinculorúmque. Proinde justum est me talia de vobis conjicere, atque ex primordiis finem colligere. Quanta autem laus est Paulo esse cordi, qui non ita simpliciter, sed cum judicio, & dignos diligit? At ne tum quidem, inquit, quando apud Neronem defensionem meam feci, memoriâ meâ excidistis. Confirmationem autem Evangelii, vincula & afflictiones vo-

cat : & hæc ipsa defensionem dicere poteris. Perspicuum enim est, nisi fuisset persuasus ineffabiles esse retributiones, & nullis verbis enarrabilia bona quæ expectaret, non fuisset vinctus : efferati Neronis offensionem non incurrisset, nisi alium imperatorem diutiùs duraturum animo suo prospexisset. Itaque afflictiones sunt confirmatio Evangelii.

Dum consocii gratiæ meæ vos omnes sitis.] Ponit hîc ob oculos, se citra judicium haud eos diligere : propterea, inquit, habeo vos in corde, quòd estis mihi consocii gratiæ hujus, id est, afflictionum & vinculorum : navatisque operam, ne à nobis in afflictionibus deficiatis, verùm ut tentationum, quas pro Evangelio sustinemus, potiùs participes efficiamini. Quòd autem vincula sint gratia, planum est ex
2 Cor. 12. 9. eo quod Dominus ait : *Sufficit tibi gratia mea ; potentia enim mea in infirmitate perficitur.* Vel quod potius est, ut in progressu dicit, *Vobis donatum est ut pro Christo patiamini.* Animadverte autem hîc, quomodo non dixerit, socii, sed, *consocii*, indicans se aliis etiam communicare. Perinde ac in alio loco ait, Ut consors Evangelii fiam, hoc est, ut particeps fiam bonorum Evangelii prædicatoribus repositorum.

8 *Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Jesu Christi.*] Non quòd ei non adhiberetur fides, Deum testem adducit : sed quia magnum animi sui affectum verbis exprimere non posset, Deo hoc relinquit, corda exploranti. Estq; hoc evidens argumentũ eum esse veracem : non enim si eis adularetur, Deum vocâsset testem. *In visceribus* autem dixit *Jesu Christi*, hoc est, non ob humanam quampiam commoditatem, nec quia transmisistis mihi quibus haberem opus, sed ob divinam dilectionem. Vel quia pater vester factus per fidem in Christum, viscera habeo erga vos, non naturalia, sed qualia Christus genuinis suis servis

καὶ ἀπολογίαν δὲ αὐτὰ ταῦτα εἶπεν αὖ. Πεφόβηλεν γὰρ, ὅτι εἰ μὴ ἐπέπειστο ἀξίους τῆς ἀμοιβῆς, καὶ ἄφατα ἀγαθὰ, οὐκ ἂν ἐδεσμεῖτο. " Οὐκ αὖ τῷ θηριώδει Νέρωνι προσίκετευεν, εἰ μὴ ἄλλον βασιλέα " μνημονέτερον προσεώρα. " χ. μνημονώτερον. Ὡστε αἱ θλίψεις βεβαίωσις τοῦ εὐαγγελίου.

Συγκοινωνούς μου τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας.] Δείκνησιν ἐνταῦθα, ὅτι οὐκ ἀκρίτως αὐτοὺς ἀγαπᾷ· διὰ τοῦτο γάρ, φησιν, ἔχω ὑμᾶς ἐν τῇ καρδίᾳ, διότι συγκοινωνοί μού ἐστε τῆς χάριτος ταύτης, τουτέστι, τῶν θλίψεων καὶ τῶν δεσμῶν· καὶ σπουδάζετε μὴ ἀποκφθῆναι ἡμῶν ἐν ταῖς θλίψεσιν, ἀλλὰ τῶν ὑπὲρ τοῦ εὐαγγελίου πειρασμῶν κοινωνῆσαι. Ὅτι " ἡ χάρις τὰ δεσμά, δῆλον. Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου. ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται· ἢ ὃ καὶ μᾶλλον, ὡς " προκαπὼν λέγει, Ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ πάσχειν. Ὅρα δὲ πῶς οὐκ εἶπε κοινωνοί, ἀλλὰ συγκοινωνοί, δεικνὺς ὅτι καὶ " αὐτὸς ἄλλοις " χ. αὖ. ὢν κοινωνὸς, ὥσπερ ἀλλαχοῦ φησιν· Ἵνα συγκοινωνὸς τοῦ εὐαγγελίου γένωμαι, τουτέστιν, ἵνα κοινωνήσω τῶν ἀποκειμένων ἀγαθῶν, οἷς ὁ εὐαγγελιστὴς καταγγέλλει.

8 Μάρτυς γάρ μου ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὡς ἐπιποθῶ πάντας ὑμᾶς ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Οὐχ ὡς ἀπιστούμενος μάρτυρα καλεῖ τὸν Θεὸν, ἀλλὰ τὸν πολλῶν διάθεσιν οὐκ ἔχων φράσαι διὰ λόγου, τῷ Θεῷ καταλιμπάνει τοῦτο, ὁρῶντι καρδίας ἐξεπάζοντι. τοῦτο γὰρ ἀληθεύειν αὐτὸν τεκμήριον. ὃ γὰρ ἂν εἰ συκοφάντουν αὐτοὺς, μάρτυρα τὸν Θεὸν οὐκ ἐκάλεσεν. Ἐν σπλάγχνοις γὰρ εἶπεν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τουτέστιν, οὐχὶ διὰ τὴν αἰδεσίμην, οὐδ' ὅτι ἐπεμελατό μου τῶν πρὸς χρείαν, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ Θεὸν ἀγάπῃ. ἢ ὅτι πατὴρ ὑμῶν γεγονὼς διὰ τὴν πίστεως τὴν εἰς Χριστὸν, σπλάγχνα ἔχω ἐφ' ὑμῖν, οὐ φυσικὰ, ἀλλ' οἷα Χριστὸς χαρίζεται τοῖς γνησίοις

γνησίοις αὐτῦ δούλοις, τοῖς αὐτῷ ἡνωσι τὰ τῦ διαγγελίυ τέκνα. Πάντας ὑ ποθῶ, ὅτι καὶ πάντες τοιῦτοί ἐστε.

9 Καὶ τῦτο προσεύχομαι, ἵνα ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσεύῃ.] Καίτοι ὄντω φιλόμυθος, ὅμως ἔτι μᾶλλον βύλεται φιλεῖσθαι. ἀγάπης γὰ μέτρον ὃ μηδέποτε ἵστασθαι. Ορα δὲ πῶς "χ. ὑπερπλεόνασεν. "ὑπερπικωτέραις ἐχρήσατο τοῖς λέξεσιν, εἰπών, ἔτι, καὶ, μᾶλλον καὶ μᾶλλον, καὶ, περισσεύῃ. Φησὶ δὲ τοῦτο, ὁ μόνον ἵνα αὐτὸν ἀγαπῶσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους.

Ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ αἰσθήσει.] Τῦτ' ἔστιν, ἵνα μὴ ἁπλῶς πάντας ἀγαπᾶτε, ἀλλὰ μετὰ δοκιμασίας, καὶ γνώσεως, καὶ κρίσεως. Εἰσὶ γὰ πολλοὶ ἀλόγως φιλοῦντες· ὅθεν οὐδὲ μόνιμοι αἱ τοιαῦται φιλίαι. ἢ ὅτι ἵνα μὴ αἱρετικοὺς ἀγαπᾶτε.

10 Εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τὰ διαφέροντα.] Τυτέστι, τὰ συμφέροντα. Εἰ γὰ μετὰ δοκιμασίας καὶ κρίσεως ἀγαπᾶτε, δυνασθε τὸ συμφέρον δοκιμάσαι, καὶ ἐπιγνῶναι τίνας μὲ χρὴ φιλεῖν, ὅτι τοὺς πιστούς· καὶ τίνας μὴ, ὅτι τοὺς ἀπίστους. Πῶς οὖν ἀλλαχῦ φησι· Μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύετε; πρῶτον μὲ, οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, ἀλλὰ προσδιώρισεν, Εἰ δυνατόν, μετὰ πάντων εἰρηνεύετε. ἕτερα, ἄλλο ἐστὶ τὸ εἰρηνεύειν, καὶ ἄλλο τὸ ἀγαπᾶν· τὸ μὲ γὰ, τὸ μὴ μάχεσθαι· τὸ δὲ ἀγαπᾶν, διάθεσιν ψυχῆς ἀπαιτεῖ, καὶ οἱῦ σύγκρασιν, καὶ ἤθους "ὁμοιότητα· ὅπερ πρὸς αἱρετικοὺς ὐ δεῖ ἐνδείκνυσθαι. Εἰ γὰ ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτόν.

"χ. ὁμοιότητα.

Ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι εἰς ἡμέραν Χριστοῦ.] Οὐ πρὸς τὸ ἐμὸν συμφέρον ταῦτα λέγω, ἀλλ' ἵνα ὑμεῖς μηδὲν νόθον δόγμα ὡς τὸ ἀγάπης πρόφασιν ὑποδέξησθε." Εἶπε δὲ, εἰλικρινεῖς, ὡς πρὸς τὸν Θεόν· ἀπρόσκοποι, ὡς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. Εἰ γὰ καὶ μή σε βλάπτει ἡ πρὸς τὸν αἱρετικὸν φιλία, ἀλλ' "ἕτερον σκανδαλίζει. Ὡς πῶς ἐν τῇ ἡμέρᾳ Χριστοῦ "βύρεσῆς εἰλικρινὴς, σκανδαλίζων τοὺς ἀδελφούς;

"χ. ἕτερον σκανδαλ. ζει. "χ. θυσ.

impertit, generantibus ipsi Evangelii filios. Omnes autem desidero & vehementer amo, quandoquidem & omnes tales estis.

9 *Et hoc oro, ut charitas vestra magis ac magis abundet.*] Etiamsi ita adamatus erat, adhuc tamen vehementiùs vult amari. Charitatis enim modus est, nunquam pedem figere. Vide autem uti dictionibus majorem intensionem habentibus usus sit, dicens, *adhuc, magis magisque*, &, *abundet*. Hæc autem ait, non ut ipsum solum diligant, verumetiam alios.

In agnitione & omni sensu.] Hoc est, ut non simpliciter quosvis diligatis, sed cum probatione, & cognitione, & judicio: plerique enim citra rationem diligunt: hinc neque stabiles sunt talium amicitiæ. Vel ut hæreticos non diligatis.

10 *Ut probetis potiora.*] Hoc est, quæ utilia sint. Si enim cum exploratione ac judicio diligatis, potestis quod confert examinare, & agnoscere quinam diligendi sint, fideles nimirum: & qui non, infideles videlicet. Quomodo igitur alio in loco ait, *Cum omnibus hominibus pacem habete?* Primùm quidem non simpliciter dixit, sed cum distinctione: *Si fieri possit, cum omnibus pacem habete.* Deinde, aliud est habere pacem, aliud diligere: illud enim à contentione alienos nos esse jubet: diligere verò, animi affectionem postulat, ac veluti contemperationem, morúmque similitudinem; quæ hæreticis non est exhibenda. *Si enim oculus tuus offendit te, excinde ipsum.* Rom. 12. 18. Mat. 5. 29.

Ut sitis synceri, & sine offensa in diem Christi.] Non in meum hoc commodum dico, sed ne vos adulterinum aliquod dogma charitatis prætextu recipiatis. Dixit autem, *synceri*, quoad Deum: *sine offensa*, quoad homines. Etiamsi enim te non lædat quæ tibi cum hæretico amicitia intercedit, alium tamen offendit. Quomodo igitur in die Christi invenieris syncerus, fratribus tuis offendiculum ponens?

11 *Repleti fructibus justitiæ, qui sunt per Jesum Christum, ad gloriam & laudem Dei.*] Hoc est, ut cum doctrinæ rectitudine vitam etiam minimè condemnandam ducatis : per justitiam enim omnem virtutem intelligit, vel eleemosynam speciatim. Non autem ut imperfectè virtutem aut eleemosynam operemini, sed ut fitis repleti. Quandoquidem autem & infideles videbantur sibi & virtutem & eleemosynam vendicare, adjecit, *Qui sunt per Jesum Christum :* illorum enim opera non sunt secundùm Christum, sed ob vanam gloriam, & ut hominibus placeant. *In gloriam* autem *Dei*, hoc est, non in meam qui hæc doceo. Quare non est quòd vos obsistatis gloriæ Dei. Simul autem animat eos, perinde quasi Deus sit suppetias illis laturus in opere quod ad gloriam ejus sint peracturi.

11 Πεπληρωμένοι καρπῶν δικαιοσύνης, τῶν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον Θεοῦ.] Τουτέστιν, ἵνα μὴ τῶν δογμάτων ὀρθότητος καὶ βίον ἔχητε ἀκατάγνωστον. δικαιοσύνῃ γὰρ πᾶσαν ἀρετὴν, φησὶν, ἢ τὴν ἐλεημοσύνην ἰδικώτερον. Οὐχ ἵνα δὲ ἀτελῶς τὴν ἀρετὴν ἢ τὴν ἐλεημοσύνην ἐργάζησθε, ἀλλ' ἵνα ἦτε πεπληρωμένοι. Ἐπεὶ δὲ καὶ οἱ Ἕλληνες ἐδόκουν ἀρετῆς μεταποιεῖσθαι καὶ ἐλεημοσύνης, προσέθηκε, τῶν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· τὰ ἐκείνων γὰρ οὐ κατὰ Χριστὸν, ἀλλὰ διὰ κενοδοξίαν καὶ ἀνθρωπαρέσκειαν. Εἰς δόξαν δὲ τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν, οὐκ εἰς ἐμὲ τὸν διδάσκοντα ταῦτα. Ὡστε οὐ δεῖ ἐμποδίσαι ὑμᾶς τῇ δόξῃ τοῦ Θεοῦ. Ἅμα δὲ καὶ προθαρρύνει αὐτοὺς, ὡς τοῦ Θεοῦ μέλοντος συνεργεῖν ἐν τῷ εἰς δόξαν αὐτοῦ ἔργῳ.

12 *Scire autem vos volo, fratres, quòd quæ mihi acciderunt, magis ad profectum venerunt Evangelii.*] Verisimile erat eos, ubi cognovissent eum vinctum esse, turbari, quasi Evangelii prædicatio impediretur. Hanc itaque tollens suspicionem, ait : Non solùm non impediverunt Evangelium vincula mea, sed & in promotionem potiùs cesserunt.

12 Γινώσκειν δὲ ὑμᾶς βούλομαι, ἀδελφοὶ, ὅτι τὰ κατ' ἐμὲ μᾶλλον εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου ἐλήλυθεν.] Εἰκὸς ἦν αὐτοὺς μαθόντας ὅτι δέδεται, θορυβεῖσθαι, ὡς τοῦ κηρύγματος ἐγκοπησομένου. ἀναιρῶν οὖν τὴν ὑπόνοιαν ταύτην, φησὶν ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἐπέσχεν τὰ δεσμά μου τὸν εὐαγγελισμὸν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον εἰς προκοπὴν ἐγένοντο.

13 *Ita ut vincula mea manifesta fierent in Christo in toto prætorio, & cæteris omnibus.*] Hoc est, ut vinctus cùm sim, majori fiduciâ loquar, neq; conticescam, sed ut prædicatio verbi ad ipsum usque prætorium pervenerit, hoc est, ad ipsam regiam, atque adeò universam urbem. Hoc autem in Christo factum est, id est, non meum est opus, sed Christi. Vel vincula mea *in Christo*, id est, quæ propter Christum perpetior.

13 Ὡστε τοὺς δεσμούς μου φανερούς ἡμᾶς ἐν Χριστῷ ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσι.] Τουτέστιν, ὥστε καὶ δεδεμένον ὄντα με πλέον παῤῥησιάζεσθαι, καὶ μὴ σιγῆσαί με, ἀλλὰ τὸ κήρυγμα τοῦ λόγου καὶ ἄχρις αὐτοῦ φθάσαι τοῦ πραιτωρίου, τουτέστι, τῶν βασιλείων, καὶ ἐν τῇ πόλει πάσῃ. Τοῦτο δὲ ἐν Χριστῷ γέγονε, τουτέστιν, οὐκ ἐμὸν κατόρθωμα ἀλλὰ τοῦ Χριστοῦ. Ἢ τοὺς δεσμούς μου τοὺς ἐν Χριστῷ, τουτέστι, τοὺς διὰ Χριστόν.

14 *Et ut plures è fratribus in Domino, confidentes vinculis meis, abundantiùs auderent sine timore sermonem loqui.*] Et antea quidem liberè docebant verbum, nunc verò id agunt majori fiduciâ & alacritate, postquam me animadvertunt esse

14 Καὶ τοὺς πλείονας τῶν ἀδελφῶν ἐν Κυρίῳ, πεποιθότας τοῖς δεσμοῖς μου, περισσοτέρως ἀφόβως λαλεῖν τὸν λόγον.] Καὶ πρότερον μὲν ἐπῤῥησιάζοντο, νῦν δὲ περισσοτέρως ἐν τῷ ἐμὲ ἰδεῖν πλέον παῤῥησιαζόμενον, καὶ ταῦτα

περισσοτέρως

τῶν δεδεμένων. Επεὶ γὰρ εἶδον ἐμὲ δεδεμένον, ἀνερρώσθησαν καὶ εἰς ζῆλον. Επεὶ δὲ μέγα ἐδόκει λέγειν, ὅτι ἐγὼ αὐτοὺς "ἐθάρρυνα, εἶπεν, ἐν Κυρίῳ. Εἰ τοίνυν οἱ ἐγγὺς ὄντες τοῖς δεσμοῖς μου, καὶ θαρροῦσι, ἀλλὰ μᾶλλον πλέον θάρσος δέχονται, πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς χρή.

"χ. παρεθάρρυνα.

15 Τινὲς μὲν καὶ διὰ φθόνον καὶ ἔριν, τινὲς δὲ δι' εὐδοκίαν τὸν Χριστὸν κηρύσσουσιν.] Επειδὴ κατεχέθη ὁ Παῦλος, πολλοὶ τῶν ἀπίστων ἐκήρυττον καὶ αὐτοὶ τὸν Χριστὸν, βουλόμενοι εἰς πλείονα ὀργὴν ἐκκαῦσαι τὸν Νέρωνα, ὡς τάχιον τὸν Παῦλον ἀπελθεῖν, ὡς τοῦ κηρύγματος πανταχοῦ "δι' αὐτοῦ καταπαυομένου. τοῦτο οὖν ἐστὶ τὸ, διὰ φθόνον καὶ ἔριν. ἢ ὅτι βουλόμενοι καὶ αὐτοὶ τιμᾶσθαι, καὶ ὑποσπᾶν τι τῆς ἐμῆς δόξης. Αλλοι δὲ δι' εὐδοκίαν, φησὶ, τινές, χωρὶς ὑποκρίσεως, καὶ μὴ "θρασείας γνώμης.

"χ. ὑποκρίσεως.

16 Οἱ μὲν ἐξ ἐριθείας τὸν Χριστὸν καταγγέλουσιν, οὐχ ἁγνῶς.] Τουτέστιν, οὐχ εἰλικρινῶς, οὐδὲ δι' αὐτὸ τὸ καλόν.

Οἰόμενοι θλίψιν "ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου.] Νομίζοντες, φησὶν, ὅτι με εἰς μείζονα ἐμβαλοῦσι "κίνδυνον, καὶ θλίψιν ὅτι θλίψει ἐπάξουσι· ἀλλ' οὐχ οὕτω συμβαίνει αὐτοῖς τὸ τέχνασμα. λαμπροτέρα γὰρ ἐκ τούτου τὸ κήρυγμα γίνεται, καὶ ἡ ἐμὴ χαρὰ διὰ τοῦτο μείζων. Ορᾷς ὅτι ἔστιν ἔργον ποιῆσαι ἀγαθὸν οὐκ ἀπὸ προαιρέσεως ἀγαθῆς; καὶ οὐ μόνον μισθὸν μὴ ἀπολαβεῖν, ἀλλὰ καὶ κολασθῆναι;

"χ. ἐπιφέρειν. "χ. πόλεμον.

17 Οἱ δὲ ἐξ ἀγάπης, εἰδότες ὅτι εἰς ἀπολογίαν τοῦ εὐαγγελίου κεῖμαι.] Τουτέστιν, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς ἀγάπης τῆς εἰς τε τὸν Κύριον καὶ εἰς ἐμὲ, κηρύσσουσιν, εἰδότες ὅτι λόγους μέλλω ποιήσασθαι ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος, καὶ διὰ τοῦτο συναίρονταί μοι τῷ ἔργῳ. ἐὰν γὰρ πολλοὶ ὦσιν οἱ τῷ κηρύγματί μου προσιόντες, θύκο-

confidentiorem, idque cùm vinctus sim: & illi ad æmulationem confortati sunt, postquam me viderunt vinctū. Quia verò magnum videbatur dicere, nempe, *Ego ipsos animavi*; *In Domino*, dixit. Si igitur qui proximè sunt ad mea vincula, non turbantur, sed majorem potiùs fiduciam recipiunt, multò magis vos convenit esse confidentes.

15 *Quidam quidem & propter invidiam & contentionem, quidam autem propter bonam voluntatem Christum prædicant.*] Cùm comprehensus esset Paulus, haud pauci etiam infidelium annunciabant Christum, volentes ad majorem iram accendere Neronem, ut eò celeriùs Paulum è medio tolleret, veluti prædicatione ubique per eum dispersâ. Hoc enim est quod ait, *Per invidiam & contentionem.* Vel tanquam & ipsi honorari voluerint, atque aliquid meâ gloriâ detrahere. Alii autem *per bonam voluntatem*, inquit, hoc est, sine simulatione, ex animo, rectâque sententiâ.

16 *Alii quidem ex contentione Christum annunciant, non syncerè.*] Hoc est, non purè, neque propter ipsum bonum.

Existimant pressuram afferre vinculis meis.] Existimantes me hoc pacto, inquit, in pericula majora injicere, & afflictionem afflictioni adducere: verùm conatus illorum ipsis hac ratione non procedit. Nam inde prædicatio verbi redditur præclarior, meúmque gaudium propterea majus est. Viden' quòd bonum opus facere liceat absque bonâ voluntate? atque non solùm mercedem non recipere, cæterùm pœnâ etiam affici?

17 *Alii autem ex charitate, scientes quòd ad Evangelii defensionem positus sim.*] Hoc est, nonnulli ex charitate cùm erga Dominum, tum erga me, Evangelium prædicant, compertum habentes quòd rationem prædicati verbi redditurus sim, ac propterea mihi auxiliantur in hoc opere. Si enim multi fuerint accedentes prædicationi

tioni meæ, facilis mihi defensio erit. In hoc igitur ipsi cooperantur, haud paucos instituentes.

18 *Quid enim? Omni modo, sive per occasionem sive per veritatem, Christus annunciatur.*] Quid enim, inquit, opus est multa dicere? Quid mihi curæ est, sicne vel aliter; sive *per occasionem*, hoc est, in contentione ac simulatione; *sive per veritatem*, hoc est, in rectitudine & synceritate mentis Christus prædicatur? Hinc nonnulli stolidi putârunt, quòd Paulus aditum dederit hæresibus. Modò Christum, inquiunt, prædicet quis, nihil refert. At contemplare: Primò quidem non dixit, *annunciet*, ut legem sancire videatur, sed, *annunciatur*, rem gestam enarrans recitánsque. Deinde etiamsi ceu legem sanciens ac præcipiens dixisset, neque sic tamen aditum hæresibus dedisset. Quomodo? Quoniam illi de quibus loquitur, non prava dogmata introduxerunt, sed vera quidem prædicabant, non rectè tamen, neque vero scopo: hæretici autem de industriâ recta non prædicant, cæterùm perversa & adulterina, præter hoc quòd perversus etiam illis scopus sit.

Et in hoc gaudeo, sed & gaudebo.] Illi, quidem, inquit, ut me tristitiâ afficiant, hæc faciunt: ego autem lætor, quòd Christus latiùs prædicetur. Et si porrò hoc faciunt, eo abundantiùs ego lætabor. Vides artes diaboli, quomodo illum ipsum infringant?

19 *Scio enim quòd hoc mihi proveniet ad salutem.*] Hoc: quale? quòd verbi prædicatio crescat, per odium quo erga me afficiuntur, & invidiam.

Per vestram orationem & subministrationem Spiritûs Jesu Christi.] Modestiam & insignem animi moderationem hîc expende in Divo Paulo. Cùm enim ex innumeris ejus operibus atque virtutibus debeatur ei salus, adjicit tamen, Si vestris orationibus adjutus ac donatus fuero, subministratúsque fuerit mihi per eas amplior

λός μοι ἡ ἀπολογία ἔσται. Εἰς τοῦτο οὖν ἐκεῖνοι συνεργοῦσι, κατηχοῦντες πολλούς.

18 Τί γάρ; πλὴν * πάντι τρόπῳ, * ἤτοι εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ, Χριστὸς καταγγέλλεται.] Τί γάρ, φησι, δεῖ πολλὰ λέγειν; ἢ τί μοί, φησι, μέλει, αἴ τε ὕπως, αἴτε ἄ· εἴτε προφάσει, τουτέστιν, ἐριθείᾳ καὶ ὑποκρίσει· εἴτε ἀληθείᾳ, τουτέστιν, ὀρθότητι γνώμης Χριστὸς καταγγέλλεται; Ἐκ τούτων τινὲς ἀνόητοι ὑπέλαβον, ὅτι ὁ Παῦλος πρόφασιν δέδωκε ταῖς αἱρέσεσι· μόνον γάρ, φησι, τὸν Χριστὸν καταγγέλλέτω τις, καὶ οὐδὲν διαφέρει. Ἀλλὰ σκόπει, πρῶτον μὲν οὐκ εἶπε, καταγγελέσθω, ἵνα καὶ νομοθετεῖν δόξῃ· ἀλλὰ, καταγγέλλεται, τὸ γινόμενον ἐξηγούμενος. Ἔπειτα, εἰ καὶ ὡς νομοθετῶν εἰρήκει, οὐδὲ ὕπως πρόφασιν ταῖς αἱρέσεσι δέδωκε. Πῶς; ὅτι οὗτοι περὶ ὧν φησιν, οὐ νόθα δόγματα εἰσῆγον, ἀλλ' ὀρθὰ μὲν ἐκήρυττον, οὐκ ὀρθῶς δὲ, οὐδὲ σκοπῷ· οἱ δὲ αἱρετικοὶ προαιρούμενοι οὐκ ὀρθὰ κηρύττουσιν, ἀλλὰ διεστραμμένα καὶ νόθα, μὴ τοῦ καὶ τὸν σκοπὸν ἔχειν διεστραμμένον.

Καὶ ἐν τούτῳ χαίρω, ἀλλὰ καὶ χαρήσομαι.] Ἐκεῖνοι μὲν δι' ὃ τὸ λυπῆσαί με τοῦτο ποιοῦσιν· ἐγὼ δὲ χαίρω ὅτι ὁ Χριστὸς πλέον κηρύττεται· κἂν ἐπὶ τοῦτο ποιῶσιν, ὅτι πλέον χαρήσομαι. Ὁρᾷς πῶς αἱ μηχαναὶ τοῦ διαβόλου αὐτὸν ἐκφρον καταλύουσιν; * χ. ποιήσουσιν.

19 Οἶδα γὰρ ὅτι μοι τοῦτο ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν.] Τοῦτο; ποῖον; Τὸ αὔξεσθαι τὸ κήρυγμα διὰ τὸ μισεῖσθαι καὶ τοῦ ζήλου.

Διὰ τῆς ὑμῶν δεήσεως, καὶ ἐπιχορηγίας τοῦ Πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Ὅσα τιμῶ παπεινοφρονοῦντα τοῦ μακαρίου· ἀπὸ μυρίων κατορθωμάτων ἔχων ὀφειλομένην τιμὴν σωτηρίαν, ὅμως φησὶν, Ὅτι ἐὰν τῶν ὑμετέρων εὐχῶν ἀξιωθῶ, καὶ ἐπιχορηγηθῇ μοι δι' αὐτῶν πλεῖον τὸ πνεῦμα, σύντομον ἔσται μοι ἡ σωτηρία

"χ. σωτηρία. " ἡ σωτηρία. Ἐπιχορηγήσει " δὲ λέγει τὴν πλείω ὑπόδοσιν τῆς χάριτος τοῦ πνεύματος.

"χ. ἐπιχορηγήσει.

20 Κατὰ τὴν ἀποκαραδοκίαν καὶ ἐλπίδα μου.] Ἀποκαραδοκίαν, τὴν βεβαίαν ἐλπίδα καὶ ἀμετάθετον φησι, ἥτις τὸ, τὴν κάραν ὅλην δοκεῖν καὶ ὑπτιάζειν πρὸς τὸ βεβαίως ἐλπιζόμενον. Φησὶ γοῦν, ὅτι ἐλπίζω βεβαίως σωθήσεσθαι. Σωτηρίαν δὲ καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς Νέρωνος ὠμότητος νοήσῃς. ὥσπερ γάρ, φησι, τὸν πρῶτον κίνδυνον, οὕτω καὶ τὸν παρόντα * διαφεύξομαι. Διδάσκει δὲ ἐνταῦθα μὴ τὸ πᾶν τῶν ἑτέρων εὐχαῖς ὑπεκτίθεσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ἡμᾶς συνεισφέρειν, ὥσπερ οὖν καὶ αὐτὸς τὴν ἐλπίδα, τὴν πάντων αἰτίαν ἀγαθῶν. Καὶ ὁ προφήτης γάρ φησι, Γένοιτο τὸ ἔλεός σου κύριε ἐφ' ἡμᾶς, καθάπερ ἠλπίσαμεν. Καὶ ἑτέρωθι· Τίς ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον καὶ κατῃσχύνθη; Καὶ αὐτὸς ὁ Παῦλος· Ἡ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει.

* κίνδυνον.

Ὅτι ἐν οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι.] Τουτέστιν, οὔτε ἐν τῷ ζῆν· κηρύττω γάρ· οὔτε ἐν τῷ θανεῖν· οὐ γὰρ περιέσονται οἱ ἐχθροί. κἂν γὰρ κτείνωσι, τότε μᾶλλον ἡ ἀνεπαίσχυντος δόξα· ὅμως οὐκ ἔσται " οὐδὲ τοῦτο αὐτοῖς.

"χ. ἔσται.

Ἀλλ' ἐν πάσῃ παῤῥησίᾳ μεγαλυνθήσεται Χριστὸς ἐν τῷ σώματί μου, εἴτε διὰ ζωῆς, εἴτε διὰ θανάτου.] Ἐκεῖνοι μέν, φησι, διὰ τῆς αὐτῶν δόλου ᾠήθησάν με εἰς κινδύνους ἢ θάνατόν με ἐμβαλεῖν· οὐ προχωρήσει δὲ αὐτοῖς τὸ ἀποτόλμημα, ἀλλ' ἐν πάσῃ παῤῥησίᾳ, τουτέστι, φανερῶς καὶ ἀναπῤῥήτως μεγαλυνθήσεται Χριστὸς ἐν τῷ σώματί μου, τουτέστι, ζῶντός μου ἢ τοῦ σώματος τούτου ἀφαιρεθέντος· οὐ γὰρ ἀποθανοῦμαι. Ἵνα μή τις εἴπῃ· Τί οὖν; ἐὰν σὺ ἀποθάνῃς, οὐ μεγαλυνθήσεται; ἐπάγει ὅτι διὰ θανάτου μὲν τοῦ ἐμοῦ μεγαλυνθήσεται, ὅτι με διὰ τοῦ θανάτου ἰσχυροτέρον ἐποίησε· πλὴν τέως διὰ τῆς ζωῆς νῦν, ὅτι

"χ. παύτω. "Τοῦτό μοι ἐγχείσεται ἐξελόμενος τῶν κινδύνων. Λέγει δὲ τοῦτο τοῦ θανάτου, οὐχ ὡς θέλοντος ἀποθανεῖσθαι, ἀλλ' ἵνα εἰ

spiritus, hinc mihi ſalus erit. Subminiſtrationem autem majorem gratiæ ſpiritûs augmentationem dicit.

20 *Secundùm expectationem & ſpem meam.*] Ἀποκαραδοκίαν, firmam & immobilem ſpem vocat, ab eo quòd caput totum videatur inclinare ad id quod firmiter ſperatur. Ait ergo; Firmiter ſpero me conſervatum iri. Salutem autem liberationem à Neronis crudelitate intelliges. Ut enim primum periculum evaſi, ait, ſic etiam præſens effugiam. Docet autem hîc ne totum negotium noſtrum aliorum orationibus committamus, cæterùm noſipſos oportere etiam aliquid afferre, perinde ac ipſe ſpem, omnium bonorum cauſam, affert. Nam & Propheta ait: *Fiat miſericordia tua, quemadmodum ſperavimus.* Et alio in loco: *Quis ſperavit in Dominum, & pudefactus eſt?* Atque ipſe Paulus, *Spes non confundit.* Pſal. 32. 22. Eccli 2. 11. Rom. 5. 5.

Quòd in nullo confundar.] Hoc eſt, neque in vita: prædico enim Evangelium: neque in morte: non enim ſuperabunt hoſtes. Etſi enim occiderint, major mihi potiùs inde gloria creſcet, quæ nullo me pudore neque ignominiâ afficiet. Attamen neq; iſtud quidem illis dabitur.

Sed in omni fiducia magnificabitur in corpore meo Chriſtus, ſive per vitam, ſive per mortem.] Illi, inquit, dolo ſuo putârunt ſeſe me in pericula & mortem conjecturos: non ſuccedet autem eis conatus, ſed *in omni fiducia*, hoc eſt, palàm & irrefragabiliter *magnificabitur Chriſtus in corpore meo*, hoc eſt, tantiſper dum vivo, corpus hoc circumferens: non enim moriar. Ne autem quiſquam dicat, Quid igitur? ſi tu moriare, non magnifiet? infert: imò & per mortem meam magnifiet, quia morte me fortiorem fecit: veruntamen interim per vitam meam glorificatur, quoniam hanc mihi donavit, è periculis eruens. De morte autem loquitur, non veluti ſtatim moriturus, verùm ut etiamſi fiat, non turbentur,

bentur: vehementer enim eum amplectebantur.

21 *Mihi enim vivere Christus est, & mori lucrum.*] Hoc est, novam quandam vitam vivo, & Christus est mihi omnia, & spiritus, & vita, & lumen. Vitæ enim nomen, naturalem etiam vitam
Act.17.28. significat: *Nam in ipso*, inquit, *& vivimus, & movemur.* Significat etiam vitam in
Rom.6.2. peccatis, ut cùm dicit, *Qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in ipso?* Significat & vitam sempiternam, sive eam
Cap.3.20. quæ secundùm Christum est: ut, *Conversatio nostra in cœlis est.* Hîc igitur naturalem vitam Paulus non rejicit, sed vitam quæ peccato dedita est, hujus mundi imposturæ attendentem. Christum autem confitetur sibi esse vitam, quemadmodum
Galat.2.20. & alio in loco dicit: *In fide vivo filii Dei.* Mori autem lucrum est, quia tunc apertiùs cum ipso versabor. Lucrum itaque mihi præbebunt, festinantes me ex hujus mundi vita ejicere, Christo, qui est vita mea, me allegantes.

22 *Si autem vivere in carne, hoc mihi fructus est operis, & quid eligam, ignoro.*] Ne existimes ipsum præsentem vitam reprehendere, inquit: *Si vivere in carne, hoc mihi fructus est operis*, hoc est, dixi quidem lucrum esse mori, veruntamen postquam vivere in carne non sit infrugiferum mihi (fructum enim fero, docens illuminánsque omnes) non novi quid eligam. Hîc autem obstruuntur præsentem vitam calumniantium hæreticorum ora: nam non est prava, cùm fructus nobis impertiat. Quocirca ipsa non est causa, sed voluntas malè illâ utentium. Porrò, mysterium quoddam revelans, indicat se esse Dominum vitæ mortísque: nam si velim, inquit, hoc ex Deo petere, dabit gratiam. Ex hoc ergo debetis consolationem accipere, quòd etiamsi moriar, non ex malitia hostium, sed ex dispensatione Dei factum est istud.

23 *Coarctor autem ex duobus, desideri-*

καὶ ἡμῖν δόξαν, μὴ παραιτῶσι· σφόδρα γὰρ αὐτὸν περιείχοντο.

21 Ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν, Χριστὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν, κέρδος.] Τουτέστι, καινήν τινα ζωὴν ζῶ, καὶ ὁ Χριστός μού ἐστι τὰ πάντα, καὶ πνοὴ, καὶ ζωὴ, καὶ φῶς. Τὸ γὰρ τῆς ζωῆς ὄνομα σημαίνει μὲν καὶ τὴν φυσικὴν ζωήν· Ἐν αὐτῷ γάρ, φησι, ζῶμεν καὶ κινούμεθα. σημαίνει δὲ καὶ τὴν τῆς ἁμαρτίας, ὡς ὅταν λέγῃ, Οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ; σημαίνει ὴ καὶ τὴν αἰώνιον, ἥτις τὴν πρὸς Χριστόν· ὡς, Τὸ ἡμῶν πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. Ἐνταῦθα πίνων τὴν φυσικὴν ζωὴν ἀφῆκεν ὁ Παῦλος, δηλαδὴ τὴν ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ, τὴν προσέχουσαν τῇ κοσμικῇ ἀπάτῃ. Τὸν Χριστὸν δὲ ὁμολογεῖ εἶναι ζωὴν αὐτῷ, ὥσπερ οὖν καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· Ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Τὸ δὲ ἀποθανεῖν, κέρδος, ὅτι αὐτῷ, φησι, τότε σαφέστερον συνέσομαι. Ὡστε κέρδος μοι προσξενήσουσιν οἱ τῆς ἐν τῷ κόσμῳ ζωῆς ἐκβαλεῖν σπεύδοντες, τῷ Χριστῷ, ὃς ἐστιν ἐμὴ ζωὴ, προπέμποντές με.

" χ. ἀλλ' * αὐτῷ. * ἐν.

22 Εἰ δὲ τὸ ζῆν σαρκὶ, τοῦτό μοι καρποῦ ἔργου, καὶ τί αἱρήσομαι οὐ γνωρίζω.] Ἵνα μὴ νομίσῃς διαβάλλειν αὐτὸν τὸν παρόντα ζωὴν, φησίν· Εἰ γὰρ τὸ ζῆν ἐν σαρκὶ, τοῦτό μοι καρποῦ ἔργου, τουτέστιν, εἶπον μὲν ὅτι κέρδος μοι τὸ θανεῖν, πλὴν ὅτι γε τὸ ζῆν ἐν σαρκὶ οὐκ ἄκαρπόν μοί ἐστι, (καρποφορῶ γὰρ, διδάσκων καὶ φωτίζων πάντας) οὐκ οἶδα τί αἱρήσομαι. Ἐνταῦθα δὲ φερόμενοι καὶ τὴν τοῦ παρόντος ζωὴν διαβαλόντων αἱρετικῶν τὰ στόματα. καὶ γὰρ ὠφέλιμός ἐστιν, εἴγε καρποὺς ἡμῖν δίδωσιν. Ὡστε οὐκ αὐτὴ αἰτία, ἀλλ' ἡ προαίρεσις τῶν κακῶς χρωμένων αὐτῇ. Καὶ μυστήριόν τι ἀποκαλύπτων, δείκνυσιν ἑαυτὸν κύριον ὄντα τῆς ζωῆς καὶ τοῦ θανάτου. Εἰ γὰρ βουλοίμην, φησὶν, αἰτήσασθαι τὸν Θεὸν, δώσει χαρίσασθαι· ὥστε καὶ ἐκ τούτου ὀφείλετε παραμυθίαν, ὅτι εἰ καὶ " θανοῦμαι, " οὐκ ἐκ πονηρίας τῶν ἐχθρῶν, ἀλλὰ Θεοῦ οἰκονομίᾳ γίνεται τοῦτο.

" χ. θανατῶ. " χ. οὐ κατὰ πονηρίαν τῶν ἐχθρῶν ἐστι λαμβάνειν τοῦτο γινόμενον· ἀλλὰ Θεοῦ οἰκονομίᾳ.

23 Συνέχομαι δὲ ἐκ τῶν δύο, τοῦτ' ἔστι-

ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον· 24 τὸ δὲ ἐπιμένειν ἐν τῇ σαρκὶ, ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς.] Ταῦτα λέγει προοικονομῶν αὐτοὺς ἐνεγκεῖν γενναίως τὸν μέλλοντα αὐτῷ τελευτὴν. Τί γὰρ ἀγωνιᾶτε, φησὶν, ἐπὶ τῷ θανάτῳ; τοῦτο * καλὸν, καὶ ἐπιθυμῶ, καὶ κρεῖττόν μοι τοῦτο ἐστὶ· δίδωσι γάρ μοι σὺν Χριστῷ εἶναι. ὥστε οὐ δεῖ ὑμᾶς ἀλγεῖν. Πάλιν δὲ ἐπιμένειν τῇ σαρκὶ, ἀναγκαιότερον δι' ᵃ ὑμᾶς· μετέραν ὠφέλειαν· οὐ γὰρ ζητῶ τὸ ἐμαυτοῦ, ἀλλὰ τὸ ὑμῶν. ᵇ Συνεχόμενος οὖν ἐκ τῶν δύο τούτων, τουτέστι, στενοχωρούμενος, καὶ μὴ εἰδὼς πῶς προαιρήσω· ὅμως ἀναγκαιότερον κρίνω τὸ, ὑμᾶς ζῶν ὠφελῆν. Ἀρά ἐστί τι τοῦ Παύλου ψυχῆς ἀνάξιον; ὃς γε καὶ σωθῆναι Χριστῷ αἱρετώτερον ἔκεινε καὶ προτιμότερον τὸν τῶν ἄλλων ὠφέλειαν· ἵνα πλέον ἀκειωθῇ τοῦ Χριστῷ ἐναβρυνόμενος τὸν μὴ Χριστοῦ ᶜ διδασκαλίαν.

* καλὸν, καὶ ἐπιθυμῶ.

ᵃ κ. ὑμᾶς.

ᵇ κ. συνέχομαι.

ᶜ κ. συνδιδασκαλίαν.

25 Καὶ τοῦτο πεποιθὼς οἶδα, ὅτι μενῶ καὶ συμπαραμενῶ πᾶσιν ὑμῖν, εἰς τὴν ὑμῶν προκοπὴν καὶ χαρὰν τῆς πίστεως.] Ἐπειδὴ, φησὶν, ἀναγκαῖόν ἐστι τὸ ἐπιμένειν τῇ σαρκὶ, πεποιθότως καὶ ἀδιστάκτως οἶδα ὅτι μενῶ, τουτέστι, ζήσω· καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ μεθ' ὑμῶν, ὅ ἐστιν, ὄψομαι ὑμᾶς. Τίνος ἕνεκεν; ἵνα ὑμεῖς προκόψητε ἐν τῇ πίστει, τουτέστι, ἐπιδῶσθε καὶ παγιωθῆτε ἔστε τῷ δόγματι, καὶ τῷ βίῳ· ἥτις προκοπὴ χαρὰ ἐστὶν ἀμφοῖν καὶ ὑμῶν καὶ ἐμοῦ. Ἐπιφωνῶν δὲ καὶ φοβεῖ αὐτοὺς, ὡς δὴ εἰ λέγων· Ὁρᾶτε, δι' ὑμᾶς ἐτερήθην τοῦ σωθῆναι Χριστῷ· μὴ ματαιώσητέ μου τὸν ἐν σαρκὶ προαγωνιστήν. Τί οὖν; ἀρα Φιλιππησίους μόνους προέτρεψεν; ἢ ἆρα τούτοις μόνοις, ἀλλὰ παραπλησίως αὐτοῖς τοῦτο λέγει, καὶ προτρεπόμενος εἰς πλείονα σπουδήν.

26 Ἵνα τὸ καύχημα ὑμῶν περισσεύῃ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐν ἐμοὶ, διὰ τῆς ἐμῆς παρουσίας πάλιν πρὸς ὑμᾶς.] Ἐπειδὴ ἄνω εἶπεν, ὅτι διὰ τὴν ὑμῶν προκοπὴν

um habens, dissolvi & esse cum Christo, multo magis melius: 24 *Permanere autem in carne, magis necessarium propter vos.*] Hæc dicit præmuniens eos, ut strenuè fortitérque ferant futuram mortem suam. Quid enim doletis, inquit, propter mortem meam? hanc ego desidero, ac melius mihi hoc est: largitur enim mihi ut sim cum Christo. Itaque non oportet vos dolere. Veruntamen è contrà manere in carne, magis est necessarium propter vestram commoditatem. Non enim quæro quod meum est, sed quod vestrum est. Coarctatus igitur hisce duobus, hoc est, in angustia constitutus, & ignarus quidnam præferam, necessarium tamen magis judico, vobis meâ vitâ prodesse. Estne aliquid cum Pauli animo æquiparandum? qui huic ipsi, ut cum Christo esset, aliorum utilitatem præferebat; & quò magis Christo approprietur, conversationem suam cum Christo differens?

25 *Et hoc confidens scio, quòd manebo, & simul permanebo cum omnibus vobis, ad profectum vestrum, & gaudium fidei.*] Quia necessarium est, inquit, ut in carne maneam, confidenter indubitantérque novi quòd manebo, hoc est, vivam: & non simpliciter, sed vobíscum, quod est, videbo vos. Cujus rei gratiâ? Ut vos in fide promoveatis, hoc est, fulciamini, firmeminíque cùm in dogmate, tum in vita: qui profectus verum gaudium est & meum & vestrum. Hîc etiam nonnihil eos perterrefacit, perinde quasi dicat, Videte, per vos orbatus sum quo minùs apud Christum agam: videte igitur, ne vanam & irritam faciatis meam in carne perseverantiam. Quid igitur? ob Philippenses solos in carne perduravit? Non propter hos solos, verùm curam illis adhibens hæc dicit, ac ad majorem sobrietatem adhortans.

26 *Ut gloriatio vestra abundet in Christo Jesu in me, per meum adventum iterum ad vos.*] Quia antè dixerat, ob vestrum profectum permanebo, innuit jam

quòd

quòd & ipſi nonnihil lucelli ex eo accedat, nempe, ut abundantiùs glorietur de ipſis, eò quòd proficiant per ſuum ad eos adventum. Quid igitur ? venitne ad ipſos ? Hoc ſanè incertum eſt, déque eo ambigitur.

27 *Tantùm dignè Evangelio Chriſti converſemini.*] Hoc ſolùm a vobis quæro, ut creſcatis in virtute. Dignè autem Evangelio vivit, qui ſeipſum abnegans crucem ſuam tollit, Chriſtumque ſequitur.

Ut ſive cùm venero & videro vos, ſive abſens, audiam de vobis.] Non tanquam ſententiam mutâſſet, neque tanquam non ſit venturus, hæc dicit: verùm etiamſi, inquit, fortaſſe non veniam, poſſum tamen vel abſens etiam exhilarari ſuper converſatione veſtrâ ſecundùm Evangelium. Proinde etiamſi non advenero, ne recidatis, ſed vigilate, tanquam certò ſim agnituri quomodo vos geratis.

Quòd ſtatis in uno ſpiritu, unâ animâ.] Hoc eſt, in eodem dono concordiæ. Hâc enim ratione in una anima quidam perſiſtunt unanimes & concordes, quando nimirum unum etiam ſpiritum habuerint.

Concertantes fidei Evangelii.] Hoc eſt, vos mutuò adjuvantes in certamine quod pro fide ſuſcipitur.

28 *Et in nullo terreamini ab adverſariis.*] Non dico, inquit, non decidentes, ſed, neque terreamini: id eſt, non turbemini in ulla ſanè re, ſive pericula interminentur, ſive mortem adducant: nihil enim perficiunt, ſed territant tantùm, adeò ſunt imbecilles.

Quæ eſt ipſis quidem indicatio interitûs, vobis autem ſalutis.] Quando enim conſpexerint ſeſe poſt innumera quæ tentârunt, ne territare quidem vos poſſe, nonne evidens hoc illis indicium erit, quòd ſua quidem peribunt, veſtra verò fortia ſunt, captúque difficilia, & ſalutem protinus habentia ?

Et hoc à Deo. 29 *Quia vobis donatum eſt.*] Hoc eſt, indicium eſt, quòd ipſi quidem non proficiant, vos verò proficiatis. Quòd autem hoc à Deo ſit, ſubjungit, dicens, Quia vobis donatum eſt.

27 Μόνον ἀξίως τῦ εὐαγγελίυ τῦ Χριςοῦ πολιτεύεσθε.] Μόνον τῦτο " ζητῶ πρὸς ὑμᾶς, ἵνα ὑπιδῶτε πρὸς ἀρετήν. Ἀξίως γὰρ τῦ εὐαγγελίυ πολιτεύεται, ὁ ἑαυτὸν ἀπαρνησάμενος, καὶ τὸν σταυρὸν ἄρας, καὶ ἀκολυθήσας Χριςῷ. " χ. ὑπ. ζητῶ.

Ἵνα εἴτε ἐλθὼν καὶ ἰδὼν ὑμᾶς, εἴτε ἀπὼν, ἀκύσω τὰ περὶ ὑμῶν.] Οὐχ ὡς μεταθήσομαι τῦ γνώμυ, ἀλλ' ὡς οὐκέτι ἔξων ταῦτα λέγει· ἀλλὰ καὶ ἐὰν τυχὸν οὐκ ἔλθω, φησὶ, δυνάμην καὶ ἀπὼν εὐφραίνεσθαι " ἐπὶ τῇ κατὰ " χ. ἐπὶ. τὸ εὐαγγέλιον πολιτείᾳ ὑμῶν. Ὥςε μὴ ἀναπέσητε, κἂν μὴ φοβηθῶμεν, ἀλλ' ὡς μαθησομένων τὰ καθ' ὑμᾶς, νήφετε.

Ὅτι ςήκετε ἐν ἑνὶ πνεύματι, μιᾷ ψυχῇ.] Τυτέςιν, ἐν τῷ αὐτῷ χαρίσματι τῷ τῆς ὁμονοίας· ὕτω γὰρ καὶ ἐν μιᾷ ψυχῇ ἵςανταί τινες " ὁμονοοῦντες καὶ ὁμοψυχοῦντες, δηλονότι ὅταν καὶ ἓν πνεῦμα ἔχωσι. " χ. τυτέςιν, ὁμονοῦσι καὶ ὁμοψυχοῦσιν, ὅτ.

Συναθλοῦντες τῇ πίςει τῦ εὐαγγελίυ.] Τυτέςι, " συμπαραλαμβάνοντες " χ. συμβαλλ. ἀλλήλους ἐν τῇ ὑπὲρ τῆς πίςεως ἀθλήσει.

28 Καὶ μὴ πτυρόμενοι ἐν μηδενὶ ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων.] Οὐ λέγω, φησὶ, μὴ καταπίπτοντες, ἀλλὰ, μηδὲ πτυρόμενοι, τυτέςι, μὴ θορυβούμενοι ἐν μηδενὶ, κἂν κινδύνους ἀπειλῶσι, κἂν θανάτους ἐπάγωσιν· ταῦτα γὰρ αὐτοῦσιν, ἀλλὰ πτύρεσι μόνον, ὅτι ὡς εἰσὶν ἀσθενεῖς.

Ἥτις ἐςὶν αὐτοῖς μὲν ἔνδειξις ἀπωλείας, ὑμῖν δὲ σωτηρίας.] Ὅταν γὰρ ἴδωσιν, ὅτι μυρία τεχνάζόμενοι ταῦτα πῦρ ὑμᾶς δυνάμται, ἓν δεῖγμα τῦτο σαφὲς ἔξουσιν, ὅτι τὰ μὲν αὐτῶν ἀπολωλώτα, τὰ δὲ " ὑμέτερα ἰσχυρὰ, καὶ ἀνάλωτα, καὶ αὐτόθεν ἔχοντα τὴν σωτηρίαν; " χ. ἡμῶν ἐσ.

Καὶ τῦτο ἀπὸ Θεῦ· 29 Ὅτι ὑμῖν

ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν.] Χάρισμα ὀνομάζων ὁ Παῦλος τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ πάσχειν, δύο * ἐνεργεῖ κατορθοῖ· ἓν μέν, ἵνα μὴ αἰσχύνωνται, μηδὲ καταπίπτωσι πάσχοντες· ἕτερον δὲ, ἵνα μὴ ἐπαίρωνται· τὸ πᾶν γὰρ, φησι, τοῦ Θεοῦ ἐστι. Καὶ γὰρ καὶ τὰς ἀρετὰς χαρίσματά φησιν· οὐχ ἵνα τὸ αὐτεξούσιον ἀφέλῃ, ἀλλ' ἵνα μετριόφρονας κατασκευάσῃ. Οὐδὲ γὰρ ἄνευ Θεοῦ ποιῆσαί τι δυνάμεθα. Τάχα δὲ καὶ τοῦτο τὸ χάρισμα μεῖζον τοῦ νεκροὺς ἀναστῆσαι· ἐκείνῳ μὲν γὰρ ὀφειλέτης εἰμὶ, ἐνταῦθα δὲ ὀφειλέτην ἔχω τὸν Χριστόν. Ὢ θαῦμα, καὶ χαρίζεται μοι, καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ ὀφείλῃ μοι.

* πᾶσι.

30 Τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἔχοντες, οἷον εἴδετε ἐν ἐμοὶ, καὶ νῦν ἀκούετε ἐν ἐμοί.] Δείκνησι τὰ αὐτὰ ἀγωνιζομένους αὐτῷ, τὰ αὐτὰ ἀθλοῦντας. Ὃ μεγάλην αὐτοῖς ἀρετὴν παρεσκεύαζε. Ἔχετε δέ, φησιν, ἐμὲ ὑπόδειγμα· καὶ γὰρ εἴδετέ με πρὸ ὑμῶν ἀθλήσαντα, ὅτε δηλαδὴ ἐδάρην καὶ ἐφυλακίσθην· καὶ νῦν δὲ ἀκούετε.

tum est pro Christo, non solùm ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini.] Charisma nominans Paulus pro Christo afflictionem, duo hîc perficit: alterum quidem, ut non pudefiant neque succumbant, dum patiuntur: alterum, ut non efferantur: totum enim, inquit, Dei est. Etenim & virtutes charismata dicit: non ut liberum arbitrium tollat, sed ut eos moderatè sapere faciat. Nam sine Deo aliquid facere non possumus. Forsan & hoc donum est majus quàm mortuos excitare: illic enim debitor sum, hîc autem debitorem habeo Christum. O rem admiratione dignam! Et donat mihi, & super hoc ipso debet mihi.

30 *Idem certamen habentes, quale vidistis in me, & nunc auditis in me.*] Ostendit hîc quòd in eodem sunt secum certamine, in iisdem pugnantes: quæ res magnæ ipsis virtutis testimonium præbet. Habetis, inquit, me exemplum: scitis enim me apud vos certâsse, quando videlicet cæsus, & in carcerem conjectus eram: nunc verò auditis etiam.

ΚΕΦ. β.

CAP. II.

" χ. εἴτι σπλάγχνον οἰκτιρμοὶ

Εἴτις οὖν παράκλησις ἐν Χριστῷ, " εἴτις παραμυθία ἀγάπης, εἴτις κοινωνία πνεύματος, εἴτινα σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοὶ, 2 πληρώσατέ μου τὴν χαρὰν, ἵνα τὸ αὐτὸ φρονῆτε.] Ὁ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Εἰ βούλεσθε παράκλησίν τινα δοῦναί μοι ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου· εἴτινα παραμυθίαν, οἵαν ἡ ἀγάπη γεννᾷ· εἰ μέλλετε δείξαι ὅτι κοινωνίαν τινὰ ἔχετε μεθ' ἐμοῦ ἐν τοῖς πνευματικοῖς καὶ τῷ Κύριον· εἰ σπλαγχνίζεσθε καὶ οἰκτίρετέ με ἐφ' οἷς πάσχω· ταῦτα πάντα ἐν τούτῳ μοι ἀπόδοτε, ἐν τῷ ἀλλήλοις ἀγαπᾶν. Ὅρα δὲ πῶς τὸ ὁμονοῆν ἐκείνοις, οἰκεῖόν θυεργέτημα, καὶ ὡς αὐτὸς ἐλέους ἀξιοῦμενος πάλιν. Οὐκ εἶπε

SI qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas Spiritûs, si qua viscera & miserationes, 2 Implete lætitiam meam, ut idem sapiatis.] Quod ait, est hujusmodi: Si vultis mihi quampiam in tentationibus meis consolationem dare; si quod solatium, quale charitas generat; si monstraturi estis quòd communicationem quandam habeatis mecum in spiritualibus, & secundùm Dominũ; si affectu miserationis movemini, meque miseramini propter ea quæ patior; hæc omnia mihi in hoc reddite, ut vos mutuò diligatis. Animadverte hîc quomodo concordiam eorum suum esse beneficium interpretetur, & perinde accipiat, atque si ipse misericor-

diam esset consecutus. Non dixit autem, Parate mihi gaudium: sed, *implete*. Orsi enim estis in me gaudium: dedistis insuper mihi ut pacem haberem; cupio in posterum ut istud mihi ad finem usq; ducatur. Quale autem mihi gaudium? Non ut è periculis liberer, quicquámve à vobis accipiam, sed ut vos idem sapiatis.

Eandem charitatem habentes.] Hoc majus est quàm idem sapere, eandem scilicet charitatem habete. Noli tu cùm summè dilectus fueris, remissè ac pigrè redamare, sed eâdem mensurâ.

Unanimes, idem sentientes.] Tanquam una sitis anima, non naturâ & substantiâ, sed mente & concordiâ: quod indicat cùm ait, *idem sentientes.*

3 *Nihil per contentionem, aut vanam gloriam.*] Nihil, inquit, per zelum & contentionem facientes: quod solemus dicere; Danda est mihi opera, ne me vincat ille: hoc est ἐριθεία, contentio. Deinde matrem hujus adducit, vanam gloriam: ex hac enim illa nascitur. Quando enim hominum gloriam amamus, quid, quæso, propter eam non facimus?

Sed in humilitate animi alium quisque se præstantiorem existimet.] Planum hîc nobis facit quâ ratione vanam gloriam effugere queamus, doctrinámque tradit saluti nostræ consonam. Si enim existimaveris, inquit, quòd alius non simpliciter sit major te, cæterùm quòd multis nominibus te excellat, & ex multâ humilitate hoc modo rem se habere tibi persuaseris, honore eum prorsus afficies. Hoc si facias, cùm eum apud alios honore affici conspexeris, haud ægrè feres: imò etiamsi convicietur tibi, etiamsi verberet, patienter feres. Maiorem namque te ipsum arbitratus es: neque invidebis ei: invidia enim in pares agit, non in excellentiores: & ille rursus, cogitet te esse excellentiorem se, & hoc pacto integra erit tranquillitas.

4 *Non quæ sua sunt singuli con-*

ῆ, πεπήσατέ " μοι χαρᾶν, ἀλλά, * πλη- " χ. μου. * χαρὰν.
ρώσατε. ἤρξασθέ, φησι, τὸ ἐν ἐμοὶ χα-
ρᾶς, καὶ ἤδη μετεδώκατέ μοι τοῦ εἰ-
ρηνεύειν, ὀπτῶμαι λοιπὸν καὶ εἰς τέ-
λος ταύτην ἐλθεῖν. Ποία δέ μοι χαρά;
οὐχ ἵνα τῶν κινδύνων ῥυσθῶ, ἢ λάβω
τι παρ' ὑμῶν, ἀλλ' ἵνα ὑμεῖς τὸ αὐτὸ
φρονῆτε.

Τὴν αὐτὴν ἀγάπην ἔχοντες.] Τοῦτο
μεῖζον ἦν τὸ αὐτὸ φρονεῖν, τὴν * αὐτὴν * χ.
ἀγάπην ἔχετε· Μὴ φιλόμυθος γενέ-
σθω τοίνυν αὐτὸς, " φίλῃ χαιρέτω, ἀνὴρ ἴσῳ " χ. φιλεῖς
τῷ μέτρῳ. φαιδρῶς.

Σύμψυχοι, τὸ ἓν φρονοῦντες.] Ὡς
μία ὄντες ψυχὴ, οὐ τῇ οὐσίᾳ, ἀλλὰ τῇ
* γνώμῃ καὶ τῇ ὁμονοίᾳ· ὃ δηλοῖ εἰπών, τὸ * μιᾷ.
ἓν φρονοῦντες.

3 Μηδὲν κατ' ἐριθείαν, ἢ κενοδο-
ξίαν·] Μηδέν, φησι, κατὰ ζῆλον, ἢ ἔρι-
πτιοῦντες· ὅπερ εἰώθαμεν λέγειν· σπου-
δάσαι ἔχω, ἵνα μή με νικήσῃ ὁ δεῖνα·
τοῦτο ἔστιν ἡ ἐριθεία. Εἶτα τὴν " ταύτης μη- " χ. ταύτα.
τέρα ἐπάγει, τὴν κενοδοξίαν· ἐκ γὰρ ταύ-
της ἐκείνη. ὅταν γὰρ τῶν ἀνθρώπων
δόξης ἐρασθῶμεν, τί οὐ ποιοῦμεν ἕνεκα
ταύτης;

Ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους
ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν.] " Νῦν " χ. τὰς
ὁδὸν δείκνυσιν ἡμῖν δι' ἧς φθυξόμεθα τὴν
κενοδοξίαν, καὶ δόγμα λέγει συγκρότη-
μα τῆς ἡμῶν σωτηρίας. Ἐὰν γὰρ ὑπολά-
βῃς, φησὶν, ὅτι ὁ δεῖνα οὐχ ἁπλῶς μεί-
ζων σου ἐστὶν, ἀλλ' ὅτι καὶ καθ' ὑπερβο-
λὴν ὑπερέχει σου, καὶ ἀπὸ πολλῆς ταπει-
νοφροσύνης πείσῃς σαυτὸν τοῦτο οὕτως
ἔχειν, τιμήσεις πρώτως αὐτόν. Τοῦτο δὲ
ποιῶν, οὐκέτι ὅταν ἴδῃς αὐτὸν καὶ παρ'
ἑτέρων τιμώμενον, δυσχεραίνεις, ἀλλὰ
κἂν ὀνειδίσῃ σε αὐτὸς, κἂν τύψῃ, κεύ-
θως οἴσεις· Μείζονα γὰρ σου αὐτὸν νε-
νόμικας· οὐδὲ φθονήσεις· ὁ γὰρ φθόνος
πρὸς τοὺς ἴσους, καὶ πρὸς τοὺς ὑπερέ-
χοντας· καὶ αὖθις ἐκφανὴς ὄντως ὑπολαμ-
βανέτω σε ὡς ὑπερέχοντα αὐτοῦ, καὶ ἔσται
πᾶσα γαλήνη.

4 Μὴ τὰ " ἑαυτῶν ἕκαστος σκοπεί- " χ. ἑαυτῆς.
τω,

τω, ἀλλὰ καὶ τὰ τῦ ἑτέρου ἕκαστος.] Οτὰν γὰρ ἐγὼ μὲν τὸ σοὶ συμφέρον, σὺ δὲ τὸ ἐμὸν αὔξησ ᾽ζητεῖς, ὅτε κενοδοξίας σὺν ἐμοὶ χώρα, οὔτε ἔριδος, οὔτε τινὸς ἁπλῶς τῶν κακῶν, ἀλλὰ βίος ἀγγελικὸς καὶ θεῖος.

᾽χ. ζητεῖται.

5 Τῦτο γὰρ φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριςῷ Ιησῦ.] Ωσπερ ὁ Χριςὸς, Γίνεσθε οἰκτίρμονες, φησὶν, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος· καὶ αὖθις, Μάθετε ἀπ᾽ ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι· ὅτω καὶ Παῦλος ταπεινοφροσύνην διδάσκων, τὸν Χριςὸν εἰς τὸ μέσον παράγει, ἐκ πολλῆς ἡμᾶς ἐντρέπων, ὥσπερ καὶ ἀλλαχοῦ λέγει· Δι᾽ ἡμᾶς ἐπτώχευσε πλούσιος ὤν. Οταν γὰρ δείξῃ τὸν υἱὸν τῦ Θεῦ, τὸν ὑπατος ὕψους ἐπέκεινα, ἐν τοῖς καταδεεστέροις ἡμῶν, πῶς οὐκ ἐντρέψῃ τῶν ὑψηλοφρόνων;

᾽χ. ἐντρέψει.

6 Ος ἐν μορφῇ Θεῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ.] Ἀριθμεῖ πόσοι ἐντεῦθεν αἱρετικοὶ πίπτουσι· Μαρκίων ὁ Ποντικὸς ἔλεγεν ὅτι πονηρὸς ὁ κόσμος, καὶ ἡ σὰρξ, καὶ οὐκ ἀπέλαβε ταύτην ὁ Θεός. Μάρκελλος ὁ Γαλάτης, καὶ Φωτεινὸς, καὶ Σωφρόνιος, ἔλεγον τὸν λόγον τῦ Θεῦ ἐνέργειαν εἶναι, οὐκ οὐσίαν ἐνυπόςατον· ταύτην δὲ ἐνοικῆσαι τὸν ἐκ σπέρματος Δαβίδ. Καὶ Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς ἔλεγεν, ὅτι ἀπὸ Μαρίας ἔσχε τὴν ἀρχὴν τὸ εἶναι. Καὶ Σαβέλλιος ὁ Λίβυς ἔλεγεν ὅτι Πατὴρ, καὶ Υἱὸς, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, ὀνόματά ἐστι ψιλὰ, ἑνὶ προσώπῳ ὑποτεταγμένα. Αρειος ἔλεγεν, ὅτι κτίσμα ἐστὶν ὁ Υἱός. Απολλινάριος ὁ Λαοδικεὺς, ὅτι ψυχὴν νοερὰν οὐκ ἔλαβεν. Οσα τοίνυν πῶς πίπτουσι πολῦται μιᾷ σχεδὸν μαχαίρᾳ, Εν μορφῇ Θεῦ ὑπάρχων. Γνῶς οὖν, οἱ περὶ Μάρκελλον, λέγετε, ὅτι ἐνέργειά ἐστιν ὁ λόγος, οὐκ οὐσία δέ; μορφὴ γὰρ Θεοῦ ἡ οὐσία λέγεται, ὥσπερ μορφὴ δούλου, ἡ φύσις τῦ δούλου. Γνῶς καὶ σὺ, ὁ Σαμωσατεὺς, ὅτι ἀπὸ Μαρίας ἤρξατο; προϋπῆρχε γὰρ ἐν μορφῇ καὶ οὐσίᾳ θείᾳ. Αλλὰ καὶ Σαβέλλιον

᾽χ. πῶς.

᾽χ. ἀϊλαβεῖν.

siderate, ſed & quæ aliorum ſunt, unuſquiſque.] Cùm enim ego quod tibi prodeſt, tu verò quod mihi confert, quæris; neque vanæ hîc gloriæ locus relinquitur, neque contentioni, neque cuſpiam ſimpliciter malorum, ſed vita hîc eſt Angelica & divina.

5 *Is enim affectus ſit in vobis, qui & in Chriſto Jeſu.*] Quemadmodum Chriſtus inquit, *Eſtote miſericordes, ut pater veſter cæleſtis* : & rurſus, *Diſcite à me, quia mitis ſum* : ſic & Paulus humilem affectum docens, Chriſtum in medium producit, abundè nos pudefaciens, perinde ac alio in loco dicit : *Propter nos pauper factus eſt cùm dives eſſet.* Cùm enim oſtenderit filium Dei omni altitudine ſuperiorem, infimum factum, quem non ſuperborum pudefaciat?

Luc.6.36. Matt.11.29. 2 Cor.8.9.

6 *Qui quum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.*] Numera quótnam hinc hæretici cadant. Marcio Ponticus dicebat mundum & carnem eſſe mala: proinde à Deo non aſſumptam eſſe hanc. Marcellus Galatius, & Photinus, & Sophronius, aſſeverabant verbum Dei energiam eſſe, non eſſentiam perſonalem, atque hanc inhabitare ei qui ex ſemine Davidis eſſet. Paulus dein Samoſatenſis dicebat, quód ex Maria habuerit pincipium eſſentiæ. Sabellius autem Lybicus affirmabat quòd Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, nomina eſſent nuda, uni perſonæ attributa. Arius dicebat Filium eſſe creaturam. Apollinarius Laodicenſis, quòd animam rationalem non acceperit. Vide igitur quomodo occumbant omnes uno propemodum enſe; *Quum in forma Dei eſſet.* Quomodo igitur vos Marcelliani dicitis, quòd Verbum eſt energia, & non ſubſtantia? Forma enim Dei eſſentia dicitur, quemadmodum forma ſervi, natura ſervi. Quomodo & tu, Samoſatenſis, quòd ex Virgine primum eſſe ſumum ſumpſerit? antea enim erat in formâ divinâq; eſſentia. Quinetiam Sabellium cadentẽ animadverte. *Non*

rapinam, inquit, *arbitratus est esse se æqualem Deo.* Æquale de una persona non dicitur: quod enim æquale est, alicui est æquale: quare duæ hinc personæ manifestantur. Arius autem pluribus rationibus destruitur. *In forma* enim *Dei*, id est, essentia. Et non dixit, factus, sed, *existens*. Simile est illi, *Ego sum qui sum*. Et, *Non existimavit rapinam, esse se æqualem Deo.* Cernis æqualitatem? Quomodo igitur tu dicis quòd sit major Pater, Filius autem minor? At vide insipientem illorum pertinaciam. Parvus, inquiunt, existens Deus Filius, non rapuit sibi ut esset æqualis & par magno Deo. Primùm quidem, quæ scriptura docet nos parvum esse & magnum Deum? hæc enim infidelium sunt Græcorum. Quòd autem & Filius magnus Deus sit, audi Paulum: *Apparitionem*, inquit, *magni Dei & servatoris nostri Jesu Christi.* Deinde, si parvus, quomodo arripuit sibi ut magnus esset? Præterea, divus Paulus humilitatem docturus, absurdus esset si hoc suasisset; Quia parvus Deus magno Deo non restitit, debetis & vos alter alteri submitti. Nam qualis ista hæc est humiliatio, quòd minor adversùs majorem non insurgat? impotentiæ solius est istud. Attamen parem, & ejusdem cum Deo potentiæ, sponte hominem factum esse, isthuc sanè est humiliatio. Hæc igitur abundè satis. Deinceps, animadverte quid dicat: *Non est rapinam arbitratus, esse se æqualem Deo.* Siquis aliquid rapuerit, metuit deponere illud, ne amittat, tanquam ipsius non sit. Sin quicquam à natura habeat, facilè illud aspernatur, sciens id se habere quod amitti nequeat; & si deponere videatur, rursum ipsum recipiet. Ait ergo: Filius Dei non metuit descendere de propria dignitate, quandoquidem eam non habebat ex rapina, nimirum quòd esset æqualis Deo Patri, sed naturalem sibi hanc dignitatem agnoscebat. Propterea & humiliari elegit, tanquã in ista humiliatione altitudinem suam servans.

Exod. 3. 14.

Tit. 2. 13.

πίπτοντα ὅρα. Οὐχ ἁρπαγμόν, φησιν, ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. ἴσον δὲ ὅτι ἑνὸς προσώπου οὐ λέγεται· τὸ γὰρ ἴσον, πινὶ ἴσον· ὥστε δύο πρόσωπα ἐντεῦθεν φαίνεται. Ἀρθος δὲ δι' πλειόνων καθαιρεῖται. ἐν μορφῇ γὰρ Θεοῦ, τουτέστιν, οὐσίᾳ. καὶ οὐκ εἶπε, μεγενώς, ἀλλ', ὑπάρχων· ὅμοιον ᾧ, Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. Καὶ, Οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. Ὁρᾷς τὴν ἰσότητα; πῶς οὖν σὺ λέγῃς ὅτι μείζων ὁ Πατὴρ, ὁ δὲ Υἱὸς ἐλάττων; Ἀλλ' ὅρα τὸ ἀνόητον αὐτῶν ἔνθεσιν. Μικρός, φασι, Θεὸς ὢν ὁ Υἱὸς, οὐχ ἥρπασε τὸ εἶναι ἴσα τῷ μεγάλῳ Θεῷ. Πρῶτον μὲν οὖν, ποία γραφὴ διδάσκει ἡμᾶς μικρὸν καὶ μέγαν Θεόν; ταῦτα γὰρ τῶν Ἑλλήνων ἐστίν. Ὅτι δὲ καὶ ὁ Υἱὸς μέγας Θεὸς, ἄκουε Παύλου· Τὴν ἐπιφάνειαν, φησὶ, τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εἶτα, " εἰ μικρὸς, πῶς οὐχ ἥρπασε τὸ γενέσθαι μέγας; Πρὸς τούτοις ὁ Παῦλος ταπεινοφροσύνην διδάσκειν μέλλων, ἄτοπος αὐτῷ " τοῦτο ἐφάνη· ὅπερ ὁ μικρὸς θεὸς " τῷ μεγάλῳ Θεῷ οὐκ ἐπιμένει, ὀφείλετε καὶ ὑμεῖς ἀντιτάπεινοῦσθαι ἀλλήλοις. Τὸ γὰρ μὴ ἐπιθυμεῖν τῷ μείζονι, ποία ταπεινοφροσύνη; ἀδυναμία " μόνον τοῦτο. Τὸ δὲ " ἴσον ᾧ ὁμοιοῦσθαι " Θεῷ, ἐκόντα δεῦρο ἐλθεῖν γενέσθαι, τοῦτο ταπείνωσις. Ταῦτα μὲν οὖν ἰκανῶς. λοιπὸν ὅρα τί φησιν. Οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. Ὅταν τις ἁρπάσῃ τι, φοβεῖται ἀποθέσθαι αὐτὸ, ἵνα μὴ ἀπωλέσῃ, ὡς οὐκ αὐτοῦ ὄν· ὅταν δὲ ἔχῃ τι φυσικὸν, δυσχερῶς αὐτοῦ καταφρονῇ, εἰδὼς ὅτι ἀναπόβλητον αὐτὸ " ἔχει, κἂν δόξῃ ἀποθέσθαι, πάλιν αὐτὸ ἀναλήψεται. Φησὶν οὖν, ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐφοβήθη καταβαίνειν τῆς οἰκείας ἀξιώματος, " ὃ " οὐκ εἶχεν ὡς ἁρπαγῆς " τοῦτο, φημὶ " δὴ τὸ, τὸ εἶναι ἴσος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ἀλλὰ φυσικὸν αὐτοῦ ἀξίωμα τοῦτο ἐγίνωσκε. διὸ καὶ ταπεινωθῆναι εἵλετο, ὡς καὶ ἐν τῇ ταπεινώσει τὸ ὕψος αὐτοῦ " τηρῶν.

" χ. φάνεται.

" χ. ἐ.

" χ. ἴσα.

" χ. μὲ οὖν.

" χ. Θεὸν αὐθρω.

" χ. ἔχειν.

" χ. δόξ.

" χ. αἰτὴ.

" χ. κυρῶν.

7 Αλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών.] Ποῦ οἱ λέγοντες, ὅτι ἄκων καὶ ὑπίταγμα πληρῶν κατέβη; Ακουέτωσαν ὅτι ἑαυτὸν ἐκένωσεν, ὡς κύριος, ὡς αὐτεξούσιος. Μορφὴν δὲ δούλου εἰπών, Απολλιναρίου αἰσχύνει. "Ο γὰρ μορφὴν, ἤτοι τὴν φύσιν τοῦ δούλου λαβών, καὶ νοερὰν πᾶσαν ψυχὴν ἔχει. "χ. τοῦ

Εν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος.] Ενταῦθα οἱ Μαρκιωνισταί φασιν, ὅτι κατ' φαντασίαν ἐσαρκώθη. Ορᾶς γάρ, φασι, πῶς ὁ Παῦλος ὁμοίωμα ἀνθρώπου *λαβεῖν φησιν αὐτὸν, καὶ σχηματίσασθαι, οὐκ οὐσίᾳ γενέσθαι ἄνθρωπον; Τί οὖν ἐστιν; ὁ Κύριος οὐ πάντα τὰ ἡμέτερα εἶχεν, ἀλλὰ καί ἵνα οὐκ εἶχεν, οἷον, τὸ ἀπὸ συνουσίας *τεχθῆναι, τὸ, ἁμαρτίαν *πεῖσαι. Οὐκ ἄρα ἦν τὸ φαινόμενον μόνον, ἀλλὰ καὶ Θεός· οὐκ ἦν ψιλὸς ἄνθρωπος. Διὰ τοῦτό φησιν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων· ἡμεῖς μὲν γὰρ ψυχὴ καὶ σῶμα· ἐκεῖνος δὲ ψυχὴ καὶ σῶμα, καὶ Θεός· ἐπεὶ καὶ ὅταν λέγῃ, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, οὐ τοῦτο λέγει ὅτι σάρκα οὐκ εἶχεν, ἀλλ' ὅτι ἡ σὰρξ ἐκείνη οὐχ ἥμαρτεν, ἀλλ' ὁμοία ἦν τῇ ἁμαρτωλῷ κατὰ τὴν φύσιν, οὐ κατὰ τὴν κακίαν. Ωσπερ οὖν ἐκεῖ τὸ ὅμοιον ἀφεὶς τὸ μὴ πάντα εἶναι ἴσα· οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ ὁμοίωμα, ἀφεὶς τὸ μὴ ἐκ συνουσίας τεχθῆναι, ἀφεὶς τὸ δυναμένην, ἀφεὶς τὸ μὴ ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι. * μὲ. * μὲ.

8 Καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος.] Επειδὴ εἶπεν, ὅτι ἐκένωσεν ἑαυτὸν, ἵνα μὴ μεταβολὴν νομίσῃς τὸ πρᾶγμα καὶ μετάπτωσιν, φησί· μένων ὃ ἦν, ἔλαβεν ὃ οὐκ ἦν. οὐχ ἡ φύσις μετέπεσεν, ἀλλ' ἐν σχήματι ἐγένετο, τουτέστιν, ἐν σαρκί. Σαρκὸς γὰρ τὸ "ἐσχηματίσθαι. Επειδὴ γὰρ εἶπε, μορφὴν δούλου ἔλαβεν, ἐθάρρησε λοιπὸν καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὡς ἐκείνου τοῦτο ὑπερσμίζοντος. Καλῶς δὲ εἶπε τὸ, ὡς "χ. σχηματίζεσθαι

7 *Sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.*] Ubi sunt, qui dicunt, quòd invitus & mandatum implens descenderit? Audiant quòd seipsum exinaniverit, ceu Dominus, ac tanquam sui juris. *Formam autem servi* dicens, Appollinarium pudefacit. Qui enim formam, sive substantiam servi accipit, rationalem omnino animam habet.

In similitudine hominum factus.] Hîc Marcionistæ dicunt, quòd apparenter incarnatus erat. Vides enim, inquiunt, quomodo Paulus asseverat similitudinem eum hominis accepisse, ac in figuram humanam transformatum esse, non essentiâ factum hominem? Quid igitur est? Dominus non omnia nostra habebat, sed & quædam non habebat, veluti, nasci ex concubitu, & peccare. Non erat autem solummodo quod apparebat & videbatur, verumetiam Deus: non erat nudus homo. Propterea inquit, *In similitudine hominum*. Nos enim anima & corpus sumus; is autem anima & corpus, & Deus. Nam quum dicat, *in similitudine carnis peccati*, non hoc dicit, quòd carnem non habuerit, verùm quòd caro illa non peccârit, sed similis erat peccatrici secundùm naturam, non secundùm malitiam. Quemadmodum igitur illic simile est, eo quòd non omnia sint æqualia: sic & hîc similitudinem dicit, quòd non sit natus ex concubitu, & quia in eum non cadat peccatum, & quòd non sit nudus homo.

8 *Et figurâ inventus ut homo.*] Quia dixerat, Seipsum exinanivit: ne permutationem & transformationem negotium esse arbitreris, ait: Manens quod erat, assumpsit quod non erat, natura non est in aliud mutata, sed in figura factus est, hoc est, in carne: carnis enim est figurari. Quum enim dixisset, *formam servi accepit*, ausus est posthac & istud dicere, tanquam illud hisce silentium indiceret. Pulchrè autem dixit, *ut homo*: non enim erat unus ex

multis, ſed, velut unus ex multis. Non enim in hominem tranſivit Deus Verbum; ſed veluti homo apparuit: ac infigurabilis cùm eſſet, ſub figuram factus eſt. Nonnulli autem hunc ad modum interpretati ſunt iſtud; figurâ inventus, tanquam jam verè
Joh. 1. 14. homo, perinde ac divus Joannes ait: *Gloriam tanquam unigeniti à Patre*: hoc eſt, qualem decet habere unigenitum. *Tanquam*, enim adverbium, cùm dubitationem ſignificat, tum confirmationem.

Humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis.] Rurſum dicit, *Humiliavit ſeſe*, ne velut invitus obſecundâſſe putetur. At dicunt Ariani, Ecce, Obediens dicitur. At quid hoc, ô inſipientes? nam & amicis obedimus, nec quicquam illud dignitatem noſtram imminuit. Tanquam filius patri, ſponte obediit, atque in hoc ipſo indicat ſe eſſe genuinum: genuini enim filii eſt patrem honore afficere. Animadverte autem hîc epitaſes. Servus factus eſt: quinetiam mortem ſuſcepit: & quod hoc adhuc majus eſt, ignominioſam; mortem enim crucis, hoc eſt, execrandam, ſceleratis deſtinatam.

9 *Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen.*] Quando carnis mentionem facit Paulus, intrepidè omnia humilia loquitur, tanquam caro hæc recipiat. Sic igitur hæc de carne accipe, nuſquam unum Chriſtum dividens. Quale autem nomen donatum eſt humanæ naturæ unius Chriſti? Filius, Deus. Etenim homo Filius Dei, quemadmodum angelus dixit:
Luc. 1. 35. *Et quod naſcetur ſanctum, Filius Dei vocabitur.*

10 *Ut in nomine Jeſu Chriſti omne genu flectatur, cæleſtium, ac terreſtrium, & infernorum.*] Hoc eſt, univerſus mundus, & Angeli, & homines, & dæmones. Vel quòd & juſti & peccatores. Nam & dæmones agnoſcent, & inviti inflectentur, non ampliùs veritati repugnantes, qui &

ἄνθρωπος. Οὐ γὰρ ἐνῴκησεν εἰς τὸν πολλῶν, ἀλλ' ὡς εἷς τῶν πολλῶν· ὁ γὰρ εἰς ἄνθρωπον μετέπεσεν ὁ Θεὸς λόγος, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος ἐφάνη· καὶ ἀσχημάτιστος ὢν, σχῆμα ἐλάμβανε. Τινὲς δὲ ὕπως ἁρμόσωσιν, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς, οἷα δὴ ἄνθρωπος ἀληθῶς, καθὰ καὶ Ἰωάννης λέγει, Δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ Πατρός· ἀντὶ τοῦ, οἵαν πρέπει ἔχειν τὸν μονογενῆ. τὸ γὰρ, ὡς, σημαίνει καὶ διασυρμὸν, σημαίνει καὶ βεβαίωσιν.

Ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ.] Πάλιν δὲ, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, ἵνα μὴ ὡς ἄκων νομισθῇ συγκαταβαίνειν. Ἀλλὰ φασὶν οἱ Ἀρειανοὶ, Ἰδοὺ, ὑπήκοος λέγεται. Καὶ τί τοῦτο, ὦ ἀνόητοι; καὶ φίλοις ὑπακούομεν, καὶ οὐδὲν τοῦτο ἐλαττοῖ τὴν ἡμᾶς. ὡς υἱὸς πατρὶ ὑπήκουσεν ἐκὼν, καὶ ἐν τούτῳ αὐτοῦ δείκνυσι τὸ γνησιότητα· υἱοῦ γὰρ γνησίου τὸ τιμᾶν τὸν πατέρα. Ὁρᾷς ἡ ἐπιτάσις. δοῦλος ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ θάνατον ὑπέδεξατο· καὶ τὸ ἔτι τούτου μεῖζον, ἐπονείδιστον· θανάτου γὰρ σταυροῦ, τουτέστι, τοῦ ἐπικαταράτου, τοῦ τοῖς ἀνόμοις ἀφωρισμένου.

9 Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα.] Ὅταν γὰρ σαρκὸς ἐπιλάβηται ὁ Παῦλος, ἀδεῶς τὰ ταπεινὰ πάντα φθέγγεται, ὡς τῆς σαρκὸς ταῦτα δεχομένης. Οὕτως οὖν δέξαι ταῦτα καὶ τὰ σαρκὸς, μηδαμοῦ διαιρῶν τὸν ἕνα Χριστόν. Ποῖον δὲ τὸ χαριζόμενον ὄνομα τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ; τὸ, Υἱὸς, τὸ, Θεός. καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος υἱὸς Θεοῦ, καθὼς καὶ ὁ ἄγγελος εἶπε· Καὶ τὸ γινώμενον ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ.

10 Ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων.] Τουτέστιν, ὁ κόσμος πᾶς, καὶ ἄγγελοι, καὶ ἄνθρωποι, καὶ δαίμονες. ἢ ὅτι καὶ οἱ δίκαιοι καὶ οἱ ἁμαρτωλοί. καὶ δαίμονες γὰρ ἐπιγνώσονται, καὶ ἄκοντες ὑποκλιθήσονται, ἐκεῖσε τῇ ἀληθείᾳ ἀντιμαχόμενοι,

μῦσι, οἵτε καὶ πρὸ τοῦ χρόνου ἐκεῖνα ἔλεγον· Οἴδαμέν σε τίς εἶ.

11 Καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Πατρός.] Τουτέστιν, ἵνα πάντες τοῦτο εἴπωσιν, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστός, Κύριος καὶ Θεός ἐστι. Τοῦτο δὲ δόξα ἐστὶ τοῦ Πατρὸς, ὅτι τοιοῦτον ἔχει υἱόν, ᾧ τὰ πάντα ὑποκλίνονται. Ὁρᾷς ὅτι ἡ ἀνάῤῥησις τοῦ μονογενοῦς, δόξα ἐστὶ τοῦ Πατρός; ὥσπερ ὀνειδισμὸν, ἡ ἐλάττωσις αὐτοῦ, ἀτιμία τοῦ Πατρός.

12 Ὥστε, ἀγαπητοί μου, καθὼς πάντοτε ὑπηκούσατε,] Τὰς προαγούσας μετ' ἐγκωμίων δεῖ ποιεῖσθαι· οὕτω γὰρ εὐπροσδεκτοι γίνονται. διὸ καὶ αὐτὸς αὐτοὺς ἐγκωμιάζει, ἀγαπητοὺς καλῶν, καὶ, καθὼς, φησι, πάντοτε ὑπηκούσατε· τοῦτο λέγων, ὅτι ἔδειξα ὑμῖν ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὑπήκοος γέγονε· μιμήσασθε μὲν οὖν ἐκεῖνον, μιμήσασθε δὲ καὶ ἑαυτούς.

Μὴ ὡς ἐν τῇ παρουσίᾳ μου μόνον, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου,] Τότε μὲν γὰρ ἴσως ἐδοκεῖτε διὰ τοῦτο διὰ ἐμὲ αἰδοῦ πάντα πράττειν· νῦν δὲ ἐὰν πρὸς ἀρετὴν ἐπιτείνητε, δείξετε ὅτι οὐ δι' ἐμὲ, ἀλλὰ διὰ τὸν Θεόν.

Μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε.] Οὐ δι' ἐμαυτὸν, φησι, παρακαλῶ ὑμᾶς, ἀλλ' ἵνα τὰ πρὸς τὴν ὑμετέραν σωτηρίαν ποιῆτε μετὰ φόβου, καὶ μετὰ τρόμου. ἄνευ γὰρ φόβου οὐδὲν ἀγαθὸν κατορθοῦται, οὔτε ἐν ταῖς λογικαῖς τέχναις, οὔτε ἐν ταῖς βαναύσοις. Πῶς δὲ ὁ φόβος κατορθωθήσεται; ἐὰν ἐννοήσωμεν ὅτι πανταχοῦ ὁ Θεὸς πάρεστι, καὶ πάντα ἀκούει, καὶ πάντα ὁρᾷ, οὐ τὰ πραττόμενα ἀλλὰ καὶ τὰ ἐνθυμήματα. Διαβύσατε γάρ, φησι, τῷ Κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ. Ἔστι γὰρ ἀγαλλίασις μετὰ τρόμου, ὅταν τὸ καλόν τις ποιῶν, καὶ τοῦτο μετὰ τρόμου, εὐπρόῤῥησιαν ἔχῃ τὸ συνειδός. Κατεργάζεσθε δὲ εἶπεν, οὐκ ἐργάζεσθε,

ante tempus illud dicebant: *Novimus te qui sis.* Luc. 4. 35.

11 *Et omnis lingua confiteatur, quòd Dominus Jesus Christus est in gloriam Dei Patris.*] Hoc est, ut omnes hoc dicant, quòd Dominus Jesus Christus, Dominus & Deus est. Hæc autem gloria est Patris, quòd hujusmodi habeat filium, cui omnia inflectantur. Animadvertis quòd præconium unigeniti, gloria est Patris? sic è diverso imminutio ejus, est ignominia Patris.

12 *Itaque, dilecti mei, sicut semper obedistis,*] Adhortationes cum laude & præconiis fieri convenit: sic enim fit ut facilè recipiantur: propterea & ipse eos celebrat, dilectos vocans, &, Quemadmodum, inquit, semper obedivistis: perinde quasi dicat, Ostendi vobis quòd Filius Dei obediens factus est: imitamini igitur illum, imitamini autem & vos ipsos.

Non tanquam in præsentia mea solùm, sed multo potiùs in absentia mea,] Tum enim fortasse videremini propter reverentiam erga me, omnia agere: nunc autem si ad virtutem intendatis, monstrabitis quòd non propter me, sed propter Deum.

Cum timore ac tremore vestram ipsorum salutem operemini.] Non propter meipsum, inquit, adhortor vos, sed ut ea quæ ad vestram salutem sunt, faciatis cum timore, eóque vehementi & intenso, & cum tremore: sine timore namque nihil boni perficietur, neque in artibus liberalibus, neque in mechanicis. Quomodo autem metus perficietur? Si consideremus quòd ubique Deus præstò sit, omnia audiens, & omnia videns, non solùm quæ aguntur, verumetiam quæ cogitantur. *Servite* enim, inquit, *Domino in timore, & exultate ei in tremore.* Est enim exultatio cum tremore, quando bonum aliquis faciens, idque cum tremore, conscientiam habet liberam. Κατεργάζεσθε autem dixit, non ἐργάζεσθε,

hoc

hoc est, cum multa diligentia & cura operamini.

13 *Deus enim est qui operatur in vobis & velle & operari.*] Quia dixit, Cum timore ac tremore : nunc ait, Ne terreamini propter hoc. Non enim hoc ideò dixit, ut desistas à bono, vel deficias, sed ut attentè agas quod agis. Nam si animadverteris, & attentus fueris, Deus omnia operabitur. Ipse namque est qui & promptitudinem dat nobis, ut velimus bonum, & qui boni operationem ad finem ducit. Operatur enim Deus in nobis velle : hoc est, cooperatur nobis ut velimus bona, & auget bonam voluntatem nostram, simúlque accendit ut ferventior reddatur. Et aliter : Quoniam ipse perfectionem addit, nos verò homines quæ perfecta videmus, ad ea tendimus, dirigimúsve voluntatem nostram : propterea & velle ipsum à Deo perfici dicit. Exempli gratiâ : Voluisti aliquid ? orsus es perficere isthuc : si finem assequaris, iterum magis idem opus perficere cupis. Sin minùs, torpescit tibi voluntas. Cùm itaque finis apud Deum sit, qui & velle nostrum accendit, non immeritò & ipsam voluntatem apud Deum esse asseverat. Vel ex magna gratitudine Paulus velle ipsum à Deo perfici in nobis ait : quemadmodum virtutes dona appellat, arbitrii libertatem non tollens, sed semper nos gratos esse volens, & omnia accepta referre Deo. Considera autem verba ; *In vobis*, inquit, qui cum metu atque tremore salutem operamini : in talibus enim Deus operatur omnia.

Pro bona voluntate.] Hoc est, ut impleatur erga vos benevolentia atque bona voluntas ejus, ut sic vivamus perinde ac ipse vult. Itaque & ex hoc confidite : omnino enim cooperabitur vobis Deus, ut rectè vivatis, si non propter aliud quicquam, ejus tamen rei gratiâ, quia hoc ipsi gratum est.

14 *Et omnia facite sine murmurationi-*

τυτέσι, μὴ πολλῆς ἀπονοίας καὶ ὀλιγωρίας.

13 Ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν.] Ἐπειδὴ εἶπε, μετὰ φόβου καὶ τρόμου, νῦν φησι, μὴ πλανᾶσθε διὰ τοῦτο. οὐ γὰρ τοῦτο εἶπον ἵνα ἀπαγορεύσῃς, ἀλλ' ἵνα προσέχῃς. ἂν γὰρ προσέχῃς, ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐργάσεται. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ καὶ προθυμίαν δίδους ἡμῖν ὥστε θέλειν τὸ ἀγαθὸν, καὶ πρὸς ἐργασίαν αὐτοῦ εἰς τέλος ἄγων. Ἐνεργεῖ γὰρ ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν τὸ θέλειν· τουτέστι, συνεργεῖ ἡμῖν πρὸς τὸ θέλειν τὰ ἀγαθὰ, " καὶ αὔξει τὸ ἀγαθὸν θέλημα ἡμῶν, καὶ συνεκκαίει ὥστε θερμότερον γενέσθαι. Καὶ ἄλλως " δὲ ὅπερ τὸ τέλος αὐτὸς ὑπεστήσατο, οἱ δὲ ἄνθρωποι ἀφ' ἁπλοῦ ὁρισμοῦ τελειότερα πρὸς ἐκεῖνα καὶ τὸ θέλημα ἡμῶν τείνομεν, διὰ τοῦτο καὶ τὸ θέλειν ἐνεργεῖσθαι ὑπὸ Θεοῦ λέγει. οἷον, ἠθέλησάς τι ; ἐπήρξω πρᾶττειν τοῦτο· ἐὰν μὲν τὸ τέλος ἐπαγάγῃς, θέλεις πλέον τοῦτο τὸ ἔργον· εἰ δὲ ὄκνος σοι ἡ θέλησις. Τοῦ δὲ εἶναι τέλειος πρὸς τὸν Θεὸν ὄντος, οὗ καὶ τὸ θέλειν " ἡμῶν συνεκκαίοντος, εἰκότως καὶ " τοῦτό φησιν εἶναι πρὸς τὸν Θεόν. Ἢ καὶ ἀπὸ πολλῆς εὐγνωμοσύνης ὁ Παῦλος καὶ αὐτὸ τὸ θέλειν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἡμῖν ἐνεργεῖσθαι λέγει· ὥσπερ δὲ τὰ χαρίσματα χαρίσματα καλεῖ, ἃ τὸ αὐτεξούσιον διαιρῶν, ἀλλὰ βουλόμενος ἡμᾶς ἀεὶ εὐχαριστεῖν, καὶ πάντα ἀναπέμπειν τῷ Θεῷ. Ὅσα δὲ καὶ πρὸς λέξιν· ἐν " ὑμῖν, εἶπε, τοῖς " μετὰ φόβου καὶ τρόμου πρὸς ἐπιστροφὴν κατεργαζομένοις· ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις ἐνεργεῖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα.

Ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας.] Τουτέστιν, ὑπὲρ τοῦ πληρωθῆναι εἰς ὑμᾶς πρὸς εὐδοκίαν καὶ τὸ ἀγαθὸν θέλημα αὐτοῦ, ἵνα ὄντως ζῶμεν ὡς αὐτὸς βούλεται. Ὥστε καὶ ἐκ τούτου θαρσεῖτε· πάντως γὰρ συνεργήσει ὑμῖν ὁ Θεὸς πρὸς τὸ ὀρθῶς ζῆν, εἰ καὶ μὴ δι' ἄλλο τι, διότι χαρτὸν αὐτὸς ἀποδέχεται.

14 Καὶ πάντα ποιεῖτε χωρὶς γογγυσμῶν

γυσμῶν καὶ διαλογισμῶν.] Ὁ διάβολος, ἐπειδὰν ὑπὸ δυνηθῇ καθάπαξ ἀπό τινος καλοῦ καλῦσαί τινα, ἢ ἀπονοίαν αὐτῷ εἰσηγεῖται, ἢ κενοδοξίαν· ἢ εἰ μὴ ταῦτα, γογγυσμὸν, ἢ ἀμφιβολίαν καὶ ἀπιστίαν. Ἐπεὶ οὖν ἐν πειρασμοῖς, καὶ κινδύνοις συνεχόμεθα, ἐκ τούτων οἱ πολλοὶ εἰς γογγυσμὸν ἐκπαρακλίζονται καὶ βλασφημίας· χωρὶς γογγυσμῶν, φησι, πάντα ποιεῖτε. Ὁ γὰρ γογγύζων ἀχάριστος καὶ δύσφημος. Διαλογισμοὺς δὲ τὴν διάκρισιν φησι καὶ τὸν διςαγμόν· οἷον, ὅταν ἐπαλλῆς τις λέγῃ τις, ἆρα ἐὰν τόδε ποιήσω, ἔξω μισθόν; ἆρα καλόν ἐστιν; ὃ δεῖ γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις διςάζειν, ἀλλὰ πεπεισθότως ποιεῖν, κἂν πόνος ᾖ, κἂν κάματος, μηδὲν διαλογίζεσθαι.

15 Ἵνα γένησθε ἄμεμπτοι, καὶ ἀκέραιοι.] Τουτέστιν, ἀνεπίληπτοι καὶ ἄσπιλοι· ὀλίγη γὰρ μικρὰ κηλὶς ὁ γογγυσμός. Οὐκ εἶπε δὲ, ὥσπερ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους, ὅτι κόλασις ἀπόκειται τῷ γογγυσμῷ, δέδοικε μὴ ὡς ἐλευθέροις τούτοις διαλέγῃ. Ἀκουε γὰρ καὶ τῶν ἑξῆς.

Τέκνα Θεοῦ ἀμώμητα.] Ὡς δούλων καὶ ἀγνωμόνων ὁ γογγύζων. πῶς γὰρ υἱὸς ἐν τοῖς τοῦ πατρὸς * ἐν ἑαυτῷ κάμνων, γογγύζει; *πατρ.

viunt enim huic tanquam Deo, & omnem curam adhibent. Aliis quidem pecunia, aliis verò venter Deus est, de quibus & alio in loco ait : *Edamus & bibamus, cras enim morimur.* Ecce alteram idololatriam.

1 Cor. 15. 32

Et gloria in confusione ipsorũ.] Quidam hoc de circumcisione dicunt, quam ipsi gloriam putabant, revera autem ignominia est. Hoc verò non ita est, sed stultitiam ipsorum ostendit. Nam qui peccant, velari eos ac pudefieri oportet : isti verò hæc sibi gloriæ ducunt.

Qui terrena sapiunt.] Hi enim ventrem Deum habent, nil spirituale aut cœleste cogitantes.

20 *Nostra autem conversatio in cœlis est, unde etiam salvatorem expectamus Dominum Jesum Christum.*] Itaque quæ superna sunt, nos sapere & affectare oportet, & ad patriam nostram festinare, ubi vivere & commorari nobis ordinatum est, quandoquidem & Dominus & rex noster illic sit, atque illinc ipsum venturum expectamus in gloria paterna cum sanctis Angelis. Itaque & à loco & persona ad pudorem commoveamini.

21 *Qui transfigurabit corpus humiliationis nostræ.*] Multa nunc patitur corpus, vincîtur, verberatur, innumeris malis objicitur. Ob hanc rem humiliationis corpus est, quod corruptioni atque dolori subjectum sit : sed transfigurabitur, id est, idem permanens induet incorruptibilitatem. Per transfigurationem enim à corruptione mutationem intellige.

Ut efficiatur conforme ipsum corpori gloriæ ipsius.] Quandoquidem, inquit, conforme ipsi factum est per afflictionum communicationem, conforme etiam efficietur gloriæ ipsius. Papæ! quid dixit? Ei quod ab Angelis adoratur, quod ad dextram patris sedet, gloriæ corpori conforme fit corpus nostrum, ac perinde glorificatur ut illud. Nonne igitur si universus mundus simul lacrymetur ac defleat eos qui à glo-

ηρθύνσι γὰρ ὡς Θεῷ ταύτῃ, καὶ πᾶσαν θεραπείαν ποιοῦνται. Τοῖς μὲν τὰ χρήματα, τοῖς δὲ ἡ κοιλία Θεός· περὶ ὧν ἀλλαχοῦ φησι· Φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. Ἰδοὺ καὶ ἑτέρα εἰδωλολατρεία.

Καὶ ἡ δόξα, ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν.] Τινὲς περὶ τῆς περιτομῆς φασι τοῦτο, ὧν αὐτοὶ μὲν δόξαν εἶχον, αἰσχύνη ὑπῆρχεν. Οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο, ἀλλὰ τὴν ἀνοησίαν αὐτῶν δηλοῖ τούτων δείκνυσι. Καὶ γὰρ ἁμαρτάνοντας, φησί, δέον ἐγκαλύπτεσθαι καὶ ἐπαισχύνεσθαι· οἱ δὲ δόξαν ταῦτα ἡγοῦνται. "χ. ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα.

Οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες.] Οὗτοι γὰρ ἔχουσι Θεὸν τὴν κοιλίαν, οἱ μηδὲν πνευματικὸν ἢ οὐράνιον νοοῦντες.

20 Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν.] Ὡσπερ τὰ ἄνω δεῖ ἡμᾶς φρονεῖν, ὡσὰν τὴν πατρίδα ἡμῶν οὐρανὸν εἶναι, ἔνθα καὶ πολιτεύεσθαι ἐπάξιόν ἐστιν· ἐπεὶ καὶ ὁ δεσπότης καὶ βασιλεὺς ἡμῶν ἐκεῖ, καὶ ἐκεῖθεν αὐτὸν ἥξειν προσδοκῶμεν ἐν τῇ δόξῃ τῇ πατρικῇ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. Ὥστε καὶ ἀπὸ τοῦ τόπου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου, δυσωπεῖσθε. "χ. ἀπὸ τοῦ προσώπου.

21 Ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν.] Πολλὰ νῦν πάσχει τὸ σῶμα, δεσμεῖται, μαστίζεται, μυρίοις δεινοῖς ὑποβάλλεται. Διὰ τοῦτο ταπεινώσεως σῶμα, ὅτι φθορᾷ καὶ ἀλγηδόσιν ὑποκειται· ἀλλὰ μεταχηματισθήσεται, τουτέστι, τὸ αὐτὸ μὲν ἐνδύσεται ἀφθαρσίαν· μεταχηματισμὸν γὰρ τὴν ἀπὸ φθορᾶς ἀναγκαίως νόησον. "χ. γὰρ ἀγηδόσιν.

Εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ.] Ἐπειδὴ σύμμορφον αὐτοῦ, φησιν, ἐγένετο δηλονότι τῆς κοινωνίας τῶν παθῶν, σύμμορφον γενήσεται καὶ τῇ δόξῃ. Βαβαί, τί εἶπε; τῷ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων προσκυνουμένῳ, ᾧ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς καθημένῳ, ᾧ τῆς δόξης ὄντι σώματι σύμμορφον γίνεται τὸ σῶμα ἡμῶν, καὶ οὕτω δοξάζεται, ὡς ἐκεῖνο. Ἆρα οὖν πᾶσα ἡ οἰκουμένη ὅτι τὸ αὐτὸ δακρύει

τοὺς

τοις ἐκπίπτουσας τ τοιαύτης δόξης, ἀξίως δακρύσῃ;

Κατὰ τὴν ἐνέργειαν τ δυνάσθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι ἑαυτῷ τὰ πάντα.] Επειδὴ μέγα εἶπε & ἀδύνατον ἄπιστον, φησὶ, μὴ ἀπιστήσῃς· δύναμιν γὰρ ἔχει, δι' ἧς ἐνεργεῖ τὰ πάντα, & ὑπέταξεν ἀγγέλους, καὶ ἀρχαγγέλους, καὶ δαίμονας. ὥστε ἐπὶ ἐκεῖνα τὰ μείζω ἐποίησε, πολλῷ μᾶλλον τοῦτο τὸ ἔλαττον ἐκείνων ποιήσει. Τίς δὲ ὑπέταξεν *; Οἱ μὲν φασιν, ὅτι ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ὑπέταξεν αὐτῷ, τῷ Χριστῷ δηλαδὴ, τὰ πάντα. πλὴν ἀκόλουθόν ἐστιν· ὁ γὰρ εἶπεν ἄνω περὶ τ Πατρός. Βέλτιον οὖν περὶ τ Χριστοῦ τοῦτο νοεῖν, ὃς διὰ τ δυνάμεως τ θεότητος ὑπέταξεν αὐτῷ, τ σώματι αὐτ δηλαδὴ, τὰ πάντα. Οὐ γὰρ δὴ φοβηθησόμεθα μήποτε διέλωμεν τ Χριστόν· ἕνα γὰρ οἴδαμεν αὐτὸν καὶ ἐν τῇ ἑτερότητι τ φύσεων.

* ἐμοὶ

ria hac excidunt, dignè lacrymabitur?

Secundùm operationem quâ poteſt ipſe etiam ſubjicere ſibi omnia.] Quia magnum dixerat, ac propemodùm incredibile; Ne dubites, inquit: habet enim potentiam, per quam operatur omnia, ac ſubjecit Angelos, & Archangelos, & dæmones. Quare ſi illa majora fecit, multò magis hoc, quod minus illis, faciet. Quis verò ſubjecit? Nonnulli aſſeverant quòd Deus Pater ſubjecerit ipſi, Chriſto videlicet, omnia. Cæterùm inconſequens illud eſt: non enim de Patre ſuprà locutus eſt. Satius igitur eſt hoc de Chriſto intelligere, qui per virtutem divinitatis ſubjecit ipſi, corpori ſuo videlicet, omnia. Non enim metuemus dividere Chriſtum: unum enim novimus ipſum etiam in diverſitate naturarum.

ΚΕΦ. δ.

ΩΣτε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ καὶ ἐπιπόθητοι, χαρὰ καὶ στέφανός μου, οὕτω στήκετε ἐν Κυρίῳ ἀγαπητοί.] Ὡστε, φησὶν, εἰ & ὁρᾶτε τούτους χαίροντας καὶ δεδοξασμένους, ἀλλ' ὑμεῖς στήκετε οὕτως, ὥσπερ ἴσασθε, ἐν ᾧ ἐλπίζειν ὅτι συνδοξασθησόμεθα Χριστῷ, μὴ διαπεσητε. Ορα δὲ πόσα τὰ ἐγκώμια· ἀδελφοί. καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ', ἀγαπητοί· καὶ ἔτι, ἐπιπόθητοι, τουτέστιν, ὀπτῶ καὶ ποθούμενοι πότε ὄψησθέ με. Καὶ ἔτι, χαρά· καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ στέφανος, ὃ ἐνδοξότερον οὐκ ἔστιν " ἄλλο τι. Καὶ πρὸ τ παραινέσεως ἐγκώμιον, καὶ αὖ μετὰ τὴν παραίνεσιν· οὕτως ἦσαν ἀξιόλογοι, ὥστε τοσαύτης τιμῆς ἀξιωθῆναι παρὰ Παύλου.

" χ. ἔτιγε.

2 " Εὐωδίαν παρακαλῶ, καὶ Συντύχην παρακαλῶ τὸ αὐτὸ φρονῆν ἐν Κυρίῳ. 3 Καὶ ἐρωτῶ καὶ σε, γνήσιε σύζυγε, συλλαμβάνου αὐταῖς.] Δοκοῦσί

" χ. Εὐοδίαν.

CAP. IIII.

PRoinde, fratres mei dilecti & deſiderabiles, gaudium meum & corona mea, ſic ſtate in Domino dilecti.] Itaq; inquit, etſi cernatis hos gaudentes & gloriâ affectos, ſtate vos perinde ac conſiſtitis, ſperando quòd unà cum Chriſto glorificabimur, neque ab ea ſpe excidatis. Obſerva autem quantis encomiis eos evehat. *Fratres*, inquit, & non ſimpliciter, verùm, *dilecti*: & adhuc, *deſiderabiles*, hoc eſt, à me inquiſiti, quando à me videamini. Præterea, *gaudium*; neque hoc ſimpliciter, verùm etiam *corona*: quâ non eſt aliud quiddam celebrius. Ante adhortationem eos commendavit, ac rurſus poſt exhortationem: in tanto fuerunt apud eum precio, ut talì tantóque honore ipſos dignaretur Paulus.

2 *Euodiam rogo, & Syntychen rogo idem ſapere in Domino.* 3 *Etiam rogo & te, germane compar, adjuva eas.* Videntur mihi mulieres iſtæ caput eſſe Eccle-

fræ quæ ibi erat. Commendat itaque has viro cuipiam admirando, qui aut frater fuit alterius ipsarum, aut maritus. Forsan autem & custos iste fuit carceris; perinde quasi dicat: Jam tandem frater es germanus, nunc genuinus vir, si in opere Domini idem jugum trahas, adjuvans illas. Nonnulli autem in errorem inducti, ajunt Paulum hìc propriam suam conjugem precari: verùm enimverò ita non est. Ut enim alia prætermittam, si suam uxorem intelligere voluisset, γνησία σύζυγε, dicere debuisset.

Quæ mecum laboraverunt in Evangelio, cum Clemente & cæteris adjutoribus meis.] Non exiguam, inquit, partem istæ quoque contulerunt, etiamsi haud pauci alii essent auxiliatores. Propterea, *concertârunt mecum*, ait. Non parùm enim tum sanè Ecclesiæ conjungebantur, altero alterum honorante & adjuvante. Verùm hodie quis noster, proh dolor! status est? alter alterum dejicimus: hinc etiam fit, ut simus planè diversi ab iis qui tum vixere.

Quarum nomina sunt in libro vitæ.] Animadvertis quantum virtutis mulierculis tribuat? Nam quod Dominus Apo-
Luc.10.20. stolis dixit, *Nomina vestra scripta sunt in cœlis*: hoc iis Paulus attribuit, quòd nomina earum cum reliquis inscripta sint in libro vitæ, hoc est, in cognitione & judicio Dei. Vel illis vitam adjudicavit etiam-
Ioh.3.18. num ex fide earum, quemadmodum, *Qui non credit jam judicatus est*, atque fortè libro mortis insertus est.

4 *Gaudete in Domino semper.*] Quo-
Matt.5.4. modo igitur Dominus dixit, *Beati qui lugent?* Quia hoc ipsũ sic lugere, est gaudere. Non enim simpliciter dixit, gaudete, sed, *in Domino*. Qui autem in Domino est, semper gaudet, etiamsi torqueatur, vel di-
Act.5.41. laceretur. *Revertebantur*, inquit, *à concilio gaudentes, quoniam digni habiti essent pro Christo contumeliâ affici.*

Iterum dico, gaudete.] Quia rerum natura mœrorem pariebat, per duplicationem

μοι αὗται αἱ γυναῖκες τὸ κεφάλαιον τῆς τ ἐκκλησίας τ ἁγ· παρεπήνεσεν οὖν αὐτὰς ἀνδρί τιν θαυμαστῷ, ὃς ἢ ἀδελφὸς ἴω μιᾶς αὐτῶν, ἢ καὶ ἀνήρ. Τάχα δὲ καὶ ὁ δεσμοφύλαξ ἴσως ἀν ἴω τοῦτ· ὡς ἀν εἰ ἔλεγε· νυνὶ ἀδελφὸς εἶ γνήσιος, νυνὶ ἀνὴρ γνήσιος, ἐὰν σὺν τῷ ἔργῳ τῆς Κυρίᾳ τ αὐτὸν ἕλκῃς ζυγὸν, " συλλαβόμενος αὐταῖς. Τινὲς δὲ πλανηθέντες, πίω αὐτῆς γυναῖκά φασι τὸν Παῦλον παρακαλεῖν ἀγαπᾶν· ἀλλ' οὐκ ἔστιν. ἵνα γὰρ πάλλα ἐάσω, ἔδει, γνησία σύζυγε, εἰπεῖν. " χ. συλλαμβανόμενος.

Αἵτινες ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι, μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν τῶν συνεργῶν μου.] Οὐ μικρὸν" καὶ αὐταί, φησι, συνεβάλλοντο μέρος, καίτοι πολλῶν ὄντων καὶ ἄλλων τῶν συνεργούντων. διὸ καὶ συνήθλησάν μοι λέγει. Οὐ μικρῶς γὰρ τότε συνεκροτοῦντο αἱ ἐκκλησίαι, δηλαδὴ τ ἄλλων τιμώντος καὶ βοηθούντος· ἀλλὰ νυνὶ, φεῦ, ὅπως ἔχομεν; εἰς τ ἔναντα καταβάλλομεν. διὸ τοῦτο καὶ ὅτων ἔχομεν εὐσεβέστερον τοῖς τότε. " χ. ὅ.

Ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς.] Ὁρᾷς ὅσην ἀρετὴν τ γυναιξὶ μαρτυρεῖ; ὃ γὰρ τοῖς ἀποστόλοις ὁ Κύριος εἶπεν, Ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν γέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τοῦτο καὶ αὐταῖς ὁ Παῦλος παρεμαρτυρεῖ, μετὰ τῶν λοιπῶν ἐν βίβλῳ ζωῆς γεγράφθαι τὰ ὀνόματα, τουτέστι, τῇ γνώσει τοῦ Θεοῦ καὶ τῇ κρίσει. ἢ τ ζωὴν αὐταῖς ἐπεψηφίσατο ἐντεῦθεν ἤδη, ὥσπερ ὁ μὴ πιστεύων ἤδη κέκριται, καὶ πάλαι ἐν βίβλῳ θανάτου γέγραπται.

4 Χαίρετε ἐν Κυρίῳ πάντοτε.] Πῶς οὖν ὁ Κύριος λέγει, Μακάριοι οἱ πενθοῦντες; ὅπερ τοῦτο αὖθίς ἐστι χαίρειν, ὃ ἔφην πενθεῖν. Οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπε, χαίρετε· ἀλλ', ἐν τῷ Κυρίῳ· ὁ δ' ἐστὶν ἐν τῷ Κυρίῳ πάντοτε χαίρει, κἂν τρέβηται, κἂν ξαίνηται. Ὑπέρφοιν γάρ, φησι, χαίροντες ἀπὸ τοῦ δικαστηρίου, ὅτι ἠξιώθησαν ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ ἀτιμασθῆναι.

Πάλιν ἐρῶ, χαίρετε.] Ἐπειδὴ τ ἀσχημοσύνη ἡ φύσις λύπην ἔτικτε, διὰ τοῦτο διπλασιασμοῦ

σασμῶ δείκνυσιν, ὅτι πάντως δεῖ χαίρειν.

5 Τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν γνωσθήτω πᾶσιν ἀνθρώποις.] Ἐπειδὴ ἄνω διέβαλέ τινας ὁ Παῦλος, ὡς ἐχθροὺς τοῦ σταυροῦ, παραινεῖ μὴ ἀπεχθῶς πρὸς τούτους ἔχειν, ἀλλ' ἐπιεικῶς χειρωσαμένους τούτοις, κἂν ἐχθροὶ ὦσι.

6 Ὁ Κύριος ἐγγύς, μηδὲν μεριμνᾶτε.] Ἀλλὰ ζηλοῦτε ὅτι τρυφῶσιν ἐκεῖνοι, καὶ ὑβρίζουσιν, ὑμεῖς δὲ ἐν θλίψει· Ὁ Κύριος ἐγγύς, ἤδη ἡ κρίσις ἐπέρχεται, μηδὲν μελέτω ὑμῖν μήτε τῆς ἐκείνων ὕβρεως, μήτε τῆς ὑμῶν θλίψεως· δώσουσι γὰρ λόγον ἐκεῖνοι, καὶ ὑμεῖς ἀναπαύσεσθε.

Ἀλλ' ἐν παντὶ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει μετ' εὐχαριστίας τὰ αἰτήματα ὑμῶν γνωριζέσθω πρὸς τὸν Θεόν·] Ἰδοὺ καὶ ἑτέρα παραμυθία, ὅτι εὐχαριστῶν ἐν παντὶ πράγματι, καὶ τοῦτο μετ' εὐχαριστίας. Πῶς γὰρ ἄν τις " αἰτήσαι τὰ μέλλοντα, μὴ τὰ πρότερον εὐγνωμοσύνως ἐπιδεξάμενος; Ὥστε ὑπὲρ πάντων, καὶ τῶν δοκούντων ἐναντίων, εὐχαριστεῖν δεῖ. Τὸ γὰρ ὅτι τοῖς ἀγαθοῖς εὐχαριστεῖν, καὶ ἡ φύσις τῶν πραγμάτων ἀπαιτεῖ· ἐκεῖνο δέ, ψυχῆς εὐγνώμονος. Αἱ τοιαῦται εὐχαὶ γνωρίζουσι τὰ αἰτήματα ἡμῶν πρὸς τὸν Θεόν. Τὰς γὰρ ἄλλως γινομένας οὐδὲ ἐπιγινώσκει.

" χ. αἰτήσεται.

7 Καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.] Τουτέστιν, ἡ καταλλαγή, ἣν πρὸς ἀνθρώπους ἐποιήσατο, ἥτις ὑπερέχει πάντα νοῦν, οὐκ ἀνθρώπινον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀγγελικόν· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν· ὁ ῥυσάμενος ἡμᾶς οὕτως, ὡς οὐδὲ ὁ νοῦς καταλαβεῖν δύναται). Τίς γὰρ προσεδόκησεν ὅτι τοσοῦτα ἡμῖν ἔσται) ἀγαθὰ, καὶ " ὅτι καταλλαγησόμεθα τῷ Θεῷ; αὐτὸς ὑμᾶς φυλάξει καὶ ἀσφαλίσαιτο, ὥστε μηδὲ ἐννοῆσαί τι πονηρόν. Ἡ εἰρήνη φησὶν, ἣν ὁ Κύριος εἶπεν, Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, αὕτη φρουρήσει ὑμᾶς. καὶ γὰρ ἡ εἰρήνη αὕτη ὑπερέχει πάντα νοῦν, ὅταν κελεύῃ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς εἰρηνεύειν, πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας. Εἰ δὲ ἡ εἰρήνη ὑπερ-

" χ. ὅτι.

verbi oſtendit, omnino eſſe gaudendum.

5 *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.*] Quia ſuprà accuſabat quoſdam Paulus, ceu inimicos crucis adhortatur jam ut non infensè, ſed clementer iſtos tractent, etiamſi hoſtes ſint.

6 *Dominus propè eſt, nihil ſoliciti ſitis.*] At verò æmulamini, quòd iſti in voluptatibus vivant, voſque injuriâ afficiant, cùm vos in afflictione laboretis: *Dominus propè eſt*, jam judicium inſtat: nihil vobis ſit curæ, neque illorum injuria, neque veſtra afflictio: Iſti enim Deo rationem reddent, & vos quiete fruemini.

Sed in omni oratione & obſecratione cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum;] En aliam conſolationem, nempe, orare in omni re, idque cum gratiarum actione. Quomodo enim quiſquam futura rogaverit, qui ſeſe pro prioribus beneficiis non exhibuit gratum? Itaque pro omnibus, etiam iis quæ adverſa videntur, gratiæ ſunt agendæ. Nam pro bonis nos gratos eſſe vel ipſa rerum natura poſtulat: illud autem eſt animæ verè gratæ. Hujuſmodi orationes patefaciunt petitiones noſtras coram Deo: aliter enim factas ne agnoſcit quidem.

7 *Et pax Dei, quæ exuperat omnem intellectum, cuſtodiet corda veſtra, & intelligentias veſtras in Chriſto Jeſu.*] Hoc eſt, reconciliatio quam cum hominibus fecit, quæ excedit omnem intellectum, nedum humanum, verumetiam Angelicum, perinde ac ſi dicat: Qui ſic nos liberavit, ut ne intellectus quidem comprehendere poſſit. Quis enim expectâſſet tanta nobis obventura eſſe bona, noſque Deo reconciliandos? Ipſe vos cuſtodiat & muniat, ne aliquid mali intelligatis, aut cogitetis. Vel pacem dicit, de qua Dominus loquitur, *Pacem relinquo vobis*, iſta cuſtodiet vos. Etenim pax iſta exuperat omnem intellectum, quando jubet ut pacem cum inimicis habeamus, & cum his qui nos injuriâ afficiunt. Si autem hæc pax exu- Ioh. 14. 27.

perat omnem intellectum, quanto magis ſubſtantia? Quod verò ait, *In Chriſto Jeſu*; hoc eſt: In ipſo vos cuſtodiet, ut ab eo non excidatis, ſed potiùs ut perſeveretis in eo.

8 *Quod reliquum eſt, fratres,*] Tanquam feſtinans, & nihil commune habens cum eis quæ præſentia ſunt, ſic inquit.

Quæcunque vera ſunt,] Hoc eſt, virtutibus prædita. Vitium enim mendacium eſt, & voluptas ejus.

Quæcunque ſevera ſunt,] Ad eos qui terrena ſapiunt.

Quæcunque caſta,] Ad eos quorum deus venter eſt.

Quæcunque amabilia,] Id eſt, Deo & hominibus grata. Hoc verò, ne offendant aliquos.

Quæcunque boni nominis: ſiqua virtus, & ſiqua laus:] Viden' quòd & eorum quæ attinent ad homines rationem habere eos velit? ſed non ſimpliciter, verùm cum appendice hac, *Siqua virtus.*

Hæc cogitate.] Quia è cogitationibus prava opera naſcuntur, *Hæc cogitate*, inquit, quæ ſunt prædicta.

9 *Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiviſtis, & vidiſtis in me.*] Quia non licebat de omnibus exactè dicere, de ingreſſibus, exitibus, verbo, habitu, in ſummâ inquit: quæcunque didiciſtis & audiviſtis per doctrinam, & accepiſtis in ſcriptis, & vidiſtis in me per ipſa opera. Hæc enim, ut ſæpe commemoratum eſt, optima eſt doctrina, ſeipſum exemplar exhibere.

Hæc agite.] Non ſolùm cogitate, ut paulò antè dictum, neque dicite ſolummodo, verumetiam facite.

Et Deus pacis erit vobiſcum.] Hoc eſt, in tranquillitate vivetis, ſi hæc egeritis. Si enim pacem habeamus, & apud Deum, videPſal. 119. 7. licet per virtutem, & apud homines, (*Cum odientibus enim pacem eram*, inquit, *pacificus*) erit ipſe Deus nobiſcum. Qui enim fugientes ſectatur, quî accedentibus non aderit?

ἐχῇ πολύτα νοιῶ, πόσῳ μᾶλλον ἡ ὐσία; Τὸ δὲ, ἐν Χριστῷ Ιησοῦ, τοῦτ' ἔστιν· ἐν αὐτῷ " φυλάξῃ, ὥστε μὴ ἐκπεσεῖν αὐτὸ, ἀλλὰ " μᾶλλον μένειν ἐν αὐτῷ. " χ. εὐλάξειν.

8 Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί,] Ὡς ἐπειγόμενος, καὶ οὐδὲν κοινὸν ἔτι ἔχων πρὸς " τὰ πρόντα, ὅτω φησίν. " χ. πρὸς τοῦτα δὲ τὰ παρόντα.

Ὅσα ἀληθῆ,] Τουτέστιν, ἐναρετα. ἡ γὰρ κακία ψεῦδος, καὶ ἡ ἡδονὴ αὐτῆς.

Ὅσα σεμνά,] Πρὸς τοὺς τὰ ὀπίγεια φρονοῦντας.

Ὅσα ἁγνά,] Πρὸς τοὺς, ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία.

Ὅσα προσφιλῆ,] Τουτέστι, τῷ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. Τοῦτο δὲ, ἀφ' ὧ μὴ προσκρούειν ἴσοι.

Ὅσα εὔφημα· Εἴτις ἀρετὴ, καὶ Εἴτις ἔπαινος.] Ὁρᾷς ὅπι καὶ τῶν πρὸς ἀνθρώπους προνοᾷν αὐτοὺς βούλεται. Ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ τὸ εἰπεῖν, εἴτις ἀρετή.

Ταῦτα λογίζεσθε.] Ἐπειδὴ ἀπὸ ἐννοιῶν αἱ πονηραὶ πράξεις γίνονται, ταῦτα λογίζεσθε, φησι, τὰ προειρημένα.

9 Ἃ καὶ ἐμάθετε, καὶ παρελάβετε, καὶ ἠκούσατε, καὶ εἴδετε ἐν ἐμοί.] Ἐπειδὴ οὐκ ἐνῆν πάντων ἀκριβολογεῖσθαι, περὶ εἰσόδων, περὶ ἐξόδων, " ῥήματος, ῥήματος, ἐν κεφαλαίῳ φησίν· Ὅσα ἐμάθετε καὶ ἠκούσατε ἀφ' διδασκαλίας, καὶ παρελάβετε " ἐγγράφως, καὶ εἴδετε ἐν ἐμοὶ δι' ἔργων αὐτῶν. τοῦτο γὰρ, ὡς πολλάκις εἴρηται, διδασκαλία ἀρίστη, ὃ ἑαυτὸν τύπον παρέχων. " χ. ῥήματα, ῥήματα. " χ. ἐγγράφως.

Ταῦτα πράττετε.] Μὴ μόνον λογίζεσθε, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, μηδὲ λέγετε μόνον, ἀλλὰ καὶ πράττετε.

Καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν.] Τουτέστιν, ἐν γαλήνῃ ἔσεσθε, ἐὰν ταῦτα πράξητε. ἐὰν γὰρ εἰρηνεύωμεν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν, διὰ ἀρετῆς δηλαδὴ, καὶ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, (μὴ τῶν μισούντων γάρ, φησι, τὴν εἰρήνην, ἡμεῖς εἰρηνικός) ἔσται αὐτὸς μεθ' ὑμῶν. ὃς γὰρ καὶ φύγοντας διώκει, πῶς ἂν προσιῶσι " συνέσται; " χ. —σται.

10 Ἐχά-

10 Ἐχάρην δὲ ἐν Κυρίῳ μεγάλως, ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν.] Οὐ κοσμικῶς ἐχάρην, φησὶν, οὐδὲ βιωτικῶς, ἀλλ', ἐν Κυρίῳ· οὐχ ὅτι ἀναπαυσιν ἔχον ἐγὼ, ἀλλ' ὅτι ὑμεῖς προκόψατε. διὸ τοῦτο καὶ μεγάλως, ὅτι ὑπὲρ τὸ ἐκείνων ὠφελείας. Ἡρέμα δὲ ὅτι- "χ. παρ' μήσας ὑπὲρ τοῦ " παρελθόντος χρόνου, ὡς δὴ διδάξῃ σπουδῇ καὶ διηπόμενος μεταδιδόναι, πάλιν αὖθις σπουδάσαι. Τὸ γὰρ, ἤδη ποτὲ, χρόνον δηλοῖ μακρόν. καὶ "χ. τὸ βλασφο- τὸ, ἀνεθάλετε δὲ, ὡς ὅτε " φυτὰ βλασφημούντων, εἶτα ξηρανθέντων, εἶτ' αὖθις ἀναθαλλόντων. Καὶ ὑμεῖς, φησὶν, ὄντες ἀνθηροὶ ἐμαράνθητε, εἶτα ἀνεθάλετε. Ὥσπερ καὶ ἐπιτήμιοί ὅτι καὶ ἔ- "χάπις. παινος " τοῦτο. δ' γὰρ μικρὸν τὸ μαρανθέντα ἀναθῆλαι πάλιν. Ἵνα δὲ μὴ " νο- "χ. νομίσῃ τις μίσῃ τις ὅτι καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἐμαράνθησαν, ἐπήγαγε, Εἰς τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν· εἰς τοῦτο μόνον τὸ φρονῆσαι μου τὴν ἀναγκαίας χρείας. Ζητητέον δὲ, πῶς ὁ λέγων, Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν· καὶ πάλιν περὶ τῶν Κορινθίων, Καλόν μοι μᾶλλον ἀποθανεῖν, ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τις κενώσῃ τοῦτο βούλοιτο λαμβάνων; Ἐκεῖ εἰ κόντως οὐκ ἐλάμβανε, διὰ τοὺς ψευδαποστόλους ἀπροσδιορίστως τὸ μὴ λαμβάνειν, ἵνα ἐν ᾧ, φησι, καυχῶνται, εὑρεθῶσι ὡς κἀγώ. Καὶ γὰρ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, οὐ φαγήσεται τὸ καύχημά μου, ἀλλ', ἐν τοῖς κλίμασι τῆς Ἀχαΐας Ἐπεὶ, Ἄλλας, φησὶν, ἐσκύλευσα. Ὥσπερ ἐκεῖ οἰκονομικῶς οὐκ ἐλάμβανεν· ἐνταῦθα δὲ ἀγαπητοὶ οἱ διδόντες καὶ ὑπὲ- "χ. ἔλαβεν ρ τοῦ τοι, ὅς, εἰ μὴ " ἐλάμβανεν, ἔπληξεν ἂν. ἄλλως τε, οὐ τὸ λαμβάνειν, "χ. οὐ γὰρ ὑπὲρ τῶν διδόντων μᾶλλόν ἐστιν· " αὐτοὶ γὰρ ὠφελησιῶνται μᾶλλον ἢ οἱ λαμβάνοντες. Τὸ δὲ λέγειν, Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν, οὐκ ἀπαγόρευσις ἁπλῶς ἐστι τοῦ λαμβάνειν, ἀλλὰ σύγκρισίς ἐστι, τὸ κρεῖττον ὑποδεικνύουσα. "χ. ἄλλως τε ἐπεὶ. Οὐδὲ γὰρ ὅπως καλλίων ὁ χρυσὸς, ἤδη ἀπαγορεύει τις τὸ ἔχειν ἀργύριον.

10 *Gavisus sum in Domino vehementer, quòd tandem aliquando resloruistis pro me sentire.*] Non mundano more gavisus sum, inquit, neque pro hujus seculi ratione, sed, in Domino; non quòd ego refocillationem habuerim, verùm quòd vos progressi estis. Propterea & *vehementer* dicit, quia pro ipsorum utilitate. Quum autem ob præteritum tempus clanculùm eos objurgâsset, ut continuò & semper impertire doceat, idem rursus adumbravit. Nam istud, *tandem aliquando*, longi temporis lapsum demonstrat. *Resloruistis* autem dixit, veluti de plantis, postquam germinâssent, arefactis, ac denuò repullulascentibus. Et vos, inquit, cùm essetis floridi, emarcuistis, deinde resloruistis. Itaque hoc pariter objurgatio est, & laus: non enim parum est, eum, qui exaruit, repullulascere. Ne verò existimet aliquis quòd & in reliquis exaruerint, intulit; *Pro me sentire*: in hoc solùm, ut soliciti sitis in submininistratione eorum quæ mihi sunt necessaria. Quærendum autem est, Quomodo is qui dicit, *Beatius est dare, quàm accipere:* & rursus ad Corinthios, *Satius est mihi emori, quàm ut gloriationem meam quisquam evacuet:* nunc invenitur accipere? At illic non injuriâ nihil accipiebat, propter pseudapostolos, qui se nihil accipere simulabant, *Ut in quo gloriantur*, inquit, *inveniantur sicut & ego.* Etenim non simpliciter dixit; *Non infringetur gloriatio mea:* sed, *In finibus Achaiæ.* Nam, *Alias*, inquit, *Ecclesias deprædatus sum.* Consultò itaque illic non accipiebat: hic verò dilecti sunt dantes, ac desiderabiles, à quibus nisi acceperet, perturbâsset eos. Insuper, accipere, pro dantibus magis est: etenim majori commoditate afficiantur ii qui dant, quàm qui accipiunt. Quod verò ait, *Beatius est dare quàm accipere*, non est simpliciter interdictio accipiendi, verùm comparatio est, quæ id quod melius est submonstrat. Non enim quia potius est aurum, vetat quisquam ne argentum habeas. Præterea, illud de la-

Act. 20 35. 1 Cor. 9. 15. 2 Cor. 11. 12. 2 Cor. 11. 10 2 Cor. 11. 8.

bore, & de eleemosyna ex opere noſtro danda dicit, atque ita ſanè faciendum eſt. Sin verò tempus operandi non fuerit, vinculis nimirum impoſitis, vel ægritudine, quid tum faciendum? nonne accipiendum eſt? Equidem opinor.

Sicut & ſentiebatis.] Hoc eſt, gerebatis quidem in corde pro me ſolicitudinem, & pro me ſoliciti eratis: nam & in more vobis eſt, ut pro me ſoliciti ſitis.

Non habebatis autem opportunitatem.] Hoc non ſocordiæ veſtræ fuit, inquit, ſed neceſſitatis: hoc eſt, non habebatis in manibus veſtris, neque abundabatis: à communi loquendi conſuetudine hoc deſumens. Solemus enim dicere, Anguſtia me invaſit, malum tempus nunc eſt.

11 *Non quòd per penuriam hæc dicam.*] Non propterea de vobis conqueror, quòd penuriâ angar, atque meam ipſius rem ſpectem.

Ego enim didici, in quibus ſum, iis contentus eſſe.] Obſervas hìc difficile eſſe ut aliquis ſuâ ſufficientiâ gaudeat, & quòd exercitio & meditatione opus habeat? Didici enim, inquit.

12 *Scio & humiliari, ſcio & abundare.*] Id eſt, & paucis uti novi, & famem perferre, & penuriam, & rurſus exuberare. Qualis autem virtus eſt iſtud, noviſſe exuberare? Omnino certè magna: plures enim abūdantia ſubvertit quàm penuria, ad plurimas & abſurdas cupiditates accendens. Quomodo autem novit Paulus abundare? Quoniam in alios impendebat, nec gaudebat in ſuperabundantia, ſed æqualis erat in ſaturitate & indigentia; neque enim ob hanc laxabatur, neq; ob inopiam premebatur.

In omni & in omnibus inſtitutus ſum.] In omni longo tempore, & in omni re, & in omnibus quæ obiter incidunt, experientiam accepi.

Et ſatiari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati.] Iſraëlitæ neque eſurire noverunt: oblocuti ſunt enim Deo, dicen-

Αλλως ἢ ϗ ἐκεῖνο φησὶ τῦ ἐργάζεσθαι, ϗ ἐκ τῦ ἔργου δίδοναι λέγει, ϗ δεῖ ὕτω ποιεῖν. Εαὶ ἢ μὴ ἡ καιρὸς τῦ ἐργάζεσθαι, " δεσμῶν περιεσπασμένων, ἢ ἀῤῥωστίας, τί * ποιητέον; ὁ δεῖ λαμβάνειν; ἐγὼ μὲν οἶμαι. " χ. πολιμων ϗ περιεχῶν. * λεῖ.

Εφ' ᾧ ☾ ἐφρονεῖτε.] Τυτέστιν, ἐλχετε μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ τὼ περὶ ἐμοῦ φροντίδα, ϗ ἐμεριμνᾶτε ὑπὲρ ἐμοῦ· ϗ γὰρ ϗ ἔθος ὑμῖν φροντίζειν * μου. * ὑπὲρ.

Ηκαιρεῖσθε δέ.] Οὐ τ ῥαθυμίας ὑμῶν, φησιν, ἀλλὰ τ ἀνάγκης τῦτο· τυτέστιν, οὐκ εἴχετε ἐν χερσὶν, ϗ δὲ ἐν ἀφθονίᾳ ἦτε· ἀπὸ τ κοινῆς συνηθείας τῦτο λαβών· ὡς λέγομεν, στενοχωρία μοι ἐπῆλθε, κακὸς καιρὸς νυῖ ἐστιν.

11 Οὐχ ὅτι καθ' ὑστέρησιν λέγω.] Οὐ δι' τῦτο μέμφομαι ὑμῖν, ὡς ἐν ἐνδείᾳ ὤν, ϗ τὸ ἐμαυτῦ σκοπῶν.

Εγὼ γὰρ ἔμαθον, ἐν οἷς εἰμι, αὐτάρκης εἶναι.] Ορᾷς ὅτι δυσκατόρθωτόν ἐστι τὸ ἐν αὐταρκείᾳ χαίρειν, ϗ γυμνασίας δεῖται ϗ μελέτης; ἔμαθον γάρ, φησιν.

12 Οἶδα καὶ ταπεινῦσθαι, οἶδα ϗ περισσεύειν.] Τυτέστι, καὶ ὀλίγοις χεχρῆσθαι οἶδα, ϗ λιμὸν ὑποφέρειν ϗ ἔνδειαν, ϗ αῦ περισσεύειν. Καὶ ποία τῦτο ἀρετὴ, τὸ εἰδέναι περισσεύειν; Καὶ σφόδρα μὲν οῦν μεγάλη. πλείους γὰρ ἡ περιουσία ἀνατρέπει, ἢ ἡ ἔνδεια, εἰς πλείους ἐπιθυμίας ϗ ἀτόπους ἐκκαίουσα. Πῶς ἦν ἤδει ὁ Παῦλος περισσεύειν; ὅτι εἰς ἄλλους ἀνήλισκε, ϗ οὐκ ἔχαιρεν ὅτι τῇ " περιουσίᾳ, ἀλλ' ἴσος ἦν ἔντε πλησμονῇ ϗ ἐν ἐνδείᾳ, ὅτε ὅτε ταύτῃ χαυνούμενος, ὅτε ὅτε τῇ ἐνδείᾳ πιεζόμενος. " χ. περισσίᾳ.

Εν παντὶ ϗ ἐν πᾶσι μεμύημαι.] Εν παντὶ δὲ μακρῷ χρόνῳ, ϗ ἐν παντὶ πραγματι, ϗ ἐν πᾶσι τοῖς παρεμπίπτουσι πεῖραν ἔλαβον.

Καὶ χορτάζεσθαι, ϗ πινᾶν, ϗ περισσεύειν, καὶ ὑστερεῖσθαι.] Οἱ Ισραηλῖται ὅτε πινᾶν ἠθέσθη· κατελάλησαν

γὰρ

γὰρ τῦ Θεοῦ, καὶ εἶπον· Μὴ δυνήσεται ὁ Θεὸς ἑτοιμάσαι τράπεζαν; ἀλλ' οὗτοι χορτάζεσθαι· Εφαγον γὰρ καὶ ἀνεπλήσθησαν, καὶ ἀπελάκτισαν. ἀλλ' ὁ Παῦλος, καὶ οἱ τῦ Χριστοῦ, οὐχ ὕτω. Δείκνυσι δὲ ἀφ' τύτων, ὅτι οὔτε πρότερον, μὴ διδόντων, ἐλυπεῖτο, ὅτε νῦν, δόντων, ἐχάρη ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῶν, ὡς ὠφελημένων.

13 Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ.] Ἐπειδὴ ἤθετο μεγάλα εἰπὼν περὶ ἑαυτῦ, φησίν· Οὐκ ἐμὸν τῦτο κατόρθωμα, ἀλλὰ τῦ τὸ ἰσχυὸν δεδωκότος Χριστῦ.

14 Πλὴν καλῶς ἐποιήσατε, συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει.] Εἶπεν, ὅτι εἶδα αὐτάρκης εἰ). ἵνα οὖν μὴ σκανδαλισθῶσιν οἱ Φιλιππήσιοι ἐπ' αὐτῷ, ὡς μὴ ἡδέως δεξαμένῳ τὰ πρὸς αὐτῦ, ἀλλ' ἄχρηστα αὐτὰ ἡγησαμένῳ (εἰώθασι γὰρ οἱ διδόντες σκανδαλίζεσθαι, ἐπειδὰν οἱ λαμβάνοντες λέγωσιν, ὅτι δ' δεόμεθα,) θεραπεύει τῦτο, λέγων· Πλὴν καλῶς ἐποιήσατε· τετύχηκα, εἰ καὶ μὴ δέομαι, ἀλλ' ὅμως τὴν ὑμετέραν χάριν ἀπεδεξάμην. Καὶ ὅρα σοφίαν, πῶς ἐπαίρει τὸ πρᾶγμα. Συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει· ἴσως ἑαυτῷ ἀγῶνα κατέστησεν. Ἐγὼ μὲν γάρ, φησι, τῶν πάσχω· ἐπεὶ δὲ ἐφρόντισατέ μου, ὁ Θεὸς καὶ ὑμᾶς συναθλητὰς μου λογίζεται). διὰ μὲν οὖν τῦ αὐτὸ ῥηθέντων, τὸ φρόνημα αὐτῶν κατέπαυσε· διὰ δὲ τῦ νῦν λεγομένων, τὴν προθυμίαν αὐτῶν ἀναῤῥώννυσιν.

15 Οἴδατε δὲ καὶ ὑμεῖς, Φιλιππήσιοι, ὅτι ἐν ἀρχῇ τῦ διαγγελίου, ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Μακεδονίας, οὐδεμία μοι ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, εἰ μὴ ὑμεῖς μόνοι.] Ἐπειδὴ ἐδόκει ὑπερπλῆξαι ἀγῶσι ἀγωτέρω, εἰπών· Ηδη ποτὲ ἀνεθάλετε· νῦν ἀπολογεῖται σοφῶς, ὅτι τῦτο αὐτὸ ὃ ἔδοξα ὑπερπλῆξαι, οὐχ ὡς θέλων λαμβάνειν, ἀλλ' ἐν τῷ σφόδρα θαῤῥεῖν ὑμῖν, καὶ ὑμᾶς αἰτιοι. πρῶτοι

tes: *Numquid poterit Deus parare mensam?* Sed neque satiari. Manducaverunt enim, & impleti sunt, & recalcitrârunt. Verùm Paulus, & Christiani sese aliter gerunt. Monstrat autem per hæc, quòd neque antea, cùm non conferrent, tristaretur, neque nunc, cùm darent, gavisus sit humanâ ratione, sed eorum nomine lætatum se indicat, ceu ipsi per hæc adjutarentur. Psal. 77. 19.

13 *Omnia possum in eo qui me confortat, Christo.*] Quia sentiebat quòd magna de se locutus esset, ait: Non meum opus est, sed Christi, qui mihi robur dedit.

14 *Veruntamen bene feciſtis, communicantes tribulationi meæ.*] Dixerat, Novi esse contentus. Ne igitur propter hoc Philippenses offenderentur, ceu non libenter accepissèt, quæ illi obtulissent, sed inutilia hæc reputâsset (solent enim dantes offendi, quando accipientes asserunt se non indigere) huic rei medetur, inquiens: *Veruntamen rectè feciſtis:* hoc est, etsi opus non habeam, attamen gratiam & munus vestrum accepi. Expende hîc sapientiam, quomodo rem extollit. *Communicantes afflictioni meæ*, inquiens, pares ipsos sibi constituit. Ego quidem, inquit, hæc patior; quia verò meî curam gessistis, Deus etiam vos pro colluctatoribus meis reputat. Per ea igitur quæ suprà dicta sunt, fastum eorum dissipavit: per ea verò quæ nunc dicuntur, promptitudinem eorum corroborat.

15 *Scitis autem & vos, Philippenſes, quòd in principio Evangelii, quando profectus ſum à Macedonia, nulla mihi Eccleſia communicavit in ratione dati & accepti, niſi vos ſoli.*] Quia suprà videbatur eos carpsisse, cùm diceret, *Tandem aliquando refloruistis:* sapienter jam nunc hoc excusat. Hoc ipsum, inquit, quòd visus sum vos carpere, non feci tanquam voluerim quicquam accipere, sed quòd plurimùm sim vobis confisus, tum quòd vos mihi

ejus

ejus rei causa estis : primi enim vos inter cæteros conati estis rationem habere necessitatis meæ. Atque hinc acceptâ fiduciâ, vos objurgare visum est, ut eos, qui, quod consueverant facere, prætermiserint. Ingens igitur encomium est, & quòd in principio Evangelii, & quòd non solùm cùm apud vos agerem, sumptum mihi suppeditâstis, verumetiam quando exivi è Macedonia, hoc est, quando ex vestra regione ac finibus discessi. Non dixit autem, Nulla mihi Ecclesia dedit, cæterùm, *Nulla Ecclesia communicavit mecum in ratione dati & accepti.* Etenim communicatio est res ipsa. Das carnalia, & accipis spiritualia, perinde ac alibi dictum est : *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si nos vestra carnalia metamus?* Aliæ igitur Ecclesiæ non communicârunt in ratione dationis carnalium, & acceptionis spiritualium.

1 Cor. 9. 11

16 *Quia & Thessalonicam semel & bis in usum mihi misistis.*] Magnum & hoc ipsorum præconium est, quòd in Metropoli agens, à parva alebatur civitate. *Usum* enim necessarios sumptus appellat : necessitatem inquam, non delicias neque luxum.

17 *Non quòd quæro datum, sed requiro fructum abundantem in rationem vestram.*] Quia humile quiddam prolocutus erat, dicens, *in usum meum :* ne ex hoc efferantur illi, Non hæc, inquit, dico, quòd inquiram vestra dona, sed vestri commodi causâ, ut vos fructum referatis, qui fructus in rationem vestram est, hoc est, vobis commodat. Viden' quòd ipsi dando utilitatem perceperunt?

18 *Habeo autem omnia, & abundo.*] Quia dixit, *Non quæro :* ne rursus eos socordes magis reddat (quanto enim fuerint sapientiæ studiosiores ii qui benefaciunt, tanto majorem quærunt gratiarum actionem ab iis quibus beneficia impertiuntur) *Habeo,* inquit, *omnia, & exubero :* id est, hoc vestro dono nedum quæ nobis defuerant

ηδὲ τὴν ἄλλων ὑμεῖς ἐπεχρήσατε φειδωλίᾳ τῆς χρείας μου. Καὶ ἐκ τούτου λαβὼν παῤῥησίαν, ὑπεμνήσαμεν ἔνδοξα ὑμῖν, ὡς δ' ἐλάθοις ἐλλείψασι. Μέγα οὖν δ' ἐγκώμιον, " καὶ ὅτι ἐν ἀρχῇ " χ. ὅτε πρ. τοῦ εὐαγγελίου, καὶ ὅτι οὐ μόνον μεθ' ὑμῶν ἐχορηγήσατε, ἀλλὰ καὶ ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Μακεδονίας, τουτέστι, καὶ ὅτε τῆς ὑμετέρας ἐνορίας ἀπέβαινον. Οὐκ εἶπε δέ, Οὐδεμία μοι ἐκκλησία δέδωκεν, ἀλλ', Οὐδεμία μοι ἐκκλησία κεκοινώνηκεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως. Καὶ γὰρ " κοινωνία ἐστὶ τὸ παρὰ- " χ. κοινωνίας. γμα· δίδως σαρκικὰ, καὶ λαμβάνεις πνευματικὰ, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ· Εἰ ἡμεῖς ὑμῖν τὰ πνευματικὰ ἐσπείραμεν, μέγα εἰ ἡμεῖς ὑμῶν τὰ σαρκικὰ θερίσομεν; αἱ ἄλλαι τοίνυν ἐκκλησίαι οὐκ ἐκοινώνησαν εἰς λόγον δόσεως τῶν σαρκικῶν, καὶ λήψεως τῶν πνευματικῶν.

16 Ὅτι δὲ ἡ Θεσσαλονίκη δὲ ἅπαξ καὶ δὶς εἰς τὴν χρείαν μου ἐπέμψατε.] Μέγα καὶ τοῦτο αὐτῶν ἐγκώμιον, ὅτι καὶ ἐν τῇ μητροπόλει καθήμενος, παρὰ τῆς μικρᾶς ἐτρέφετο πόλεως. χρείαν γὰρ τὰ χρεώδη δαπανήματα φησι. χρείαν δέ, " ἵν' τηρῶ, οὐδὲ ἀναπαλίν. " χ. οὐχ.

17 Οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ τὸ δόμα, ἀλλ' ἐπιζητῶ τὸν καρπὸν τὸν πλεονάζοντα εἰς λόγον ὑμῶν.] Ἐπειδὴ παρῳνέν τι ἐφθέγξατο, εἰπών, εἰς τὴν χρείαν μου· ἵνα μὴ ἐκ τούτου ἐπερῶσιν οἱκάφοι, φησίν· Οὐ λέγω ταῦτα ὅτι ἐπιζητῶ τὰς ὑμῶν δόσεις, ἀλλὰ ὅπως ὑμῶν συμφέρῃ, ἵνα ὑμεῖς καρπὸν ἐνέγκητε· ὃς καρπὸς εἰς λόγον ὑμῶν ἐστι, τουτέστιν, ὑμᾶς ὠφελεῖ. Ὁρᾷς ὅτι αὐτοῖ " ὠφελοῦντο ἐκ τῆς πτένχης; " χ. ἐκ- λεκτα.

18 Ἀπέχω δὲ πάντα καὶ περισσεύω.] Ἐπειδὴ εἶπεν, οὐ ζητῶ, ἵνα μὴ πάλιν ῥᾳθυμοτέρους ποιήσῃ (ὅσῳ γὰρ μᾶλλον φιλοσοφώτεροι, τοσούτῳ καὶ τοὺς εὖ ποιοῦντας ἐπιζητοῦσιν οἱ εὖ ποιούμενοι) φησίν· Ἀπέχω δὲ πάντα καὶ περισσεύω, τουτέστι, διὰ ταῦτα τὰ δόσεως, οὐ μόνον τὰ ἐλλείποντα ἐπλήρω-

σατε,

σατε, ἀλλὰ καὶ ὑστερεῖσθε. Εἰπὼν γὰρ ὅτι, ἀπέχω, ὡς ὀφλῆς, ἵνα μὴ ἐπαίρωσι, πάλιν ἱλαρύνων δείκνυσιν, ὅτι καὶ ὑπὲρ ὀφλὴν ἐπεσώρευσαν, περισσὰ πέμψαντες.

Πεπλήρωμαι, δεξάμενος παρ' Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν, ὀσμὴν εὐωδίας, θυσίαν δεκτὴν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ.] Βαβαὶ, πῶς ὃ δῶρον αὐτῶν ἀνήγαγε; Οὐκ ἐγώ, φησιν, ἔλαβον, ἀλλ' ὁ Θεὸς δι' ἐμοῦ. ὥστε κἂν ἐγὼ μὴ χρήζω, μὴ μελέτω ὑμῖν· ἐπεὶ οὐδὲ ὁ Θεὸς ἔχρηζεν· ἀλλ' ὅμως ὅτως ἀπεδέξατο, ὡς ἂν τιν χρηφίαν εἰπὼν, * Ὠσφράνθη Κύριος ὀσμὴν εὐωδίας· ἵνα μὴ ἀκούσαντες ἀνενδεῆ εἶναι τὸν Θεὸν, ῥᾳθυμότεροι περὶ τὸ διδόναι γενώμεθα. * Gen.8.21.

19 Ὁ δὲ Θεός μου πληρώσαι πᾶσαν χρείαν ὑμῶν, κατὰ τὸ πλοῦτον αὐτοῦ, ἐν δόξῃ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.] Ἐπειδὴ εἶπεν ἄνω, ὅτι ἠνέῳχθε, τουτέστιν, ἐστενοχωρεῖσθε, ἐπιθυμεῖ) νῦν αὐτοῖς, ὥστε ἐν αὐταρκείᾳ εἶναι. Εἰ μὲν γὰρ φιλόσοφοι ἦσαν, οὐκ ἂν αὐτοῖς τὰ σωματικὰ ἐπηύξατο· ἐπεὶ δὲ βιωτικοὶ ἄνθρωποι, καί τινα ἐπιθυμίαν καὶ τῶν παρόντων ἔχοντες, ἐπεύχεται αὐτοῖς συγκαταβατικῶς, οὐ τρυφὴν ἢ πολυτέλειαν, ἀλλὰ τῶν χρειωδῶν ὑπερβολήν. Πλησθήσεται γάρ, φησι, πᾶσαν χρείαν ὑμῶν, ὥστε μὴ εἶναι ἐν ἐνδείᾳ. Εἶτα, ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι στενοχωρήσει αὐτοὺς, κατὰ τὸ πλοῦτον αὐτοῦ, φησι· τουτέστι, πλουσίως καὶ ἀστενοχωρήτως τὰ χρειώδη ὑμῖν δώσει) δοθήσεται. Ὡστε εἰς δόξαν αὐτοῦ χρᾶσθε τῇ περιουσίᾳ. Τὸ δὲ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, δώσει) μὲν καὶ ὅτως νοητέον, ὅτι ταῦτα ποιήσει ὁ Πατὴρ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τουτέστι, μεσιτεύοντος τοῦ Χριστοῦ. Δώσει) δὲ καὶ ὅτως· ἐν δόξῃ τῇ εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν δοξαζομένῃ. Ἐπάγει δὲ

20 Τῷ δὲ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡμῶν δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.] Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, εἰς δόξαν τοῦ Υἱοῦ, ἐπήγαγε, ὅτι αὕτη ἡ δόξα τοῦ Χριστοῦ, τοῦ Πατρός ἐστιν.

replêstis, verùm & superadjeciſtis. Dicens autem, *habeo*, tanquam de debito, ne criſtas erigant, rurſum exhilarans oſtendit, quòd ultra etiam debitum fecerint, ſuperflua mittendo.

Repletus ſum, poſteaquam accepi ab Epaphrodito quæ miſiſtis, odorem ſuavitatis, hoſtiam acceptam, beneplacentem Deo.] Papæ! Quónam donum ipſorum evexit! Non ego, inquit, accepi, ſed Deus per me. Proinde etiamſi ego non indigeam, ne ſit curæ vobis: quandoquidem neque Deus indigebat, ſic tamen accepit ut & ſcriptura dicat, *Odoratus eſt Dominus odorem ſuavitatis:* ne, ſi audiamus Deum hiſce non egere, ſegniores in dando efficiamur. Gen.8.21.

19 *Deus autem meus impleat omnem neceſſitatem veſtram, ſecundùm divitias ſuas, in gloria, in Chriſto Jeſu.*] Cùm in ſuperioribus dixerat *Non habebatis opportunitatem*, hoc eſt, eratis in anguſtia, precatur nunc ut & ipſi ſatis habeant. Nam ſi philoſophi fuiſſent, non comprecatus eſſet eis corporalia. Quia verò erant homines hujus vitæ negotiis occupati, atque aliquam etiam rerum præſentium cupiditatem habentes, comprecatur eis, acquieſcendo illis, non abundantiam aut delicias, ſed neceſſariarum rerum copiam. Impleat enim, inquit, omnem neceſſitatem veſtram, ne ſitis in indigentia. Præterea, ne arbitrentur quòd ad anguſtiam eos velit conjicere, ſubdit, *Juxta divitias ſuas:* hoc eſt, abundè & largè neceſſaria vobis dare poteſt: quare ad gloriam ipſius utimini abundantiâ. Quod autem ait, *In Chriſto Jeſu*, ſic poteſt intelligi, quòd Pater faciet hæc in Jeſu Chriſto, hoc eſt, mediante Chriſto. Poteſt etiam hâc ratione intelligi; in gloria quæ ad Chriſtum Jeſum refertur. Infert igitur:

20 *Deo verò & patri noſtro gloria in ſecula ſeculorum. Amen.*] Quia dixerat, In gloriam Filii, ſubintulit, quòd gloria iſta Chriſti, ſit etiam gloria Patris.

21 *Salutate*

21 *Salutate omnem ſanctum in Chriſto Jeſu.*] Haud parùm benevolentiæ eſt, per literas eos ſalutare.

Salutant vos qui mecum ſunt fratres.] Fuerunt enim plures cum ipſo, fortaſſe qui etiam ex ipſa Roma erant, qui tamen tales non erant, ut Apoſtolicam reciperent functionem. Solus enim Timotheus erat hujuſmodi, quem & ſuprà ejuſdem ſecum animi nominavit. Haud refugit tamen hos etiam fratres appellare.

22 *Salutant vos omnes ſancti, maximè qui ex Cæſaris domo.*] Confortatus eſt eos, oſtendens quòd & regiam domum Evangelii prædicatio attigerit: & quòd, ſi illi qui in regia verſabantur omnia propter Chriſtum poſthabebant, quanto magis vos inferiores idem facietis? Pariter autem ſubmonet, quòd ipſorum virtutis apud illos etiam meminerit: alioqui enim non potuiſſet eos, qui in regiâ eſſent, in deſiderium eorum pertrahere, ut ſalutarent ipſos.

23 *Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen.*] Precatione, utì ſolet, Epiſtolam claudit. Pariter eos docet, ut ſi quas habeant virtutes, eas ex gratia Chriſti habere ſe credant, & non propter eas extollantur: ſic enim futurum, ut gratia nunquam non ſit apud eos permanſura, ſi non efferantur. Contingat autem & nos omni virtute, maximè eâ quâ aliis impertiamus, abundare per gratiam Chriſti; ut & nos ipſi adjuti, propterea quòd omnibus indigentibus impertiamus, potiſſimùm verò iis qui pro Chriſto mala patiuntur, fruamur divitiis bonitatis ipſius. Cui gloria & potentia, nunc & ſemper & in ſecula. Amen.

21 Ἀσπάσασθε πᾶν ἅγιον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.] Οὐ μικρᾶς εὐνοίας ὂν δηλῶν γράμμασιν ἀσπάζεσθαι αὐτούς.

Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοί.] Ἦσαν γὰρ πλείους μεθ' αὐτοῦ, τάχα καὶ ἐκ τῆς Ῥώμης αὐτῆς ὄντες, οὐκ ὄντες μέντοι τοιοῦτοι ὡς τὴν ἀποστολικὴν ἀναδέχεσθαι διακονίαν. Μόνος γὰρ Τιμόθεος ἦν τοιοῦτος, ὃν καὶ ἰσόψυχον ὠνόμασεν ἀνωτέρω. Οὐ παραιτεῖται δὲ ὅμως καὶ τούτους ἀδελφοὺς καλεῖν.

22 Ἀσπάζονται ὑμᾶς πάντες οἱ ἅγιοι, μάλιστα οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας.] Ἀνέῤῥωσεν αὐτούς, δείξας ὅτι καὶ τῆς βασιλικῆς οἰκίας τὸ κήρυγμα ἥψατο· καὶ ὅτι εἰ οἱ ἐν τοῖς βασιλείοις πάντων κατεφρόνησαν δι' Χριστὸν, πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς δεῖ τινὰ θαῤῥεῖν; Δείκνυσι δὲ ὅτι καὶ πρὸ ἐκείνου μέμνηται αὐτῷ τῆς ἀρετῆς. οὐ γὰρ ἂν εἰς πόθον αὐτῷ ἦγαγε τινὰς ἐν τοῖς βασιλείοις, ὡς καὶ ἀσπάζεσθαι αὐτούς.

23 Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.] Τὸ σπουδῆς αὐτῷ, δύναται "κατακλείς "κατακλείδος. τιθῆναι ὁπισθόγραφον. * διδάσκει δὲ ἅμα, * καὶ ἵνα κἂν κατορθώματα ἔχωσι, χάριτι τούτοις "Χριστοῦ ἔχειν πιστεύωσι, καὶ μὴ "θεοῦ. ἐπαίρωνται. Οὕτω γὰρ καὶ ἔσται ἀεὶ ἡ χάρις μεθ' αὐτῶν, ἐὰν μὴ ἐπαίρωσι. Γένοιτο οὖν καὶ ἡμᾶς τινὰ ἄλλον πᾶσιν ἀρετὴν, καὶ δι' ὃ καὶ τῶν μεταδόσεως πλουτῆσαι, δηλονότι τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ· ἵνα ἡμεῖς αὐτοὶ ὠφελούμενοι δηλονότι διδῶμεν καὶ πᾶσι μὲν τοῖς χρήζουσι, μάλιστα δὲ τοῖς ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ κακοπαθοῦσιν, ἀπολαύσωμεν τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ. Ὧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ΘΕΟΦΥ-

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ
ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΚΟΛΟΣΣΑΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

THEOPHYLACTI
BVLGARIÆ ARCHIEPISCOPI
EPISTOLÆ DIVI PAULI AD COLOSSENSES EXPOSITIO.

Ὑπόθεσις τῆς πρὸς Κολοσσαεῖς ἐπιστολῆς.

Πᾶσαι μὲν αἱ ἐπιστολαὶ Παύλου ἅγιαι, μάλιστα δὲ αἱ δεδεμένου αὐτοῦ πεμπόμεναι, ὥσπερ δὴ εἰ ἀρίστευε τοῦ μεταξὺ σφαγαῖς καὶ τρόπαια ἱστῶν, ἐπέγραψεν. Οἶδε δὲ καὶ αὐτὸς τοῦτο μέγα ὂν καὶ πρὸς φιλοτιμίαν. Τῷ γὰρ Φιλήμονι γράφων φησίν· Ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου. τοῦτο δὲ εἶπεν, ἵνα μὴ ἡμεῖς μὲν ἀχθώμεθα πρὸς τὰ δεινά, ἀλλὰ καὶ φιλοτιμώμεθα. Πολλαὶ μὲν οὖν εἰσι τοιαῦται, ἥ τε πρὸς

Argumentum Epistolæ ad Colossenses.

Omnes quidem divi Pauli Epistolæ sanctæ sunt, maximè verò quæ ab ipso vincto mittuntur, tanquam jam primas in bello consecutus, & victoriâ partâ, in media cæde trophæa statuens, eas conscripserit. Novit autem & ipse hoc magnum esse, atque ad honorem pertinere. Philemoni enim scribens ait, Quem genui in vinculis meis. *Hoc autem dixit, ne & nos contristemur ob pericula, sed potiùs honori nobis ducamus. Sunt autem multæ hujusmodi Epistolæ, ad* Philem. 10.

Ephesios

Epheſios nimirum, & ad Philemonem, & ad Timotheum, & ad Philippenſes, atque hæc ipſa ad Coloſſenſes, quas ipſe in vinculis ſuis conſcripſit. Quemadmodum autem Romanis, cùm eos non vidiſſet antea, & Hebræis, ſcripſit tamen; pari ratione hiſce antea non viſis literas mittit. Apud hos autem erat Philemon & Archippus, cujus curæ mihi videtur Eccleſia quædam fuiſſe commiſſa. Scribit autem Coloſſenſibus tali de causâ. Pravum quoddam & impium dogma eos invaſerat. Arbitrabantur enim, non per Filium, ſed per Angelos ſeſe ad Deum Patrem adduci, abſurdum putantes credere, quòd Filius Dei in extremis temporibus apparuerit, cùm in veteri Teſtamento per Angelos omnia fierent. Habebant autem obſervationes multas Judaïcas & Græcas, dies obſervantes, & tempora, & cibos. Quæ omnia cùm indigerent correctione, moverunt Apoſtolum ut ſcriberet hanc Epiſtolam.

Ἐφεσίους, ⸗ πρὸς Φιλήμονα, καὶ πρὸς Τιμόθεον, ⸗ πρὸς Φιλιππησίους, καὶ αὕτη δὲ πρὸς Κολοσσαεῖς, ἐν δεσμοῖς ὄντος ἐγράψη. Ὡσπερ δὲ Ρωμαίους μὲν ἰδὼν καὶ Ἑβραίοις, ὅμως ἔγραψεν· οὕτως οὗτος δὲ τούτοις ἰδὼν γράφει. Παρὰ τούτοις δὲ ἦν ⸗ Φιλήμων καὶ Ἄρχιππος, οὓς καὶ δοκεῖ μοί τινα ἐκκλησίαν ἐγκεχειρίσθαι. Γράφει δὲ καὶ Κολοσσαεῦσιν ὑπὲρ τοιαύτης αἰτίας. Πονηρόν τι δόγμα αὐτοῖς ἐνεπολιτεύετο· ᾤοντο γὰρ, οὐ δι' υἱοῦ, ἀλλὰ δι' ἀγγέλων προσαγθῆναι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ἄτοπον οἰόμενοι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ πιστεύειν ἐν ἐσχάτοις καιροῖς φανῆναι, ὅπερ ἐν τῇ παλαιᾷ πάντα δι' ἀγγέλων ἐγίνετο. Εἶχον δὲ καὶ παρατηρήσεις πολλὰς Ἰουδαϊκὰς καὶ Ἑλληνικὰς, ἡμέρας παρατηρούμενοι, καὶ καιροὺς, ⸗ βρώματα. Ἃ δὴ πάντα διόρθωσεως ἐδεῖτο· ἐκίνησε τὸν ἀπόστολον πρὸς τὸ γράψαι ταύτην τὴν ἐπιστολήν.

THEOPHY-

THEOPHYLACTI COMMENTARIUS
IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES.

ΚΕΦ. α.

ΠΑῦλος Απόστολος Ιησοῦ Χριστοῦ, διὰ θελήματος Θεοῦ.] Εὐθὺς ἐν ἀρχῇ καθαιρεῖ λελησθότως [a] τὰ δόγματα αὐτῶν. Οὐ γὰρ ἀπ' ἀγγέλων ἀπόστολος, ἀλλ' Ιησοῦ Χριστοῦ· καὶ τοῦτο θέλημα Θεοῦ, ὃ ἐκείνου εἶ) ἀπόστολον, οὐχὶ ἀγγέλων. Εἰ οὖν διὰ θελήματος Θεοῦ εἰμι ἀπόστολος, δῆλον ὡς ἀληθῆ κηρύττω. Τίνα δὲ ἐστι ταῦτα; ὅτι ἐστὶ τοῦ Υἱοῦ προσηγμένοι· ὅτι ἐρρύσθημεν τῆς Ιουδαϊκῆς καὶ Ελληνικῆς παρατηρήσεων. Σημείωσαι δὲ ὃ, φησὶ, ἐπὶ Πατρὸς τίθησιν.

Καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφός.] Ἄρα οὖν καὶ αὐτὸς ἀπόστολος. Εἰκὸς δὲ ἦν, ἅτε τοῦτον αὐτοῖς γνωρίζεσθαι.

2 Τοῖς ἐν Κολοσσαῖς ἁγίοις καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ.] Πόλις Φρυγίας αἱ Κολοσσαί, αἱ νῦν λεγόμεναι Χῶναι. καὶ δῆλον ἐκ τοῦ πρὸς Λαοδίκειαν εἶ) πλησίον. Πόθεν δὲ ἅγιοι γεγόνατε; οὐ διὰ τοῦ βαπτίσματος τοῦ εἰς [b] θάνατον τοῦ Χριστοῦ; Πόθεν πιστοί; οὐχ ὅτι εἰς Χριστὸν πιστεύετε; ἆρ' οὐχ ὅτι τοσαῦτα [c] ἐπεπιστεύθητε μυστήρια [d] παρὰ τοῦ Χριστοῦ; πιστοὶ γὰρ, ἃ διὰ τοῦτο πιστεύσαμεν μόνον [e] κεκλήμεθα, ἀλλὰ διὰ τοῦτο πιστευθῆναι [f] παρὰ Θεοῦ μυστήρια, ἃ οὐδὲ οἱ ἄγγελοι ἠδεσθη. Πόθεν ἀδελφοί; ἆρα ἐν ἔργοις ἰδίοις, ἢ ἐν κατορθώμασιν; οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ἐν Χριστῷ. Πῶς οὖν ἀγγέλοις ἐπιγράφετε τὴν προσαγωγήν;

[a] χ. τὸ δόγμα.

[b] χ. Κολοσσαῖς.

[c] χ. διὰ.

[d] χ. καλέσθαι.

[e] χ. θεοῦ.

CAP. I.

PAulus Apoſtolus Jeſu Chriſti, per voluntatem Dei.] Statim in principio illorum dogmata clanculùm tollit. Non enim Angelorum eſt Apoſtolus, ſed Jeſu Chriſti: atque hæc eſt voluntas Dei, ut illius ſit Apoſtolus, non Angelorum. Quòd ſi per voluntatem Dei ſum Apoſtolus, planum eſt quòd vera prædico. Quæ autem ſunt hæc? quòd à Filio adducti ſumus ad Patrem: quòd liberati ſumus & à Judaïcis & à Græcis obſervationibus. Animadverte hîc, quòd præpoſitionem (*per*) Patri tribuerit.

Et Timotheus frater.] Igitur & ipſe Apoſtolus fuit. Veriſimile autem erat & hunc ipſis innoteſcere.

2 *Iis qui ſunt Coloſſis ſanctis, & fidelibus in Chriſto.*] Phrygiæ urbs eſt Coloſſæ, quæ nunc dicitur Chone: quod inde perſpicuum eſt, quòd Laodicea huic ſit vicina. Unde autem ſancti facti eſtis? Nonne per baptiſma in mortem Chriſti? Unde fideles? Nonne quia in Chriſtum creditis? nonne quia tanta ſunt vobis à Chriſto credita myſteria? Fideles enim non ideò tantùm vocamur, quia credimus, ſed quia myſteria nobis à Deo credita ſunt, quæ ne Angeli quidem nôrant. Unde fratres? num per propria opera, virtutíſve operationes? Minimè, verùm in Chriſto. Ecquid igitur Angelis aſcribitis acceſſum ad Deum?

Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro.] Chriſti nomen hîc non apponit, licèt id ei ſit in more: ne ſi ſtatim in Epiſtolæ exordio eis apertè repugnet, à reliquo argumento harum literarum eos reſilire faciat. Dicant autem hîc qui Spiritum elevant, unde pater noſter Deus dicatur? nónne per Spiritum? Magna, adeóque ingenii noſtri captum excedentia quis donavit? nónne Spiritus? Quomodo igitur authoritatem ejus imminuis?

3 *Gratias agimus Deo & Patri Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſemper pro vobis orantes.*] Jeſus Chriſtus eſt Dominus noſter, non Angeli qui ſunt ſervi. Non ſolùm autem per gratiarum actionem, verumetiam per aſſiduam pro ipſis precationem charitatem ſuam oſtendit, quippe quia quos non viderat, hos ſemper in ſeipſo habebat.

4 *Audientes fidem veſtram, quæ eſt in Chriſto Jeſu.*] Gratias agimus, inquit, eò quòd audiverimus ab Epaphrodito fidem veſtram, non eam quam in Angelos, ſed quam in Dominum Jeſum habetis. Per hæc autem præoccupat eos. Quinetiam nomina hæc, Chriſtus, &, Jeſus, beneficentiæ ſunt ſymbola: ipſe enim unctus eſt pro nobis, & ipſe ſervavit populum à peccatis.

Et dilectionem quam habetis in ſanctos omnes.] Non erga hunc vel illum, ſed erga omnes. Ergo & in nos: quare audietis nos libenter. Conciliantis autem eos hæc verba ſunt. Videtur autem mihi per dilectionem eleemoſynam & communicationem dicere, perinde ac in aliis locis.

5 *Propter ſpem quæ repoſita eſt vobis in cœlis.*] Diligitis, inquit, ſanctos, non ob humanum aliquid, ſed quia futura bona ſperatis: vel, gratias agimus, quia incorruptibilia bona conſecuturi eſtis. Non enim in terra ſunt repoſita, ut corrumpantur: ſed in cœlis, ut ſtabilitatem habeant. Ne igitur ambigatis de ſpe: in tuto enim repoſita eſt. Hoc autem pertinet ad eos qui

Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν.] Τὸ τῦ Χριστοῦ ὄνομα οὐ τοῖς πολλοῖς προσέθηκε, καίτοι εἰωθὼς αὐτὸ ὂν, ἵνα μὴ δύσκολος ὢν πρὸς τὰ προοιμίων φανερῶς αὐτοῖς ἀντίπεσῃ, καὶ "ἀποπηδήσας τῆς πείσῃ τῦ λοιποῦ λόγου. Εἰ πάντως δὲ ἢ οἱ τὸ Πνεῦμα κατασμικρύνοντες, πόθεν πατὴρ ἡμῶν ὁ Θεός; οὐχὶ διὰ τῦ Πνεύματος; Τὰ μεγάλα δὲ ὑπὲρ νοῦν τίς ἐχαρίσατο; οὐχὶ τὸ Πνεῦμα; Πῶς οὖν αὐτὸ σμικρύνεις;

3 Εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πάντοτε ὑπὲρ ὑμῶν προσευχόμενοι.] Ἰησοῦς Χριστός ἐστι Κύριος ἡμῶν, οὐχ οἱ δοῦλοι ἄγγελοι. Οὐ διὰ τὴν εὐχαριστίας ἢ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν διηνεκείς ὑπὲρ αὐτῶν διὰ τῆς ἀγάπης δείκνυσιν, ὅτι καὶ ὃς οὐχ ἑώρα, τύπος εἶχε διαπαντὸς ἐν ἑαυτῷ. "χ. θεῦ.

4 Ἀκούσαντες τὴν πίστιν ὑμῶν τὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.] Εὐχαριστοῦμεν, φησι, διότι ἠκούσαμεν πρὸς τῦ "Ἐπαφροδίτου τὴν πίστιν ὑμῶν, οὐ τὴν ἐν ἀγγέλοις, ἀλλὰ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Προκαταλαμβάνει δὲ "αὐτοὺς διὰ τῦτο. Καὶ τὰ ὀνόματα δὲ ταῦτα, ὁ, Χριστός, καὶ ὁ, Ἰησοῦς, τῆς εὐεργεσίας σύμβολα. αὐτός τε γὰρ "ἐχρίσθη ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ αὐτὸς ἔσωσε τὸν λαὸν ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν. "ἰσ. Ἐπαφρᾶ. "χ. αὐτὸς. "χ. ἐσώσαμεν.

Καὶ τὴν ἀγάπην, τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους.] Οὐκ εἰς τόνδε ἢ τόνδε, ἀλλ' εἰς πάντας. Οἰκονομῶ καὶ ἡμᾶς. ὥστε δὲ ἀκούσεσθε ἡμῶν ἡδέως. Οἰκειοῦμαι δὲ αὐτοὺς διὰ τῶν ῥημάτων. Δοκεῖ δέ μοι ἀγάπην τὴν ἐλεημοσύνην καὶ τὸ κοινωνικὸν λέγειν, ὡς καὶ ἀλλαχῦ.

5 Διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ὑμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.] Ἀγαπᾶτέ, φησι, τοὺς ἁγίους, οὐ διά τι ἀνθρώπινον, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐλπίζειν τὰ μέλλοντα ἀγαθά· ἢ ὅτι εὐεργετῦμεν, διότι μέλλετε "κληρονομήσειν "χ. — μέσαι. τὰ ἀφθαρτα. Οὐ γὰρ ἐν τῇ γῇ ἀπόκειται, ἵνα φθαρῶσιν, ἀλλ' ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὥστε βέβαιον ἔχουσι. Μὴ οὖν ἀμφιβάλλετε περὶ τὴν ἐλπίδος· ἐν ἀσφαλεῖ γὰρ ἀπόκειται. Τοῦτο δὲ πρὸς

πρὸς τὰς πφοσδοκωμένας, ὥστε μὴ σὺν αὐτοῖς ζητεῖν τὴν ἄνεσιν, μηδὲ σκληκῶς πρὸς τοὺς πφοσκόμους, ὡς μεγάλην ἔχοντας τὴν ἀντιμισθίαν.

Ἣν προηκούσατε ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας τοῦ εὐαγγελίου.] Οὐκ εἶπε, τοῦ κηρύγματος, ἀλλὰ, τοῦ εὐαγγελίου, ἵνα ἀναμνήσῃ αὐτοὺς τῶν εὐεργεσιῶν τοῦ Θεοῦ. ὅτι γὰρ τοῖς ἀγαθοῖς ὁ εὐαγγέλιον. Εἰ δὲ λόγος ἀληθείας ἐστὶν, οὐδὲν ψεῦδος ἐν αὐτῷ. πῶς οὖν ὑμεῖς ψευδῆ αὐτὸν ποιεῖτε, μὴ πιστεύοντες, ὡς προεδιδάχθητε πρὸ αὐτοῦ, ὅτι διὰ τοῦ Χριστοῦ ἡ σωτηρία; τίς δὲ ἦν ὁ κηρύξας ἐκεῖ; ὁ Ἐπαφρᾶς, ὡς ἐκ τῶν ἑξῆς φανήσεται.

6 Τοῦ παρόντος εἰς ὑμᾶς, καθὼς καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ.] Ὡς ὅτι ἐμψύχῳ τινὸς εἶπε τὸ, παρόντος. Οὐ παρεγένετο, φησι, πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἀπέστη, ἀλλὰ παρέστι καὶ κρατεῖ ἐν ὑμῖν. Διὰ τούτων δὲ ἱλαρωτέρους αὐτοὺς. Ἐπειδὴ δὲ οἱ πολλοὶ μᾶλλον σπεύδουσιν, ὅταν καὶ κοινωνοὺς ἔχωσι τοῦ δόγματος, φησὶ, καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ. Πανταχοῦ γάρ ἐστι, πανταχοῦ ἔστηκε.

Καὶ ἔστι καρποφορούμενον καὶ αὐξανόμενον.] Καρποφορούμενον δηλονότι τὰ ἔργα, αὐξανόμενον δηλονότι τὸ πολλοὺς εἰς τὴν πίστιν προσλαμβάνεσθαι ἐκάστοτε. Οὐκ ἂν γὰρ ἐκαρποφόρει, εἰ μὴ ἐφύετο. Καὶ γὰρ τὰ δένδρα ὅταν σπερισθῇ, τότε πλέον καρπὸν φέρει.

Καθὼς καὶ ἐν ὑμῖν.] Προεξαπατᾷ, ὡς καὶ ἀνωτέρω, αὐτοὺς τοῖς ἐπαίνοις, ὥστε μηδὲ θέλοντας ἀποστῆναι. Εἰ γὰρ καὶ εἰς πολλοὺς, καὶ εἰς ὑμᾶς οὕτως ἐκηρύχθη τὸ εὐαγγέλιον, πῶς νῦν ἄλλως δογματίζουσί τινες;

Ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσατε καὶ ἐπέγνωτε τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ.] Καρποφορεῖται, φησι, καὶ αὐξάνει τὸ εὐαγγέλιον ἐν ὑμῖν, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐπέγνωτε τὴν χάριν. Πῶς; Οὐκ ἐν ἀπάτῃ καὶ λόγοις εὐκόποις, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ, τουτέστι, σημείοις καὶ ἔργοις ἀποδόξοις.

tentantur, ne hîc quietem expectent, neque tentationibus succumbant, quia magnam retributionem habent.

Quam priùs audivistis in verbo veritatis Evangelii.] Non dixit, Prædicationis, sed, *Evangelii*, ut commonefaciat eos beneficiorum Dei: propter bona enim Evangelium est. Si autem verbum veritatis est, nullum mendacium est in ipso. Quomodo igitur vos mendax ipsum facitis, non credentes, quemadmodum jam antea instituti estis ab ipso, quòd per Christum sit salus? Quis autem erat qui illic prædicaverat? Epaphras, perinde ac in sequentibus planum fit.

6 *Quod præsens est apud vos, quemadmodum in universo mundo.*] Tanquam de re aliquâ animatâ dixit, *Quod præsens est.* Non advênit ad vos, inquit, ac defecit à vobis: sed præsens est, ac dominatur in vobis. Per hæc autem exhilarat eos. Quia verò plerique stabiliuntur magis, quando & participes habuerint dogmatum, addit propterea, *& in omni mundo.* Ubique enim est, & ubique consistit.

Et fructificat, & crescit.] Fructificat per opera; crescit autem, quòd multi ad fidem undique recipiantur. Atqui fructum non protulisset, nisi firmatum fuisset: arbores enim, quando corroboratæ fuerint, tum plurimum fructûs proferunt.

Sicut & in vobis.] Laudibus, ut suprà, antevertit eos, ut, etiamsi voluerint, non deficiant. Si enim cùm ad omnes, tum ad vos hunc in modum prædicatum fuerit Evangelium, unde fit quòd nonnulli nunc diversa tradunt?

Ex ea die quâ audivistis & agnovistis gratiam Dei in veritate.] Fructum, inquit, profert, ac crescit Evangelium in vobis, ab eo die quo agnovistis gratiam. Quomodo? Non in impostura & verbis temerariis, sed *in veritate*, hoc est, signis & operibus admirandis.

7 *Sicut & didiciſtis ab Epaphrâ,*] Ipſis, inquit, operibus ſic habuiſtis gratiam, perinde ac docuit vos etiam Epaphras: non enim alia quidem facta ſunt, alia autem docuit. Iſte enim, quemadmodum videtur, prædicavit Coloſſenſibus.

Dilecto conſervo noſtro.] Viri hîc authoritatem denunciat. Non enim diligerem eum ego Paulus, niſi ſcirem eum eſſe verum præconem, nec conſervum ipſum nominarem.

Qui eſt fidelis.] Hoc eſt, verus.

Pro vobis miniſter Chriſti.] Pro vobis, inquit, in rebus ad Chriſtum pertinentibus miniſtravit: Nam quòd & ad Paulum abiit, eumque conſolatus eſt in vinculis, & quòd indicavit ei res Coloſſenſium, Chriſti miniſterium erat. Si autem Chriſti miniſter eſt Epaphras, quomodo dicitis vos per Angelos reconciliatos eſſe?

8 *Qui etiam manifeſtavit nobis dilectionem veſtram in ſpiritu.*] Hoc eſt, ſpiritualem charitatem quam habetis erga me. Iſta enim ſtabilis eſt; dilectio ſcilicet quæ eſt in ſpiritu. Reliquæ autem dilectionis ſpecies, tam naturalis, ut parentum erga liberos, liberorúmque erga parentes, quàm amicorum amicarúmque, inſtabiles ſunt omnes.

9 *Ideo & nos ex qua die audivimus, non ceſſamus pro vobis orare,*] *Ideo:* quare? Quia, inquit, audivimus fidem veſtram & dilectionem, bonam ſpem concipientes de futuris, oramus pro vobis non unum diem, neque duos, ſed à quo iſta audivimus. Monſtrat autem per hæc charitatem ſuam erga eos, ac clanculùm illos reprehendit; ſiquidem orationibus ejus adjuti, nondum tamen ſeipſos perfectè recollegerunt, nec emendârunt. Obſerva autem quòd multis orationibus nobis opus ſit, & aſſiduis: & quòd Paulus ſine intermiſſione orans, & nondum conſecutus, non deſiſtit tamen.

Et poſtulare, ut impleamini agnitione voluntatis ejus,] Per hæc oſtendit eos

7 Καθὼς καὶ ἐμάθετε ἀπὸ Ἐπαφρᾶ,] Οὕτως ἐπέγνωτέ, φησιν, αὐδοῖς τοῖς ἔργοις τὴν χάριν, ὥσπερ καὶ ἐδίδαξεν ὑμᾶς ὁ Ἐπαφρᾶς. Οὐ γὰρ ἄλλα μὲν ἐγένοντο, ἄλλα δὲ ἐδίδαξεν. ἔστι γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἐκήρυξε Κολοσσαεῦσι.

Τοῦ ἀγαπητοῦ συνδούλου ἡμῶν.] Τὸ ἀξιόπιστον ἐντεῦθεν δείκνυσι τοῦ ἀνδρός. Οὐκ ἂν γὰρ ἠγάπων αὐτὸν ἐγὼ Παῦλος, εἰ μὴ ἀληθὴς ἦν κήρυξ, οὐδ' ἂν σύνδουλον ὠνόμαζον.

Ὃς ἐστι πιστὸς.] Τουτέστιν, ἀληθής.

Ὑπὲρ ὑμῶν διάκονος τοῦ Χριστοῦ.] Ἀντ' ὑμῶν, φησι, διηκόνησεν εἰς πράγματα Χριστῷ ἀνήκοντα. καὶ γὰρ ὅτε πρὸς τὸν Παῦλον ἀπελθεῖν, καὶ συνδεδεμένον εὑρεῖν αὐτὸν ἐν τοῖς δεσμοῖς, καὶ δηλῶσαι αὐτῷ τὰ τῶν ἐν Κολοσσαεῦσι, Χριστοῦ ἦν διάκονία. Εἰ δὲ Χριστοῦ διάκονος ὁ Ἐπαφρᾶς, πῶς λέγετε ὑμεῖς, δι' ἀγγέλων πεπρεσβεῦσθαι; " γρ. Κολασσαεῖς.

8 Ὁ καὶ δηλώσας ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἀγάπην ἐν πνεύματι.] Τουτέστι, τὴν πνευματικὴν ἀγάπην ἣν ἔχετε πρός με. αὕτη γὰρ βεβαία, ἡ ἐν πνεύματι ἀγάπη. αἱ δὲ λοιπαὶ, αἵ τε φυσικαὶ, * οἷ γονέων πρὸς παῖδας, καὶ παίδων πρὸς γονεῖς· αἵτε φιλικαὶ καὶ ἑταιρικαὶ, ἀβέβαιοι πᾶσαι. * ἢ

9 Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσαμεν, οὐ παυόμεθα ὑπὲρ ὑμῶν προσευχόμενοι,] Διὰ τοῦτο, ποῖον; ἐπῳδή, φησιν, ἠκούσαμεν τὴν πίστιν ὑμῶν καὶ τὴν ἀγάπην, βέλπιδες γενόμενοι περὶ τῶν μελλόντων, εὐχόμεθα ὑμῖν, οὐ μίαν ἡμέραν, οὐδὲ δύο, ἀλλ' ἀφ' ἧς ἠκούσαμεν ταῦτα. Δείκνυσι δὲ διὰ τούτων καὶ τὸ αὐτὸ ἀγάπην, καὶ ἐκείνοις πρέμα καταγνῶσιν φέρει, εἴγε καὶ τὰ ἐκείνων εὐχαῖς βοηθούμενοι, μήπω τελείους ἀνεκλήσαντο ἑαυτούς. Ὅρα δὲ ὅτι πολλῶν εὐχῶν δεῖ καὶ διαπαντὸς, καὶ ὅτι Παῦλος ἀεὶ εὐχόμενος, καὶ μηδέπω αἰτήσας, ὅμως οὐκ ἀπέστη.

Καὶ αἰτούμενοι ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θελήματος αὐτοῦ,] Οὔτε

Οὔτε πάντη ἀτελεῖς ἀΐδεις, ὅτι πάντη τελείους δηλοῖ δεῖν τύπων. Οὐ γὰρ εἶπεν, ἵνα λάβητε, ἀλλ' ἵνα πληρωθῆτε. Ἔχετε μὲν γὰρ, ἀλλ', ὑ τὸ πᾶν. Καὶ ὅτι μὲν προσήλθητε, ἔγνωτε. ὅτι δὲ δεῖ τοῦ Υἱοῦ, τοῦτο λείπει, ὃ ἐγὼ βούλομαι πληρωθῆναι. Θέλημα γὰρ τοῦ Θεοῦ ἐν εὐδοκία, ὃ τὸν Υἱὸν δοθῆναι ὑπὲρ ἡμῶν, ἀγγέλους. Ἐπίγνωσιν οὖν τὴν προσθήκην τῆς γνώσεως νόει.

Ἐν πάσῃ συνέσει καὶ σοφίᾳ πνευματικῇ.] Ἐπειδὴ ἀΐδεις οἱ φιλόσοφοι ἠπάτων, Βούλομαι, φησὶν, ὑμᾶς ἐν πνευματικῇ σοφίᾳ μαθεῖν ὃ δόγμα, μὴ κατὰ τὴν σοφίαν τῶν ἀνθρώπων, ὑφ' ἧς πλανώμενοι νεῦν, οἴεσθε εἰδέναι. Εἰ δὲ ὥστε τὸ θέλημα μαθεῖν σοφίας πνευματικῆς δεῖ, τί ἂν εἴη ἐρεῖ περὶ τῆς τοῦ οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ἐκ τῶν ἔξω σοφίας εἰδέναι αὐχούντων;

10 Περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Κυρίου.] Εὔχομαι, φησι, μαθεῖν ὑμᾶς, ὅτι δεῖ τοὺς μονογενοῦς ἐσώθητε, εἰς ὃ περιπατῆσαι ὑμᾶς, τουτέστιν, ἵνα κατ' ἀρετὴν ζήσητε. Ὁ γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν καταμαθὼν, καὶ ὅτι τὸν υἱὸν αὐτοῦ δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν, πῶς οὐκ ἀναδάσεται ἑαυτὸν ἐκδοῦναι τοῖς τῆς ἀρετῆς πόνοις, καὶ τὸν αὐτοῦ σταυρὸν αἴρειν; Τὸ γὰρ περιπατῆσαι, περὶ βίου καὶ πολιτείας ἐστὶν, ὡς εἴρηται. Καὶ πανταχοῦ τῇ πίστει συνάπτει τὴν πολιτείαν. Καὶ ἀλλως δέ, οὐκ βούλομαι, φησι, μόνον ἵνα μάθητε, ἀλλ' ἵνα καὶ ὅτι τῶν ἔργων ἐπιδείκνυσθε. ὁ γὰρ εἰδὼς χωρὶς τοῦ ποιεῖν, κολάζεσθαι μέλλει. Βλέπε δὲ πῶς περίπατον ἀεὶ τὴν πολιτείαν καλεῖ, δεικνὺς ὅτι ὥσπερ ἀεὶ ὃ περιπατεῖν ἀναγκαῖον ἡμῖν, οὕτω καὶ ὁ ἄριστος βίος.

Εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ.] Ἵνα οὕτω, φησὶ, ζῆτε, ὥστε δεῖ πάντων ἀρέσκειν τῷ Θεῷ. Πῶς δὲ ἔσται τοῦτο; Οὐκ ἄλλως εἰ μὴ ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ. ὅπου γὰρ πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, ἐκεῖ πᾶσα ἀρέσκεια Θεοῦ. Σκόπει δὲ

neque omnino imperfectos esse, neque omnino perfectos. Non enim dixit, Ut accipiatis, verùm, *ut impleamini*. Habetis enim, sed nondum totum. Et quòd reconciliati sitis, agnovistis quidem: quòd verò per Filium, hoc deest vobis, id quod impleri rogo. Voluntas enim & Dei beneplacitum est, ut Filius suus pro nobis daretur, non Angeli. Agnitionem igitur, cognitionis additionem intellige.

In omni intellectu & sapientia spirituali.] Quia eos philosophi decipiebant, Volo, inquit, vos per spiritualem sapientiam discere institutionem istam, non juxta sapientiam hominum, per quam nunc decepti, arbitramini vos novisse. Si autem ut voluntatem Dei discamus, spirituali sapientiâ opus est: quid dicet aliquis de iis qui sese Dei essentiam ex externa sapientia novisse gloriantur?

10 *Ut vos ambuletis dignè Domino.*] Oro, inquit, ut vos discatis, quòd servati sitis per unigenitum, ut vos ambuletis, hoc est, ut secundùm virtutem vivatis. Qui enim clementiam Dei didicerit, & quòd filium suum pro nobis dederit, quomodo non studebit seipsum dedere virtutis laboribus, adeóque crucem ipsius tollere? Ambulare enim, ad vitam & conversationem pertinet, utì dictum est. Ubique autem fidei, vitæ rationem & conversationem connectit. Præterea, non oramus, inquit, ut discatis tantummodo, verùm ut operibus quoque demonstretis. Qui enim novit, & non facit, punietur. Animadverte autem, quomodo semper ambulationem, vitam conversationemq; appellat, ostendens quòd perinde ac nunquam non ambulare nobis necessarium est, sic & optima vita necessaria est.

Per omnia placentes, in omni opere bono.] Ut sic, inquit, vivatis, ut per omnia placeatis Deo. Quî verò hoc fit? Non aliter, nisi in omni opere bono; ubi enim omne opus bonum est, ibi & plena Dei complacentia. Considera autem quomo-

do ubique *omne* apponat: In *omni* ſapientia: &, in *omni* opere bono: &, per *omnia* placentes: &, ad *omnem* longanimitatem: oſtendens quòd habeant quidem & nunc, nondum tamen totum: quare conſummationem eos aſſumere oportet.

Fructificantes & creſcentes in agnitionem Dei.] Quemadmodum, inquit, noviſtis Deum perfectiùs quàm qui olim vixere, hanc ad rationem debetis & in vita creſcere juxta menſuram cognitionis. Qui enim tantis eſt donatus, ut Deum ſciret, utq; filius Dei eſſet, quantâ virtute opus habet? Vel, quia oportet vos proferre quidem fructum bonorum operum, ſed ita ut & agnitionem Dei habeatis quemadmodum convenit, & non quemadmodum nunc videmini habere. Quæ enim commoditas vitæ & converſationis veſtræ, ſi ignoretis Filium Dei? Vide autem quomodo ſuprà eos cognitione dixerit indigere ad hoc ut dignè Domino ambularent: nunc rurſus exigit ab eis ut creſcant in operibus bonis, ut ſimul Deum etiam agnoſcant. Vtrumque enim utriuſque eſt conſtitutivum.

11 *In omni potentia confortati,*] Precamur ut impleamini in omni potentiâ, confortati: ad quid? adverſùs tentationes & perſecutiones, ne torpeatis neque deſperetis.

Secundùm potentiam gloriæ ejus.] Ut hujuſmodi det vobis potentiam, qualem decet eum dare, ineffabilem & infinitam videlicet: veruntamen qualem poſſibile eſt ab homine accipi. Magna autem eſt conſolatio. Non enim dixit, δυνάμιν, ſed, κράτος, quod majus eſt: quaſi diceret, ubique ejus gloria dominatur. Nolite igitur vos in periculis languere: confortabimini enim, ut par eſt eos qui Domino adeò forti ac celebri ſerviant.

Ad omnem patientiam & longanimitatem.] Confortati ad omnem patientiam, erga eos qui foris ſunt; longanimitatem, inter vos mutuò. Eſt enim aliquis longanimis erga eos quos ulciſci poſſit: ſuſtinet

πᾶς πάμπαχυ ὄ, πάν, πανταχοῦ. ἐν πάσῃ σοφίᾳ· καὶ, ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ· καὶ, εἰς πᾶσι ἀνέσκεσθαι· καὶ, εἰς πᾶσαν μακροθυμίαν· δεικνὺς ὅτι ἔχουσι μὲν νῦν, οὐ μὴν ὅλον πᾶν. ὥστε δεῖ αὐτοὺς ὃ " τέλεον ἀναλαβεῖν. " χ. τοῦτο.

Καρποφορούμενοι καὶ αὐξανόμενοι εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ.] Ωσπερ, φησὶν, ἐπέγνωτε τὸν Θεὸν μείζονως ἢ οἱ " παλαιοὶ, οὕτως ὀφείλετε καὶ ἐν ταῖς βίαις " χ. πάσαις αὔξειν καὶ ὃ μέτρον τῆς γνώσεως. Ο γὰρ καταξιωθεὶς εἰδέναι Θεὸν, " ὥστε καὶ " χ. ὅτι. υἱὸν ἔχειν Θεοῦ, πόσης ἀρετῆς δεῖται; Η, ὅτι δεῖ μὲν καρποφορεῖν ὑμᾶς τὰς ἀγαθὰς πράξεις, ἀλλ' ὥστε καὶ τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ ἔχειν ὡς δεῖ, καὶ οὐχ ὡς νῦν δοκεῖτε ἔχειν. τί γὰρ ὄφελος βίου καὶ πολιτείας, ἐὰν ἀγνοῆτε τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ; Σκόπει δὲ πῶς ἀνωτέρω τῆς ἐπιγνώσεως ἔφησε δεῖσθαι εἰς ὃ περιπατῆσαι ἀξίως τοῦ Κυρίου· νῦν αὖθις ἀπαιτεῖ αὐξάνειν ἐν ταῖς ἀγαθαῖς ἔργοις, εἰς ὃ ἅμα καὶ " τὸν Θεὸν ἐπιγινώσκειν. ἑκάτερον γὰρ ἑκατέρου συστατικόν.

11 Εν πάσῃ δυνάμει δυναμούμενοι.] Εὐχόμεθα ἵνα πληρωθῆτε ἐν πάσῃ δυνάμει, δυναμούμενοι. πρὸς τί; πρὸς τοὺς πειρασμοὺς, καὶ τοὺς διωγμοὺς, ὥστε μὴ ἀκηδιάσαι, μηδὲ ἀπογνῶναι.

Κατὰ τὸ κράτος τῆς δόξης αὐτοῦ.] Ινα τοιαύτην δύναμιν δῷ ὑμῖν, οἵαν πρέπει αὐτῷ δοθῆναι, ἄφατον καὶ ἀπέραντον δηλαδή· πλὴν ὡς ἀνθρώπῳ δυνατὸν τοιαύτην λαβεῖν. Πολλὴ γὰρ ἡ παράκλησις. οὐ γὰρ εἶπε, δύναμιν, ἀλλὰ, κράτος, ὃ μεῖζόν ἐστιν· ὡς ἂν εἰ ἔλεγε, παντὸς ἡ δόξα αὐτοῦ κρατεῖ. Μὴ τοίνυν μηδὲ ὑμεῖς ἐν τοῖς δεινοῖς μαλακίζεσθε· δυναμωθήσεσθε γὰρ, ὡς εἰκὸς τοὺς δεσπότην οὕτω κρατοῦντα καὶ ἐν δόξῃ δουλεύοντας.

Εἰς πᾶσαν ὑπομονὴν καὶ μακροθυμίαν.] Δυναμούμενοι εἰς πᾶσαν ὑπομονὴν, τὴν πρὸς τοὺς ἔξω· μακροθυμίαν, τὴν πρὸς ἀλλήλους. μακροθυμεῖ μὲν γάρ τις πρὸς ἐκείνους, οὓς δυνατὸν ἀμύνασθαι·

"χ. ἵνα δ. ἀμύναλ. ὑπομονὴ γὰρ οὐ δύναται ἀμύναλ. Διὰ τοῦτο καὶ ὅτι Θεοῦ οὐ λέγει ὑπομονὴν, ἀλλὰ μακροθυμία, ὡς δυναμένου μὲν ἐκτείνειν, ἀνεχομένου δέ. Εἰς πάσαν γὰρ, μὴ νῦν μὲ, μὴ ταῦτα γε ὠφέλει. Ἵνα οὖν συναγάγωμεν τὸν λόγον, τοῦτό φησιν· Εὐχόμεθα ἵνα τελείως λάβητε τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ δόγματος, οὐκ ἐν σοφίᾳ κοσμικῇ, ἀλλὰ πνευματικῇ· καὶ βίον ἀρέτων ἔχοντε, ὥστε στῆναι βεβαίως πρὸς τοὺς πόλεμους, δυναμωθέντες, ὡς εἰκὸς ἀπὸ Θεοῦ δυναμωθῆναι, εἰς τὸ καὶ πρὸς τοὺς ἔξω ὑπομονὴν ἐνδείκνυσθαι, καὶ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς μακροθυμίαν.

12 Μετὰ χαρᾶς εὐχαριστοῦντες τῷ Πατρί.] Μέλλων ἐγκαλέσαι αὐτοῖς, ὡς περὶ τοῦ δόγματος οὐκ ὀρθῶς ἔχουσι, προλεαίνει τὸν λόγον, ἵνα μὴ δόξῃ ὡς ἐχθρὸς ἐγκαλεῖν. Πεφεικὼς οὖν, ὅτι εὔχομαι ὑμῖν ἵνα ταῦτα καὶ ταῦτα τὰ ἀγαθὰ γένηται ὑμῖν, (οὐδὲν πονηρὸν οὐκ ἔστιν ἐχθροῦ) φησὶ νῦν, ὅτι μετὰ χαρᾶς εὐχαριστῶ ὅτι τοῖς προὐπάρξασιν ὑμῖν ἀγαθοῖς. Ὥστε οὐκ ἀπὸ ἔχθρας ἐγκαλῶ ὑμῖν, ἀλλ' ἐξ ἀγάπης. καὶ βουλοίμην μὲν ἂν δι' ὅλου ἐγκωμιάζειν ὑμᾶς, νῦν δὲ τῆς ἀνάγκης εἰς τὸ ἐγκαλεῖν ἀναγούσης. Οὕτω καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ. Ἡμέρα γὰρ ἐμβιβάζει αὐτοὺς εἰς τὸν περὶ Υἱοῦ λόγον. Εἰ γὰρ μετὰ χαρᾶς εὐχαριστῶ, μεγάλα λοιπὸν τὰ προὐπάρξαντα ὑμῖν. Ταῦτα γὰρ, "οὐχ οἱ δοῦλοι ἄγγελοι, ἀλλ' ὁ δεσπότης
* ἄν. Υἱὸς ἔδωκε*. Πῶς γὰρ εἶπεν, εὐχαριστῶ
"χ. διὸπ. μετὰ χαρᾶς; "ἐπῳδὴ ὅτι καὶ ἐν λύπῃ εὐχαριστεῖν, οἷς ὁ Ἰὼβ εὐχαριστεῖ μὲν, ὀδυνώμενος δέ· Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλατο. Μὴ γὰρ δὴ ἀφαιρείσθω τις αὐτὸν τὸν δόκησιν· οὕτω γὰρ καὶ τὸ ἐγκώμιον αὐτοῦ καθαιρεῖ, εἴγε ὡς ἀναίσθητος σκαρτέρει· ἀλλ' ἐδάκνετο μὲν, οὐκ ἐπαυμπάλλετο δέ.

"χ. τίνα ἐν ὑῖ, φησ. Τῷ ἱκανώσαντι ὑμᾶς.] "Τηλικαῦτα, φησι, τὰ δεδομένα, ὥστε μὴ μόνον
"χ. πολῦ. πλουσίους ὑμᾶς "ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ ἱκανότητα καὶ δύναμιν δοῦναι πρὸς τὸ ἀξίως ταῦτα λαβόντας"
"χ. φανῆναι. δηλῶσαι. οἷόν τι λέ-

autem quos non potest ulcisci. Propterea & de Deo non dicitur patientia, sed longanimitas, ut qui possit quidem consumere, tolerat tamen. *Ad omnem* autem; non quæ nunc quidem est, postea verò non amplius. Ut igitur in summam contrahamus sermonem, hoc dicit: Oramus, ut perfectè accipiatis agnitionem dogmatis, non in sapientia mundana, sed spirituali: utque vitam virtutibus præditam habeatis, ut possitis firmiter stare adversùs tentationes, confortati, ut par est à Deo confortari; ut & erga exteros patientiam ostendatis, & erga fratres longanimitatem.

12 *Cum gaudio gratias agentes Patri.*] Accusaturus eos, quòd circa dogmata non rectè habeant, præmitigat sermonem, ne videatur eos tanquam hostis accusare. Cùm igitur antea dixisset, Oro pro vobis ut hæc & illa vobis bona contingant, quod omnino non est inimici: ait nunc, Cum gaudio gratias ago propter bona quæ vobis obtigerunt. Itaque non ex odio accuso vos, sed ex charitate: & optârim quidem omnino me posse vos commendare: ex necessitate autem ad accusandum vos adducor. Sic & in Epistola ad Corinthios facit. Tacitè autem eos perducit ad sermonem de Filio. Si enim cum gaudio gratias ago, sunt itaque magna quæ antea in vobis bona fuere. Hæc autē non servi Angeli, sed Dominus Filius dedit. Quomodo autē dixit, gratias ago cum gaudio? Quoniam vel in mœrore gratias agere liceat, quemadmodum & Job gratias agebat in mœrore constitutus: *Dominus dedit, Dominus abstulit.* Non enim ab eo morsum quispiam auferat, (sic enim & laudem ejus abstulerit, siquidem tanquam insensibilis sustinuisset) Atqui mordebatur quidem, sed non saucia batur. Iob. 1. 21.

Qui dignos vos fecit.] Tanta, inquit, sunt ea quæ vobis data sunt, ut nedum opulentos vos reddiderint, verumetiam sufficientiam vobis & virtutem dederint, ut hæc dignè accipere videamini. Exempli gratiâ,

gratiâ: Rex quíſpiam, tenuis fortunæ cuipiam præfecturam fortè credens, dignitatem quidem dedit, non tamen ad principatum dignè accipiendum ipſúmve adminiſtrandum idonetum fecit. Unde ipſum ſæpenumerò honos ridiculum reddidit. Deus autem nos & honoravit, ac ſufficientes fecit ut acciperemus honorem. Duplicatio autem honoris eſt, quòd etiam nos fecerit idoneos ad donum.

In partem ſortis ſanctorum.] Hoc eſt, qui cum ſanctis collocavit: neque ſic ſimpliciter, verùm iiſdem etiam frui præbuerit, quod per *partem* ſignificat. Licet enim in eandem urbem conſcribi, nec tamen eandem habere partem: ac rurſus in eadem ſorte eſſe, ſed non eandem habere partem: ut in eadem ſorte Eccleſiæ omnes ſumus, verùm alius aliam partem habet. Hîc autem & eâdem nos ſorte donavit, & eâdem parte. Sortem autem ubique vocat, ut oſtendat, quòd quemadmodum ſors non eſt humanæ diligentiæ, ſed fortunæ potiùs videtur: hanc ad rationem nos non ex noſtris virtutibus regno digni judicamur, ſed divinæ totum eſt gratiæ. Propterea, *Cùm omnia perfeceritis*, inquit, *dicite quòd inutiles ſervi ſimus: quod enim debuimus facere, fecimus.* Luc. 17. 10.

In lumine.] Et futuro, & præſenti, id eſt, ſcientiâ. Nunc enim illuminavit nos, revelans nobis myſteria, & in futuro majorem largietur claritatem.

13 *Qui eripuit nos à poteſtate tenebrarum.*] Non hoc ſolum magnum eſt, quòd nos regno donârit, verùm quòd nos qui tales priùs eramus: non enim perinde eſt dignis aliquid dare, & indignis. Quod & in Epiſtola ad Romanos inquit: *Vix enim pro juſto quis moritur.* Rom. 5. 7. Qui igitur ſub poteſtate tenebrarùm erant, hoc eſt, erroris, & tyrannidis diaboli. Nec dixit, *à tenebris* ſimpliciter: ſed, *à poteſtate:* multam enim noſtrî poteſtatem habebat, ac dominabatur. Nam grave quidem eſt ſim-

γαν· βασιλεὺς γάρ τις ἐκ τύχης τινὰ ἐμπιστεύσας ἐπαρχότητα τυχὸν, ἀξίωμα μὲν ἔδωκεν, ὑμνῶν δὲ καὶ ἐπαίνων ἐπέτυχε παρὰ τοῦ λαβόντος τὴν ἀρχὴν ἀξίως, ἤγουν οἰκονομήσας αὐτήν. ὅθεν καὶ πολλάκις καταγέλαστον αὐτὸν ἡ τιμὴ ἐποίησεν. Ὁ δὲ Θεὸς καὶ ἐτίμησεν ἡμᾶς, καὶ ἱκανοὺς ἐποίησε παρὰ τοῦ λαβεῖν τὴν τιμήν. Διπλασιασμὸς δὲ τιμῆς, τὸ καὶ ὑποτυπώσεις καταξιωθῆναι παρὰ τοῦ δωρεᾶν. χ. διπλασμός.

Εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων.] Τουτέστι, τῶν μὴ τῶν ἁγίων καταπέλασον· καὶ οὐχ ὅτως ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ τὴν αὐτὴν ἀπολαῦσαι πεφυκότα· ὃ δηλοῖ τὸ μερίδος δηλονότι. Εἰ μὲν γὰρ ἐν τῇ αὐτῇ πόλει καταπαγῶμεν, ἵν μὲν τὴν αὐτὴν μερίδα ἔχῃ· καὶ πάλιν, ἐν τῷ αὐτῷ κλήρῳ ἦ), ἀλλ' ἵν τὴν αὐτὴν ἔχῃ μερίδα· οἷς, ἐν τῷ αὐτῷ κλήρῳ τῆς ἐκκλησίας πάντες ἐσμὲν, ἀλλ' ἄλλος ἄλλην ἔχει μερίδα. Ἐνταῦθα γὰρ καὶ τὸν αὐτὸν κλῆρον ἠξίωσε, καὶ τὴν αὐτῆς μερίδος. Κλῆρον γὰρ πάντα χῶρον καλεῖ, ἵνα δείξῃ ὅτι ὥσπερ ὁ κλῆρος οὐκ ἀνθρωπίνης ἐστὶ σπουδῆς, ἀλλὰ ὑπὲρ τύχης μᾶλλον δοκεῖ· οὕτω καὶ ἡμεῖς οὐκ ἀπὸ κατορθωμάτων τὴν βασιλείαν ἀξιούμεθα, ἀλλὰ τῆς θείας δωρεᾶς ἐστὶ τὸ πᾶν. Διὰ τοῦτο, Ὅταν πάντα κατορθώσητε, φησὶ, λέγετε ὅτι ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν· ὃ γὰρ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν. Luc. 17. 10.

Ἐν τῷ φωτί.] Καὶ τῷ μέλλοντι, καὶ τῷ παρόντι, τουτέστι, τῇ γνώσει. καὶ νῦν μὲν ἐφώτισεν, ἀποκαλύψας ἡμῖν τὰ μυστήρια, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι τὰ πλείονα δώσει.

13 Ὃς ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους.] Οὐ τοῦτο μόνον ὅτι μέγα, ὅτι βασιλείας ἠξίωσεν, ἀλλ' ὅτι καὶ τοιούτους ὄντας πρώην. Οὐ γάρ ὅτι ἴσον τοῖς ἀξίοις δοῦναί τι, καὶ τοῖς ἀναξίοις· ὃ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ρωμαίους φησί· Μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου τις ἀποθανεῖται. Τοὺς ὄντας οὖν ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τοῦ σκότους, τουτέστι, τῆς πλάνης, καὶ τῆς τυραννίδος τοῦ διαβόλου. Καὶ οὐκ εἶπε σκότους ἁπλῶς, ἀλλ', ἐξουσίας. πολλὴν γὰρ ἡμῶν εἶχε τὴν ἐξουσίαν καὶ ἐνεργεῖ. Χαλεπὸν

πὸν μᾶλλὸν ἢ ὃ ἁπλῶς εἰπεῖν ἐστὶ τὸ δύσκολον· ὃ δὴ μεῖζον ἐξουσίας, τοῦτο χαλεπώτερον. Οὐκ εἶπε δὲ, ἐξέβαλεν, ἀλλ', ἐῤῥύσατο, δεικνὺς ὅτι ὡς αἰχμάλωτοι ἐπαλαιπωροῦμεθα.

Καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ.] Μέγα μὲν καὶ τὸ σκότους ἀπαλλάξαι· ὃ δὴ καὶ εἰς βασιλείαν εἰσαγαγεῖν, πολλῷ μεῖζον. καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὥστε συμβασιλεῦσαι τῷ υἱῷ τῆς ἀγάπης, τουτέστι, τῷ ἀγαπητῷ, τοῖς ἐχθροῖς, τοῖς ἐσκοτισμένοις. ὃ δὲ ἀλλαχοῦ λέγει· Εἰ συμπάσχομεν καὶ συμβασιλεύσομεν. Οὐκ εἶπε δὴ, μετέθηκε (ὃ γὰρ ὅλον τοῦ μεταθέντος ἐστὶν ἔργον) ἀλλὰ, μετέστησεν, ὥστε εἰπεῖν τι καὶ ἡμῶν. Δείκνυσι δὴ διὰ τῆς λέξεως καὶ τὸ εὔκολον τῆς Θεοῦ δυνάμεως, ὥσπερ ἂν εἴ τις στρατιώτην ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μεταγάγοι.

14 Ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν.] Ἵνα μὴ ἀκούσας ὅτι ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ὁ Πατὴρ, νομίσῃς τὸν Υἱὸν μηδὲν εἰς ἡμᾶς ἀγαθὸν ἐνδείξασθαι, λέγει λοιπὸν, ὅτι τὸ μεῖζον ἡμῖν δέδωκεν ὁ Υἱός. Τοῦτο γὰρ μεταστῆσαι ἡμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν, αὐτός ἐστιν αἴτιος, ἡμῖν τὴν λύτρωσιν, τουτέστι, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν. Εἰ γὰρ μὴ ἐλυτρώθημεν καὶ ἀφέθημεν τούτων, οὐκ ἂν μετέστημεν εἰς τὴν βασιλείαν. Ὥστε αὐτὸς προεδοπάτησε τῇ δωρεᾷ τοῦ Παιδός. Οὐκ εἶπε δὴ, λύτρωσιν, ἀλλ', ἀπολύτρωσιν, τουτέστι, τελείως ἡμᾶς ἐλυτρώσατο, ὥστε μὴ ἐμπεσεῖν λοιπὸν, μηδὲ γενέσθαι θνητοὺς, ὡς ὀφείλοντας τὴν ἁμαρτίαν τοῦ Ἀδάμ. Ἐπεὶ οὖν ἐλυτρώσατο ὁ Υἱὸς, αὐτὸς καὶ προσήγαγε. Πῶς οὖν ἀγγέλους ὑμεῖς λέγετε; Σημείωσαι δὲ ὃ, ἐν ᾧ, ὅτι τοῦ Υἱοῦ.

15 Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου.] Τὸ τῆς φύσεως ἔντιμον, καὶ ὃ μεγαλεῖον τῆς ἀξίας τοῦ μονογενοῦς πίστιν ἐνδίδωσι· εἰκὼν, φησὶν, ἐστὶ τοῦ Θεοῦ· ὁποῖῶ ἀπαραλλάκτως. ὃ γὰρ ἔχεις μέτρον τῆς μεγέθους, ἵνα εἴπῃς πόσον ἐλαττοῦται. Εἰ μὲν γὰρ ὡς ἄνθρωπος ἐστὶν εἰ-

pliciter ſub diabolo eſſe: verùm potenter ei ſubjici, hoc longè eſt gravius. Non dixit autem, *ejecit*, ſed, *eripuit*, oſtendens quòd tanquam captivi in ærumnis detinebamur.

Et tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ.] Magna ſanè res eſt, à tenebris nos liberare: at in regnum etiam nos introducere, eſt longè majus. Nec ſimpliciter, verùm ut ſimul regnemus cum *filio dilectionis*, hoc eſt, dilecto, qui hoſtes eramus, ac tenebris immerſi: quod & alio in loco ait: *Si compatimur, & conregnabimus.* 2. Tim. 2. 12. Non dixit autem, tranſpoſuit, (nam totum tranſponentis eſſet) ſed, *tranſtulit*, ut eſſet aliquid etiam noſtrûm. Indicat autem per eam dictionem, facilitatem etiam potentiæ Dei, perinde ac ſi quis militem de loco in locum traducat.

14 *In quo habemus redemptionem, remiſſionem peccatorum.*] Ne cùm audis quòd ripuerit nos Pater, exiſtimes Filium nihil boni nobis exhibuiſſe, deinceps ait: Quod majus eſt dedit nobis Filius. Nam quòd nos in regnum transferamur, ipſe eſt cauſa, donans nobis *redemptionem*, hoc eſt, remiſſionem peccatorum. Niſi enim liberati eſſemus, atque ab his dimiſſi, non eſſemus tranſlati in regnum. Ipſe itaque viam dono Patris præparavit. Non dixit autem, λύτρωσιν, ſed, ἀπολύτρωσιν, id eſt, perfectè nos liberavit, ut non deinceps impingeremus, neque efficeremur mortales, tanquam obnoxii peccato Adami. Quoniam igitur Filius liberavit, ipſe etiam reconciliavit. Quomodo ergo vos dicitis hoc per Angelos obtigiſſe? Obſerva autem, quòd (*in quo*) de Filio dicatur.

15 *Qui eſt imago Dei inviſibilis.*] Naturæ celebritatem, dignitatiſque Unigeniti majeſtatem hoc loco ponit. *Imago*, inquit, *eſt Dei*: igitur eſt perſimilis: non enim habes menſuram magnitudinis, ut dicas quantum imminuatur. Si enim imago eſſet quatenus eſt homo, poteras aliquid

quid dicere, nempe quòd imago non perveniat ad exemplar primum. Quia verò imago est quatenus est Deus, Deique filius, nihil discrepat imago in Deo & invisibili; utpote quæ est invisibilis. In nobis enim quia ars humana imagines efficit, quæ sæpenumero impingit, non habet exactam illam & nihil differentem similitudinem, imago. Ubi autem Deus est, ibi nusquam lapsus, nusquam error: propterea & exacta similitudo. Si autem Filius non sit persimilis invisibili Deo, quid prohibet quo minùs & Angeli sint imagines, quandoquidem & ipsi sunt invisibiles? attamen Angelus nusquam imago dicitur. Contemplare autem hîc accuratam Scripturæ formam. Hominem quidem & imaginem Dei & filium vocat; Angelum autem nusquam. Illic enim Angelicæ naturæ altitudo statim ad impietatem auditores præcipitâssет, existimantes ejusdem esse dignitatis Angelum cum Deo. In homine autem tenuitas & humilitas munit nos, ne tale quiddam suspicemur. Collige igitur quòd cùm Unigenitus utraque sit, imago nimirum, & invisibilis; per hoc quidem quòd imago sit, discrepat ab Angelis qui invisibiles quidem sunt, non autem imagines: per hoc verò quòd invisibilis, ab hominibus, qui & ipsi quidem imagines dicuntur, non invisibiles tamen. Solus igitur ipse propriè & citra ullam dissimilitudinem imago est. Quòd si adhuc instent Ariani, quòd imago non sit ejusdem essentiæ cum primo exemplari; Scripturam audiant affirmantem, Seth esse imaginem Adami. Nonne igitur ejusdem etiam essentiæ? Certè quidem imagines artificiales non sunt ejusdem essentiæ: naturales autem omnino sunt ejusdem essentiæ.

Primogenitus omnis creaturæ.] Quia dixit eum esse invisibilis Dei imaginem, hæc jam nunc infert. Hic verò Arianizantium ingens dolus suboritur. Quia enim (inquiunt) primogenitus dictus est omnis

χών, εἶχές τι λέγειν, ὅτι ἡ εἰκὼν ὑφ' ἑαυτὴν ποιεῖ τὸ πρωτότυπον. Ἐπεὶ δὲ εἰκὼν ἐστὶν ὡς Θεὸς καὶ Θεοῦ υἱός, ἀπαραλλαξίας ἡ εἰκὼν ὅπου Θεοῦ καὶ ἀοράτου, ἀόρατος δηλαδή. Ἐφ' ἡμῶν μὲν γὰρ ὅπου τέχνη ἀνθρωπίνη εἰκονουργεῖ, ἡ πολλαχοῦ διαπίπτουσα, οὐκ ἔχει τὸ ἀπαράλλακτον ἡ εἰκών· ἔνθα δὲ Θεὸς, ἀδαμοῦ διάπτωσις, ἀδαμοῦ σφάλμα· διὸ καὶ τὸ ἀπαράλλακτον. Εἰ δὲ μὴ τὸ ἀπαράλλακτον ἔχει πρὸς τὸν ἀόρατον ὁ Υἱὸς, τί κωλύει καὶ ἀγγέλους εἰκόνας εἶναι; καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ ἀόρατοι· ἀλλ' ὅμως, ἀδαμοῦ εἰκὼν ἄγγελος λέγεται. Καὶ ὅρα πῶς ἀκριβῆ ἔχει τὴς γραφῆς· τὸν μὲν υἱὸν ὀνομάζει εἰκόνα Θεοῦ καὶ υἱόν· τὸν δὲ ἄγγελον, "ἀδαμῶς· ὅτι "χωλαίνων ἐκεῖ μὲν τὸ τῆς ἀγγελικῆς φύσεως ὕψος, ταχέως ἂν εἰς ἀσέβειαν ἔρριψεν ἀκούοντας, οἰηθέντας τὴν αὐτὴν ἀξίαν εἶναι τὸν ἄγγελον τῷ Θεῷ. ὅπου δὲ τὸ τοῦ ἀνθρώπου, τὸ εὐτελὲς καὶ ταπεινὸν ἀσφαλίζεται ἡμᾶς, ὥστε μὴ ὑποπτεῦσαί τι τοιοῦτον. Συνάγαγε οὖν, ὅτι ὁ μονογενὴς ἀμφότερα ὤν, καὶ εἰκὼν καὶ ἀόρατος, τῷ μὲν εἰκὼν εἶναι διαφέρεται ἀπὸ τῶν ἀγγέλων, οἳ ἀόρατοι μέν, οὐκ εἰκόνες δὲ· τῷ δὲ ἀόρατος, ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, οἳ καὶ αὐτοὶ εἰκόνες μὲν λέγονται, οὐκ ἀόρατοι δέ. Μόνος ἄρα αὐτὸς τυπικῶς καὶ ἀπαραλλάκτως εἰκών. Εἰ δὲ καὶ ἔτι ἐνίστανται οἱ Ἀρειομανῖται, ὅτι ἡ εἰκὼν οὐχ ὁμοούσιος τῷ πρωτοτύπῳ, ἀκουέτωσαν τῆς γραφῆς λεγούσης τὸν Σὴθ εἰκόνα τοῦ Ἀδάμ. ἆρα οὖν οὐχὶ καὶ ὁμοούσιος; Αἱ μὲν οὖν τεχνηταὶ εἰκόνες, οὐχ ὁμοούσιοι· αἱ δὲ φυσικαὶ, πάντως ὁμοούσιοι.

Πρωτότοκος πάσης κτίσεως.] Εἰπὼν ὅτι εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, τότε ἐπάγει καὶ ταῦτα. Ἐνταῦθα δὲ τῶν Ἀρειομανιζόντων τὸ μέγα μηχάνημα· ὅπου γάρ, φασι, πρωτότοκος εἴρηται πάσης κτίσεως, πρῶτος τῶν κτισμάτων

ἐστί.

ὄτι. Καὶ μὴν οὐκ εἶπε, πρωτότικτος· ἀλλὰ, πρωτότοκος. ἢ καὶ ἀδελφοὺς αὐτῷ δώσεις, καὶ πρῶτος ἔσῃ καὶ μοῦ, καὶ βατράχου, καὶ λίθου, καὶ τῶν ἀτιμωτάτων, καὶ ὁμοούσιος τούτων πάντων. Ὁ γὰρ πρωτότοκος, ὁμοούσιος δήπου ὢν ὅτι πρωτότοκος. Ἀλλ' εἰς κεφαλήν σου ὁ βλάσφημος. Ὁ γὰρ τοιαῦτα ἐννοῶν περὶ τῆς ἀσυγκρίτου δόξης τοῦ δημιουργοῦ, ἄθεον. Καὶ ἄλλως, ὁ πρωτότοκος ὁ πάντων πρὸς τοὺς ἐξῆς λέγεται πάντως ἐν τῇ γραφῇ, ἀλλ' ἀπολύτως ὅτως, ὁ πρῶτος τεχθείς. ὅτως οὖν καὶ ἡ θεοτόκος Μαρία ἔτεκεν αὐτὸν ὃν κατὰ σάρκα πρωτότοκον, οὐκ ἔχοντα πάντως ἀδελφοὺς ἐφεξῆς αὐτῷ· μονογενὴς γὰρ ἦν ἐκ ταύτης. Οὕτω δὴ καὶ ὁ Πατὴρ πρωτότοκος, οὐχ ὡς πρὸς τὰ λοιπὰ κτίσματα, ἀλλ' ἀπολύτως. μονογενὴς γὰρ ἦν κατὰ τὴν θεῖον γέννησιν. Τί οὖν ἐστιν ὃ φησιν ὁ Παῦλος νῦν, πρὸς τὴν κατατείνουσαν ἐπιχείρησιν ἀνιστάμενος, καὶ διασκευάζων τὴν ἐπιστολὴν τῶν Κολοσσαέων; Ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι νεώτερός ἐστι τῶν ἀγγέλων, εἴ γε οἱ πάλαι μὲν δι' ἐκείνων προσήγοντο, νῦν δ' αὐτὸς προσάγειν λέγεται, βούλεται δεῖξαι, ὅτι πρὸ πάσης τῆς κτίσεώς ἐστιν ὁ Υἱός. πῶς οὖν; δηλονότι γεννήσεως. Οὐκοῦν καὶ τῶν ἀγγέλων πρότερος, καὶ ὅτως, ὥστε καὶ αὐτὸς ἔκτισεν αὐτούς. Ἆρα οὖν μὴ ἐστὶ οἱ ἄγγελοι ἐν τῇ παλαιᾷ διηκόνησαν, αὐτοῦ ὄντες. Ὅρα οὖν τοῦ σοφοῦ τοῦ ἀποστόλου· ἵνα μὴ ἀκούσας, ὅτι πρὸ πάσης ἐστὶ τῆς κτίσεως, ἄναρχον αὐτὸν νομίσῃς, διδάσκει σε, ὅτι πατέρα ἔχει, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐστι γεννητός. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ αὐτὸς καὶ τὰ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τοῦτο δείκνυσιν, ὅτι ἄλλος ἐστὶ, καὶ ἄλλος ἐκεῖνος· καὶ ὅτι ὁ μὲν, ὡς ἐκ πατρὸς υἱός· τὰ δὲ, ὡς κτίσματα διὰ αὐτοῦ τούτου τοῦ Υἱοῦ κτισθέντα. Ἐπιφέρει οὖν·

16 Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς

creaturæ, primus est inter creata. Atqui non dixit, primò conditus, sed primogenitus. Vel enim fratres ei dabis, eritque primogenitus respectu mei, ranæ, lapidis, rerumque vilissimarum, cumque his omnibus ejusdem substantiæ. Qui enim primogenitus est, homoousius est cum his quorum est primogenitus. Verùm in caput tuum blasphemia vertatur. Talia enim de incomparabili gloria conditoris intelligere impium est. Quinetiam primogenitus non omnino ad sequentes pertinere dicitur in Scriptura, sed absolutè sic, primus natus. Hac itaque ratione Deipara Maria perperit eum secundùm carnem primogenitum, qui omnino non habuerit fratres post sese. Nam ex ista etiam unigenitus erat. Hunc ad modum ex Patre est primogenitus, non cæterarum creaturarum respectu, sed absolutè. Vnigenitus enim secundùm supernam etiam nativitatem. Quid igitur est quòd Paulus argumentum quo urgebatur impugnando, Colossensiúmque opinionem refutando nunc dicit? Ne existiment Christum esse juniorem Angelis; quandoquidem veteres quidem per illos adducebantur ad Deum, nunc verò ipse adducere dicitur, vult commonstrare, quòd ante omnem creaturam, adeóq; conditum mundum sit Filius. Quomodo? per generationem: quare & Angelis est prior, aque ita, ut & ipse eos condiderit. Igitur si quid Angeli in Veteri Testamento administrârunt, ipsius est. Sapientiam itaque Apostoli hîc animadverte. Ne arbitreris, cùm audis eum ante omnem esse creaturam, propterea carere principio, docet te quòd patrem habeat, & ab ipso est genitus. Quum enim & ipse & omnia ex Deo sint, illud ipsum indicat, quòd alius iste, & alius ille, & quòd iste, ceu ex patre filius: hæc verò, ceu creaturæ per hunc ipsum Filium conditæ. Infert igitur:

16 *Quoniam in ipso condita sunt universa quæ sunt in cœlis, & quæ in terra.*]

In

In ipso, est pro, per ipsum, perinde ac in sequentibus ipse indicabit. Quod autem ambiguum erat, de rebus nempe cœlestibus, primùm posuit. Si igitur Angeli per eum conditi sunt, quomodo sunt priores ipso?

Visibilia, & invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates.] De visibilibus subtiliter loqui prætermittens, ut de quibus nihil esset controversiæ, de ambiguis, invisibilibus nimirum, speciatim differit. Non tamen omnes supernos ornatus sigillatim posuit, quippe quòd ex majoribus minora etiam ostendit. Invisibilia nimirum sunt cùm Archangeli, tum Angeli, animæque nostræ. Proinde ex illis de istis etiam manifestè colligitur.

Omnia per ipsum & in ipsum sunt condita.] En, quod suprà dixit, ***in ipso***, jam, ***per ipsum***, ait: sicut & Evangelista Joannes: ***Omnia per ipsum facta sunt. Omnia*** autem dicens, Spiritum non comprehendit: non enim Spiritus unus est ex illis omnibus, sed unus est absolutè, quemadmodum unus Deus, & unus Dominus. Omnia igitur quæcunque facta sunt, per ipsum sunt condita. Deinde, ne putes ipsum esse minister vel subconditorem, adjicit, ***& in ipsum***, id est, ab ipso pendent omnia. Nec ipse ea tantùm condidit, verumetiam ea ipse continet: ita ut si ab ejus providentia avellantur, pereant. Non dixit autem, συγκρατεῖ, id est, conservat, sed quod subtilius est, in ipsum vergunt, & ab eo pendent. Atque hoc solum in eum respicere, satis est ut contineat & constringat illa. Hoc autem non minus est quàm creare: imò potius quoad nos, & majus est. Etenim nos conficimus pallium fortasse, vel domum: conservare autem ipsum à corruptione non possumus. Ipse verò & fecit & conservat.

Joh. 1. 3.

17 ***Et ipse est ante omnia, & omnia in in ipso consistunt.***] Continuò eadem verγῆς.] Τὸ, ἐν αὐτῷ, ἀντὶ τοῦ, δι' αὐτοῦ, ὡς αὐτὸς ἐφεξῆς " δείξει. Οὕτω γὰρ ἡ ἀμφίβολον ἦν, ὃ περὶ τῶν ἐν οὐρανοῖς, τοῦτο τέθηκε πρῶτον. Εἰ οὖν οἱ ἄγγελοι δι' αὐτοῦ ἐκτίσθησαν, πῶς πρότεροι αὐτοῦ; " κ. διλεῖ.

Τὰ ὁρατὰ, καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι.] Τὸ λεπτολογεῖν περὶ τῶν ὁρατῶν ἀφεὶς, ὡς ἀμφίβολον, περὶ τοῦ ἀμφιβαλλομένου, τῶν ἀοράτων φημὶ, τὴν μέσης διέξεισιν. Οὐ πάντας ἡ τοὺς ἄνω διακόσμους ἰδικῶς τέθηκεν, ἀπὸ τῶν μειζόνων καὶ τὰ ἐλάττονα * δηλοῖ. Ἀόρατα γὰρ δήπου, τὰ ἀρχάγγελοι καὶ ἄγγελοι, καὶ αἱ ἡμετέραι ψυχαί· ὥστε ἀπὸ ἐκείνων καὶ περὶ τούτων δῆλον. * παιδεύει.

Τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται.] Ἰδοὺ γὰρ ἀνωτέρω εἶπεν, ἐν αὐτῷ, τοῦτο νῦν λέγει, δι' αὐτοῦ· καθὰ καὶ ὁ θεολογικὸς Ἰωάννης· Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. Πάντα γὰρ εἶπεν, ἵνα συμπεριλάβῃ τὸ Πνεῦμα. οὐ γὰρ ἓν τῶν πάντων ἐστὶ τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ἓν ἀπολύτως, ὥσπερ εἷς Θεὸς, καὶ εἷς Κύριος. Πάντα οὖν ὅσα γέγονε, δι' αὐτοῦ ἔκτισται. Εἶτα, ἵνα μὴ νομίσῃς ὑπουργὸν αὐτὸν εἶναι, καὶ εἰς αὐτὸν, φησὶ, τετέλεσται, εἰς αὐτὸν κρέμαται τὰ πάντα. Καὶ οὐ μόνον ἐποίησεν αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς αὐτὰ συγκρατεῖ, ὥστε εἰ ἀποσταθείη τῆς αὐτοῦ προνοίας, ἀπόλωλεν. Οὐκ εἶπε δὲ, διακρατεῖ, ἀλλὰ τὸ λεπτότερον, εἰς αὐτὸν ἀποβλέπει καὶ κρέμαται· καὶ τοῦτο μόνον τὸ πρὸς αὐτὸν ἀποβλέπειν, ἱκανόν ἐστι διακρατεῖν καὶ συστρέφειν αὐτά. Τοῦτο δὲ οὐχ ἧττόν τῆς δημιουργῆσαί ἐστι· μᾶλλον δὲ ἔστιν ἀπὸ τῶν καθ' ἡμᾶς, τὸ μεῖζον. Καὶ γὰρ ἡμεῖς ἐργαζόμεθα μὲν ἱμάτιον τυχὸν, ἢ οἴκημα· συντηρῆσαι δὲ ἀπὸ τῆς φθορᾶς αὐτὸ οὐ δυνάμεθα· αὐτὸς δὲ καὶ ἐποίησε καὶ συντηρεῖ.

17 Καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε.] Συνε-

γῶς

χῶς τὰ αὐτὰ γρέφῃ, τῇ συνεχείᾳ τῶν ῥημάτων, καθάπερ ποσὶ πυκναῖς πλαγαῖς, τὸ βλαβερὸν αἱρεσιῶν δόγμα. Ὅρα δὲ, οὐκ εἶπεν, ὅτι αὐτὸς γέγονε πρὸ πάντων, ἀλλ', ἔστι· ὅπερ Θεῷ οἰκειότατον. Ποῦ δὲ Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς, ὁ λέγων ἀπὸ Μαρίας αὐτὸν ἄρξασθαι; Ἐν αὐτῷ δὲ συνέστηκεν, ὡς θεμελίῳ· οὕτω καὶ πρωτότοκός ἐστι τῆς κτίσεως, ὡς θεμέλιος. Τοῦτο δὲ οὐχ ὁμοουσιότητα πρὸς τὰ κτίσματα δηλοῖ, ἀλλὰ ὅτι, πάντα ἐν αὐτῷ φέρεται.

18 Καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας.] Εἰπὼν περὶ τῆς ἀξίας τοῦ Υἱοῦ, λέγει λοιπὸν καὶ περὶ τῆς φιλανθρωπίας. Ὁ γὰρ οὕτω πάντων ἀνώτερος, ὁ πιστὸς, ὁ συνοχεὺς, τοῖς κάτω ἑαυτὸν συνῆψε. Καὶ οὐκ εἶπε, τοῦ πληρώματος τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ τοῦ σώματος· ἵνα δείξῃ τὴν ἀκρίβειαν τῆς πρὸς ἡμᾶς οἰκειότητος αὐτοῦ, ἐπὶ ὅσον ὁμοούσιον ἡμῖν ἀνέλαβε σάρκα, καὶ οὐκ ἐξ οὐρανῶν. Τὴν γὰρ ἐκκλησίαν, αὐτὴ πάντος ἀνθρώπων γένους ἔλαβε Παῦλος· ὡς ἂν εἰ ἔλεγε, ὅτι ἐν τῇ κατὰ σάρκα γενέσει, πρῶτος τῶν ἀνθρώπων, ὡς κεφαλή.

Ος ἐστιν ἀρχὴ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν.] Ἀρχὴ, φησὶν, ἐστὶ τῆς ἀναστάσεως, πρὸ πάντων ἀναστάς. Ἐπειδὴ δὲ ἔλυσε τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, εἰκότως δὲ πρωτότοκος λέγεται. Ἐχρῆν γάρ τι, ὡς ἀπαρχὴ, ἑπακολουθοῦντας αὐτῷ δὲ τοὺς λοιποὺς. Ἡ γὰρ ἀπαρχὴ, τινῶν ἐστιν ἀπαρχή. Καὶ ὥσπερ ἑνὸς θραύματος, ὡς ἀπαρχῆς, προσαγομένου, ὅλον θεὸς εὐλογεῖται· οὕτω δι' αὐτοῦ πάντες ἁγιάζομεν, καὶ προσφερόμεθα, ἓν ἑνὸς σώματος ἀναστάντος, πᾶσα ἡ φύσις τῆς ἀναστάσεως ἠξίωται.

Ινα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων.] Ἐν πᾶσι τοῖς περὶ αὐτὸν θεωρουμένοις. Καὶ γὰρ καὶ πρὸ πάντων γεγέννηται ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ πρῶτος πάντων ἐστὶν, ὡς κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας, καὶ πρὸ πάντων ἀνέστη, χαριζόμενος

sat, verborum frequentiâ, tanquam quibusdam crebris ictibus, radicitùs evellens pernicioſum dogma. Obſerva autem quòd non dixerit, factus eſt ipſe ante omnia, ſed, *eſt*, quòd Deo maximè proprium. Ubi autem eſt Paulus Samoſatenſis, qui à Maria ipſum cœpiſſe affirmat? In ipſo porrò conſiſtunt, tanquam in fundamento: ſic & primogenitus eſt creaturæ, tanquam fundamentum. Hoc autem non eandem cum rebus conditis eſſentiam ſignificat, ſed quòd omnia in ipſo ferantur moveantúrque.

18 *Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ.*] Poſtquam de Filii dignitate diſſerit, de clementia deinceps verba facit. Qui enim adeò ſupremus omnium eſt, qui creator, qui conſervator, ſeipſum inferioribus copulavit. Nec dixit, plenitudinis Eccleſiæ, ſed, *corporis*: ut oſtendat accuratam ſui erga nos conjunctionem, & quòd carnem ejuſdem nobiſcum ſubſtantiæ aſſumpſerit, & non ex cœlis. Eccleſiam enim pro univerſo mortalium genere accepit Paulus, perinde ac ſi dicat, In generatione ſecundùm carnem, primus eſt hominum, tanquam caput.

Qui eſt principium, primogenitus ex mortuis.] Principium, ait, reſurrectionis eſt, quippe qui præcunctis reſurrexit. Poſtquam autem ſolvit dolores mortis, meritò primogenitus dicitur. Atqui habet, tanquam primitiæ, ſequentes ipſum & reliquos: Primitiæ enim quorundam ſunt primitiæ. Et quemadmodum uno manipulo, veluti primitiis, oblato, tota meſſis benedicitur: ſic per ipſum omnes ſanctificati ſumus, & oblati: unoque corpore reſurgente, univerſa natura digna reſumptione judicata eſt.

Ut ſit in omnibus ipſe primatum tenens.] In omnibus quæ circa ipſum conſiderantur. Etenim ante omnia natus eſt ex Patre, adeóque primus eſt omnium, tanquam caput Eccleſiæ, atque prior omnibus reſurrexit, donans eis immortalitatem, ceu primitiæ.

Etsi enim alii ante hunc resurrexerunt, rursus tamen mortui sunt: ipse autem perfectâ resurrectione resurrexit. Reputa autem tecum, hîc eum esse primogenitum, tanquam primitias resurrectionis, eò quòd regeneratio sit eadem: illic autem non est primitiæ creationis, etsi primogenitus. Nam ratio essentiæ non est eadem: verùm ille quidem natus est: creatura verò hoc ipso, creationis nomine nimirum, creatura est.

19 *Quoniam in ipso placuit omnem plenitudinem inhabitare.*] Plenitudinem divinitatis, hoc est, si quid erat Filius Verbum, illic habitavit, non operatio sive actus quispiam, sed essentia. Non potest autem aliam dicere causam, nisi beneplacitum & voluntatem Dei.

20 *Et per ipsum reconciliare omnia in ipsum.*] Per ipsum, hoc est: ipse hanc nobis salutem operatus acquisivit. Ne verò existimes quòd ministri locum susceperit, inquit, *in ipsum*, hoc est, ipse sibiipsi homines reconciliavit. Atqui alibi dixit, quòd Deo reconciliavit. Communia igitur sunt Filio etiam quæ sunt Patris. Non dixit autem conciliare, sed, *reconciliare*, hoc est, reddere veluti debitum quoddam, quo olim obstrictus fuerit, ac perfectè pacem facere, ut non porrò illi simus infensi. Non enim conciliatio tantùm reddebatur, verumetiam modus reconciliationis, hoc est, occisio Filii, plurimùm valuit.

Pacificans per sanguinem crucis ejus.] Reconciliare, inimicitiam ostendit: pacem verò facere, bellum. Etenim nos & inimici eramus Deo, & hostes. Magnum igitur est reconciliare: at per seipsum, majus: & adhuc, per sanguinem: & adhuc majus, quòd per crucem, per mortem ignominiosam. Non enim legati instar, perorando reconciliavit, sed seipsum dando. Non dixit autem, *crucis*, & constitit: verùm adjecit, *ejus*; ne existimes cruceni aliquid per se posse. non enim simpliciter crux servavit, sed crux ipsius.

Sive quæ in terra, sive quæ in cœlis

αὐτῆς τῷ ἀφθαρσίᾳ, ὡς ἀπαρχή. Εἰ γὰρ καὶ ἄλλοι πρὸ τούτου ἀνέστησαν, ἀλλὰ πάλιν ἀπέθανον· αὐτὸς δὲ τῷ τελείᾳ ἀναστάσει ἀνέστη. Ὅρα δέ, σὺν ἐμοὶ πρωτότοκος, ὡς ἀπαρχὴ τῆς ἀναστάσεως, ὅτι ἡ παλιγγενεσία ἡ αὐτή· ἐκεῖ δέ, οὐκ ἀπαρχὴ τῆς κτίσεως, εἰ καὶ πρωτότοκος. ἡ γὰρ ὁ τῶν ὅλων θεὸς ὁ αὐτός. ἀλλ' ὁ μὲν ἐγεννήθη· ἡ δὲ κτίσις αὐτὸ τοῦτο κτίσις.

19 Ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι.] Τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, τουτέστιν, εἴπερ ἦν ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος, ἐκεῖ ἦκεν, οὐκ ἐνέργειά τις, ἀλλ' οὐσία. Οὐκ ἔχει δὲ ἄλλην εἰπεῖν αἰτίαν, εἰ μὴ τὴν εὐδοκίαν καὶ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ.

20 Καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτόν.] Δι' αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστιν· αὐτὸς ἐνεργήσας τὴν σωτηρίαν ταύτην ἡμῖν προεποιήσατο. Ἵνα δὲ μὴ νομίσῃς ὅτι χαμηλότερα τάξιν ἔλαβε, φησὶν, εἰς αὐτόν, τουτέστιν, αὐτὸς ἑαυτῷ τοὺς ἀνθρώπους κατήλλαξε. Καὶ μέντοι ἀλλαχοῦ εἶπεν, ὅτι τῷ Θεῷ κατήλλαξεν· ἄρα οὖν κοινὰ καὶ τοῦ Υἱοῦ τὰ Πατρός. Οὐκ εἶπε δέ, καταλλάξαι, ἀλλ', ἀποκαταλλάξαι, τουτέστιν, ἀποδοῦναι, ὡς ὀφείλόν τινα πάλαι χρεωστηθέντα, καὶ τελείως εἰρηνοῦσαι, ὥστε μηκέτι ἐχθραίνειν αὐτῷ. Οὐ γὰρ ἡ καταλλαγὴ μόνον ἀπεδόθη, ἀλλὰ καὶ ὁ τρόπος τῆς καταλλαγῆς, τουτέστιν, ἡ σφαγὴ τοῦ Υἱοῦ, τὰ μέγιστα ἴσχυσεν. "κ. ἀπεδόθη.

Εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ.] Τὸ μὲν καταλλάξαι, τὴν ἔχθραν δείκνυσι· τὸ δὲ εἰρηνοῦσαι, τὸν πόλεμον. Καὶ γὰρ ἡμεῖς καὶ ἐχθροὶ ἦμεν τῷ Θεῷ, καὶ πολέμιοι. Μέγα μὲν οὖν τὸ καταλλάξαι· τὸ δέ, καὶ δι' ἑαυτοῦ, μεῖζον· καὶ ἔτι τὸ, διὰ αἵματος· καὶ ἔτι τὸ, διὰ σταυροῦ, τοῦτ' ἔστιν ἀτίμου θανάτου. Οὐ γὰρ ῥήματα εἰπὼν, ὡς πρεσβυτὴς, κατήλλαξεν, ἀλλ' ἑαυτὸν "ἐκδόν. Οὐκ εἶπε δέ, τὸν σταυρὸν, καὶ ἔστι, ἀλλὰ προσέθηκε τὸ, αὐτοῦ, ἵνα μὴ νομίσῃς τὸν σταυρὸν δυνηθῆναί τι καθ' ἑαυτόν. ὁ γὰρ ἁπλῶς ὁ σταυρὸς ἔσωσεν, ἀλλ' ὅτι αὐτοῦ σταυρός. "κ. δόντος.

Εἴτε τὰ ὑπὸ τὴν γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς ὑψηλοῖς.]

οὐρανοῖς.] Τὰ μὲν ὅτι τ γῆς εἰκότως· ἕκαστος γὰρ καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐστασίαζε, καὶ πρὸς ἀλλήλους, καὶ πρὸς αὐτὸν ὃ τ ἀγγελικὸν ζῶν ἐχθροὶ ἦμεν. Τὰ δὲ ἐν οὐρανοῖς, πῶς; Ἀπέστησε ἡ γῆ τ οὐρανοῦ, καὶ σκηπτοπολεμωθέντες ἦσαν οἱ ἄγγελοι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, ὁρῶντες τ ἑαυτῶν δεσπότην ὑβριζόμενον· διὸ καὶ εἰς τιμωρίαν ἐπέμποντο, ὡς ὅτε τὸν Δαβὶδ, ὡς ὅτι τὴν Σοδομιτῶν, ὡς ὅτι τ κοιλάδος τὸν κλαυθμῶνος. Ὁ δὲ Υἱὸς τ ἀνθρωπον εἰς οὐρανὸν ἀγαγὼν, τ ἐχθρὸν, τ πολέμιον, καὶ τοῖς ἀγγέλοις ὅτι γῆς ἐποίησε φαίνεσθαι ἄδοντας, καὶ ἑκάστῳ τῶν πιστῶν παρεπομένους. Δοκεῖ δέ μοι καὶ ὁ Παῦλος διὰ τοῦτο ἁρπαγῆναι, ἵνα " διδαχθῇ πῶς ἄνθρωποι ἐν οὐρανῷ, καὶ ὅτι ὁ Υἱὸς ἐκεῖ ἀνελήφθη. Ἐν μὲν οὖν τοῖς ἐπιγείοις διπλῆ ἡ εἰρήνη, πρός τε τὰ ἐπουράνια, καὶ πρὸς ἑαυτά· ἐν δὲ τοῖς ἐπουρανίοις ἁπλῆ· πρὸς ἡμᾶς γὰρ λοιπὸν ἐσπείσαντο, καὶ χαίρουσιν ὅτι τῇ τῶν τοσούτων σωτηρίᾳ. Πῶς οὖν δι' ἀγγέλων λέγετε, Κολοσσαεῖς; προσάγεσθαι; τοσοῦτον γὰρ ἀπέχουσιν ἐκεῖνοι προσαγαγεῖν " ἡμᾶς, ὥστε καὶ ἐκπολεμωθῆναι ἦσαν ἡμῖν· καὶ εἰ μὴ ἐκεῖνος ἡμᾶς ἀπὸ τούτων κατήλλαξεν, οὐκ ἂν εἰρηνεύσαμεν.

21 Καὶ ὑμᾶς ποτε ὄντας ἀπηλλοτριωμένους καὶ ἐχθροὺς τῇ διανοίᾳ, ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς.] Εἶπεν ἀνωτέρω, ὅτι ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τοῦ σκότους ἦλθον· νυνὶ λέγει, ὅτι ἐχθροὶ ἦλθον τῇ διανοίᾳ, καὶ ὃ αὐτὸ λέγων, ἀλλ' ἵνα μὴ σκῆψιν ἀκούσας, νομίσῃς ἀναγκαῖον εἶναι, ἐπάγει ταῦτα, ἵνα δείξῃ ὅτι καὶ ἀναξίους ὄντας, καταλλαγῆς ἠξίωσεν. Ὁ μὲν γὰρ ἀνάγκην κακῶς πάσχων, ἐλεεῖσθαι ἄξιος· ὁ δὲ ἑκών, μισεῖσθαι. Ἡμᾶς οὖν, φησὶν, οὐκ ἄκοντας, οὐδὲ ἀναγκαζομένους, ἀλλ' ἑκόντας καὶ ἐθελουσίως ἀποπηδῶντας αὐτοῦ, καὶ ὅλως ἀναξίους ὄντας, ἀπεκατήλλαξε. Λέγει δὲ ταῦτα, ὑβρίζων τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐμπάθειαν, δεικνὺς ὅτι ἡ ἔχθρα πᾶσα οὐκ ἐκ τῶν ἄνω, ἀλλ' ἐξ ἡμῶν " ἔσχε τὴν ἀρχήν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἠθέλοντο, καὶ ὁ Θεὸς· ὑμεῖς δὲ οὐκ

sunt.] Quæ in terra quidem sunt, meritò: quilibet enim & secum ipse, & cum aliis dissidebat, & ipsi Angelicæ vitæ hostes eramus. Quæ verò sunt in cœlis, quomodo? Terra à cœlo discissa est, & hominibus hostes facti sunt Angeli, cùm viderent Dominum suum injuriâ affici: propterea & ad supplicium mittebantur, ut adversùs Davidem, ut adversùs Sodomitas, ut in valle ploratûs. Filius igitur hominem ad cœlos ducens, qui inimicus, qui hostis erat, etiam Angelos super terram concinentes conspici fecit, ac quemlibet fidelium comitantes. Videtur autem mihi & Paulus propterea raptus esse, ut doceretur quemadmodum homines essent in cœlo, & quòd Filius illuc susceptus sit. In rebus igitur terrestribus duplex pax est, & respectu cœlestium, & respectu suiipsorum: in cœlestibus verò simplex: nobiscum enim deinceps fœdus percusserunt, lætantúrque super tam multorum salute. Quî igitur per Angelos, ô Colossenses, dicitis vos reconciliari? Tantum enim abest ut illi nos reconciliarent, ut & inimici nobis fuerint: & nisi ille nos illis reconciliâsset, non habuissemus pacem. a 2 Reg. 24. Gen. 19.

21 *Et vos cùm essetis aliquando alienati, & inimici sensu, in operibus malis.*] Suprà dixit, nos sub potestate tenebrarum fuisse: nunc pergit affirmare, quòd mente ac sensu hostes fuerimus, non idem dicens, verùm, ne illa audiens, existimes necessitatem esse, infert hæc, ut ostendat quòd indignos etiam reconciliatione dignatus sit. Qui enim necessariò afflictionem malúmque sustinet, dignus est miseratione: qui verò sitâpte sponte, odium meretur. Nos igitur, inquit, non invitos, neque coactos, sed voluntarios, adeóque sponte ab eo resilientes, ac prorsus indignos, reconciliavit. Hæc autem dicit, quia cœlestium meminerat, innuens, quòd omnis inimicitia, non ex supernis, verùm ex nobis habuerit exordium: siquidem Angeli volebant, & Deus, vos autem noluistis. Pro-

pterea non dixit inimicos ſimpliciter, ſed, *abalienatos*, hoc eſt, non expectantes reditum. Inimici enim eratis *ſenſu*, ſive mente, hoc eſt, voluntate ac propoſito: neque hucuſque tantummodo malum extendebatur, verùm & *in operibus malis*, hoc eſt, & hoſtes eratis, & quæ hoſtium erant agebatis. Per hæc autem omnia indicat, quòd Angeli non potuerint neque perſuadere nobis, neque liberare à diabolo, quippe qui & ipſi inimici nobis eſſent, & nondum is ligatus eſſet qui nos detinebat. Chriſtus autem & fortem ligavit, & nobis ab eo deficere perſuaſit.

22 *Nunc autem reconciliavit in corpore carnis ſuæ per mortem.*] Rurſus reconciliationis modum ponit, nempe quòd in corpore: quomodo? flagriſne tantùm cæſus, vel colaphis verberatus? Non: verumetiam turpiſſimâ ſimul morte moriens.

Ut exhiberet vos ſanctos & immaculatos, & irreprehenſibiles coram ipſo.] Rurſus aliud beneficium ponit, & quod ſuprà recenſuit, cùm diceret: *Ei qui nos ſufficientes reddidit*: idem & nunc dicit. Non enim nos liberavit tantùm, inquit, à peccatis, verumetiam ſanctificationem nobis impertiit, non vulgarem, ſed coram ipſo valentem, & immaculatam, & irreprehenſibilem, ita ut à nobis ne miminâ quidem reprehenſione dignum quiddam tranſigatur.

23 *Si tamen permanetis in fide.*] Quia totum Filio attribuit, ut qui hæc ſuâ morte tranſegerit, ne dicant; In poſterum non eſt opus laboribus noſtris: ait, Neceſſum eſt, in fide perſeverare. Quare non ſegnes ſitis, neque relabamini.

Fundati & ſtabiles, & immobiles à ſpe Evangelii.] Quia aliquis permanere poteſt, & interim tamen concuti, infert, *fundati & ſtabiles*, hoc eſt, non concuſſi: nec hoc ſolùm, ſed ne permoti quidem. Nihil, inquit, grave à vobis poſtulo, ſed ne transferamini à Chriſto: ille enim eſt

ἀπηλλάγητε. διὸ οὐκ εἶπεν ἐχθραίνοντας ἁπλῶς, ἀλλ', ἀπηλλοτριωμένους, τῇ ἕξει, μηδὲ προσδοκωμένους ἐπάνοδον. ἐχθροὶ γὰρ ἦτε τῇ διανοίᾳ, τῇ ἕξει, τῇ προαιρέσει. καὶ οὐ μέχρι τούτου τὸ δεινὸν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς, τῇ ἕξει, καὶ ἐχθροὶ ἦτε, καὶ τὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπράττετε. Διὰ τούτων ἁπάντων δείκνυσιν, ὅτι οὐκ ἴσχυσαν οἱ ἄγγελοι οὔτε πεῖσαι ἡμᾶς, οὔτε ἀπαλλάξαι τοῦ διαβόλου, ἅτε ἐχθροὶ ὄντες, καὶ τοῦ κατέχοντος ἡμᾶς μήπω δεδεκότος. ὁ δὲ Χριστὸς καὶ ἔδησε τὸν ἰσχυρὸν, καὶ ἔπεισεν ἡμᾶς αὐτοῦ ἀποστῆναι. "χ. ἀποστῆναι.

22 Νυνὶ δὲ ἀπεκατήλλαξεν ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ διὰ τοῦ θανάτου.] Πάλιν τὸ εἶδος τῆς καταλλαγῆς πέφηνεν, ὅτι * ἐν τῷ σώματι· πῶς; ἆρα μαστιγωθεὶς μόνον, ἢ ῥαπισθείς; οὐχί· ἀλλὰ καὶ ἀποθανὼν τῷ αἰσχίστῳ θανάτῳ. *χ. ἐν σώματι.

Παραστῆσαι ὑμᾶς ἁγίους, καὶ "ἀμώμους, καὶ ἀνεγκλήτους κατενώπιον αὐτοῦ.] Πάλιν ἑτέραν εὐεργεσίαν πέφηνεν, ὅταν καὶ αὐτοτέρων εἶπε· Τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς, τοῦτο καὶ νῦν λέγων. οὐ γὰρ ἀπήλλαξέ, φησι, μόνον ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ καὶ ἁγιωσύνῃ ἐχαρίσατο, οὐ τῇ τυχούσῃ, ἀλλὰ τῇ ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ὃ ἄμεμπτον, καὶ ἀνέγκλητον, ὥστε μηδὲ μέχρι ψιλῆς κατηγορίας παραχθῆναί τι ἡμῶν. "χ. ἀμώμους.

23 Εἴγε ἐπιμένετε τῇ πίστει.] Επειδὴ τὸ ὅλον τοῦ Υἱοῦ τέθεικεν, ὡς καταρθώσαντος ταῦτα διὰ θανάτου, ἵνα μὴ εἴπωσιν, ὅτι λοιπὸν οὐδὲν πόνων ἡμετέρων, φησὶν, ὅτι χρεία δὲ ἐπιμεῖναι τῇ πίστει. ὥστε μὴ ῥᾳθυμήσητε, μηδὲ ἀναπέσητε.

Τεθεμελιωμένοι καὶ ἑδραῖοι, καὶ μὴ μετακινούμενοι ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τοῦ εὐαγγελίου.] Επειδή ἐστιν ἐπιμένειν μὲν, σαλευόμενον δὲ, ἐπιφέρει, τεθεμελιωμένοι καὶ ἑδραῖοι, τουτέστι, μὴ σαλευόμενοι· καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ μηδὲ μετακινούμενοι. Οὐδὲν φορτικὸν ὑμᾶς, φησιν, ἀπαιτῶ, ἀλλὰ τὸ μὴ μετακινηθῆναι ἀπὸ

ἀπὸ Χριστοῦ. Οὐδὲ γὰρ ὅστις ἡ ἐλπὶς τοῦ εὐαγγελίου, καὶ πάντες οἱ τὸ εὐαγγέλιον παραδεχόμενοι ἐπ' αὐτὸν ὀφείλουσιν ἐλπίζειν, ὡς " ἐμπνευσταπόστολα. Ὥστε ὁ ἀγγέλοις τὴν ἐμπιστεύων ὑπηρεσίαν, μεταστήσεται ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ. Ἐπὶ μὲν οὖν τὴν ἀρετὴν, οὐκ ἔστι μὴ σαλευθῆναι, κἂν μικρόν· ὅτι δὲ τὴν πίστεως, δυνατόν. Ὥστε οὐδὲν φορτικὸν ἀπαιτεῖ.

" χ. ἐμπνευσταπόστολα.

Οὗ ἠκούσατε τοῦ κηρυχθέντος ἐν πάσῃ τῇ κτίσει τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανόν.] Αὐτοὺς φέρει μάρτυρας πρώτους, εἶτα τὴν οἰκουμένην ἅπασαν. Καὶ οὐκ εἶπε, κηρυττομένου, ἀλλὰ, κηρυχθέντος, τουτέστι, πιστευθέντος ἤδη. Ὥστε αἰσχύνεσθε καὶ ἑαυτοὺς καὶ πάντας ἄλλους ἀνθρώπους, ἑτέρως " πιστεύοντες.

" χ. πιστεύσαντας.

Οὗ ἐγενόμην ἐγὼ Παῦλος διάκονος.] Καὶ τοῦτο εἰς ἀξιοπιστίαν " στενοτέραν τοῦ εὐαγγελίου, ὃ αὐτὸν Παῦλον τὸν κήρυκα. μέγα γὰρ ὂν αὐτοῦ ὄνομα, πανταχοῦ ἀνακεκραγός, καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν κατειληφώς λοιπόν. Διάκονον δὲ ἑαυτὸν εἶπεν, μᾶλλον αὐτοὺς σπουδῆσαι εἰς τὸ πεῖσαι. Οὐ γὰρ ἐμά, φησι, λέγω, ἀλλ' ἑτέρου διακονοῦ, τοῦ Θεοῦ δηλαδή. Ὥστε ἐκείνῳ πειθήσεσθε.

" χ. πεπιστευκότας.

" χ. πλέον.

24 Νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν.] Δοκεῖ μὲ ἀνακόλουθον εἶναι τοῦτο· ἔστι δὲ ἀκόλουθον σφόδρα. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὅτι διάκονος ἐγενόμην τοῦ εὐαγγελίου, ἵνα μὴ ἐκπέσοιμεν ὑμᾶς ἀξιοῖ, δείκνυσιν ὅτι τοσοῦτόν ἐστιν ἀληθὲς, ὥστε καὶ πάσχω ὑπὲρ τούτου· καὶ οὐ μόνον πάσχω, ἀλλὰ καὶ χαίρω ἐν τοῖς παθήμασι. Καὶ ἔστι παθήματα τοῦτα ὑπὲρ ὑμῶν ἐστιν, ἵνα ὑμᾶς ὠφελήσαι δυνηθῶ.

Καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ " ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου.] Δοκεῖ ἀλαζονικὸς καὶ ὑπερηφανημένος εἶναι ὁ λόγος· οὐκ ἔστι δὲ· ἀγαπᾷ καὶ πολλῆς γέμει τῆς πρὸς Χριστὸν φιλοστοργίας. Καὶ γὰρ βούλεται πεῖσαι αὐτοὺς, ὅτι ὁ Χριστὸς ἕνεκεν ἐκείνου ὑπὲρ αὐτῶν πάσχει, καὶ οὐ δι' ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους προσάγεσθε, ἀλλὰ δι' ἐκείνον, κἂν ἡμεῖς " ἐν τῷ μέσῳ ὦμεν. Ὥστε τί παίστε ἀποπηδῶντες

" χ. τοῦτο παθήμασι.

spes Evangelii, & quotquot amplectuntur Evangelium, in ipsum sperare debent, ceu eum qui pacem fecerit. Proinde qui Angelis pacem adscribit, à Christo est amotus. In virtute quidem fieri non potest ut non commoveatur, saltem aliquantulum: in fide autem, possibile est. Itaq; nihil grave postulat.

Quod audivistis, quod prædicatum est in universa creatura quæ sub cœlo est.] Colossenses primos profert testes, deinde universum terrarum orbem. Nec dixit, quod prædicatur, sed, *quod prædicatum est*, hoc est, quod jam creditum est. Itaq; pudore afficitis & vos, & omnes alios homines, si aliter creditis.

Cujus factus sum ego Paulus minister.] Atque hoc ad autoritatem Evangelii facit, Paulum ipsum esse præconem. Ingens enim ejus nomen erat; utpote qui apud omnes decantatus erat, atque jam terrarum orbem occupaverat. Ministrum autem seipsum dicens, magis eos ut credant compellit. Non enim mea, inquit, dico, sed alii ministro, Deo videlicet: itaque illi credetis.

24 *Nunc gaudeo in passionibus meis pro vobis.*] Videtur quidem hoc esse inconsequens, est autem consequens valdè. Postquam enim dixerat sese factum Evangelii ministrum, à quo non vult eos excidere, monstrat hoc adeò esse verum, ut pro hoc etiam patiar: nec solùm patior, inquit, verùm lætor etiam in afflictionibus. Afflictiones autem hæ meæ pro vobis sunt, ut vos iuvare queam.

Et adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea.] Videtur ostentatoris atque arrogantis hic sermo esse: atqui non est; enimvero multâ refertus est erga Christum dilectione. Nam eis vult persuadere, quòd Christus etiam pro iis hodie patiatur, & quòd per nos Apostolos non estis adducti, sed per illum, etiamsi nos ista faciamus. Quid igitur facitis resilientes ab eo, qui etiam post mortem

pro vobis pericula ſubeat? Quod verò ait, eſt hujuſmodi: Si adhuc deberet pati pro nobis Chriſtus, abjiſſet autem, nec reddidiſſet debitum, ego hoc reddo: quemadmodum ſi duce exercitûs abeunte, ſubimperator pro phalange dimicans, in illius locum conſtitutus, vulnera ipſius recipiat. Propterea & ὑστερήματα, hoc eſt, defectus, dixit, ut oſtendat, quòd exiſtimet ſe nondum omnia paſſum eſſe. Adeò, inquit, diligit vos, ut tanquam non ſufficiant priores paſſiones & afflictiones, poſt mortem etiam patiatur in meo corpore: nondum enim contentus eſt morte, ſed adhuc innumera facit. Non igitur ſeipſum attollens, Paulus hæc dicit, ſed monſtrare volens quòd Chriſtus etiamnum pro ipſis curam gerat.

Pro corpore ipſius, quod eſt Eccleſia.] Quia dixerat; etiam ſi ego patior, Chriſti tamen ſunt afflictiones, fidem huic ſermoni facit, inquiens, Pro corpore ejus hæc fiunt. Nolite igitur putare faſtuoſum eſſe ſermonem, verùm eum, qui non dedignatus eſt ſibi copulare Eccleſiam, credite etiamnum pro ipſa pati in carne mea. Si igitur corpus Chriſti Eccleſia eſt, eique conjuncta eſt, qui caput eſt, quomodo vos Angelos in medium profertis, diſſecatiſque unitatem?

25 *Cujus factus ſum ego miniſter.*] Oſtendit quòd nihil ipſe per ſeſe fecerit, ſiquidem miniſter eſt. Si autem ego ſum miniſter, quomodo Angelos producitis miniſtros?

Secundùm diſpenſationem Dei, quæ data eſt mihi in vos, ut impleam verbum Dei.] Diſpenſationem Dei, vel hoc dicit, quòd ipſe in cœlum aſſumptus nos hîc reliquerit prædicare verbum, ne vos tanquam derelicti deſperetis. Vel illud ait, quòd propter hoc maximè omnium diſpenſavit, ut ego eſſem perſecutor Eccleſiæ, ut fide dignus eſſem præco. Vel quia non opera quæſivit, neque virtutes, ſed

Ut ſciatis quomodo oporteat vos unicuique reſpondere.] Aliter diviti, & aliter pauperi. Illius enim animus, quippe infirmus, multâ condeſcenſione indiget: pauperis autem ſolidior eſt: quare poteſt etiam ferre, ſi gravius quadantenus cum eo agas. Si nulla neceſſitas urgeat, ne voces Græcum pollutum, neque contumelioſè eum inceſſas. Præterea, ſi ad principem adducaris, decentem ei honorem tribue. ſin de dogmate ipſorum interrogeris, dic
Act. 17. illud eſſe prophanum & impium. Paulus
Act. 13. 10. ſanè apud Athenienſes cum eorum laude loquitur: Elymæ autem maledicit, quia dignus erat.

7 *Quæ circa me ſunt omnia vobis nota faciet Tychicus.*] Hoc quoque ſapientiam indicat, non omnia Epiſtolis inſerere, ſed neceſſaria tantùm atque urgentia: primùm, ut eas non ſupra modum prolixas faciat: deinde, ut is qui proficiſcitur, habeat etiam quod recenſeat, atque hinc honoratior habeatur. Tertiò, oſtendit quónam erga ipſum affectu imbutus fuerit: non enim ei talia credidiſſet. Deinde, nonnulla habuit, quæ per literas palam fieri non oportuit.

Dilectus frater, & fidelis miniſter, & conſervus in Domino.] Si dilectus, omnia novit: ſi fidelis, non mentietur: ſi conſervus, particeps eſt tentationum.

φησι, χαριεντισμὸν ὁ λόγος ὑμῖν· πλὴν μὴ ἐις " ἀδιαφορείαν ἐκπιπτέτω καὶ ἔκλυσιν, ἀλλ' ἔστω καὶ σῦφων· τοῦτο γὰρ ὅ ἅλας δηλοῖ. μήτε πέρα τοῦ μέτρου ὑπήχθεις ἔσο, μήτε αὖ αὐστηρὸς· ὥσπερ τὸ βρῶμα, ἐὰν τε ἁλῶσαν ᾖ, ἀηδὲς ἔστιν· ἐὰν τε ἄλυτον, ἀπόβλητον ὅλως τῇ γεύσει, ἀμφοτέρως ὃ ἄβρωτον. Οὐχ ὁρᾷς τὸν Δανιὴλ πῶς ἀνθρώπων ἀσεβῆ θεραπεύει; οὐχ ὁρᾷς τοὺς τρεῖς παῖδας, ὡς οὐδὲν θρασὺ καὶ ἐπαχθὲς, ἀλλ' ἀνδρίαν καὶ παῤῥησίαν ἐπεδείκνυντο; ὃ γὰρ θρασυνόμενον, οὐκ ἔστι παῤῥησίας, ἀλλὰ κενοδοξίας.

Εἰδέναι πῶς δεῖ ὑμᾶς ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι.] Ἄλλως τὸν πλούσιον, καὶ ἄλλως τὸν πένητα. τοῦ μὲν γὰρ ἡ ψυχὴ, ὡς ἀσθενὴς, δεῖται συγκαταβάσεως πολλῆς· τοῦ δὲ πένητος στερροτέρα, διὸ καὶ δυνατὸν βασάζειν, κἂν ἐμβριθέστερόν αὐτὸν προσαγάγῃς. Μηδεμίας ὅσης ἀνάγκης, μὴ κακόν τι Ἑλληνα μιαρὸν, μηδὲ ἔσο ὑβριστής. Ἀλλὰ καὶ κἂν πρὸς ἄρχοντα εἰσαγάγῃς, τὰς προσηκούσας ὑμᾶς ἀπόνεμε· ἂν δὲ περὶ τοῦ δόγματος ἐρωτηθῇς, λέγε αὐτὸν μιαρὸν καὶ ἀσεβές. Ὁ Παῦλος Ἀθηναίοις μὲν μετὰ εὐφημίας ὁμιλεῖ· τὸν δὲ Ἐλύμαν κακολογεῖ· ἄξιος γὰρ ἦν.

7 Τὰ κατ' ἐμὲ πάντα γνωρίσει ὑμῖν Τυχικός.] Καὶ τοῦτο ἀπὸ σοφίας, τὸ μὴ πάντα ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς, ἀλλὰ τὰ ἀναγκαῖα καὶ καιρὸν ἔχοντα· πρῶτον μὲν ἵνα μὴ μακρὰς ταύτας ποιήσῃ· ἔπειτα ἵνα καὶ ὁ ἀπερχόμενος ἔχῃ τι διηγεῖσθαι, καὶ ἐντεῦθεν αἰδεσιμώτερος ᾖ. Τέλος, δείκνυσι πῶς πρὸς αὐτὸν διάκειται. οὐ γὰρ ἂν αὐτῷ τοιαῦτα ἐπίστευσεν. Ἔπειτα, ἵνα ἃ οὐκ ἔδει διὰ γραμμάτων δηλωθῆναι.

Ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς, καὶ πιστὸς διάκονος, καὶ σύνδουλος ἐν Κυρίῳ.] Εἰ ἀγαπητὸς, πάντα οἶδεν· εἰ πιστὸς, " οὐ ψεύσεται). Εἰ " χ. ἐλπ. σύνδουλος, κεκοινώνηκε τῶν πειρασμῶν.

8 Ὃν

8 Ον ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, ἵνα γνῷ τὰ περὶ ὑμῶν, καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν.] Ενεργῶν τὴν πρὸς αὐτοὺς ἀγάπην δείκνυσιν, εἰ γε διὰ τοῦτο αὐτὸν ἀπέστελλεν, ἵνα γνῷ τὰ αὐτῶν, οὐχ ἵνα τὰ αὐτοῦ ἀπαγγείλῃ αὐτοῖς, ἀλλ' ἵνα αὐτοὺς παρακαλέσῃ. Δείκνυσι δὲ αὐτοὺς ἐν πειρασμοῖς ὄντας, καὶ παρακλήσεως χρῄζοντας.

9 Σὺν Ονησίμῳ τῷ πιστῷ καὶ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ, ὅς ἐστιν ἐξ ὑμῶν.] Ονήσιμος οὗτος ἐστὶν ὁ τοῦ Φιλήμονος δοῦλος. Βαβαὶ δή, εἰς ἡλίκον μέλλει ἀξίωμα, ὥστε καὶ ἀδελφὸς εἶναι Παύλου. Καὶ Παῦλος δὲ οὐκ αἰσχύνεται τοῦ δούλου εἶναι ἀδελφός. Εγκώμιον δὲ τῆς πόλεως αὐτῶν, ὅ, ὃς ἐστιν ἐξ ὑμῶν, ἵνα καὶ ἐγκωμιάζωσιν ὡς τοιοῦτον προσενεγκόντες.

Γνωρίσουσι τὰ ὧδε.] Τουτέστι, τὰ δεσμά, καὶ τὰ ἄλλα τὰ κατέχοντά με. Εἰ γὰρ μὴ ταῦτα ἦν, ἦλθον ἂν πρὸς ὑμᾶς.

10 Ασπάζεται ὑμᾶς Αρίσταρχος ὁ συναιχμάλωτός μου.] Οὗτός ἐστιν ὁ ἀπὸ Ιεροσολύμων ἁρπασθεὶς μετ' αὐτοῦ. Μᾶλλον δὲ εἶπε τῶν προφητῶν ὁ Παῦλος, εἰ γε ἐκεῖνοι μὲν ξένους καὶ περιδήμους ἑαυτοὺς ἐκάλουν, οὗτος δὲ καὶ αἰχμάλωτον ἑαυτόν. καὶ γὰρ τῷ ὄντι καθάπερ αἰχμάλωτος, ὅπως ἤγετο καὶ ἐφέρετο, μᾶλλον δὲ καὶ χεῖρον. Τῶν μὲν γὰρ αἰχμαλώτων, ὡς οἰκείων κτημάτων, οἱ κεκρατηκότες ἐπιμελοῦνται· τοῦτον δέ, ὡς ἐχθρὸν καὶ πολέμιον πάντες ἦγον καὶ ἔφερον. Τοῦτο δὲ ἐκείνοις παράκλησις, εἰ γε ὁ διδάσκαλος ἐν τοιούτοις.

Καὶ Μάρκος ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα.] Καὶ τοῦτον ἐγκωμιάζει ἀπὸ τῆς συγγενείας. μέγας γὰρ ὁ Βαρνάβας.

Περὶ οὗ ἐλάβετε ἐντολάς, ἐὰν ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς, δέξασθαι αὐτόν.] Περὶ Βαρνάβα ἴσως ἔλαβον τὰς ἐντολάς, ὥστε δέξασθαι αὐτὸν μετὰ τιμῆς. Δυνατὸν δὲ στίξαι μὲν εἰς ὅ, ἐλάβετε ἐντολάς. Εἶτα ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ἀναγνῶναι

8 *Quem misi ad vos ad hoc ipsum, ut cognoscat quæ circa vos sunt, & ut consoletur corda vestra.*] Hîc quam erga ipsos habebat charitatem, indicat; siquidem ideo ipsum misit, ut res illorum cognoscat, non ut sua ipsis denunciet, sed ut eos consoletur. Ostendit autem eos tentationibus pressos esse, atque opus habere solamine.

9 *Cum Onesimo fideli ac dilecto fratre, qui est ex vobis.*] Onesimus iste est servus Philemonis. Papæ! ad quantam dignitatem pervênit, ut frater etiam Pauli sit! Paulus autem non pudefit frater esse servi. Cedit porrò in laudem urbis eorum, id quod ait, *Qui est ex vobis*, ut glorientur quòd talem protulerint.

Omnia quæ hîc aguntur, nota facient vobis.] Hoc est, vincula, aliáque me detinentia: si enim hæc non essent, venissem ad vos.

10 *Salutat vos Aristarchus concaptivus meus.*] Hic est qui unà cum ipso ab Hierosolymis est reductus. Majus autem quàm prophetæ Paulus dixit. nam illi sese hospites & peregrinos, hic verò & captivum seipsum nominat. Revera enim captivi instar tractabatur agebatúrque, imò pejùs. Nam captivorum, ut suarum possessionum, qui eos ceperunt, curam gerunt: hunc autem ceu inimicum & hostem omnes ducebant & tractabant. Hoc illis etiam in consolationem dicitur, quandoquidem præceptor eorum hujusmodi patiatur.

Et Marcus consobrinus Barnabæ.] Et hunc à cognatione commendat: magno enim in precio erat Barnabas.

De quo accepistis mandata, si venerit ad vos, suscipite illum.] De Barnaba forsan acceperant mandata, ut illum honorificè exciperent. Potes autem hîc punctum affigere post, *mandata accepistis*: deinde ab alio principio legere, *si venerit*

ad vos, ô Coloſſenſes, *ſuſcipite eum* honorificè.

11 *Et Jeſus qui dicitur Juſtus.*] Fortaſſe hic fuit Corinthius.

Qui ſunt ex circumciſione : hi ſoli ſunt cooperarii ad regnum Dei.] Cùm propriam cujuſque laudem dixiſſet, nunc communem etiam ponit : magnum enim videbatur ex Judæis eſſe. Quoniam autem captivitatis meminerat, ne dejiciat auditoris animum, deinceps excitat, inquiens, Cooperantur mihi in iis quæ ad regnum inducunt. Proinde qui ſocii ſunt captivitatis, erunt etiam participes regni. Divus autem Joannes Chryſoſtomus hunc ad modum legit, quaſi obſcurè notaſſet Judæos, inquiens, Qui ſunt ex circumciſione, hi ſoli : plures namque ex gentibus fuerunt.

Qui mihi fuerunt ſolatio.] Oſtendit ſeſe in magnis afflictionibus fuiſſe, eóſque magnos eſſe quoſdam, quippe qui Paulo conſolationi fuerint. Obſerva autem quomodo is qui captivum conſolatur, ſimul particeps eſſe regni prædicetur cum eo. Eos igitur qui propter Chriſtum affliguntur, redimere oportet.

12 *Salutat vos Epaphras, qui ex vobis eſt, ſervus Chriſti.*] Et in principio Epiſtolæ, & nunc ipſum commendat, ut veluti amantem ipſos redament, ac libenter eum audiant, ſi quid doceat. Præceptorem enim in honore eſſe, in commoditatem diſcipulorum cedit, obtemperantium ei in iis quæ dicit. Ingens autem ejus præconium eſt, ſervum eſſe Chriſti. Gloria igitur veſtra eſt ille, utpote qui cùm talis ſit, ex vobis ſit oriundus.

Semper ſolicitus pro vobis in orationibus.] Non ſimpliciter orans, ſed ſolicitus ac tremens pro vobis, non nunc ſolùm, ſed ſemper.

Ut ſtetis perfecti.] Tacitè eos mordet ceu imperfectos. Claudicabant enim omnino in dogmate de angelis. Quia

ὅ, ἐὰν ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς, ὦ Κολοσσαῆς, δέξασθε αὐτὸν σπουδαίως.

11 Καὶ Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Ἰοῦστος.] Ἴσως Κορίνθιος ὢν τυγχάνει.

Οἱ ὄντες ἐκ περιτομῆς, οὗτοι μόνοι συνεργοὶ εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.] Εἰπὼν ὅτι ἰδιάζον "ἐκάστῳ ἐγκώμιον," χρησάμενος τῷ κοινῷ πάθει. μέγα γὰρ ἐδόκει τὸ ἐκ Ἰουδαίων εἶναι. Ἐπειδὴ οὖν αἰχμαλωσίας ἐμνήσθη, ἵνα μὴ καταπέσῃ τὴν τοῦ ἀκούοντος ψυχήν, ἀφανίσας λοιπὸν, εἶπεν, ὅτι συνεργοῦσί μοι ἐν τοῖς εἰς βασιλείαν εἰσάγουσιν. Ὥστε τῆς αἰχμαλωσίας κοινωνοῦντες, καὶ τῆς βασιλείας κοινωνήσουσιν. Ὁ γὰρ μακάριος Ἰωάννης, οὕτως αἰνίττω, ὡς ἀμυδρῶς προσήκατο, οἱ ὄντες ἐκ περιτομῆς, οὗτοι μόνοι. οἱ γὰρ πλείους ἐξ ἐθνῶν ἦσαν.

Οἵτινες ἐγενήθησάν μοι παρηγορία.] Δείκνυσι καὶ ἑαυτὸν ἐν μεγάλαις κακώσεσι, καὶ τυπτόμενος μεγάλους ἴσως, εἴγε Παύλῳ παρηγορία γεγόνασι. Ὅσα δὲ πῶς τις ἐν δεσμοῖς ὄντα παρηγορῶν, κοινωνὸς αὐτῷ τῆς βασιλείας ἀναφαίνεται. Ὥστε δεῖ τοὺς κακουχουμένους δι' Χριστὸν παρρησιάζεσθαι.

12 Ἀσπάζεται ὑμᾶς ὁ Ἐπαφρᾶς, ὁ ἐξ ὑμῶν, δοῦλος Χριστοῦ.] Καὶ ἐν ἀρχῇ τῆς ὑποτολῆς, καὶ νῦν αὐτὸν συνίστησιν, ἵνα ὡς ἀγαπῶντα ἀγάπωσιν αὐτὸν, καὶ ἡδέως ἀκούωσιν αὐτοῦ, εἴπερ διδάσκει. Τὸ γὰρ αἰδέσιμον τοῦ διδάσκοντος, ὠφέλεια τῶν μαθητῶν, πειθομένων αὐτοῦ ὅ λέγει. Μέγα οὖν αὐτοῦ ἐγκώμιον ὅ, δοῦλον εἶναι Χριστοῦ. Δόξα οὖν ὑμῶν ἐστι τοιοῦτος ὤν, "ὡς ἐξ ὑμῶν γενόμενος." "κ. ἀπ.

Πάντοτε ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὑμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς.] Οὐχ ἁπλῶς θρηνῶν, ἀλλ' ἀγωνιῶν καὶ τρέμων ὑπὲρ ὑμῶν, οὐ νῦν μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντοτε.

Ἵνα σταθῆτε τέλειοι.] Δάκνει αὐτοὺς ῥῆμα, ὡς ἀτελεῖς ὄντας. Ἐσκάζον γὰρ πάντως περὶ τὸ δόγμα τὸ περὶ τῶν ἀγγέλων λόγου.

λόγου. Επεὶ ὃ ἔνι τέλειον μὴ εἶναι, μὴ ἑστάναι ὀρθὸν, ὥσπερ ὅταν τις πάντα μὴ εἰδῇ, μὴ ἑστήκοι ὀρθὸς βεβαίως, διὰ τοῦτό φησιν, ἵνα ἦτε τέλειοι, ἔν τε τοῖς δόγμασι δηλαδὴ, καὶ ἐν τῷ βίῳ.

Καὶ πεπληρωμένοι ἐν παντὶ θελήματι τοῦ Θεοῦ.] Τουτέστιν, ἵνα μηδὲν ἄλλο θέλημα πάσχητε, ἢ ὃ τοῦ Θεοῦ· τοῦτο γὰρ ὃ πεπληρῶσθαι καὶ ὃ τετελεῖσθαι. Δείκνυσι δὲ αὐτοῖς ἔχειν τούτων, ὃ μὲν πεῖραν, ὃ δὲ ὑστεροῦντας.

13 Μαρτυρῶ γὰρ αὐτῷ, ὅτι ἔχει ζῆλον πολὺν ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ τῶν ἐν Ιεραπόλει.] Αμφότερα ὑπερβάσεως, καὶ ζῆλον, καὶ πολύ. Σωίζησι δὲ αὐτὸν καὶ τοῖς Λαοδικεῦσι, καὶ τοῖς Ιεραπολίταις· πάντως γὰρ ἡ ὑπιστολὴς ἀναγνωσθησομένης, ἤκουσάν ἂν καὶ περὶ τούτου.

14 Ασπάζεται ὑμᾶς Λουκᾶς ὁ ἰατρὸς ὁ ἀγαπητὸς.] Λουκᾶς ἐστὶν ὁ εὐαγγελιστής ὅστις, ὃ μέγα ἐγκώμιον ὃ ἀγαπητὸν εἶναι Παύλου. Οὐ τοῦτον δὲ καταμεμψιμοιρῶν, ὑστερον τέθεικεν, ἀλλὰ τὸν Επαφρᾶν πρὸς τοὺς συμπολίτας σεμνύων. Εικὸς δὲ, εἶναι καὶ ἄλλους καλουμένους τὸ ὄνομα τοῦτο.

Καὶ Δημᾶς.] Οὔπω γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἐγκατέλιπε τὸν διδάσκαλον.

15 Ασπάσασθε τοὺς ἐν Λαοδικείᾳ ἀδελφούς.] Ορα πῶς αὐτοὺς συγκολλᾷ, καὶ στυράπτει ἀνηκόοις.

Καὶ Νυμφᾶν, καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτοῦ ἐκκλησίαν.] Μέγας ἄρα ὁ ἀνὴρ, ὅτι καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ πάντα πιστοὺς εἶχεν, ὥστε καὶ ἐκκλησίαν * καλεῖσθαι. διὰ τοῦτο καὶ χαρίζεται αὐτῷ Παῦλος, ἰδίᾳ προσαγορεύων αὐτόν. Ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ διὰ τοὺς ἄλλους εἰς τὸν αὐτὸν ἐρεθίσαι ζῆλον, ἵνα εἰ μιμήσοιεν καὶ αὐτοὶ τιμᾶσθαι, μιμήσωνται Νυμφᾶν.

* αὐτὸν.

16 Καὶ ὅταν ἀναγνωσθῇ παρ' ὑμῖν ἡ ὑπιστολὴ, ποιήσατε ἵνα καὶ ἐν τῇ Λαοδικέων ἀναγνωσθῇ, καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας ἵνα ὑμεῖς ἀναγνῶτε.] Εμοὶ δοκεῖ εἶναί τινα τῶν γραφέντων ἐν ταύτῃ, τὸ potest quispiam esse perfectus, nec stare tamen, quemadmodum cùm aliquis omnia noverit, non consistat tamen firmiter; propterea dicit, *Ut stetis perfecti*, videlicet & in doctrina, & in vita.

Et pleni in omni voluntate Dei.] Hoc est, ut nullam aliam voluntatem faciatis, præter divinam: hoc enim est completum & perfectum esse. Ostendit autem per hæc, eos partim habere quiddam, partim etiam illis aliquid deesse.

13 *Testimonium enim illi perhibeo, quòd habeat zelum multum pro vobis, & pro iis qui sunt Laodiceæ, & qui Hierapoli.*] Utraque exaggerationem habent, cùm quòd *zelum* dicit, tum quòd *multum*. Commendat autem eum Laodicensibus & Hierapolitanis: omnino enim perlectâ Epistolâ, de eo audirent.

14 *Salutat vos Lucas medicus dilectus.*] Lucas iste Evangelista est, cujus non exiguum est encomium, eum esse Paulo dilectum. Neque hunc aliis postposuit, ut eum imminueret, verùm ut Epaphram apud concives magni faceret. Verisimile est autem alios etiam hoc nomine vocatos fuisse.

Ac Demas.] Nondum enim, ut videtur, magistrum reliquerat.

15 *Salutate fratres qui sunt Laodiceæ.*] Animadverte quî eos conglutinet ac copulet inter se mutuò.

Et Nymphan, & quæ in domo ejus est Ecclesiam.] Magnus hic vir fuit, qui domum suam totam fidelem habuerit, adeò ut Ecclesia vocaretur: propterea & gratificatur ei Paulus, seorsim eum salutans. Facit autem hoc, ut & alios ad consimilem zelum provocet, ut si & ipsi honorari velint, Nympham hunc imitentur.

16 *Et cum lecta fuerit apud vos Epistola hæc, facite ut & in Laodicensium Ecclesia legatur, atque ut vos Laodicensium Epistolam legatis.*] Juxta meam sententiam fuerunt nonnulla in hac scripta,

quæ oportebat eos audire, ac rursum in illa quæ necessum erat hos discere. Major enim est commoditas, quando aliis accusatis, alii sua peccata agnoscunt. Quæ verò fuit Epistola ex Laodicea? Ad Timotheum prima: nam ista ex Laodicea scripta est. Quidam autem ajunt, quòd ea fuerit quam Paulo Laodicenses miserint: verum haud scio quid illa ipsis emolumenti ad emendationem adferre potuerit.

17 *Dicite Archippo,*] Cur non scribit ad ipsum? Fortasse, quòd exiguâ tantùm commonefactione, non longis literis opus habebat.

Vide ministerium quod accepisti in Domino, ut illud impleas.] Hoc verbum ubique perterrefacit: *Videte ne quis vos deprædetur*; *Videte ne potestas vestra hæc.* Consimilem ad modum hîc: Vide, ut impleas opus quod accepisti in Domino, hoc est, per Dominum: ipse namque tibi dedit, non ego. Quale autem erat opus? Ut Colossensibus prospiceret, eósque curaret & observaret. Duo autem adstruit per hoc quod dicit, *In Domino:* nempe & ipsum diligentiorem facit, ut illud perficiat, veluti herile opus; & illos huic subiicit, ut cui à Deo ipsi sint commissi. Omnino enim propterea scripsit eis, *Dicite Archippo:* ut quando ipsos objurget Archippus, non accusent ipsum, tanquam amarulentum, nimirum agnoscentes quòd Pauli hoc sit mandatum, & quòd ipsorum os Archippo dixerit quæ Paulus ei nunciaverit. Ut igitur illorum ora obstruat, Paulus artificiosè hoc fecit: quandoquidem alioqui absurdum erat discipulis de præceptore disputare.

18 *Memores estote vinculorum meorum.*] Hoc est, meî memoriam facite, qui vinctus sum & condemnatus. Hæc autem maxima est eis consolatio adversùs quamvis afflictionẽ, meminisse Pauli vincti.

Gratia vobiscum. Amen.] Hâc præsente, etiamsi afflictiones habueritis & vin-

ἀ' κἀκείνους ἔδῃ ἀκουσαι· ℭ αὖ ὡς ἐκείνη, ἀ' τούτοις ἐχρῆν μαθεῖν. Μείζων γὰρ ἡ ὠφέλεια, ὅταν ἑτέρων ἐγκαλυμμένων, ἕτεροι τὰ οἰκεῖα ἁμαρτήματα ἐπιγινώσκωσι. Τίς δ' ἦν ἡ ἐκ Λαοδικείας; ἡ πρὸς Τιμόθεον πρώτη. αὕτη γὰρ ἐκ Λαοδικείας ἐγράφη. Τινὲς δέ φασιν, ὅτι ἦν οἱ Λαοδικῆς Παύλῳ ἐπέστειλαν. ἀλλ' οὐκ οἶδα τί ἂν ἐκείνης ἔδῃ αὐτοῖς πρὸς βελτίωσιν.

17 Εἴπατε Ἀρχίππῳ,] Τίνος ἕνεκεν οὐ γράφει πρὸς αὐτόν; ἴσως, διὰ φιλῆς μίμνης ὑπομνήσεως, οὐ πολλῶν γραμμῶν ἐδεῖτο.

Βλέπε τὴν διακονίαν ἣν παρέλαβες ἐν Κυρίῳ, ἵνα αὐτὴν πληροῖς.] Φοβοῦντός ἐστι τὸ ῥῆμα τοῦτο πανταχοῦ, Βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν· Βλέπετε μήπως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη. ὅτῳ γὰρ ἐνεργεῖ, Βλέπε ὅπως πληροῖς τὸ ἔργον ὃ παρέλαβες ἐν Κυρίῳ, τουτέστι, διὰ Κυρίου· αὐτὸς γάρ σοι ἔδωκεν, οὐκ ἐγώ. Ποῖον δ' ἦν τοῦτο ἔργον; τὸ τοὺς Κολοσσαεῖς ἐφορᾶν. Δύο δ' κατασκευάζῃ διὰ τοῦ εἰπεῖν, ἐν Κυρίῳ· ἐκεῖνόν τε σπουδαιότερον πρὸς ἔργον τὸ αὐτοῦ αὐτὸν, ὡς θεσπέσιον ἔργον· κἀκείνους ὑποτάττῃ αὐτῷ, ὡς ὧν τοῦ Θεοῦ ἐγχειρισθέντι αὐτοῖς. Καὶ ὅλως γὰρ διὰ τοῦτο "γράφει αὐτοῖς, Εἴπατε Ἀρχίπ- "κἀκεῖ. πῳ· ἵνα ὅταν ὑβριστὴς Ἀρχίππος αὐτοῖς, μὴ ἔχωσιν ἐγκαλεῖν ἐκείνῳ, ὡς πικρῷ, ἅτε γινώσκοντες ὅτι Παύλου τοῦτο ἐστιν ὑπίταγμα, ℭ τὸ αὐτοῦ στόμα πρὸς τὸν Ἀρχίππον εἶπεν, ἃ Παῦλος αὐτῷ ἐμήνυσεν. Ἵνα τοίνυν ὑπισχνίσῃ αὐτοῖς, θυμοδόκως τοῦτο Παῦλος ἐποίησεν, ἐπεὶ ἄλλως ἄτοπον τοῖς μαθηταῖς περὶ τοῦ διδασκάλου διαλέγεσθαι.

18 Μνημονεύετέ μου τῶν δεσμῶν.] Ἀντὶ τοῦ, μείζων μου ποιεῖτε, τοῦ δεδεμένου, τοῦ κατακρίτου. Μεγίστη δ' παράκλησις αὐτοῖς "ἐν πάσῃ θλίψει, τὸ μνημο- "χ. σὺν νεύειν Παύλου δεδεμένου.

Ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν. Ἀμήν.] Ταύτης πρόσης, κἂν θλίψεις ἔχητε, κἂν δεσμά,

δεσμά, σὺν ὑμῖν κατηχύσῃ. ἐπεὶ καὶ τοῦτο χάριτος, τὸ δεδέσθαι. Ὑπέστρεφον γάρ, φησιν, ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου, χαίροντες ὅτι κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ. Ὁρᾷς ὅτι καταξιωθῆναι ὅτι τὸ ὑβρισθῆναι; Καὶ ὄντως μέγα ἀξίωμα τοῦτο. Γένοιτο οὖν κἀ ἡμῖν τοῖς ἀναξίοις ἀξιωθῆναι τῆς θείας χάριτος ἐν τοῖς θλίψεσιν, ὡς ἂν διαβαστάζοντος ταύτης τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν, εἰς ὠφέλειαν ἡμῖν αὐτὰ γινομένην, τὸ πολὺ πάχος τῶν ἁμαρτιῶν ἐκπτέζουσαν, εἰς δόξαν Πατρὸς, Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

cula, nihil adversùm vos poterit. Nam & hoc ipsum in vinculis teneri, gratiæ est. *Revertebantur enim*, inquit, *à carcere gaudentes, quòd digni judicati essent contumeliâ affici, pro nomine Christi.* Viden' dignitatem & honorem esse, contumeliâ affici? Ac revera magna hæc est dignitas. Contingat igitur & nobis indignis, divinâ gratiâ dignos judicari in afflictionibus, ut hâc imbecillitatem nostram supportante, ad commoditatem istæ nobis cedant, multam peccatorum nostrorum crassitiem expellentes, in gloriam Patris, Filii, sanctíque Spiritûs. Cui honor in secula seculorum. Amen.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ
ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ ΠΡΩΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

THEOPHYLACTI
BVLGARIÆ ARCHIEPISCOPI
EPISTOLÆ PRIMÆ DIVI PAULI AD THESSALONICENSES EXPOSITIO.

ΚΕΦ. α.

ΠΑῦλος καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος.] Πρὸς Θεσσαλονικεῖς ὁ Ἀπόστολος Παῦλος γράφων, ἑαυτῷ συνυπάπτει καὶ Τιμόθεον. Ἐφεσίοις δὲ ὑπιστέλλων οὐχ οὕτω ποιεῖ, καίτοι γινωσκομένου αὐτοῖς Τιμοθέου. Ἐμοὶ δοκεῖ ὅτι πρὸς μὲν Ἐφεσίους ἔμελλεν αὐτὸν πέμπειν θᾶττον, καὶ περιττὸν ἦν δημιουργὸν τῆς ἐπιστολῆς ἀναχρύπτειν τοῦτον καταλιπόμενον. Ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, διὰ τὸ ἐπανεληλυθέναι ἤδη ὁ Τιμόθεος ἀπὸ Θεσσαλονίκης· ὥστε εἰκότως ἑαυτῷ τοῦτον συνυπάπτει. Περιπάπτει δὲ Τιμοθέῳ

CAP. I.

Paulus & Silvanus & Timotheus.] Paulus Apoſtolus ad Theſſalonicenſes ſcribens, ſibiipſi conjungit etiam Timotheum: Epheſiis autem ſcribens, non ſic facit, etſi illis cognitus eſſet Timotheus. Mihi quidem ideo feciſſe hoc videtur, quòd ſtatim ad Epheſios ipſum miſſurus eſſet: ſupervacuum autem erat Epiſtolæ conditorem, eum qui hanc mox eſſet ſubſequuturus, prædicare. Hìc autem non ſic ſe res habet: verùm reverſus jam erat Timotheus à Theſſalonica: meritò igitur ſibiipſi hunc conjungit. Præponit autem Timotheo

Timotheo Silvanum, Timotheo fortaſſis iſtud præ humilitate ſuâ poſtulante, imitatus nimirum præceptorem Paulum, qui diſcipulos ſuos ſibi connumerat. Neque autem Apoſtolum, neque ſervum ſecundùm conſuetudinem ſuam Apoſtolus hîc ſe appellat, eò quòd novitii erant, necdum ſufficientem ejus experientiam acceperant. Non igitur eum dignitatis ſuæ meminiſſe oportebat.

Eccleſiæ Theſſalonicenſium.] Etſi pauci eſſent Theſſalonicenſes, & nondum firmi conſtitiſſent, Eccleſiam tamen eos appellat, vel ipſo nomine animum illis addens: quandoquidem plerunque Eccleſiæ nomen multitudinem ſignificat.

In Deo Patre & Domino Jeſu Chriſto.] Quia & Græcæ, & Judaïcæ fuerunt Eccleſiæ, hanc ab illis diſtinguens dicit, *quæ eſt in Deo Patre.* Præclara autem dignitas eſt, in Deo eſſe. Si enim quiſquam peccati fuerit ſervus, non eſt in Deo. Obſerva hîc præpoſitionem (*in*) Patri ac Filio tribui.

Gratia vobis & pax.] Optat eis, ut in divinis donis promoveant: ſed tamen ut, non erga ſe mutuò inflati, pacem habeant.

2 *Gratias agimus Deo ſemper pro omnibus vobis,*] Statim poſt encomium proœmium auſpicatur. Nam per hoc quòd pro ipſis gratias agat Deo, indicat operatos ipſos eſſe talia, quorum causâ Deus glorificetur. Simul autem humiliter ſapere docet, tanquam Deus omnia operetur.

Memoriam veſtrî facientes in orationibus noſtris.] Quòd gratias agit Deo, iſthuc eſt propter virtutes eorum: quòd verò meminerit eorum in precationibus ſuis, charitatis eſt.

3 *Sine intermiſſione memores.*] Non ſolùm, inquit, in orationibus meis veſtrî recordor, verùm & aliàs ſemper. Iſtud autem vehementis charitatis eſt indicium.

Operis fidei veſtræ.] Hoc eſt, conſtantiæ veſtræ. Iſtud enim eſt opus fidei, firSιλουανὸν, ἴσως αἰτησαμένου τοῦτο Τιμοθέου διὰ ταπεινοφροσύνην, ἅτε μιμούμενος τὸν διδάσκαλον Παῦλον, ὃς τοὺς μαθητὰς ἑαυτῷ συγκαταριθμεῖ. Οὔτε γὰρ ἀπόστολον, οὔτε δοῦλον, κατὰ τὸ ἔθος, ἑαυτὸν ὁ Παῦλος ὀνομάζει καλῶς, διότι νεοκατήχητοι ἦσαν, καὶ οὐδέπω αὐτοῖς ἱκανὴν πεῖραν ἔλαβον. Οὐκ οὖν ἔδει τοῦ ἀξιώματος αὐτοὺς μνημονεύειν.

Τῇ ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων.] Εἰ καὶ ὀλίγοι ἦσαν οἱ Θεσσαλονικεῖς, καὶ οὐδέπω στερεωθέντες, ὅμως ἐκκλησίαν αὐτοὺς καλεῖ, προσαναπληρῶν καὶ οἰκοδομῶν ὅτι πλῆθος ὡς τὰ πολλὰ σημαίνει τὸ τῆς ἐκκλησίας ὄνομα.

Ἐν Θεῷ Πατρὶ καὶ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ.] Ἐπειδὴ ἦσαν καὶ Ἑλληνικὴ καὶ Ἰουδαϊκὴ ἐκκλησία, ἀποδιαστέλλων αὐτοὺς ἐκείνων, φησὶ, τῷ ἐν Θεῷ Πατρί. Μέγα γὰρ ἀξίωμα τὸ, ἐν Θεῷ εἶναι. Εἴπερ γὰρ ἁμαρτίας "ὅστις δοῦλος, οὐκ "κ. ὄκα.
ἔστιν ἐν Θεῷ. Σημείωσαι δὲ τὸ, ἐν, ὅτι Πατρὸς καὶ Υἱοῦ κείμενον.

Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη.] Ἐπεύχεται αὐτοῖς ἵνα * ὅτι πλέον προκόψωσιν * μ.
ἐν τοῖς θείοις χαρίσμασιν, ἀλλὰ καὶ εἰρήνην ἔχωσι, μὴ φυσιούμενοι καθ' ἑαυτῶν.

2 Εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ πάντων ὑμῶν.] Εὐθέως ἀπὸ ἐγκωμίου τὸ προοίμιον. Τῷ γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν εὐχαριστεῖν τὸν Θεὸν, δείκνυσιν αὐτοὺς "κατορθωκότας τοιαῦτα, ἐξ ὧν δοξάζεται "κ. ἐπαχ-
ὁ Θεός. ἅμα δὲ καὶ ταπεινοφροσύνην διδάσκει, ὡς τοῦ Θεοῦ τὸ πᾶν ἐργαζομένου.

Μνείαν ὑμῶν ποιούμενοι ἐπὶ τῶν προσευχῶν ἡμῶν.] Τὸ μὲν εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, ἀπὸ τῶν κατορθωμάτων αὐτῶν· τὸ δὲ μεμνῆσθαι ὅτι τῶν προσευχῶν, τῆς πρὸς αὐτοὺς ἀγάπης.

3 Ἀδιαλείπτως μνημονεύοντες ὑμῶν.] Οὐ μόνον, φησὶν, ὅτι τῶν προσευχῶν μου μέμνημαι ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ ἀλλοτε πάντοτε. Τοῦτο δὲ τῆς διατεταμένης αὐτοῦ ἀγάπης δεῖγμα.

Τοῦ ἔργου τῆς πίστεως.] Τουτέστι, τῆς ὀρθοδόξου ὑμῶν. τοῦτο γὰρ ἔργον πίστεως,

ὃ

ὃ φερῶς ἱσαλῆ, ἀλλὰ ὃ λόγοις μόνον αὐχῆν τὴν πίσιν.

Καὶ τὸν κόπου τ̃ ἀγάπης.] Ποῖος κόπος ὃ ἀγαπᾶν; ὃ μὲν ἁπλῶς, οὐδὲ εἷς· τὸ δὲ γνησίως, πολὺς κόπος. Ὅταν γὰρ τις ὑπὲρ τ̃ ἀγαπωμένου πᾶν ὑπομένῃ, πῶς οὐ κόπος; Καὶ Θεσσαλονικεῖς οὕτω πολλὰ ἔπαθον ὑπὲρ τὴν πρὸς τ̃ Παῦλον ἀγάπην, ὡς μαθήσῃ ἐκ τ̃ βιβλίου τ̃ Πράξεων.

Καὶ τ̃ ὑπομονῆς τ̃ ἐλπίδος τ̃ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Πολλοὺς, φησὶν, ὑπεμείνατε καὶ μακρὰς πρασμοὺς· ὑπεμείνατε δὲ τῇ ἐλπίδι ῥωννύμενοι. Μετὰ πληροφορίας γὰρ ἐπίστευον τοῖς ἀποκειμένοις ἐπάθλοις· ἐπεὶ καὶ ὁ Θεὸς συνεχώρ ἐν ἀρχῇ πρασάζεσθαι, ἵνα μήτις εἴπῃ, ὅτι ἁπλῶς καὶ κολακείᾳ ὃ κήρυγμα συνίστατο, καὶ δηλῇ, ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνη πρᾶξίν ἐστιν, ἀλλὰ τ̃ Θεοῦ δύναμις ἐστὶν ἡ τὰς ψυχὰς πείθουσα.

Ἔμπροσθεν τ̃ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν.] Διχῶς τοῦτο νοήσῃς· ἢ, μνημονεύοντες ἔμπροσθεν τ̃ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν· ἢ, τοῦ ἔργου τ̃ πίστεως, ὃ ὄντος ἔμπροσθεν τ̃ Θεοῦ. Μὴ γὰρ νομίσητε ὅτι ἀκερδῶς "ἢ. ποιεῖτε." πονεῖτε, ἀλλὰ πάντα ἔμπροσθέν ἐστι τ̃ Θεοῦ. ὥστε καὶ τοὺς μισθοὺς ἀποδώσει.

4 Εἰδότες, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι, "ἢ. ὑπὸ τ̃ Θεοῦ." ὑπὸ Θεοῦ τ̃ ἐκλογὴν ὑμῶν.] Μνημονεύομεν, φησὶν, ὑμῶν, διότι οἴδαμεν ὅτι ἐκλελεγμένοι ἐστὲ ὑπὸ τ̃ Θεοῦ· ἐξελέγητε γὰρ εἰς τ̃ πίστιν ὑπὲρ τοὺς πολλούς. Καὶ πόθεν τοῦτο δῆλον, ὦ Παῦλε; ἄκουε, φησὶ, τ̃ ἑξῆς.

5 Ὅτι ὃ εὐαγγέλιον ἡμῶν οὐκ ἐγενήθη πρὸς ὑμᾶς ἐν λόγῳ μόνον.] Ἐκ τούτου, φησὶ, δῆλον ὅτι ἐκλεκτοί ἐστε, ἐκ τοῦ τ̃ Θεὸν ὃ κήρυγμα ἐν ὑμῖν δοξάσαι. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ὅπως ἐκηρύξαμεν, ἀλλὰ καὶ σημεῖα ἐγένοντο, τοῦ Θεοῦ πάντως βουλομένου ὑμᾶς πιστεῦσαι, ὡς ἐκλεκτοὺς αὐτ̃ καὶ προωρισμένους.

Ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει.] Τουτέστιν, ἐν

miter consistere, & non solis verbis in fide gloriari.

Et laborem charitatis.] Qualis autem labor est diligere? Si simpliciter diligas, nullus est. Sin germanè, multus est labor. Quando enim quispiam ob dilectum sibi quidvis sustinuerit, quo pacto labor non erit? Thessalonicenses autem propter charitatem, quâ Paulum prosecuti sunt, multa perpessi erant, ut discès ex Act. 17. Actorum libro.

Et sustinentiam spei Domini nostri Jesu Christi.] Multas, inquit, & longas tentationes sustinuistis. Sustinuistis autem spe roborati. Cum certitudine enim credebant repositis præmiis. Deus enim in principio tentari eos permittebat, ne quis diceret, quòd simpliciter & per adulationem Evangelii prædicatio constaret, útque monstretur non esse humanam istam persuasionem, verùm Dei potentiam quæ animabus persuadebat.

Ante Deum & patrem nostrum.] Bifariam hoc intelliges: vel, recordantes ante Deum, sivè coram Deo & patre nostro: vel, operis fidei vestræ, quod est antè Deum. Ne enim existimetis quòd sine lucro laboratis, cæterùm omnia sunt coram Deo: itaque & mercedem reddet.

4 *Scientes, fratres dilecti, à Deo electionem vestram.*] Meminimus, inquit, vestrî, eò quòd sciamus vos esse electos à Deo: electi enim estis ad fidem præ multis aliis. Unde verò hoc liquet, dive Paule? Audi, inquit, quæ sequuntur.

5 *Quia Evangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantùm.*] Inde, inquit, perspicuum est, quòd electi sitis, eò quòd Deus prædicationem Evangelii in vobis glorificaverit. Non enim ita simpliciter prædicavimus, quinetiam signa sunt edita, quibus testatus est Deus fidem sibi vestram probari, tanquam eorum qui ab eo electi essent & prædestinati.

Sed & in virtute.] Hoc est, in signis, quæ

quæ facta ſunt ad beneficentiam gratorum, & ad pœnam ingratorum.

Et in Spiritu ſancto.] Vel quòd in ſapientia ſpirituali & non externa : vel quòd Spiritus ſanctus credentibus dabatur.

Et in certitudine multa.] Hoc eſt, in ærumnis & afflictionibus. Quemadmodum ſigna & Spiritûs ſancti largitio propter illorum, qui crediderunt, certam perſuaſionem facta erant : ita tribulationes Evangelii causâ perpeſſæ magno ſunt illi firmamento.

Sicut ſcitis quales fuerimus in vobis propter vos.] Vos, inquit, teſtes eſtis, quomodo in vobis converſati ſumus, & quòd cum alacritate multâ prædicaverimus. Sed & hoc propter vos. Quia enim electi eratis, propterea nihil non veſtrî causâ laboravimus : pro dilectis enim à Deo quis quidvis non patiatur? Hìc autem ſua etiam facta attingit, etiamſi tectè : vult enim primùm eos commendare.

6 *Et vos imitatores noſtrî facti eſtis, & Domini.*] Confortat eos cùm laudando, tum ad memoriam revocando, quòd & ipſi non ſint in periculis eo facti inferiores. Deus bone ! quantum eſt encomium, eos ſtatim præceptoris ſui imitatores factos eſſe ; nec ejus tantùm, verumetiam Domini ! Quî verò Domini imitatores facti ſunt? Quoniam & ipſe multa paſſus lætabatur : ſponte enim ad id accedebat, adeò ut diceret Patri:

Ioan.17.1. *Glorifica me.*

Excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritûs ſancti.] Verbum non ſimpliciter cum tribulatione ſuſcepiſtis, ſed cum multa, hoc eſt, cum periculis. Atque hoc diſces ex Actis Apoſtolorum. Attamen afflictionem hanc, ſeu pericula, læti ſuſcipite. Interpretans autem quomodo liceat & fieri poſſit, ut quiſpiam in afflictione lætetur, dixit, *cum gaudio Spiritûs ſancti.* Non enim permiſit

Act.17.

σημείοις, καὶ τέρασι διὰ τῶν δικαιωμάτων, καὶ τοῖς κολάσεσι τῶν ἀγνωμόνων γινομένοις.

Καὶ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.] Ἢ ὅτι ἐν Σοφίᾳ πνευματικῇ, οὐ τῇ ἔξω· ἢ ὅτι Πνεῦμα ἄγιον ἐδίδοτο τοῖς πιστεύσασι.

Καὶ ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ.] Τουτέστι, καὶ ἐν κακώσεσι καὶ θλίψεσιν. Ὥσπερ γὰρ σημεῖα καὶ ἡ τοῦ πνεύματος χορηγία, διὰ τὴν τῶν πεπιστευκότων πληροφορίαν ἐγίνοντο· οὕτω καὶ αἱ διὰ τοῦ κηρύγματος θλίψεις, μεγάλη βεβαίωσις αὐτοῖς εἰσι.

Καθὼς οἴδατε, οἷοι ἐγενήθημεν ἐν ὑμῖν δι' ὑμᾶς.] Ὑμεῖς, φησι, μάρτυρες, πῶς ἐν ὑμῖν διεγράφημεν, καὶ ὅτι μετὰ πολλῆς ἐκηρύξαμεν· ἀλλὰ καὶ τοῦτο δι' ὑμᾶς. Διότι γὰρ ἐκλεκτοὶ ἦτε, διὰ τοῦτο πολλὰ ὑπὲρ ὑμῶν ἐπονοῦμεν· ὑπὲρ γὰρ τοῦ Θεοῦ ἀγαπητοῦ τί οὐκ ἄν τις πάθοι; Εὐθέως δὲ καὶ τῶν αὐτῶν καταρχομένους ἅπτεται, εἰ καὶ ἐπεσκιασμένως· βούλεται γὰρ προτρέψαι ἐκείνους ἐγκωμιάσας.

6 Καὶ ὑμεῖς μιμηταὶ ἡμῶν ἐγενήθητε, καὶ τοῦ Κυρίου.] Ἀναῤῥώννυσιν αὐτοὺς τῷ τε ἐπαινεῖν, καὶ τῷ ὑπομιμνήσκειν ὅτι καὶ αὐτοὶ οὐκ ἀπελείφθησαν αὐτοῖς τοῖς κινδύνοις. Βαβαὶ δή, οἵῳ δὲ ἐγκώμιον, μιμητὰς γίνεσθαι τοῦ διδασκάλου γνέσθαι, καὶ οὐ μόνον αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ Κυρίου. Πῶς δὴ ἐγένοντο τοῦ Κυρίου μιμηταί; ὅτι καὶ αὐτὸς πολλὰ παθὼν ἔχαιρεν· ἑκὼν γὰρ ὅτι τοῦτο ἤρχετο, ὥστε καὶ λέγειν τῷ Πατρί· Δόξασόν με.

Δεξάμενοι τὸν λόγον ἐν θλίψει πολλῇ, μετὰ χαρᾶς Πνεύματος ἁγίου.] Οὐχ ἁπλῶς μετὰ θλίψεως ἐδέξασθε τὸν λόγον, ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλῆς, τουτέστι, μετὰ κινδύνων. Καὶ τοῦτο μαθήσῃ ἀπὸ τῶν Πράξεων. Αλλ' ὅμως τοιούτῳ πλήθει θλίψεων, ἤτοι τοιοῖς κινδύνοις, χαίροντες ὑποδέχεσθε. Ηρμήνευσεν δὲ πῶς ἔνεστιν ἐν θλίψει χαίρειν, εἰπὼν, μετὰ χαρᾶς Πνεύματος ἁγίου. οὐ γὰρ ἐφῆκεν

ὑμᾶς

ὑμᾶς ὃ Πνεῦμα ἐλύπει, ἀλλ' ἡ μὲν ἀλγηδὼν ἐν τοῖς σωματικοῖς, ἡ δὲ ὠφελία τοῦ Πνεύματος ἐδίδοτο. Ὡς γὰρ ἐν τῇ φλογὶ ἐῤῥοίζουτο οἱ παῖδες τῷ ἁγιοπνεύστῳ Πνεύματι, οὕτω καὶ ὑμᾶς ἐν τοῖς κινδύνοις ἐχαροποίει ὃ Πνεῦμα, τὴν μισθαποδοσίαν προδιδοῦν ὑμῖν μιμητὴν, ὅτε κινδυνεύοι μετὰ χαρᾶς ἁγίου Πνεύματος.

7 Ὥστε γενέσθαι ὑμᾶς τύπους πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ τῇ Ἀχαΐᾳ.] Καὶ μετὰ ὑστέρου ἦλθε Παῦλος πρὸς τύπους, ἀλλ' ὅπως ἐλαμψατέ, φησιν, ὡς τῶν προλαβόντων γενέσθαι διδάσκαλοι. Καὶ τοῦτο ἦν μίμησις Παύλου· καὶ γὰρ ὁ αὐτὸς ὕστερος προσελθὼν, πάντας ὑπερέβαλεν. Ὅρα δὲ ὃ εἶπε, τύπους γενέσθαι πιστεύσαι, ἀλλὰ τοῖς ἤδη πεπιστευκόσι τύπος ἐγένεσθε, πῶς δεῖ πιστεύειν, ὅτι μετὰ θερμότητος καὶ τὸ πρὸς τοὺς κινδύνους ἑτοιμότητος. Ἀχαΐαν δὲ τὴν Ἑλλάδα φησίν.

8 Ἀφ' ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται ὁ λόγος τοῦ Κυρίου.] Τουτέστιν, ἡ περὶ τὴν ὑμῶν φήμην ἀρετῆς ἐποίησεν ἐξακουστὸν γενέσθαι πᾶσι τὸ κήρυγμα, καὶ πάντων ὑμᾶς παραδοθῆναι διδασκάλους. Τὸ δὲ, ἐξήχηται, ὡς ἐπὶ σάλπιγγος λαμπρῶς ἠχούσης, καὶ ἐπὶ πολὺ φανείσης.

Οὐ μόνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ Ἀχαΐᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ἡ πίστις ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν, ἐξελήλυθεν.] Τὴν μὲν Μακεδονίαν, φησὶ, καὶ τὴν Ἑλλάδα τοῦ λόγου καὶ τῆς διδασκαλίας ἐνεπλήσατε ὡς καθ' αὐτοὺς ὑποδείγματι· τὸ δὲ θαύματος, παντὶ τόπῳ, ὅπως ἐν ὀλίγῳ βραχεῖ χρόνῳ τοσαύτην πίστιν * ἐπεδείξασθε. Ὡς πρὸς ἐμέ τινος διαλεγόμενος εἶπε δὲ, ἐξελήλυθεν.

* μακρὰν.

Ὥστε μὴ χρείαν ἡμᾶς ἔχειν λαλεῖν τι.] Οὕτως ἐστὶ σφοδρὰ καὶ ἐνεργὴς ἡ τῆς πίστεως ὑμῶν φήμη, ὥστε οὐδὲ προσδοκῶσιν ἡμᾶς οἱ ἄνθρωποι εἰπεῖν τι περὶ ὑμῶν, ἀλλ' ὁσάκις ὀπτιχθρήσομαι λέγειν, ἵνα καὶ κατὰ τὸν ἴσον ζῆλον ἐμβάλλωμεν,

vos Spiritus ſanctus dolere, ſed dolor erat in rebus corporalibus; gaudium verò à Spiritu dabatur. Quemadmodum enim in flamma pueri à Spiritu exſibilante irrorabantur; hunc ad modum & vos in periculis Spiritus lætos faciebat, futuram vobis præmonſtrans retributionem. Animadverte autem tum quempiam fieri imitatorem Domini, quando pericula ſuſtinet cum gaudio Spiritûs ſancti.

7 *Ita ut vos facti ſitis forma omnibus credentibus in Macedonia & Achaia.*] Etſi poſtremò ad eos Paulus venerit, ſic tamen, inquit, reſplenduiſtis, ut eorum qui præceſſerint vos facti ſitis doctores. Atque hæc eſt Pauli imitatio. Nam & ipſe, poſtremus accedens, omnes ſuperavit. Expende autem, quòd non dixerit, Facti eſtis forma, ut crederent alii; verùm jam credentibus forma facti eſtis, quomodo oporteat credere, nimirum cum fervore, & promptitudine ad pericula. Per *Achaiam* autem Græciam intelligit.

8 *A vobis enim inſonuit ſermo Domini.*] Hoc eſt, fama de virtute veſtra fecit, ut prædicatio innoteſceret omnibus, voſque omnium inſtitutores oſtenderemini. Illud autem, *inſonuit*, veluti de tuba dictum eſt, quæ clarè ſonat, & ſonitus ejus ad multos pervenit.

Non ſolùm in Macedonia & Achaia, ſed & in omni loco fides veſtra quæ eſt ad Deum, egreſſa eſt.] Exemplo veſtro, inquit, *Macedoniam* quidem & *Achaiam* verbo & doctrinâ replêſtis; admiratione verò, *omnem locum*, quomodo ſcilicet in tam brevi temporis ſpatio tantam fidem oſtendiſtis. Tanquam autem de re animata loquens dixit, *Egreſſa eſt.*

Ita ut non ſit nobis neceſſe quicquam loqui.] Adeò vehemens & efficax eſt fidei veſtræ fama, ut neque expectent nos homines dum quicquam de vobis dicamus: verùm quoties narrare conamur, ut illos ad parem æmulationem injiciamus,

præve-

prævenium nos illi, veſtra nobis bona prædicantes.

9 *Ipſi enim de nobis annunciant, qualem introïtum habuerimus ad vos.*] Hoc eſt, quòd noſter ad vos adventus refertus fuerit innumeris mortibus, vos tamen non eſtis offenſi in nobis. Quinetiam vos in pericula propter nos incidentes, non averſi eſtis à nobis, ſed ſic nobis adhærebatis, ceu innumeris bonis à nobis aucti eſſetis. Secundus autem iſte ejus acceſſus erat. Etenim profectus in Berrhœam, perſecutionem paſſus eſt: ac inde veniens, ſic eſt receptus, ut vel animas ſuas pro eo impenderent.

Et quomodo converſi eſtis ad Deum à ſimulacris, ut ſerviatis Deo viventi & vero.] Hoc eſt, quòd facilè, & cum magna vehementia ac ſummo ſtudio. Hîc autem adhortationem minùs moleſtam introduxit, ſcitè eis in memoriam revocans à quibus ad quæ tranſierint, & ut iis dignè vivant.

10 *Et expectetis Filium ejus de cœlis, (quem excitavit ex mortuis) Jeſum, qui eripit nos ab ira ventura.*] Et hoc eſt ejuſdem methodi: docet enim ſub narrationis ſpecie, expectare Filium Dei. Afflictis enim hæc eſt maxima conſolatio, quòd qui paſſus eſt, excitatus eſt, jámque in cœlis eſt, tum quòd ille venturus eſt, ut nos qui affligimur, liberet ab ira ventura, hoc eſt, à pœna, tanquam eos qui illi per fidem & immaculatam vitam placuerimus: eis autem qui nos affligunt, non parcet. Quoniam autem pericula jam ſunt in manibus, bona verò in ſpe, magnam ipſis fidem tribuit; ſiquidem expectant, & ſperant firmiter quæ futura ſunt.

προσφθάνουσιν ἡμᾶς ἐκεῖνοι, τὰ ὑμέτερα καλὰ διηγούμενοι.

9 Αὐτοὶ γὰρ περὶ ἡμῶν ἀπαγγέλλουσιν, ὁποίαν εἴσοδον " ἔσχομεν πρὸς ὑμᾶς.] Τουτέστιν, ὅτι ἡ ἡμετέρα πρὸς ὑμᾶς ἔλευσις θανάτων ἔγεμε μυρίων, ὥστε ὑμᾶς ὑμᾶς οὐκ ἐσκανδαλίσθητε ἐφ' ἡμῖν. Αλλὰ καὶ ὑμεῖς κινδυνοις δι' ἡμᾶς περιπεσόντες, οὐκ ἀπεστράφητε ἡμᾶς, ὥστε ὅτως ἡμῶν εἴχεσθε, ὡς μυρίων ἀγαθῶν ἀπολαύσαντες. Δευτέρα δὲ ἦν αὕτη ἡ εἴσοδος. Καὶ γὰρ ἀπελθὼν εἰς Βέρροιαν ἐδιώχθη· κἀκεῖθεν ἐλθὼν, ὅτως ἐδέχθη, ὥστε καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ὑπὲρ αὐτοῦ θεῖναι.

Καὶ πῶς ἐπιστρέψατε πρὸς τὸν Θεὸν ἀπὸ τῶν εἰδώλων, δουλεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ.] Τουτέστιν, ὅτι θύκολως, ὅτι μὴ πολλῆς τῆς σφοδρότητος. Ενταῦθα δὲ ἐπαληθέστερον * ᾠδήγησεν εἰσάγων, * ἢ αἰνιττόμενος αὐτοῖς θύμεθόδως ἀπὸ τίνων εἰς τίνα μετῆλθον, ἵνα καὶ ἀξίως αὐτῶν ζῶσι.

10 Καὶ ἀναμένειν τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν, (ὃν ἤγειρεν ἐκ τῶν νεκρῶν) Ιησοῦν τὸν ῥυόμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης.] Καὶ τοῦτο τῆς αὐτῆς μεθόδου ἐστί. διδάσκει γὰρ ἐν εἴδει διηγήσεως, προσδοκᾶν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Γραμμικὸν γὰρ μείζει τοῖς θλιβομένοις τοῦτο, ὅτι ὁ παθὼν ἠγέρθη, καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐστι, καὶ ὅτι ἥξει, καὶ ἡμᾶς μὴ τοὺς θλιβομένους ῥύσεται) ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης, τουτέστι, τῆς κολάσεως, ἅτε θυπρεσηκότας αὐτῷ διὰ τῆς πίστεως καὶ τῆς ἀμώμου πολιτείας· τῶν δὲ θλιβόντων ἡμᾶς ὑ φείσεται). ὅπερ δὲ τὰ μὲν δίκαια ἐν χερσὶ, τὰ δὲ χρηστὰ ἐν ἐλπίσι, μεγάλην αὐτοῖς προσμαρτυρεῖ πίστιν, εἴγε ἀναμένουσι καὶ ἐλπίζουσι βεβαίως τὰ μέλοντα.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. β.

Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ἀδελφοὶ, τὴν εἴσοδον ἡμῶν τὴν πρὸς ὑμᾶς, ὅτι οὐ κενὴ γέγονε.] Καὶ τὰ μὲν ὑμέτερα, φησὶ, μεγάλα· πλὴν οὐδὲ ἡμεῖς ἀνθρωπίνῳ λόγῳ ἐχρησάμεθα, οὐδὲ κενὴ ἡ εἴσοδος ἡμῶν, τυτέστιν, ἀμέθοδος κινδύνων, καὶ ἀπείρατος, καὶ οὐδὲν βέβαιον ἔχουσα. Ὡς γὰρ πολλάκις εἴρηται, οἱ κίνδυνοί εἰσιν οἱ βεβαιοῦντες τὴν πίστιν· ἄμοιρος δὲ τούτων κενὴ ἂν εἴη.

2 Ἀλλὰ προπαθόντες, καὶ ὑβρισθέντες, καθὼς οἴδατε, ἐν Φιλίπποις, ἐπαρρησιασάμεθα ἐν τῷ Θεῷ ἡμῶν λαλῆσαι πρὸς ὑμᾶς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ ἐν πολλῷ ἀγῶνι.] Ἀπὸ κινδύνων, φησὶν, ἐκφυγόντες τὸν ἐν Φιλίπποις, πάλιν εἰς ἑτέρους κινδύνους ἐνεπέσομεν. Οὐκ ἦν πῶς τῷ Θεῷ πάλιν τὸ πᾶν ἀνέθηκεν, ἐπαρρησιασάμεθα, εἰ πῶν, ἐν τῷ Θεῷ, τυτέστιν, ἐπ' ἐκείνῳ ἐθαρρυνάμεθα.

" κ. ἑαυτὸν ἐπρέψαμεν.

3 Ἡ γὰρ παράκλησις ἡμῶν οὐκ ἐκ πλάνης.] Τυτέστιν, ἡ διδαχὴ οὐκ ἐκ πλάνης. Οἱ γὰρ πλανῶντες οὐκ εἰς κινδύνους ἑαυτοὺς ἐκδιδόασιν, ἀλλ' εἰς τρυφάς· ἐγὼ δὲ ἐμαυτὸν εἰς κινδύνους ἔξέδωκα. Ὡστε δῆλον ἐστὶν, ὅτι ἡ διδαχή μου οὐ πλανᾷ, οὐδὲ " ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀμέλουμεν κινδυνεύω, ἀλλ' ἐπὶ θείων καὶ μονίμων.

" κ. ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀμέλω.

Οὐδὲ ἐξ ἀκαθαρσίας.] Τυτέστιν, οὐκ ἀκάθαρτόν τι διδάσκω, οἷα τὰ τῶν μάγων καὶ γοήτων.

Οὔτε ἐν δόλῳ.] Οὔτε ἐπὶ νεωτεροποιίᾳ καὶ συστάσει, ὡς οἱ περὶ Θευδᾶν.

4 Ἀλλὰ καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ Θεοῦ πιστευθῆναι τὸ εὐαγγέλιον, οὕτω λαλοῦμεν.] Ὁ Θεός, φησὶν, ἐδοκίμασεν ἡμᾶς, καὶ ἐξελέξατο, πιστευθῆναι τὸ εὐαγγέλιον· οὐκ ἂν δὲ ἐξελέξατο, εἰ μὴ ἀξίους ἐγίνωσκε. Τοιοῦτοι μὲν οὖν μένομεν δόκιμοι, καὶ οἷοι ἐξελέγημεν πρὸς αὐτοῦ εἰς τὸ τηλικοῦτον κήρυγμα.

CAP. II.

NAm ipſi ſcitis, fratres, introïtum noſtrum ad vos, quòd non fuerit inanis.] Veſtra, inquit, ſanè magna ſunt: interim tamen neque nos humanâ ratione uſi ſumus, neque inanis fuit introïtus noſter, hoc eſt, ſine periculis ac ſine tentationibus, ac nihil habens firmitatis. Nam, ut ſæpe dictum eſt, pericula ſunt quæ fidem conſolidant: citra hæc autem inanis fuerit & vacua.

2 *Sed antè malis afflicti, & contumeliis affecti, ſicut ſcitis, Philippis, fiduciam habuimus in Deo noſtro, loqui ad vos Evangelium Dei in multo certamine.*] Cùm evaſiſſemus, inquit, pericula apud Philippenſes, in alia incidimus rurſus. Vide autem, quomodo Deo rurſus omnia referat accepta: Confiſi, inquit, fuimus Deo, hoc eſt, ab eo confortati.

3 *Exhortatio enim noſtra non fuit ex errore.*] Hoc eſt, doctrina noſtra non fuit ex impoſtura. Impoſtores enim ſeipſos non ſolent in pericula conjicere, ſed potiùs in delicias: ego verò meipſum periculis objeci. Hinc itaque manifeſtum eſt, quòd doctrina mea non erret, & quòd pro humanis rebus non elegerim periculis eſſe obnoxius, verùm ob divina ac ſtabilia bona.

Neque ex immunditia.] Hoc eſt, non impurum aliquid doceo, qualia ſunt magorum & incantatorum.

Neque in dolo.] Non in innovatione, vel ſeditione, ut Theudæ ſectatores.

4 *Sed ſicut probati ſumus à Deo, ut crederetur nobis Evangelium, ita loquimur.*] Deus, inquit, probavit nos, & elegit, ut committeret nobis Evangelium: non autem elegiſſet, niſi dignos noviſſet. Tales igitur manemus probati, quales electi ſumus ab ipſo ad talem prædicationem.

Non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra.] Hoc est, non ut vobis placeamus, hæc facimus omnia: sed Deo placere volentes, qui abdita explorat (nam, *probat*, hoc significat nunc) vel quia recipit corda & coronat. Nemo autem dolosus, & impostor, & immundus, huic placere potest.

Οὐχ ὡς ἀνθρώποις ἀρέσκοντες, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τῷ δοκιμάζοντι τὰς καρδίας ἡμῶν.] Τουτέστιν, οὐχ ἵνα ὑμῖν ἀρέσωμεν, ταῦτα πάντα ποιοῦμεν· ἀλλὰ τῷ Θεῷ ἀρέσκειν θέλοντες, ὃς τὰ κρυπτὰ ἐξετάζει, (ὁ γὰρ, δοκιμάζει, τοῦτο σημαίνει νῦν) ἢ ὅτι ἀποδέχεται τὰς καρδίας καὶ στεφανοῖ. Οὕτως οὖν δολερὸς, ἢ ἀπατεὼν, καὶ ἀκάθαρτος, τούτῳ δυνατὸν ἀρέσκειν.

5 *Neque enim aliquando in sermone adulationis fuimus, sicut scitis.*] Postquam in prioribus laudavit eos, ne suspectam faciat laudem, ait: Nunquam aliàs vobis adulatus sum (quod est decipientium) proinde neque jam nunc adulabor.

5 Οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν, καθὼς οἴδατε.] Ἐπειδὴ παρεγλαβὼν ἐπήνεσεν αὐτοὺς, ἵνα μὴ ὑποπτον ποιήσῃ τὸν ἔπαινον, φησίν· ὅτι "οὐδέ "χ. ἀλλ' ποτε. ἀλλοτέ ποτε ἐκολάκευσα ὑμᾶς· ὅπερ ὅστις τῶν πλανώντων· οὐκοῦν οὐδὲ νῦν.

Neque in occasione avaritiæ: Deus testis.]Neq; præ pecuniæ amore prædicavimus vobis. Quòd igitur non sim adulatus, vos testes estis: quòd autem non sim pecuniarum amator,neque avarus,Deus testis: Istud enim vos latet.

Οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας· Θεὸς μάρτυς.] Οὔτε δι' φιλοχρηματίαν ἐκηρύξαμεν ὑμῖν. Τὸ μὲν οὖν μὴ κολακεῦσαι, καὶ ὑμεῖς μάρτυρες· τὸ δὲ μὴ φιλοχρήματον εἶναί με, Θεὸς μάρτυς. "ὑμῖν γὰρ ἄδηλον τοῦτο. "χ. αὐτῶν.

6 *Nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis.*] Non dixit, Ignominiâ affecti sumus, neque, Non sumus honore dignati, ne videatur ipsis exprobrare: verùm, *Non quæsivimus honorem*, cùm tamen prædicatio verbi hoc postulet. Nam si regios legatos magno honore dignamur, multo magis Dei legatos. Quomodo igitur gloriæ causâ agemus aliquid, qui neque à vobis, neque ab aliis, tanquam doctores cupiamus honorari?

6 Οὔτε ζητοῦντες ἐξ ἀνθρώπων δόξαν, οὔτε ἀφ' ὑμῶν, οὔτε ἀπ' ἄλλων.] Οὐκ εἶπεν, ὅτι ἠτιμάσθημεν, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἀπελαύσαμεν τιμῆς, ἵνα μὴ δόξῃ ἐνδείκνυσθαι αὐτούς· ἀλλ', οὐκ ἐζητήσαμεν τιμὴν, καίτοιγε τοῦ κηρύγματος τοῦτο ἀπαιτοῦντος. Εἰ γὰρ τοὺς βασιλικοὺς πρέσβεις πολλῆς ἀξιοῦμεν τιμῆς, πολλῷ μᾶλλον τοὺς τοῦ Θεοῦ. Πῶς οὖν δόξης ἕνεκεν πράξομέν τι, οἱ μήτε παρ' ὑμῶν, μήτε παρ' ἄλλων, ὡς διδάσκαλοι θέλοντες τιμᾶσθαι.

Cùm possemus vobis oneri esse ut Christi Apostoli.] Vel honore, & gloria, & amplitudine, vel potuissemus accipere à vobis & ali, adeóque graves esse vobis. Etenim dignitas nostra hoc postulat, ut accipiamus à vobis.

7 Δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι ὡς Χριστοῦ Ἀπόστολοι.] Ἢ ἐν τιμῇ, καὶ δόξῃ, καὶ ὄγκῳ, ἢ "δυνάμενοι λαμβάνειν καὶ πέφεσθαι, ἢ βαρεῖς ὑμῖν εἶναι. Καὶ γὰρ τὸ ἀξίωμα ἡμῶν τοῦτο ἀπαιτεῖ, λαμβάνειν παρ' ὑμῶν. "χ. δυνάμενοι.

Sed facti sumus in medio vestrî mites.] *Mites*, hoc est, mansueti, sine gravamine. Vel, infantes in medio vestrî, hoc est, innocentes, vanæ gloriæ expertes. Infans enim nihil tale cogitat. Itidem, *In medio vestrûm*, talem habet sensum: factus sum veluti unus ex vobis,& non superiorem sortem acceperim.

Ἀλλ' ἐγενήθημεν ἤπιοι ἐν μέσῳ ὑμῶν.] Ἤπιοι, τουτέστι, πραεῖς, ἀβαρεῖς. ἢ καὶ νήπιοι ἐν μέσῳ ὑμῶν, τουτέστιν, "ἀκέραιοι, ἀφιλόδοξοι. Τὸ γὰρ νήπιον οὐδὲν τοιοῦτον λογίζεται. Καὶ ὅ, ἐν μέσῳ ὑμῶν, τοιοῦτον ἔχει νοῦν· ὡς εἷς ἐξ ὑμῶν ἐγενόμην, καὶ τὴν ἀξίαν "τάξιν λαβών. "χ. ἄκακοι. "Chrys. λαῶν.

Ως

Ως ἐὰν τροφὸς θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα.] Τὸν φιλοστοργίαν αὐτῶν δείκνυσι. Μὴ ἡ τροφὸς κολακεύει; μὴ χρήματα αἰτεῖ παρὰ τῶν παίδων τῶν μικρῶν; ὅτω δεῖ τὸν διδάσκαλον εἶναι τοιοῦτον, καταφιλοῦντα τοὺς ἐμπαροινοῦντας αὐτῷ, ὡς καὶ ἡ τροφὸς τὰ παιδία, κἂν τύπτωσιν.

8 Οὕτως ὁμειρόμενοι ὑμῶν, εὐδοκοῦμεν μεταδοῦναι ὑμῖν, οὐ μόνον τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχάς.] Ομειρόμενοι ὑμῶν, τουτέστι, προσδεδεμένοι ὑμῖν καὶ ἐχόμενοι ὑμῶν, παρὰ τὸ ὁμοῦ, καὶ τὸ, εἴρω, τὸ συμπλέκω. Τινὲς δὲ, ἱμειρόμενοι, ἐπέγραψαν, αἰτοῦντες, ἐπιθυμοῦντες, οὐκ ἔστι δέ. Οὐ μόνον οὖν, φησιν, οὐδὲν ἐλάβομεν ἀφ' ὑμῶν, ἀλλ' εἰ οἷόν τε εὐδοκοῦμεν, τουτέστι, σφόδρα "ἠθέλομεν καὶ τὰς ψυχὰς εἰς ὑμᾶς κενῶσαι. Τὸ μὲν οὖν διδόναι τὸ εὐαγγέλιον, τιμιώτερον· τὸ δὲ τὴν ψυχὴν δοῦναι, δυσκολώτερον, καὶ "μᾶλλον μανικωτέρας ἀγάπης· ὅθεν φησὶν καὶ αὐτὸς ἐπάγει.

"χ. ἠθέλομεν.

"χ. μανικωτέρας.

Διότι ἀγαπητοὶ ἡμῖν "γεγόνατε.] Ἵνα μὴ δόξῃ λέγειν ταῦτα πάντα ὡς κάμνων ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ ὡς ὀφείλων τιμᾶσθαι παρ' αὐτῶν ὑπὲρ τούτου, φησὶν, ὅτι εἰ οὐδὲν ἄλλο ταῦτα ποιεῖ, ἀλλά γε τὴν ἀγάπην. Οὐ γὰρ αἰτιμοδίαν ζητῶ· ἀλλὰ διὰ αὐτὸ τὸ καλόν.

"χ. γεγόνασι.

9 Μνημονεύετε γάρ, ἀδελφοί, τὸν κόπον ἡμῶν καὶ τὸν μόχθον· νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι πρός τὸ μή τινα ὑμῶν, ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν, ἐκηρύξαμεν εἰς ὑμᾶς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ.] Οὐκ εἶπε, μεμνημονεύετε τὰς εὐεργεσίας τὰς παρ' ἐμοῦ, ἀλλὰ, "τὸν κόπον· καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ "τὸν μόχθον, τουτέστι, "τὸν μετὰ πολλῆς σπουδῆς. καὶ οὐχ ἡμέρας μόνον, ἀλλὰ καὶ νυκτός. Βαβαὶ, τὴν προθυμίας καὶ τὴν ἐπὶ τῷ μὴ σκανδαλίσαι τινὰ σπουδῆς. Δείκνυσι γὰρ καὶ πτωχοὺς ὄντας τοὺς Θεσσαλονικεῖς, διὰ τοῦτο εἰπὼν, πρὸς τὸ μή τινα ὑμῶν.

"χ. τὸν κόπον.

"χ. τὸν μόχθον.

"χ. τοῦ

10 Ὑμεῖς μάρτυρες, καὶ ὁ Θεός.] Ἀξιόπιστος μὲν ὁ Θεός· πλὴν ὅπου ἀδηλον ἀνθρώποις εἰ ὁ Θεὸς "εἰς τοῦτο

"χ. καὶ

Tanquam si nutrix foveat ſuos ipſius filios.] Amorem ſuum oſtendit. Numquid nutrix adulatur? numquid à parvulis infantibus pecuniam expetit? pari ratione doctorem convenit eſſe mitem, ac deamantem etiam eos qui ei inſultaverint, perinde ac nutrix pueros, etiamſi eam feriant.

8 *Sic obſtricti vobis, volebamus tradere vobis, non ſolùm evangelium Dei, ſed & noſtras ipſorum animas.*] Ομειρόμενοι ὑμῶν, hoc eſt, obligati vobis, atque vobis adhærentes; ab ὁμοῦ, & εἴρω, connecto. Nonnulli verò, ἱμειρόμενοι, legerunt, id eſt, deſiderantes; ſed malè. Non ſolùm igitur, inquit, nihil à vobis accepimus, verùm ſi poſſibile eſſet, εὐδοκοῦμεν, hoc eſt, vehementer volebamus etiam animas noſtras in vos impendere. Proinde Evangelium impertiri, eſt honorificentius; animam autem impendere, difficilius eſt, vehementioriſque ac veluti magis inſanientis charitatis eſt: quod & ipſe infert.

Quoniam chariſſimi nobis facti eſtis.] Ne videatur hæc omnia dicere tanquam qui labores pro eis ſuſciperet, & propterea deberet honorari ab ipſis, ait: Nullam ob rem aliam hæc facio, inquit, quàm propter charitatem. Retributionem enim non quæro; ſed propter ipſum bonum.

9 *Meminiſtis enim, fratres, laboris noſtri ac fatigationis: Nocte ac die operantes, ne quenquam veſtrûm gravaremus, prædicavimus ad vos Evangelium Dei.*] Non dixit, Meminiſtis beneficiorum quæ à me accepiſtis, ſed, *laboris:* nec id ſimpliciter, cæterùm & *fatigationis*, id eſt, laboris cum magna diligentia: Et non ſolùm die, verumetiam nocte. O quanta hæc eſt promptitudo, & ſumma, ne quenquam offendat, ſedulitas! Innuit autem Theſſalonicenſes pauperes fuiſſe, cùm inquit, *Ne quenquam veſtrûm gravaremus.*

10 *Vos teſtes eſtis, & Deus.*] Satis Deus authoritatis habebat, & fidei; verùm quia non erat perſpicuum hominibus,

quòd Deus hâc de re teſtimoniũ dicat, ipſos etiã quibus loquitur, in teſtimonium vocat.

Quam piè,] Omnia, quæ opus erant, implentes: hoc enim ſignificat, ὁσίως, cum timore & cultu Dei.

Et juſtè,] Hoc eſt, pecuniam à nemine exigentes.

Et inculpatè,] Citra offendiculum & ſcandalum.

Vobis qui credidiſtis affuimus.] Quandoquidem ab infidelibus impius vocabatur, & circulator, & loquaculus, & nihil ſani.

11 *Sicut ſcitis.*] Rurſus eos teſtes vocat: quod argumento eſt, eum nihil arroganter dicere.

Qualiter unumquemque veſtrûm (ſicut pater filios ſuos) deprecantes vos & conſolantes.] Papæ! cujuſmodi id erat negotii, quòd neminem citra conſolationem prætermitteret, ſed unicuique verba accommodaret! *Deprecantes* autem, ut fortiter ferant. Non igitur gloriam quærebam. Suprà quidem nutrici ſeipſum aſſimilavit, nunc autem patri, dilectionem indicans, & præſidentiam, & humilitatem omnis faſtûs vacuam. Quis enim pater adversùs filios inflatus eſt?

12 *Ac teſtificantes, ut ambularetis dignè Deo qui vocat vos ad ſuum ipſius regnum & gloriam.*] Teſtificari ſive obteſtari, jam ſeverioris eſt doctrinæ. Quare non adulabar. Poſtquam verò prædixit, *Tanquam pater*, tunc intulit, *teſtificantes*. Non enim, *vehementer*, inquit, ſed, *ut patres*, ut ambularetis vos dignè Deo, [qui vos vocavit ad regnum ſuum & gloriam.] Animadverte autem quomodo ſub narrationis ſpecie nos doceat & conſoletur. Si enim ad regnum nos vocat Deus, omnia ſunt ferenda.

13 *Ideo & nos gratias agimus Deo ſine intermiſſione, quoniam cùm accepiſtis verbum auditûs à nobis Dei, accepiſtis non verbum hominum, ſed (quemadmodum eſt verè) verbum Dei.*] Hoc loco eos etiam μάρτυρας, καὶ αὐλοὺς, πρὸς ὃν ὁ λόγος, καλῶς μάρτυρας.

Ὡς ὁσίως,] Πᾶσα ὅσα ἔδει, πληροῦντες· τοῦτο γὰρ ὅστι ὅ, ὁσίως, αἰτὴ τῶ, μετὰ τοῦ πρὸς Θεὸν εὐλαβείας.

Καὶ δικαίως,] Τουτέστι, μηδένα ἀδικοῦντες χρημάτων ἀπαιτήσει.

Καὶ ἀμέμπτως,] Ἀπροσκόπως καὶ ἀσκανδαλίστως.

Ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν ἐγενήθημεν.] Ἐπὶ τοῖς γε ἀπίστοις καὶ ἀνοσίοις ἐλαλοῦμεν, καὶ ἀγύρτης, καὶ ἀπερμολόγος, καὶ οὐδὲν ὑγιές. "χ. ἀπιστοῦσι.

11 Καθάπερ οἴδατε.] Πάλιν αὐτοῖς μάρτυρας καλῶ. ὁ σημεῖον τοῦ μὴ φλαζονευόμενον λέγειν.

Ὡς ἕνα ἕκαστον ὑμῶν (ὡς πατὴρ τέκνα ἑαυτοῦ,) παρακαλοῦντες ὑμᾶς καὶ παραμυθούμενοι.] Βαβαὶ, οἵᾳ ἰῶ ὁ μηδένα παραλιπεῖν ἀπρονόητον, ἀλλ' ἑνὶ ἑκάστῳ προσφόρως διαλέγεσθαι; Παρακαλοῦντες ὅ, τοῦτο ὅ φέρειν γενναίως. Οὐκ ἄρα δόξαν ἐζήτουν. Ἄνω μὲν οὖν τῷ σοφῷ ἑαυτὸν ἀπείκασε, νυνὶ δὲ πατρὶ, τὴν ἀγάπην δεικνύων, καὶ τὴν προστασίαν, καὶ ὅ ἄτυφον. Τίς γὰρ πατὴρ κατὰ τῶν τέκνων τετύφωται;

12 Καὶ μαρτυρόμενοι, εἰς ὅ παρεκαλοῦμεν ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Θεοῦ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν καὶ δόξαν.] Τὸ μαρτύρεσθαι, ἤδη πλείονος τόνου διδασκαλίας ὅστίν. Οὐκ οὖν ἐκολάκευον. Ἐπεὶ δὲ παρῆκεν, ὅτι ὡς πατὴρ, τότε ἐπῆγαγε καὶ ὅ, μαρτυρόμενοι. Οὐ γὰρ, σφοδρῶς, φησὶν, ἀλλ', ὡς πατέρες, εἰς ὅ παρεκαλοῦμεν ὑμᾶς ἀξίως τοῦ" Θεοῦ. Καὶ ὅρα πῶς ἐν ὑδῇ διηγήσεως διδάσκει ἅμα καὶ παραμυθεῖται. Εἰ γὰρ εἰς βασιλείαν καλεῖ ἡμᾶς ὁ Θεὸς, δεῖ πάντα φέρειν. "χ. κυρίου.

13 Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ ἀδιαλείπτως, ὅτι παραλαβόντες λόγον ἀκοῆς παρ' ἡμῶν τοῦ Θεοῦ, ἐδέξασθε, οὐ λόγον ἀνθρώπων, ἀλλὰ (καθώς ὅστιν ἀληθῶς,) λόγον Θεοῦ.] Εὐχαριστῶ καὶ αὐλοὺς

αὐθις ἐγκωμιάζῃ. Οὐ γὰρ ἡμᾶς μὸν, φησιν, ἀμέμπτως πάντα κατορθώσαμεν, ὑμᾶς δὲ ἀναξιόν τι τῆς ἐμῆς διδασκαλίας ἐπεδείξασθε. Ὑ γὰρ ὡς ἀνθρώπων ἀκούοντες ἁπλῶς διέκεισθε, ἀλλ' ὡς αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ προτρεποῦντος, οὕτω προσείχετε. Λόγον δὲ ἀκοῆς τοῦ Θεοῦ, τὸ κήρυγμά φησιν, ὡς διὰ τοῦ ἀκουσθῆναι πιστεύεσθαι. Πῶς γὰρ πιστεύσουσιν, ἐὰν μὴ ἀκούσωσιν;

Ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν τοῖς πιστεύουσι.] Πόθεν δῆλον, ὅτι ὡς Θεοῦ λόγον ἐδέξασθε; Ἐνεργεῖται γάρ, φησιν, ἐν ὑμῖν, τουτέστιν, ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν δείκνυται. Εἰ μὴ γὰρ οὕτως αὐτὸν ἐδέξασθε, οὐκ ἂν οὕτως τηλικούτους πειρασμοὺς οὕτω γενναίως ὑπέμεινατε. Ὥσπερ γὰρ ὅτι κόλαξ ἐστὶν, οὐδεὶς δουλεύσας, αὐτὸς ἐκ τῶν κινδύνων ἐπομένων δείκνυσιν· οὕτω καὶ τὴν αὐτῶν πίστιν ἐκ τῆς θλίψεως ὑπενεχθὲν ἐμφαίνει.

14 Ὑμεῖς γὰρ μιμηταὶ ἐγενήθητε, ἀδελφοὶ, τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ τῶν οὐσῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.] Ἵνα μή τις ἐκκλησίας ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ τὰς συναγωγὰς τῶν Ἰουδαίων νοήσῃ, διὰ τοῦτο προσέθηκεν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἵνα τὰς τῶν πιστῶν ἐκκλησίας δηλώσῃ.

Ὅτι τὰ αὐτὰ ἐπάθετε καὶ ὑμεῖς ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων.] Πολλὴ ἡ παραμυθία. Εἰ γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι ζηλωταὶ τοῦ πατρῴου νόμου, ἅπαξ πιστεύσαντες Χριστῷ ὑπέμειναν, πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς ὀφείλετε; Οὐ μικρὸν δὲ τεκμήριον καὶ τῆς ἀληθείας τὸ κήρυγμα, ὃ Ἰουδαίους Χριστῷ παθεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ ἃ πρὶν ἐδίωκον.

15 Τῶν καὶ τὸν Κύριον ἀποκτεινάντων Ἰησοῦν.] Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ τοὺς συμφυλέτας ἐκάκωσαν, ὅπου γε καὶ τὸν Κύριον ἀπέκτειναν; Ὅρα δὲ πηλίκη παραμυθία, τὸ κοινωνῆσαι τῷ Χριστῷ τῶν παθημάτων. Διὸ καὶ Παῦλος ἀεὶ ἐν τοῖς πειρασμοῖς τοῦτο ἐπιφέρει.

Καὶ τοὺς ἰδίους προφήτας.] Ἀλλ' ἐρεῖ τις, ὅτι τὸν Κύριον ἠγνόησαν.

am commendat: Non enim, inquit, nos quidem omnia inculpatè agimus, vos autem indignum quiddam meâ institutione demonstrâstis. Non enim tanquam homines audiretis, ita simpliciter affecti estis, sed veluti ipso Deo adhortante, sic advertebatis animum. *Verbum* autem *auditûs Dei*, prædicationem dicit, eò quòd audiendo credatur. *Quomodo enim credant, si non audiant?* Rom. 10. 14.

Qui & operatur in vobis credentibus.] Unde liquet, quòd tanquam verbum Dei acceperitis? Operatur enim, inquit, in vobis, hoc est, ex ipsis operibus demonstratur. Nisi enim ipsum sic susceptisletis, tot tentationes non tam fortiter sustinuissetis. Ut enim quòd neq; adulator sit, neq; impostor, ex periculis quæ subiit, convincit: ita ipsorum fidem ex afflictionum tolerantia indicat.

14 *Vos enim imitatores facti estis, fratres, Ecclesiarum quæ sunt in Judæa in Christo Jesu.*] Ne quis per Ecclesias quæ sunt in Judæa, Synagogas Judæorum intelligat, propterea adjecit, *in Christo Jesu*, ut fidelium Ecclesias indicet.

Quia eadem passi estis & vos à propriis contribulibus, sicut & ipsi à Judæis.] Magna hinc consolatio. Si enim Judæi patriæ legis æmulatores, postquam semel crediderint, tanta sunt perpessi, quanto potiùs vos debetis? Non exiguum autem argumentum est, verum esse Evangelii verbum, quòd Judæi tanta patiantur propter id quod antè persequebantur.

15 *Qui & Dominum occiderunt Jesum.*] Quid mirum, si contribules suos afflixerunt, quandoquidem & Dominum occiderunt? Animadverte autem qualis sit consolatio, participem fieri Christi afflictionum: propterea Paulus semper istud in tentationibus infert.

Et proprios Prophetas.] At dicet aliquis, quòd Dominum ignoraverint, neque

cognoverint. Quid tum postea? Nonne Prophetas suos nôrant, quorum libros etiam circumferunt? Quomodo igitur & hos occiderunt? Quare planum est, quòd nihil agant veluti æmulantes pro veritate, sed contra veritatem potiùs insanientes.

Et nos persecuti sunt.] Apostolos, doctores vestros. Oportet igitur vos discipulos, ad hæc exempla defigentes oculos, patienti animo isthæc ferre.

Et Deo non placent.] Quomodo enim ei placere queant, cujus filium occiderunt, ac jam olim Prophetas etiam interemerunt?

16 *Et omnibus hominibus adversantur, prohibentes nos gentibus loqui, ut salvi fiant.*] Si enim universo terrarum orbi salus annuncianda est, illi autem prohibent, communes orbis terrarum sunt hostes. Est enim invidentia immensa, communem salutem impedire.

Ut impleant peccata sua semper.] Hæc autem, inquit, jam olim in Prophetis, & posthac in Christo, atque adeò in nobis peregerunt, ut ostendant seipsos perfectissimè peccare, perveniréque ad plenam & summam malitiæ mensuram.

Pervênit autem ira in ipsos ad finem.] Hoc est, non jam, quemadmodum antehac, reditus est ipsis à captivitate, neque terram suam denuò recuperabunt, sed in finem usque ira Dei pervênit in ipsos, hoc est, adusque consummationem, sic permanebit ipsis ira Dei. Porrò, cùm dicit, ἡ ὀργὴ, cum articulo; ostendit hanc iram ipsis esse debitam, & prædestinatam, ac à Prophetis prædictam. Cúmque consolatus esset Thessalonicenses ex eo, quòd ostenderit ipsos multos habere tentationum suarum socios, ex hoc etiamnum animum illis addit, cùm ostendit pœnam daturos eos à quibus opprimantur.

17 *Nos verò, fratres, orbati vobis ad horæ tempus.*] De charitate hîc loquitur. Certè quidem suprà, *tanquam pater*

Τί οὖν; ὑχὶ τοὺς ἰδίους προφήτας ἐγίνωσκον, ὧν καὶ τὰ βιβλία περιφέρουσι; πῶς οὖν καὶ τούτους ἀπέκτειναν; Ὥστε δῆλον ὅτι οὐδὲν ποιοῦσιν ὡς ζηλοῦντες ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ μᾶλλον κατὰ τῆς ἀληθείας λυττῶντες.

Καὶ ἡμᾶς ἐκδιωξάντων.] Τοὺς ἀποστόλους, τοὺς διδασκάλους ὑμῶν. Δεῖ οὖν ὑμᾶς τοὺς μαθητὰς, τοὺς τὰ τοιαῦτα διδάγματα ἀποβλέποντας, φέρειν.

Καὶ Θεῷ μὴ ἀρεσκόντων.] Πῶς γὰρ ἀρέσειεν, ὃ τὸν υἱὸν ἀπέκτειναν, τοὺς προφήτας προαπεκτείναντες;

16 Καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίων, κωλυόντων ἡμᾶς λαλῆσαι τοῖς ἔθνεσιν, ἵνα σωθῶσιν.] Εἰ γὰρ τῇ οἰκουμένῃ δεῖ λαλῆσαι τὰ σωτήρια, ὅτοι ὁ κωλύσας, κοινοὶ πάντες τῆς οἰκουμένης ἐχθροί εἰσι. Βασκανία γὰρ αὐτοῦ ἐστιν, ὃ τὴν κοινὴν σωτηρίαν ἐμποδίζειν.

Εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι αὐτοὺς τὰς ἁμαρτίας πάντοτε.] Ταῦτα δέ, φησι, καὶ πάλιν ὅτε τῶν προφητῶν, καὶ ὕστερον ὅτε Χριστοῦ, καὶ ἐφ' ἡμῶν ἐπράξαν, ἵνα δείκνυσιν ἑαυτοὺς τὰ τελεώτατα ἁμαρτάνοντας, καὶ φθάνοντας τὸ πλῆρες μέτρον τῆς κακίας εἰς ἄκρον.

Ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος.] Τουτέστιν, οὐκέτι, ὥσπερ πρότερον, ἐπάνοδος ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ κατάσχεσις γῆς, ἀλλ' εἰς τέλος ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ " ἔφθασεν αὐτοὺς, τουτέστιν, ἄχρι τέλους, ὅπως αὐτοῖς μένῃ ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ. Καὶ τῷ εἰπεῖν ὁ, ἡ ὀργὴ, μὴ ἀρθρῶσαι, δείκνυσιν ὀφλομένην αὐτοῖς ταύτην, καὶ προωρισμένην καὶ προφητευομένην. Παραμυθούμενος ὁ τοὺς Θεσσαλονικεῖς, ὅτι δεῖξαι ὅτι πολλοὺς ἔχουσι κοινωνοὺς τῶν πειρασμῶν, παραμυθεῖται καὶ νῦν, ὅτι δεῖξαι ὅτι καὶ θλίψοντες αὐτοὺς δίκην δώσουσι.

" χ. ἐκρασεν.

17 Ἡμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν πρὸς καιρὸν ὥρας.] Περὶ τῆς ἀγάπης συνεχῶς λέγει. Ἀνωτέρω μὲν οὖν, ὡς

ὡς πατὴρ τέκνα, εἶπε, καὶ, ὡς ἔμφρων· ἐνταῦθα δέ, ἀπορφανισθέντες, ὥσπερ ὄντες παίδων πατέρας ὀρεξιτοιούντων· ἵνα ἐκ τούτου μάθωμεν πῶς αὐτοὺς ἐπόθει. Ἀλλὰ καὶ τὸν ἀθυμίαν αἰνίττεται, ἐν ᾗ ἐκεῖνοι διὰ τὸν χωρισμόν· καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, φησιν, ὅτι πολὺν τὸν χρόνον ἀνεμείναμεν, ἀλλὰ πρὸς καιρὸν βραχὺν καὶ ὀλίγον, καὶ ὅσον ὥρας μιᾶς λογίζεσθαι.

Προσώπῳ, οὐ καρδίᾳ.] Καὶ ταῦτά, φησιν, οὐδὲ καρδίᾳ ἐχωρίσθημεν, ἀλλὰ προσώπῳ· ὅμως κἂν τοῖς καρδίᾳ ὑμᾶς ἀεὶ περιφέροντες, ἀπιώμεθα, ὥστε μὴ καὶ σωματικῶς ἀπολαύομεν ὑμῶν. Σημείωσαι δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι δεῖ καὶ τῆς καθ' ὅλην εὐτυχίας τοῖς θερμῶς ἀγαπῶσι, καὶ ὅτι συνεχόμεθα μᾶλλον ἐκ τούτου ἡ ἀγάπη.

Περισσοτέρως ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ.] Περισσοτέρως ἢ ὡς εἰκὸς ἦν τοὺς πρὸς ὥραν ἀπολιφθέντας. Ὅρα δὲ ἀγάπην, ὅτι δι' οὐδὲν ἕτερον προθυμεῖσθαι θέλω, φησὶν, ἀλλ' ἵνα τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἴδω.

18 Διὸ ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, ἐγὼ μὲν Παῦλος καὶ ἅπαξ καὶ δίς, καὶ ἐνέκοψεν ἡμᾶς ὁ Σατανᾶς.] Τί λέγεις; ὁ Σατανᾶς ἐγκόπτει; Ναί· φησὶ γοῦν Θεοῦ τὸ ἔργον ἦν. Ἐπὶ μὲν γοῦν Ρωμαίων φησὶν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐκώλυσεν. Καὶ ὁ Λουκᾶς φησιν, ὅτι τὸ Πνεῦμα ἐκώλυσεν αὐτούς. Καὶ ὅτι Κορινθίων, τῷ Πνεύματος φησιν εἶναι τὸ ἔργον· ἐνταῦθα δὲ μόνον τῷ Σατανᾷ, πειρασμοὺς δεινοὺς καὶ ἀπροσδοκήτους ἐπαγαγόντος, καὶ παραχώρησιν θείαν δηλαδή. Ὅρα δὲ πῶς ἐγκαλλωπίζεται τῇ ἀγάπῃ, δεικνὺς ὅτι μάλιστα πάντων αὐτοὺς ἐφίλει, διὰ τοῦ εἰπεῖν, ἐγὼ μὲν Παῦλος· τουτέστι, καὶ οἱ μὲν ἐμοῦ μὲν ἄλλοι ἐσπούδαζον ἐλθεῖν, ἐγὼ δὲ ἐπεχείρησα.

19 Τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς, ἢ χαρὰ, ἢ στέφανος καυχήσεως;] Ἆρα οὐκ ἐστὶ

liberos, dixit, ac, *velùti nutrix*: hic verò, *orbati*, quod eſt filiorum patrem inquirentium: ut ex hoc diſcamus, quomodo eos deſiderârit. Simul autem & mœrorem indicat, in quo, ob ſuam ab iis ſeparationem, conſtitutus erat: Et non eſt, inquit, quòd dicamus nos jam diu expectâſſe, ſed breve illud & omnino modicum tempus fuit, ut vix unius horæ ſpacium eſſe reputetur.

Aſpectu, non corde.] Neque corde tamen, inquit, ſeparati ſumus, ſed aſpectu. Atqui etiamſi in corde vos ſemper circumferamus, contriſtamur tamen, quòd non liceat nobis corporaliter veſtrâ præſentiâ uti. Obſerva autem iſtud, quòd qui vehementer diligant, indigeant etiam mutuâ præſentiâ & conſpectu, & quòd hinc magis inflammetur charitas.

Abundantiùs laboravimus faciem veſtram videre cum multo deſiderio.] Abundantiùs quàm veriſimile erat eos qui ad horam derelicti erant. Animadverte autem charitatem: nam ob nihil aliud advenire volo, inquit, quàm ut faciem veſtram videam.

18 *Quapropter voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus ſemel atque iterum, & impedivit nos Satanas.*] Quid ais? Satanáſne impedit? Næ: non enim Dei opus fuit. In Epiſtola enim ad Romanos à Deo dicit ſe impeditum: inſuper & Lucas ait, quòd Spiritus eos impedierit: in Epiſtola ad Corinthios, Spiritûs ait opus eſſe: hic verò tantummodo Satanæ, tentationes graves & inexpectatas adducentis, ex divino nimirum permiſſu. Animadverte hìc quantum charitate oblectetur, innuens, quòd maximè omnium eos diligeret, ex eo quod ait: *Ego quidem Paulus*: hoc eſt, qui mecum erant alii ſtudebant quidem venire, atque ego etiam conatus ſum.

Rom. 1. 13. Act. 16. 6. 2 Cor. 1.

19 *Quæ enim ſpes noſtra, aut gaudium, aut corona gloriæ?*] Nónne hæc ſunt matrum

trum verba, miſericordiæ & charitatis viſceribus valde inflammatarum, parvulos ſuos pueros alloquentium? Non ſatis autem erat *coronam* dicere, ut dilectionis ſuæ fervorem indicaret, ſed appoſuit, *gloriationis*. Propter vos enim, inquit, ſpero, quòd majorem fiduciam & libertatem nanciſcar veſtrî causâ apud Chriſtum, atque ob eam cauſam lætor, quòd ſitis corona mihi, & corona gloriationis, hoc eſt, ſplendidæ gloriæ, & hîc eſtis jam nunc, eritiſque poſthac.

Nónne & vos coram Domino noſtro Jeſu Chriſto, in adventu ipſius?] Quid igitur? Theſſalonicenſes ſpes tua ſunt, Beate Paule? non iſti ſoli: ideo adjecit, *Et vos*, oſtendens quod & alii fuerint.

Vos enim eſtis gloria noſtra & gaudium.] Quanta enim eſt gloria, tantam & tam celebrem Eccleſiam adducere Chriſto!

τοῦτα μητέρων ῥήματα πρὸς τὰ σπλάγχνα διαθερμαινομένων, πρὸς παιδία μικρὰ διαλεγομένων; Οὐκ ἤρκεῖ ὁ, στέφανος, ἐνδείξασθαι τὸν θερμότητα αὐτοῦ, ἀλλὰ προσέθηκε, καυχήσεως. ἐφ' ὑμῖν γάρ, φησιν, ἐλπίζω, ὅτι πλείονος παῤῥησίας ἐν Χριστῷ τεύξομαι δι' ὑμᾶς, καὶ χαίρω διὰ αὐτὸ τοῦτο, ὅτι στέφανός μοι, καὶ στέφανος καυχήσεως, τουτέστι, δόξης λαμπρᾶς, καὶ νῦν ἐστε, καὶ τότε ἔσεσθε.

Ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς ἔμπροσθεν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ;] Τί οὖν; Θεσσαλονικεῖς εἰσιν ἡ ἐλπίς σου, μακάριε Παῦλε; οὐχ ὅτι μόνοι· διὸ εἶπε, καὶ ὑμεῖς, δηλονότι ὅτι καὶ ἄλλοι ἦσαν.

20 Ὑμεῖς γάρ ἐστε ἡ δόξα ἡμῶν καὶ ἡ χαρά.] Πόση γὰρ δόξα, τοσαύτην ἐκκλησίαν προσαγαγεῖν Χριστῷ, καὶ οὕτως εὐδόκιμον;

CAP. III.

ΚΕΦ. γ.

PROPTER quod non ſuſtinentes amplius, probavimus relinqui Athenis ſoli.] Id eſt, elegimus, atque decrevimus.

2 *Et miſimus Timotheum fratrem noſtrum, & miniſtrum Dei, & cooperatorem noſtrum in Evangelio Chriſti.*] Sancto iſti tanta fuit diſcipulorum cura, ut ſiquando ipſe impediretur neceſſariis quibuſdam cauſis, alios tamen mitteret, qui diſcipulos inviſerent: hoc tum etiam fecit, Timotheum ablegans. De eo autem tanta encomia concinit, non tantum ipſum extollens, quantum ipſos honorans, quandoquidem eorum causâ tanto tempore adeò neceſſarium Evangelii cooperatorem ab opere miniſterii avulſerit.

Ad confirmandos vos & exhortandos pro

Διὸ μηκέτι στέγοντες, ἐδοκήσαμεν καταλειφθῆναι ἐν Ἀθήναις μόνοι.] Ἀντὶ τοῦ, ἐβουλήθημεν, ἐκρίναμεν.

2 Καὶ ἐπέμψαμεν Τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, καὶ διάκονον τοῦ Θεοῦ, καὶ συνεργὸν ἡμῶν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ.] Τοσαύτη ἡ μέριμνα τοῦ ἀγίου τούτου τῶν μαθητῶν, ὥστε ἡνίκα αὐτὸς ἐκωλύετο διαλαλῆσαι ἀφικέσθαι πισὶν, ἑτέρους ἔπεμπεν ἐπισκεψομένους τοὺς μαθητάς. Τοῦτο καὶ ἐποίησε τὸν Τιμόθεον ἀποστείλας. Λέγει ὁ τοῦτο αὐτοῦ τοῦτο ἐγκώμια, οὐκ αὐτὸν τοσοῦτον ἐπαίρων, ἀλλ' αὐτοὺς * τιμῶν, ὅτι τὸν τοσοῦτον χρόνον ὅτως ἀναγκαῖον τὸν συνεργὸν τῷ εὐαγγελίῳ ἀπέσπασε τοῦ ἔργου τῆς διακονίας δι' αὐτούς.

" χ. τέκν.
* πρῶτον γ.

Εἰς δὲ τὸ παρακαλέσαι ὑμᾶς καὶ

ὑμᾶς

ὑμᾶς περὶ τ πίστεως ὑμῶν.] Επειδὴ γὰρ ἐσαλεύοντο ὅτι τῷ πειράζεσθαι τ διδάσκαλον, ἐδέοντο ἐπιστηρίου καὶ παρακλήσεως, ὡς αὐ μὴ σκανδαλισθῶσι τ πίστεως. Οὐ μικρὸς γὰρ θόρυβος τοῖς μαθηταῖς οἱ τ διδασκάλου πειρασμοὶ, ὡς ἂν τραυματίας ὁ τ στρατηγὸν περιθλῶσι.

ver. 3. 3 Τῷ μηδένα σαίνεσθαι ἐν θλίψεσι ταύταις.] Ερμιλυθίζ νεῦ τί ἔμελλεν ἀυτοῖς ὠφελῆσαι ὁ παρὰ τῦ Τιμοθέου ἐπιστηριγμός· καὶ φησιν, ὅτι ὅ μηδένα σαίνεσθαι, τυτέστι, θορυβεῖσθαι, χαυνοῦσθαι ἐν τοῖς ἐμοῖς πειρασμοῖς. Ο γὰρ Διάβολος ἐπειδὰν εὕρῃ καιρὸν πειρασμοῦ, σαίνει τοὺς ἀσθενεῖς τῇ ὑποπτώσει τῆς ψυχῆς, ὡς ἂν ἀποσπάσωσι τ λυποῦντος. Τινὲς δὲ ὅ, σαίνεσθαι, αὐτὶ τ, ταράττεσθαι, εἶπον τετρῶσθαι, ἐκ μεταφορᾶς τῶν κυνῶν τῶν τὰς οὐρὰς ταρασσόντων ἐν ταῖς σαίναις.

Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ὅτι εἰς τῦτο κείμεθα.] Ακηύσωμεν ὅτι οἱ Χριστιανοὶ εἰς ὅ θλίβεσθαι κεῖν. ὐ γὰρ περὶ τῶν ἀποστόλων μόνων ταῦτα. Εἰς τῦτο ver. 3. οὖν ταραττόμενοι, τί καινὸν εἰ θλιβόμεθα; Ωστε ὐ μόνον ὅτι τοῖς προελθοῦσι πειρασμοῖς ἀναφέρει δεῖ μεμφὴν ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ ὅτι τοῖς μελλουσι. τῦτο γὰρ ἡμῖν οἰκειότερον.

4 Καὶ γὰρ ὅτε πρὸς ὑμᾶς ἤμεν, προελέγομεν ὑμῖν ὅτι μελλομεν θλίβεσθαι, καθὼς καὶ ἐγένετο, καὶ οἴδατε.] Πολλὴ παραμυθία τοῖς μαθηταῖς, ὅ προειπεῖν αὐτοῖς τ διδάσκαλον τὰς θλίψεις· λοιπὸν γὰρ οὐκ ἐθορυβοιῦντο ὡς ὅτι ἀπροσδοκήτοις. Διὰ τῦτο καὶ ὁ Χριστὸς τοῖς ἀποστόλοις ἔλεγεν· Εἶπον ὑμῖν πρὸ τῦ γενέσθαι, ἵνα ὅταν γένῃ πιστεύσητε. Οὐ τῦτο δὲ μόνον ὁ Παῦλος εἶπεν αὐτοῖς, ἀλλὰ πολλὰ καὶ ἄλλα προεῖπε, καὶ ἐξέβη.

5 Διὸ κἀγὼ μηκέτι στέγων, ἔπεμψα.] Εἰ προεῖπες αὐτοῖς, ὦ Παῦλε, ὅτι θλιβήσῃ, καὶ ὅτι ὑ χρὴ αὐτοὺς ὅτι τῇ ver. 5. θλίψει θορυβεῖσθαι, τί πάν-

fide veſtra.] Cùm concuterentur ob tentationes præceptoris ſui, fulcimento & exhortatione indigebant, ne à fide excidant. Non enim modicam diſcipulis perturbationem præceptoris tentationes præbent, perinde ac militibus imperatoris vulnera.

3 *Ut nemo moveatur in tribulationibus iſtis.*] Exponit jam quidnam allaturus ipſis eſſet commodi ſuâ confirmatione Timotheus: *Ut nemo*, inquit, *moveatur*, hoc eſt, turbetur, laxetur in tentationibus meis. Nam diabolus, ſi invenerit opportunitatem tentationis, turbat minimè firmatos remiſſioris vitæ ſuggeſtione, ut à rebus mœrorem adferentibus reſiliant. Nonnulli autem, σαίνεσθαι, pro, turbari, poſitum eſſe dicunt, metaphorâ à canibus ſumptâ, qui, dum adulantur, caudas movent.

Ipſi enim ſcitis, quòd in hoc poſiti ſimus.] Audiamus hîc, quòd Chriſtiani, ut affligantur, ſint conſtituti. Non enim de Apoſtolis tantùm hæc dicta ſunt. Cùm itaque ad hoc poſiti ſimus, quid novum ſi affligamur? Quocirca nedum ob præterita mala oportet nos eſſe pacatos & inconcuſſos, verumetiam ob futura. Hoc enim nobis eſt magis proprium.

4 *Nam & cùm apud vos eſſemus, prædicebamus vobis paſſuros nos tribulationes, ſicut & factum eſt, & ſcitis.*] Magnæ conſolationi eſt diſcipulis, quòd præceptor afflictiones ipſis prænunciet. Sic enim uſu venit, ut deinceps ob eas non ita perturbentur, ac ſi inexpectatæ contingerent. Hinc & Chriſtus Apoſtolis dicebat: *Hæc priuſquam fierent, prædixi vobis, ut cùm facta fuerint, credatis.* Non hoc autem ſolum eis Paulus denunciavit, verùm & multa alia, quæ etiam evenerunt, prædixit. Ioh. 14. 29

5 *Propterea & ego amplius non ſuſtinens, miſi.*] Si prædixiſti eis, ô Paule, quòd afflictionem ſis paſſurus, & quòd propter afflictionem tuam eos non

oporteat

oporteat conturbari, quid rursus mittis? apparet enim quòd non admodum eis fidas. Præ nimia, inquit, charitate hoc facio. Qui enim diligunt, etiam quæ tuta sunt suspecta habent. Præterea multæ fuerunt tentationes, ac malorum magnitudo terruit me. Idcirco non dixit, Desperans de vobis, misi: sedenim, Non porrò sustinens, quod amicitiæ erat.

Ad cognoscendam fidem vestram.] Quærunt hîc quidam, quidnam qui tertium aduscque cœlum conscenderat, qui verba ineffabilia audierat, iste non novit quo in statu sint res Thessalonicensium, sed Timotheum mittat, ut cognoscat fidem ipsorum? Potest igitur dici, quòd non omnia nôrint sancti, cùm qui ante Christum vixerunt, tum qui post Christum. Nam & Helisæus ignorabat quid cum Sunamitide ageretur. Et Helias putabat se-solum relictum, cùm adhuc septem millia essent. Quinetiam Samuel ante hos, docetur non attendere in faciem primi fratris Davidis. Hunc ad modum Apostoli non noverant omnia. Hoc autem factum est, ut neque ipsi attollantur, neque alii de ipsis majora, quàm par sit, imaginentur, néve nos posteri dicere possemus, quòd humanæ naturæ modum illi transcendentes virtutis opera perfecerint, ac propterea nos socordes maneremus: sed ut discamus, quòd neque ipsi divino auxilio semper freti, sed suis etiam laboribus præclara peragerent

2 Cor.12.6.
4 Reg.4.
3 Reg.19. 10.
2 Reg.16.7.

Ne quo modo tentârit vos is qui tentat.] Non suspicatus sum, inquit, vos concussos esse, nisi usque adeò solummodo quòd tentati eratis. Vides autem quòd diabolicum est in afflictionibus turbari, maximè si alii offendantur ex eo quòd alii affliguntur: sicut in Jobo fecit, uxorem ejus tentans ex iis quæ maritus patiebatur. Tentat autem diabolus, nescius an sit superaturus: quod ex Job manifestum est. Attamen, quæ ipsius est impudentia, irruit: ac si quid videat imbecille,

λιν πέμπεις; Φαίνεται γὰρ ὅτι ὑ σφόδρα θαῤῥοῦς αὐτοῖς. Ἀπὸ πολλῆς ἀγάπης, φησὶ, τοῦτο ποιῶ. οἱ γὰρ ἀγαπῶντες καὶ τὰ ἀσφαλῆ ὑποπτεύουσιν. Ἅμα δὲ καὶ πολλοὶ ἦσαν οἱ πειρασμοὶ, καὶ ἡ ὑπερβολὴ τῶν κακῶν ἐφόβησέ με. διὸ οὐκ εἶπεν, Οτι καταγνοὺς ὑμῶν, ἐπέμψα· ἀλλὰ, μηκέτι ἰσχύων· ὃ φιλίας ἦν.

Εἰς ὃ γνῶναι τὴν πίστιν ὑμῶν.] Ἐνταῦθα ζητοῦσί τινες, τί δήποτε ὁ ἕως τρίτου οὐρανοῦ ἀνελθὼν, ὁ ἄῤῥητα ῥήματα ἀκούσας, οὗτος οὐκ οἶδε τὰ τῶν Θεσσαλονικέων, ἀλλὰ πέμπῃ Τιμόθεον "Εἰς ὃ γνῶναι τὴν πίστιν αὐτῶν; κ. ἔστι. Ἐστιν οὖν εἰπεῖν, ὅτι ὑ πάντα ἠδεσθη οἱ ἅγιοι, οἵ τε πρὸ Χριστοῦ, καὶ οἱ μετὰ Χριστόν. Καὶ Ελισσαῖος γὰρ ἠγνόησε "ὃ τῆς Σωμανίτιδος. Καὶ Ηλίας μόνος ὑπολελεῖφθαι ὑνόμιζε, καίτοι ἑπτακισχιλίων *ὄντων. Καὶ Σαμουὴλ * ἐτέρων. περὶ τούτων διδάσκει) μὴ προσέχειν εἰς τὸ ὄψιν τοῦ πρώτου ἀδελφοῦ τοῦ Δαβίδ. ὅπως οὖν καὶ οἱ ἀπόστολοι. Τοῦτο δὲ ἐγίνετο, ἵνα μήτε αὐτοὶ ἐπαίρωνται, μήτε ἄλλοι περὶ αὐτῶν μεγάλα φαντάζωνται, καὶ ἵνα οἱ ὕστερον μὴ ἔχωμεν λέγειν ὅτι ὑπὲρ ἀνθρώπους ὄντες ἰσχυροὶ, κατώρθωσαν τὴν ἀρετὴν, καὶ διὰ τοῦτο αὐτοὶ ἀπορῥαθυμοῦμεν· ἀλλὰ μεμνήμεθα, ὅτι διὰ αὐτοὶ ἀπήλαυον τῆς θείας ἀεὶ βοηθείας, ἀλλὰ πόνοις οἰκείοις κατώρθωσαν τὰ καλά.

Μήπως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων.] Οὐχ ὑποπτεῦσαι, φησὶν, ὅτι ἐσαλεύθητε, ἀλλ' ἢ τοσοῦτον μόνον, ὅτι ἐπειράσθητε. Ορᾷς δὲ, ὅτι ὃ ἐν τοῖς θλίψεσι θεμιτὸν, διαβολικὸν ὅτι, ἐν μάλιστα ὅταν ἄλλοι σκανδαλίζωνται δι' ὧν ἄλλοι "κακῶς διάκεινται)· ὥσπερ ἐν τῷ Ιὼβ ἐποίησε, τὴν γυναῖκα πειράσας δι' ὧν ἰσχυρὸς ἔπαθε. Πειράζει δὲ ὁ διάβολος, οὐκ εἰδὼς "εἰ καταβήσῃ, ὅπερ "κ. ὅπ. ἐν τῷ Ιὼβ δῆλον· ὅμως δυάσχωστος ὢν, προσβάλλει, κἂν ἴδῃ τι ἀσθενὲς, θαμβύνει,

πρὸς ὑμᾶς· ἀλλ' ὃ ἰσχυεν, ἀφίσταται.

Καὶ εἰς κενὸν γένηται ὁ κόπος ἡμῶν.] Εἰ γὰρ περιτέτμησαι, ὦ Παῦλε, τί πρὸς σε; ὁ σὸς κόπος ἐντελόμισθος παρὰ Θεῷ. ὅμως ἀπὸ πολλῆς ἀγάπης, κεκενῶσθαί μοί, φησι, τὸν κόπον νομίζω.

6 Ἄρτι δὲ ἐλθόντος Τιμοθέου πρὸς ἡμᾶς ἀφ' ὑμῶν, καὶ διαγελισαμένου τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγάπην ὑμῶν.] Ταῦτα μὲν προσεδόκησα, φησιν, ἀξέκλητον δὲ τὴν παράκλησιν. Ὅρα δὲ τὴν προσχάρειαν· οὐκ εἶπεν, ὅτι ἀπαγγείλαντος, ἀλλ', διαγελισαμένου· τοσοῦτον ἀγαθὸν ἡγεῖτο τὴν ἐκείνων ἐν τῇ πίστει βεβαίωσιν. Καὶ τῇ ἀγάπῃ δὲ αὐτῶν ἔχαιρεν, ὅτι σημεῖον ἦν πίστεως ἰσχυρᾶς.

Καὶ ὅτι ἔχετε μνείαν ἡμῶν ἀγαθὴν πάντοτε, ἐπιποθοῦντες ἡμᾶς ἰδεῖν, καθάπερ κἀ ἡμεῖς ὑμᾶς.] Τουτέστι, μνημονεύετε ἡμῶν μετ' ἐπαίνων καὶ εὐφημίας. Ἀκούσατε οἱ μαθηταὶ, καὶ διδάσκεσθε μνημονεύειν ἀεὶ τῶν διδασκάλων εὐφήμως. ἑαυτοῖς γὰρ ὠφελήσετε, οὐκ ἐκείνοις. Παραμυθία δὲ μεγίστη καὶ εὐφροσύνη τοῖς Θεσσαλονικεῦσι, τὸ μαθεῖν ὅτι οἶδεν ὁ Παῦλος ὅτι ἀγαπῶσιν αὐτόν· μᾶλλον γὰρ ποθεῖται τὸ φίλτερον.

7 Διὰ τοῦτο παρεκλήθημεν, ἀδελφοὶ, ἐφ' ὑμῖν ὅτι πάσῃ τῇ θλίψει καὶ ἀνάγκῃ ἡμῶν.] Βαβαὶ, χάριν ἦδη αὐτοῖς, ὅτι οὐκ ἐταλαιπώρησεν. Οὐκ ἀλγαινόμεθα γάρ, φησι, τὴν λύπην, ἀλλὰ παρεκλήθημεν, οὐκ ὅτι μιᾷ θλίψει, ἀλλ' ὅτι πάσῃ. ἡ γὰρ ἐφ' ὑμῖν χαρὰ ἀντίῤῥοπος πάσαις ἡμῶν τοῖς ἀνάγκαις ἐγένετο.

Διὰ τῆς πίστεως ὑμῶν.] Ὑμεῖς με ἐστηρίσατε, φησι. καὶ μέντοι τὸ ἀσθενὲς ἦν· αὐτὸς γὰρ μὴ ἐνδοὺς τοῖς πειρασμοῖς, ἐστήριζεν ἄλλους· ὅμως εἰς ἐκείνους μετατρέπει τὸ ἐγκώμιον. Ὑμεῖς γάρ μέ, φησιν, οὐκ ἀφήκατε τῶν πειρασμῶν ἀλγεῖν.

8 Ὅτι νῦν ζῶμεν, ἐὰν ὑμεῖς στήκατε ἐν Κυρίῳ.] Οὐκ εἶπεν, ὅτι παρεμυθήθημεν, ἀλλὰ, ζῶμεν· δηλοῖ ὅτι τὸ ἐκείνων σκάνδαλον θάνατον ἡγεῖτο, καὶ

expectat & permanet; ſin forte, deſiſtit.

Et inanis fiat labor noſter.] Etiamſi permutati ſunt, ô Paule, quid hoc ad te? Tuus labor perfectam habet apud Deum mercedem. Præ nimiâ tamen charitate, inquit, evacuatum mihi laborem arbitror.

6 *Nuper autem cùm veniſſet Timotheus ad nos à vobis, & annunciâſſet fidem & dilectionem veſtram.*] Hæc quidem expectavi, inquit, contraria autem evenerunt. Reputa hîc tecum immenſam lætitiam ac clementiam Pauli. Non dixit, denunciâſſet, ſed, bene nunciâſſet: adeò ingens bonum putabat illorum in fide confirmationem. Charitatis etiam ipſorum nomine lætabatur: nam fidei ſignum erat.

Et quòd habeatis memoriam noſtrî ſemper bonam, deſiderantes nos videre, quemadmodum & nos vos.] Hoc eſt, meminiſtis noſtrî cum laude & præconio. Audite, diſcipuli, atque diſcite præceptorum veſtrorum mentionem facere ſemper cum laude: vobis ipſis namque proderîtis, non illis. Conſolatio autem maxima eſt Theſſalonicenſibus & lætitia, quòd ſciant Paulum noviſſe ſe ab ipſis diligi: majorem enim in eis amorem accendit.

7 *Ideo conſolationem accepimus in vobis, fratres, in omni afflictione & neceſſitate noſtra.*] O rem admirandam! Agit illis gratias, quòd non ſint commoti. Non ſentimus enim, inquit, triſtia, verùm conſolationem accepimus, non in una quapiam afflictione, ſed in omni. Lætitia enim, quam veſtrî causâ accepimus, omnibus noſtris neceſſitatibus æquipollet, eáſque compenſat.

Per fidem veſtram.] Vos me firmâſtis, inquit. Atqui diverſum erat: ipſe namque tentationibus haudquaquam cedens, fulciebat eos: attamen in ipſos encomium transfert. Vos enim, inquit, non permiſiſtis me tentationes ſentire.

8 *Quoniam nunc vivimus, ſi vos ſtatis in Domino.*] Non dixit, Conſolationem accepimus, ſed, *Vivimus:* indicans quod eorum ſcandalum mortem exiſtimârit, ac

eorundem

eorundem progreſſum, & conſtantiam, & confirmationem in Chriſto, vitam.

9 *Quam enim gratiarum actionem poſſumus Deo retribuere pro vobis ſuper omni gaudio quo gaudemus propter vos ante Deum noſtrum?*] Tantum, inquit, eſt gaudium noſtrum propter vos, ut nequeamus pro dignitate Deo gratias agere pro vobis. Veſtram enim virtutem, donum Dei arbitramur: non enim eſt humani conatûs aut animæ tanta prudentia. Quare cùm illi gratias agere debeamus, non invenimus dignam gratiarum actionem.

10 *Nocte ac die abundantiùs orantes, ut videamus faciem veſtram.*] Expende exceſſum: pluſquàm abundè precabatur, ut videret eos: quemadmodum colonus aliquis audiens quòd cultus ab eo ager fructibus abundat, illum oculis intueri cupit.

Et compleamus ea quæ deſunt fidei veſtræ.] Atqui paulò antè teſtatus eſt ſtare eos: quî ergo nunc dicit, *Quæ deſunt fidei?* Non omnem perceperant doctrinam, ſed deerant fortaſſe ipſis quædam de reſurrectione, idque genus alia. Præterea non pauci erant doctores falſi, atque hanc ob cauſam dixit, *defectus fidei.* Ubi itaque fidei eorum metuebat, Miſi, inquit, ad vos fulciendos: Hîc verò, *compleamus*, ait, quod inſtitutionis potiùs eſt, quàm confirmationis. Illud enim compleri dicimus, cui puſillum quid deficit.

11 *Ipſe autem Deus & pater noſter, & Dominus noſter Jeſus Chriſtus, dirigat viam noſtram ad vos.*] Oſtendit quòd etiam apud ſeipſum precabatur, ut eos videret, qui quidem precationem epiſtolæ etiam inſerüerit. Et ſe quoque defendit, quòd non ex ſegnitie relinquat ipſos: perinde quaſi dicat; Ipſe Deus excindat tentationes undique circumtrahentes nos, ut recto itinere ad vos veniamus.

12 *Vos autem Dominus multiplicet &*

ζωλώ τ ἐκείνων τροχοπλώ, καὶ κατάρτισιν, καὶ βεβαίωσιν ἐν Χριστῷ.

9 Τίνα γὰρ " θυσαρισήσωμεν δυνάμεθα " ἀπημοσίαν. τῷ Θεῷ ἀνταπόδοσιν περὶ ὑμῶν, ὅτι πάσῃ τῇ χαρᾷ ᾗ χαίρομεν δι' ὑμᾶς ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν;] Τοσαύτη, φησὶν, ἡ δι' ὑμᾶς χαρὰ, ὅτι οὐδὲ θυσαρισῆσαι ὡς Θεῷ καθ' ἀξίαν δυνάμεθα ὑπὲρ ὑμῶν. Τὸ γὰρ ὑμῶν κατόρθωμα, δῶρον ἡγούμεθα τοῦ Θεοῦ. ἡ γὰρ ἀνθρωπίνης ἀσυνέσεως ἢ ψυχῆς τοσαύτη φρόνημα. Διὸ καὶ αὐτῷ ὀφείλοντες θυσαρισῆσαι, οὐκ εὑρίσκομεν τ ἀξίαν θυσαρισίαν.

10 Νυκτὸς καὶ ἡμέρας ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ δεόμενοι εἰς τὸ ἰδεῖν ὑμῶν τὸ πρόσωπον.] Ὅρα τ ὑπερβολήν· ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ἐδέετο ἵνα ἴδῃ αὐτούς· ὥσπερ τὶς γεωργὸς ἀκούων ὅτι ἡ πονηθεῖσα αὐτῷ χώρα καρποῖς βρίθει, πόθῳ καὶ ὄψιν αὐτῶν ἴδῃ.

Καὶ καταρτίσαι τὰ ὑστερήματα τ πίστεως ὑμῶν.] Καίτοι φῶ τὸ ἑξαίρας αὐτοῖς ἐμμαρτύρησι· πῶς οὖν νῦν λέγει, τὰ ὑστερήματα τ πίστεως; Οὐ πάσης ἀπέλαυσεν τ διδασκαλίας, ἀλλ' ἐνέδει αὐτοῖς ἴσως τὰ περὶ ἀναστάσεως, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Καὶ πολλοὶ ψευδοδιδάσκαλοι ἦσαν, καὶ διὰ τοῦτο εἶπε, τὰ ὑστερήματα. Ἐνθα μὲν οὖν περὶ αὐτῆς τ πίστεως ἐδεδοίκει, Ἐπεμψά, φησὶν, εἰς τὸ στηρίξαι ὑμᾶς· ἐνταῦθα δὲ, καταρτίσαι, φησὶν· ὃ διδασκαλίας μᾶλλόν ἐστιν, ἢ βεβαιώσεως. Καταρτίζεσθαι γὰρ ἐκεῖνο λέγομεν, ᾧ ὀλίγον τι λείπει.

11 Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ἡμῶν, καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κατευθύναι τ ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς.] Δείκνησιν, ὅτι καὶ καθ' ἑαυτὸν εὔχετο ἰδεῖν αὐτούς, ὅς γε καὶ ἐν τῇ ἐπιστολῇ τ θρῆνον ἐνέθηκεν. Ἅμα δὲ καὶ ἀπολογεῖται, ὅτι οὐ κατ' ῥᾳθυμίαν ἀπολείπει αὐτοῦς, ὡς δή τις ἔλεγεν· Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς ἐκκόψαι τὰς περισπασμοὺς τὰς πανταχοῦ περιελκούσας ἡμᾶς, ἵνα ὀρθὴν τ ὁδὸν πρὸς ὑμᾶς ἔλθωμεν.

12 Ὑμᾶς δὲ ὁ Κύριος πλεονάσαι καὶ περισσεύσαι

"χλεονάσ. περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς " ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας.] Ὁρᾷς μανίαν ἀγάπης ἀκαθαίρετον, ὅτι καὶ πλεονάσαι καὶ περισσεύσαι αὐτοὺς ἐν τῇ ἀγάπῃ εὔχεται; καὶ οὐκ εἰς ἀλλήλους μόνον, ἀλλ' εἰς πάντας. Τοῦτο γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγάπης ἴδιον, ὃ πάντας περιπλέκεσθαι· ἐὰν γὰρ τοῦτον μέν, τὸν δὲ μή, κατ' ἄνθρωπον ἡ φιλία.

Καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς.] Τὸ μὲν ἡμέτερον, φησὶν, ἤδη ἐστὶ· τὸ δὲ ὑμέτερον, λοιπὸν ἀξιοῦμεν γενέσθαι. ἔχετε γὰρ μέτρον καὶ ὑπόδειγμα τὴν ἀγάπην ἡμᾶς.

13 Εἰς τὸ στηρίξαι ὑμῶν τὰς καρδίας ἀμέμπτους ἐν ἁγιωσύνῃ ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν, ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ.] Δείκνυσι πάλιν ἀγάπην αὐτοῖς κέρδος φέρουσαν, καὶ τοῖς φιλουμένοις. Γίνεται γάρ, φησὶν, ὑμᾶς ὁ Κύριος ἐν τῇ ἀγάπῃ, εἰς τὸ στηρίξαι τὰς καρδίας ὑμῶν. Κύριον δὲ τὸ Πνεῦμα νοήσῃς, ὡς καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐπέστησε. Τίς γὰρ ἄλλος στηρίξει ἀμέμπτους ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Χριστοῦ, ἢ τὸ Πνεῦμα πάντως; Οὐκ εἶπε δὲ, ὑμᾶς στηρίξαι, ἀλλὰ, τὰς καρδίας. Ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροί. Καὶ ἔνεστι μανθάνειν πονηρὸν τὸν ἔχοντα, ὅμως πονηρὸν εἶναι, ὅτι, βασκαίνοντα, διαβεβλημένον, μνησικακοῦντα, δόγματα ἔχοντα διεστραμμένα. Ἀμεμπτος οὖν τότε ὄντως ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος, ὅταν τὴν καρδίαν καθαίρηται· τότε γὰρ ἁγιωσύνην ἔχει. Κυρίως μὲν γὰρ λέγεται ἁγιωσύνη ἡ σωφροσύνη, ὥσπερ καὶ ἀκαθαρσία ἡ πορνεία καὶ ἡ μοιχεία. Καθολικῶς δὲ, πᾶσα ἁμαρτία ἀκαθαρσία, καὶ πᾶσα ἀρετὴ ἁγιωσύνη. Ἀμέμπτους δὲ βούλεται εἶναι ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ νῦν μοι· αὕτη γὰρ ἀληθινή ἐστιν ἀρετὴ, ἡ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ἐπεὶ σφαλερὰ ἡ ἀνθρωπίνη κρίσις. Καὶ ἐν τῇ παρουσίᾳ δὲ

abundare faciat charitatem veſtram invicem, & in omnes.] Viden' charitatis inſaniam, quæ cohiberi nequit? Nam & excellere & abundare eos in dilectione precatur: & non ſolùm erga ſe mutuò verumetiam erga omnes. Iſthuc enim eſt divinæ charitatis proprium, omnes complecti. Nam ſi hunc diligas, illum verò non item, humana iſta amicitia eſt.

Quemadmodum & nos erga vos.] Nam quod noſtrum eſt, inquit, præſens eſt: quod verò veſtrum eſt, id in poſterum fieri rogamus: habetis enim nos menſuram & exemplum dilectionis.

13 *Ad confirmanda corda veſtra inculpatè, in ſanctitate, ante Deum & patrem noſtrum, in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti cum omnibus ſanctis ejus.*] Charitatem ipſis lucrum afferre aſſerit, non amatis. *Abundare namque vos Dominus*, inquit, *facìat in charitate, ad confirmanda corda veſtra.* Per *Dominum* autem, Spiritum intelliges, perinde ac magnus Baſilius interpretatus eſt. Quis enim alius confirmabit irreprehenſibiles, coram Deo Patre in adventu Chriſti, quàm Spiritus omnino? Non dixit autem, *Ut* vos *confirmet*: ſed, *Corda. E corde enim egredi-* Mat. 15. 19. *untur cogitationes pravæ.* Fieri etiam poteſt, ut aliquis nihil mali perſequetis operè ipſo, pravus tamen ſit, nempe, invidus, impoſtor, injuriarum memor, perverſa dogmata habetis. Immaculatus ergò tum verè eſt homo, quando cor ſuum purgat: tum & ſanctitatem habet. Sanctitas enim propriè dicitur continentia, quemadmodum & impuritas, fornicatio & adulterium. In univerſum autem, omne peccatum eſt impuritas, & omnis virtus eſt ſanctitas. Immaculatos autem vult eſſe coram Deo Patre, etiam nunc quidem: ea namque eſt ſyncera virtus, quæ coram Deo eſt, non quæ coram hominibus: quandoquidem fallax ſit humanum judicium. *In adventu* verò *Chriſti*; nam ab

ipso judicamur in conspectu Patris. Ut igitur, inquit, sitis inculpati, quemadmodum omnes sancti.

τῦ " Χριστυ· ϗ γὰρ ἐν αὐτῷ κρινόμθα " χ. Κυρίυ.
ἔμπροσθεν τῦ Πατρός. Ἵνα οὖν, φησιν,
ἄμωμοι ἦτε, ὥσπερ ϗ πάντες οἱ ἅγιοι.

Cap. IV.

Quod reliquum est, fratres, rogamus vos & obsecramus in Domino Jesu, quemadmodum accepistis à nobis quomodo oporteat vos ambulare ac placere Deo, ut abundetis magis.] Quandoquidem, inquit, de iis quæ decent apud vos locutus sum, audite porrò de iis quæ semper auditu sunt necessaria. Nam istud, *quod reliquum est*, hoc significat, hoc est, semper & perpetuò. Vide autem ejus humilitatem, quemadmodum ne ad obsecrandum quidem sibi satis esse authoritatis putârit, sed Christum assumat, inquiens; Christus vos per me obsecrat. *Accepistis* autem, non est verborum tantùm, verumetiam operum: nam per opera quoq; docebat. Quid verò obsecramus? *Ut abundetis magis*, hoc est, ut aliquid supra mandatum facere nitamini, atque imperata superetis. Quemadmodum enim terra non ea solùm quæ in ipsam jacta fuerint, profert: sic animus non debet consistere intra præcepta, sed ea etiam superare.

2 *Scitis enim quæ præcepta dederimus vobis per Dominum nostrũ Jesum Christum.*] Præceptum, est de iis quæ fugienda sunt: quæ si fiant, pœnam ferunt: non peracta verò, nihil merentur præconii. Sunt autem quædam, quæ non sunt præcipienda, hoc est, non minis cohibenda, sed arbitrio auditorum relinquenda, ut facultates effundere, virginitatis statum ser-
Mat. 19. 12. vare. *Nam qui potest capere, capiat*, inquit Dominus. Verisimile est igitur Paulum quædam illis magno cum terrore demandâsse. Quamobrem ea verbis non exprimit, sed ipsis ad memoriam tantùm revocat. Rursus autem Christum in medium profert. Non mea

Κεφ. δ.

Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοὶ, ἐρωτῶμεν ὑμᾶς ϗ παρακαλοῦμεν ἐν Κυρίῳ Ἰησῦ, καθὼς παρελάβετε παρ' ἡμῶν, πῶς δεῖ ὑμᾶς περιπατεῖν ϗ ἀρέσκειν τῷ Θεῷ, ἵνα περισσεύητε μᾶλλον.] Ἐπειδὴ, φησι, περὶ τῶν καθηκόντων διῆλθον ὑμῖν, ἀκούσατε ϗ περὶ τῶν ἀναγκαίων ἀεὶ ἀκουέσθαι. Τὸ γὰρ, λοιπὸν, τοῦτο δηλοῖ, τουτέστιν, ἀεὶ ϗ εἰς τὸ διηνεκές. Ὅρα δὲ ταπεινοφροσύνην, ὅπως οὐδὲ πρὸς τὸ παρακαλεῖν ἀξιόπιστον ἑαυτὸν εἶ" φησιν, ἀλλὰ τὸν Χριστὸν παρακαλοῦσι, τοῦτο λέγων, ὅτι ὁ Χριστὸς ὑμᾶς παρακαλεῖ δι'" ἐμοῦ. Τὸ δὲ, " χ. ἡμῶν.
παρελάβετε, ῥημάτων οὐκ ἔστι μόνον, ἀλλὰ ϗ πραγμάτων. Ϗ δι' ἔργων γὰρ ἐδίδασκε. Τί δὲ παρακαλοῦμεν; ἵνα περισσεύητε μᾶλλον, τουτέστιν, ἵνα πλέον τι τῆς ἐντολῆς φιλοτιμῆσθε ποιεῖν, Ϗ ὑπερβαίνητε τὰ διατάγματα. Ὥσπερ γὰρ ἡ γῆ οὐ τὰ καταβληθέντα " μόνον φέρει, οὕτω ϗ ἡ " χ. μόνα.
ψυχὴ οὐκ ὀφείλει ἴσα τοῖς μέτροις τῶν διατάξεων, ἀλλ' ὑπερβαίνειν.

2 Οἴδατε γὰρ τίνας παραγγελίας ἐδώκαμεν ὑμῖν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.] " Παραγγέλλει ὅτι " χ. φησὶν
τοῦ φθονεῖν, ἃ προπέμπεται μὴ κέλασιν φέρει· μὴ προπέμπεται δὲ, οὐδὲν ἐγκώμιον. Εἰσὶ μέντοί τινα, ἃ οὐ δεῖ παραγγέλλειν, τουτέστι, μὴ μετὰ ἀπειλῆς ἀναγέλλειν, ἀλλ' ἐν τῇ γνώμῃ τῶν ἀκουόντων ἐᾶν· ὡς τὸ κενοδοξίας ῥήματα, τὸ προσεύχεσθαι. Ὁ δυνάμενος γὰρ, φησι, χωρεῖν, χωρείτω. Εἰκὸς οὖν * τὸν Παῦλον παραγγεῖ- * φασι.
λαι αὐτοῖς μετὰ πολλοῦ φόβου περὶ ζωῆς. δεῖ οὐ λέγειν αὐτὰ, ἀλλ' ἀναμιμνήσκειν αὐτούς. Πάλιν δὲ τὸν Χριστὸν εἰς τὸ μέσον τίθησιν. Οὐκ ἐμὰ γὰρ,

γὰρ, φησιν, ἀ πρήγειλα, ἀλλ' ἐκεῖνα ταῦτα. ὥστε ἐκεῖνος ἢ εἰσακούσεται, ἢ ἀθετεῖται.

3 Τοῦτο γάρ ἐστι θέλημα Θεοῦ, ὁ ἁγιασμὸς ὑμῶν.] Τουτέστιν, ἡ σωφροσύνη. Παραγγέλλει δὲ περὶ ταύτης παραγγέλλ, καὶ Τιμοθέῳ γράφων, καὶ Κορινθίοις, καὶ Ἑβραίοις. Καὶ γὰρ τυραννικὸν τὸ πάθος, καὶ δεῖται πολλῶν καὶ φαρμάκων καὶ συνεχῶν.

Ἀπέχεσθαι ἀπὸ πάσης πορνείας.] Πολλὰ γὰρ τὰ εἴδη ταύτης καὶ πολύπλοκα, ἀ οὐδὲ εἰπεῖν ἀνέχεται, ἀλλ' ἁπλῶς, πάσης, εἶπεν.

4 Εἰδέναι ἕκαστον ὑμῶν τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ.] Σκεῦος, τὸ σῶμά φησιν· ὅταν μὲν οὖν σωφρονῶμεν, καὶ ἡ καθαρὸν, * ἡμεῖς αὐτὸ κεκτήμεθα· ὅταν δὲ ἀκάθαρτον ᾖ, ἡ ἁμαρτία αὐτὸ κέκτηται. ἀ γὰρ ἐκείνη ὑποτάττει, ποιεῖ αὐτὸ ὡς δοῦλον. Αλλὰ δὲ καὶ τότε ἔστιν ἐν τιμῇ, ὅτε σωφρονεῖ. Ὥστε ἡ ἁμαρτία, ἀτιμία. Σημείωσαι δὲ, εἰδέναι· δείκνυσι γὰρ ὅτι ἀσκήσεως καὶ μαθήσεώς ἐστι τὸ σωφρονεῖν. Καὶ που οἱ τὰς φύσεις εἰσάγοντες Μανιχαῖοι, καὶ Μαρκιωνισταί.

* ἐν ἁγιασμῷ.

5 Μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας.] Τουτέστι, μὴ ἐν ἐπιθυμίᾳ πάθος ἐχούσῃ· ἔστι γὰρ καὶ ἐπιθυμία ἀπαθὴς, ἡ τῶν θείων προαιρετική. Η καὶ ὅτι πολλὰ τὰ ἐκκείμενα τῇ ἐπιθυμίᾳ, πάθη ἐπιθυμίας ὀνομάζει, οἷον ψευδὴ, πλοῦτος, δόξα, ῥᾳθυμία, τούτων ἕκαστον πάθος ἐπιθυμίας λεχθείη. Δεῖ οὖν ἡμᾶς, εἰ μέλλομεν σωφρονεῖν, μηδὲν πάθος ἐπιθυμίας ἐκκεῖσθαι προσδέχεσθαι.

Καθάπερ καὶ τὰ ἔθνη τὰ μὴ εἰδότα τὸν Θεόν.] Μὴ εἰδότες γὰρ τὸν Θεὸν, οὔτε ἀνταποδόσεως ἐλπίδα ἔχουσιν. Οὐκοῦν πάντα τῇ ἡδονῇ χαρίζονται.

6 Τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.] Ανω μὲν περὶ πάσης τῆς ἄλλης πορνείας εἶπε, νυνὶ δὲ περὶ μοιχείας λέγει· ἐπὶ δὲ

enim, inquit, præcepi, ſed illius ſunt hæc: itaque ille vel exaudietur vel reprobabitur.

3 *Hæc eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra.*] Id eſt, temperantia. Ubique autem de hâc præcipit; Timotheo nimirum ſcribens, Corinthiis, & Hebræis. Tyrannicum enim malum eſt impuritas, & multis & continuis pharmacis indiget. 1 Tim. 5. 22. 2 Cor. 6. 6. Hcb. 12. 14.

Ut abſtineatis ab omni fornicatione.] Siquidem multæ & variæ hujus mali ſpecies ſunt, quas ne dicere quidem ſuſtinuit, ſed ſimpliciter, *Ab omni*, dixit.

4 *Ut ſciat unuſquiſque veſtrùm, ſuum ipſius vas poſſidere in ſanctificatione & honore.*] Vas, corpus ipſum appellat. Quando enim continentes ſumus, corpúſque purum eſt, nos ipſum poſſidemus. Quando verò impurum fuerit, peccatum ipſum poſſidet: quæ enim iſtud imperat, iſthuc facit ſicut ſervus. Verùm tum eſt in honore, quando ſobrium eſt & pudicum. Peccatum igitur eſt ignominia. Obſerva autem quod ait, *Ut ſciat*. Indicat enim, caſtitatem & continentiam opus habere exercitio & diſciplinâ. Atque ubi ſunt Manichæi & Marcioniſtæ, qui naturas inducunt?

5 *Non in paſſione deſiderii.*] Hoc eſt, non in deſiderio paſſionem habente: nam eſt etiam deſiderium abſque paſſione, quod eſt rerum divinarum. Vel quòd omnia concupiſcentiam accendentia, deſiderii paſſiones nominet, veluti deliciæ, opes, otium, ſocordia, quodlibet horum dici poſſit paſſio deſiderii. Nos itaque, ſi velimus eſſe temperantes, nullam affectionem, quæ cupiditatem accendat, admittere oportet.

Sicut & gentes quæ ignorant Deum.] Nam qui Deum non noverunt, neque retributionis ſpem habent: proinde omnia voluptati tribuunt.

6 *Ut non tranſgrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem ſuum.*] Suprà quidem dixit de quavis alia fornicatione, nunc verò de adulterio loquitur;

quod & circumventionem & transgressionem meritò nominat. Nam Deus unicuique uxorem dedit, ac terminos naturæ posuit, mixtionem videlicet quæ est cum una illa uxore. Circumventio itaque est *in negotio*, hoc est, in congressu, præsertim cùm fiat adversùs fratrem.

πλεονεξίαν καὶ ὑπόληψιν ὀνομάζῃ εἰκότως. Καὶ γὰρ ἑκάστῳ ὁ Θεὸς γυναῖκα ἀπένειμε, καὶ ὅρους τέθηκε τῇ φύσει, τὴν πρὸς τὴν μίξιν φημὶ τὴν πρὸς τὴν μίαν γυναῖκα ἐκείνην. Ὥστε πλεονεξία ἐστὶν ἐν τῷ πράγματι, τουτέστι, τῇ μίξει, καὶ τοῦτο κατὰ ἀδελφοῦ γινομένη. "χ. τ. φύσεως.

Eò quòd vindex est Dominus de omnibus his, sicut prædiximus vobis & testificati sumus.] Ne existimes, inquit, quòd de fratribus tantùm hæc dicam, imò neque aliorum uxores, neque simpliciter maritis carentes, neque publica scorta habere licet. Nam hæc omnia ulciscitur Dominus: nec impunè ista perficimus, sed innumeras pœnas sustinemus pro præsenti in his voluptate. Considera autem: primùm obsecravit: deinde pudefecit, *quemadmodum gentes*, inquiens: postea à ratione absurditatem commonstravit, rem circumventionem dicens: deinceps etiam terret. Revocat autem eis ad memoriam, quòd sæpe hæc ab ipso audiverint.

Διότι ἔκδικος ὁ Κύριος περὶ πάντων τούτων, καθὼς καὶ προείπομεν ὑμῖν καὶ διεμαρτυράμεθα.] Μὴ νομίσῃς, φησὶν, ὅτι ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μόνων ταῦτά φημι, ἀλλ' οὐδὲ τὰς ἑτέρων γυναῖκας, οὐδὲ τὰς ἁπλῶς ἀνδρὸς, καὶ πόρνας ἔχειν ἔξεστι. Καὶ γὰρ ταῦτα πάντα ἐκδικεῖ ὁ Κύριος· καὶ οὐκ ἀπρονοήτως ταῦτα πράττομεν, ἀλλὰ μυριοπλασίους δίκην ὑπομένομεν τῆς ὑπὲρ τούτοις νῦν ἐγκειμένης ἡμῖν ἡδονῆς. Ὅρα δὲ, πρῶτον παρεκάλεσεν, εἶτα ἐπέτρεψεν, εἶπων, καθάρατε τὰ ἔθνη· εἶτα ἀπὸ λογισμοῦ τὸ ἄτοπον ἔδειξε, πλεονεξίαν εἰπὼν τὸ πρᾶγμα· λοιπὸν καὶ φοβεῖ. Ἀναμιμνήσκει δὲ αὐτοὺς ὅτι πολλάκις ταῦτα ἤκουσαν παρ' αὐτοῦ.

7 *Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem.* 8 *Itaque qui spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui dedit Spiritum suum sanctum in nos.*] Quia dixerat quòd fratrem injuriâ afficis, atque intulerat quòd Deus hoc ulciscatur, dilatat hoc nunc, ostendens quòd etiamsi infidelis hoc patiatur, supplicium, qui hoc fecit, dabit. Non enim illum vlciscitur Deus, cùm te punit, sed seipsum. Ipse namque vocavit te ad puritatem, ipsum itaque injuriâ affecisti per impuritatem, qui Spiritum sanctum tibi dedit. Itaque sive famulam tuam marito junctam corrumpis, sive reginam, æquale peccatum est: etenim unus est & idem qui injuriâ affectus est, Deus. Et si forniceris, ipse ulciscitur, cujus Spiritum polluisti. Quin & aliter: Deus videns quòd ipsum in talibus magis contemnamus, quàm homines, suiipsius vindex est. Hominum enim oculos, ne ab eis conspiciamur, fu-

7 Οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐν ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ' ἐν ἁγιασμῷ. "χ. ἐπὶ. 8 Τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν, οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεὸν, τὸ δόντα τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον εἰς ἡμᾶς.] Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι τὸν ἀδελφὸν ἀδικεῖς, καὶ ἐπήγαγε, ὅτι ὁ Θεὸς ἐκδικεῖ, πλατύνει τοῦτο νῦν, δηλῶν ὅτι κἂν ἄπιστος πάθῃ τοῦτο, τιμωρεῖται ὁ πεποιηκὼς δώσει. Οὐκ ἐκεῖνον γὰρ ἐκδικεῖν κολάσει σε ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἑαυτόν. αὐτὸς γάρ σε ἐκάλεσεν εἰς καθαρότητα, καὶ αὐτὸν ὕβρισας διὰ τὴν ἀκαθαρσίαν, τὸν δόντα σοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὥστε κἂν σὴν ὑπάνδρου δμωλίδα, κἂν τὴν "βασιλίδα φθείρῃς, ὅμοιον τὸ ἔγκλημα. Εἷς γὰρ ὁ ὑβρισθεὶς Θεός. κἂν πορνεύσῃς, "αὐτὸς ἐκδικεῖ, οὗ τὸ Πνεῦμα ἐμόλυνας. Καὶ ἄλλως δέ· ὁ Θεὸς ὁρῶν ἡμᾶς αὐτοῦ καταφρονοῦντας ἐν τοῖς τοιούτοις μᾶλλον ἢ τοὺς ἀνθρώπους, ἑαυτὸν ἐκδικεῖ. Ἀνθρώπων μὲν γὰρ ὀφθαλμοῖς μὴ ὁρᾶσθαι "χ. ὁ Θεὸς.

ασυδάζομεν, αὐτὸν ὃν ὁρῶντες καταφρονοῦμεν.

9 Περὶ δὲ τῆς φιλαδελφίας οὐ χρείαν ἔχομεν γράφειν ὑμῖν.] Οὐ λέγει πέως περὶ τῆς εἰς πάντας ἀγάπης, ἀλλὰ τῆς εἰς τοὺς ἀδελφούς. Κατὰ παράλειψιν δὲ τὸ παίνεσιν ἄγει, δύο ταῦτα κατασκευάζων· ἓν μέν, ὅτι ὅτως ἀναγκαῖον ὂν τὸ γράμμα, ὡς μηδὲ διδασκάλου δεῖσθαι. Τὰ γὰρ σφόδρα μεγάλα πᾶσιν ἐστὶ δῆλα. "Ετερον δὲ μᾶλλον αὐτοὺς ἐντρέπει, διεγείρων ἵνα μὴ δεύτεροι ἔλθωσι τῆς ὑπολήψεως ἣν ἔχει περὶ αὐτῶν, νομίζων αὐτοὺς ἤδη κατωρθωκέναι. "χ. δεύτεροι.

Αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε, εἰς τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους.] Ορα μὴ ὅσον ταῦτά φησιν ἐγκωμιάζων. τὴν γὰρ Θεὸν αὐτοῖς διδάσκαλον ἐπέστησε τῆς ἀρετῆς ταύτης. Τοῦτο γάρ ὁ προφήτης εἶπεν· Ἐσονται πάντες διδακτοὶ Θεοῦ.

10 Καὶ γὰρ ποιεῖτε αὐτὸ εἰς πάντας τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἐν ὅλῃ τῇ Μακεδονίᾳ.] "Οὐχ ἁπλῶς λέγει, ὅτι θεοδίδακτοί ἐστε, ἀλλ' οἶδα ἀφ' ὧν ποιεῖτε. Μακεδονίας δὲ ἐμνήσθη, ὅτι μητρόπολις Μακεδονίας ἡ Θεσσαλονίκη. "χ. ὅτι θεοδίδακτοί ἐστε οἶδα ὡ.

11 Παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, περισσεύειν μᾶλλον, καὶ φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν, καὶ πράσσειν τὰ ἴδια, καὶ ἐργάζεσθαι ταῖς χερσὶν ὑμῶν, καθὼς παρήγγειλα ὑμῖν.] Οτι μὲν φιλάδελφοί ἐστε, οἶδα· τοῦτο δὲ παρακαλοῦμεν, περισσεύειν ὑμᾶς, τουτέστι, πλεονάζειν ἐν τῇ φιλαδελφίᾳ, καὶ φιλοπωτέρους εἶναι. Η τίνων οὖν εἶχον, εἶπα ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ἀναλαβών, ἡσυχάζειν δὲ πράττειν τὰ ἴδια· ἢ, φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν καὶ πράττειν τὰ ἴδια. Εκ τούτου δὲ δείκνυσιν ὅτι οἱ ἀργοὶ καὶ πολυπράγμονες δὲ ταραχώδεις. Εἰπὼν δὲ, ταῖς χερσὶν ὑμῶν ἐργάζεσθαι, ἐντρέπει τοὺς "τὰ σωματικὰ ἔργα ἀναιρεῖσθαι, καὶ μόνον τὸ πνευματικὸν ζητοῦντας. Εἶπατε γάρ, ἀνόητοι, ἆρα νηστείαν ἐργάζεται τις ταῖς χερσίν; "χ. τὰ σωματικὰ ἔργα.

gere ſtudemus: ipſum autem reſpicientem contemnimus.

9 *De fraterna autem charitate non neceſſe habemus ſcribere vobis.*] Non dicit jam de charitate erga omnes, verùm de ea quæ eſt erga fratres. Per præteritionem autem adhortationem facit, duo hæc conficiens: Primum quidem, quod res ſit adeò neceſſaria, ut doctore quidem non indigeat. Quæ enim valde magna ſunt, omnibus ſunt manifeſta. Alterum autem magis eos pudefacit, excitans eos, ne inferiores inveniantur opinione quam de ipſis concepit, exiſtimans eos jam perfeciſſe quæ charitatis ſunt.

Ipſi enim vos à Deo didiciſtis, ut diligatis invicem.] Obſerva quanto cum encomio hæc dicat: Deum enim ipſis virtutis hujus doctorem facit: quod & Propheta dixit: *Erunt omnes à Deo doctì.* Eſa. 45. 13. Ier. 31 34.

10 *Etenim illud facitis in omnes fratres qui ſunt in univerſa Macedonia.*] Non ſimpliciter dicit, A Deo docti eſtis, ſed ſcio ex iis quæ facitis. Macedoniæ autem meminit, quandoquidem Macedoniæ metropolis ſit ipſa Theſſalonica.

11 *Rogamus autem vos, fratres, ut abundetis magis, & operam detis ut quietì ſitis, & veſtrum negotium agatis, & operemini manibus veſtris, ſicut præcepì vobis.*] Quòd ſitis amantes fratrum, equidem novi: hoc autem obſecramus, abundare vos, hoc eſt, exuberare fraternâ charitate, & munificos eſſe. Vel hîc igitur diſtinctionem facito, deinde à novo principio lege, *Ut quieti ſitis, atque res proprias agatis:* vel, *Operam detis ut quieti ſitis, & res proprias agatis.* Ex hoc autem oſtendit, quòd ocioſi curioſi turbulentique ſint. Cùm autem dicit, *Manibus veſtris operemini*, pudefacit eos qui corporale opus tollunt, ſolum ſpirituale quærentes. Dicite enim, vos ſtolidi, num jejunium aliquis operatur manibus?

num humi cubationem? Minimè sanè; verùm de opere corporali loquitur, quod & magis spirituale est, nimirum, ut ex labore tuo aliis impertias, pauperibus scilicet. Quia verò pauperes fuerunt, quippe qui bonis suis spoliati essent, laborare eos docet, ut indigentibus impertiri eleemosynam possint. Quòd si hos operari jubet, qui propter Christum spoliati erant, multo magis alios.

12 *Ut ambuletis decorè ad eos qui foris sunt, & nullâ re indigeatis.*] Hoc est, ut non sitis indecores, si apud infideles mendicetis. Pulchrè autem & eleganter hoc posuit, ne eos objurget. Si enim fideles offenduntur, si conspexerint hominem sanum mendicantem, (unde & hujusmodi, Christemporos, hoc est, Christum cauponantes appellant) multo magis infideles.

13 *Nolumus autem vos ignorare, fratres, de dormientibus.*] Hîc sermonem de resurrectione movet. Quamvis enim de hâc jam antea his locutus fuerat, jam nunc tamen mysterium quoddam revelaturus est. Vel omnia de resurrectione probè tenebant, lugebant autem defunctos: cui malo nunc medetur. Quia verò pleraque incognita nos turbant, cognita autem tristitiam tollunt, propterea inquit, *Nolo vos ignorare.* Non dixit autem, de mortuis, sed, *de dormientibus*; ex ipso etiam vocabulo futuram resurrectionem ostendens.

Ut non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent.] Cujus rei spem? Resurrectionis. Qui enim non habent spem resurrectionis, hi lugere debent. Attendamus igitur, & horreamus. Quid igitur? propter hoc non vis ignorare, ut non contristentur? Ecquî non dicis, Ut non puniantur, verùm, ut non contristentur? Næ, inquit: nam tristitia ista pœnam attrahit.

14 *Si enim credimus quòd Jesus mortuus est & resurrexit, sic & Deus eos*

ἆρα χαμευνίαν; οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ περὶ ἔργου λέγει σωματικοῦ, ὃ καὶ μᾶλλόν ἐστι πνευματικόν, τὸ *ἐργαζόμενον ἑτέροις *χ. πρέχειν, εἴποιεν τοῖς πένησιν. Ἐπεὶ γὰρ πένητες ἦσαν, ἅτε διηρπαγμένοι τὰ ὑπάρχοντα, ἐργάζεσθαι αὐτοὺς διδάσκει, ἵνα ἐλεῶσιν. Εἰ γὰρ τούτους κελεύει ἐργάζεσθαι, τοὺς διὰ Χριστὸν ἁρπαγέντας, πολλῷ μᾶλλον τοὺς ἄλλους.

12 Ἵνα περιπατῆτε εὐσχημόνως πρὸς τοὺς ἔξω, καὶ μηδενὸς χρείαν ἔχητε.] Τουτέστιν, ἵνα μὴ ἀσχημονῆτε παρὰ τοῖς ἔξω τῆς πίστεως ἐπαιτοῦντες. Εὐφήμως γὰρ τοῦτο τέθεικεν, ἵνα μὴ πλήξῃ αὐτούς. Εἰ γὰρ οἱ πιστοί, φησι, σκανδαλίζονται, ὅταν ἴδωσιν αὐθρωπον ὑγιᾶ ἐπαιτοῦντα, (διὸ καὶ Χριστεμπόρους τοὺς τοιούτους καλοῦσι) πολλῷ μᾶλλον οἱ ἄπιστοι.

13 Οὐ θέλομεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ἀγνοεῖν περὶ τῶν κεκοιμημένων.] Ἐντεῦθεν περὶ ἀναστάσεως λόγον κινεῖ. Εἰ γὰρ καὶ ἐν αὐτοῖς περὶ τούτου διαλεχθείς, ὅμως νῦν μυστήριόν τι μᾶλλον ἀποκαλύπτει. Ἢ καὶ πάντα μὲν τὰ περὶ ἀναστάσεως ἤδεσαν, ἐθρήνουν δὲ· ὃ νῦν θεραπεύει. Ἐπειδὴ δὲ πολλὰ τῶν παραγινομένων ἀγνοούμενα μὲν, λυπεῖ ἡμᾶς, γνωσθέντα δὲ, λύει τὴν λύπην, διὰ τοῦτό φησιν, Οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν. Οὐκ εἶπε δὲ, ἀποθανόντων, ἀλλὰ, κεκοιμημένων, δηλῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος ὅτι ἐστὶν "ἔγερσις. "χ. ἀνάστασις.

Ἵνα μὴ λυπῆσθε, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ, οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα.] Τίνος ἐλπίδα; ἀναστάσεως. Οἱ γὰρ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα ἀναστάσεως, ὅτι ὀφείλουσι πενθεῖν. Ἀκούσωμεν λοιπὸν, καὶ φείξωμεν. Τί οὖν; διὰ τοῦτο θέλεις ἀγνοεῖν, ἵνα μὴ λυπῶνται; Οὐ λέγεις, ἵνα μὴ κολασθῶσιν, ἀλλ', ἵνα μὴ λυπῶνται; Ναί, φησιν, ὅτι ἡ λύπη αὕτη τιμωρίαν κολάσεως παρέχεται.

14 Εἰ γὰρ πιστεύομεν ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τοὺς

τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ, ἄξει σὺν αὐτῷ.] Ὥσπερ, φησί, τὸν Κύριον ἤγειρε σωματικῶς παθόντα καὶ θανόντα· οὕτω καὶ ἡμᾶς ἐγερεῖ. Ὅρα δὲ πῶς ὅτι μὲν τοῦ Κυρίου διὰ τὸ καὶ τὴν ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι θαρρούντως φησὶ τὸ, ἀπέθανεν· ὅτι δὲ ἡμῶν, διὰ τὸ μέλλειν "ἐπὶ τὴν ἀνάστασιν, τοὺς κοιμηθέντας, φησί· διὰ χρηστὸν ὕσον καὶ ἔγερσιν. Μὴ ὁ κοιμώμενος γάρ, φησιν, οὐχὶ προσθήσει τὸ ἀναστῆναι; Τὸ δὲ, κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ, ἄξει, διχῶς νοήσεις. ἢ, ἄξει διὰ τοῦ Ἰησοῦ, τουτέστιν, ὁ Υἱὸς αὐτοῖς μεσίτης ἔσται τῆς ἀναστάσεως, καὶ προσταθήσει τῷ προσώπῳ τοῦ Πατρός· ἢ, τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ, τουτέστι, τοὺς πιστούς. Τὸν γὰρ Χριστὸν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς, κεκοίμηνται διὰ τοῦ Ἰησοῦ. Περὶ μερικῆς οὖν ἀναστάσεως διαλέγεται νῦν, τουτέστι, τῆς ἐνδόξου, τῆς τῶν πιστῶν, τῆς σὺν τῷ Κυρίῳ. ἄξει γὰρ σὺν αὐτῷ, τουτέστι, σὺν τῷ Κυρίῳ ἐν νεφέλαις ἁρπάσει πρυπταχόθεν. ἐπεὶ πρό γε τῆς καθολικῆς ἠδεσθη οἱ Θεσσαλονικεῖς. Ἀλλὰ τοῦτο βούλεται νυνὶ, προμυθήσασθαι αὐτοὺς διὰ τοῦ δεῖξαι ἔντιμον καὶ ἔνδοξον τὴν ἀνάστασιν τῶν πιστῶν, ὡς ἀν μὴ λυπῶνται. Πάντες μὲν γὰρ ἀναστήσονται, ἀλλ' οὐ πάντες ἐν δόξῃ, ἀλλ' οἱ πιστοὶ, τουτέστιν, "οἱ ἔργα μετὰ τοῦ δόγματος ἔχοντες. Ὅρα δὲ καὶ τὰ ἐφεξῆς πάντα.

"χ. οἱ ἔργα σώματος σὺν τῇ δόγματι ἔχ.

15 Τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ Κυρίου.] Ξένον τι ἐμοίγε "ἐρεῖν, διὸ καὶ ἀξιόπιστον αὐτὸ ποιεῖ "διὰ τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ. Οὐκ ἀπ' ἐμαυτοῦ γὰρ, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Χριστοῦ μαθὼν λέγω. Καὶ γὰρ τοῦτο ῥητῶς ἤκουσε παρὰ τοῦ διδασκάλου, ὡσπερ καὶ ἀκροᾶται· Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν. Τὰ γὰρ ἄλλα Πνεύματι ἐφθέγγετο.

"χ. εἰπεῖν.

"χ. ἀπὸ.

Ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας.] Ὅσπερ ἐν τῇ προτέρᾳ Κορινθίοις φησὶν, ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, τοῦτο δὲ νυνὶ λέγει. Ἐπειδὴ γὰρ ἐδόκει δύσκολον εἶναι τοῖς κατασταθεῖσι

qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo.] Quemadmodum, inquit, Dominum Jesum excitavit, qui corporaliter & passus erat, & mortem objerat: sic & nos excitabit. Observa autem quomodo de Domino, propterea quòd resurrectio ejus jam facta sit, confidenter dixerit, *Mortuus est*: de nobis verò, quia nostra adhuc futura est resurrectio, *eos qui dormierunt*, inquit: indicans esse excitationem. Numquid enim qui dormit, inquit, non adjiciet ut resurgat? Istud autem, *eos qui dormierunt per Jesum, adducet*, bifariam intelliges: vel, adducet per Jesum, hoc est, Filius erit illis resurrectionis mediator, illósq; in conspectu Patris constituet: vel, qui dormierunt per Jesum, hoc est, fideles. Christum enim habentes in seipsis, dormiunt per Jesum. De particulari igitur resurrectione hîc loquitur, hoc est, celebri, quæ est fidelium, quæ cum Domino est: nam adducet cum ipso, hoc est, cum Domino in nubibus rapiet undique. Nam de universali resurrectione Thessalonicenses nôrant. Verùm hoc jam vult, consolari eos per hoc quòd ostendat celebrem & glorioſam resurrectionem fidelium, ut non contristentur. Omnes enim resurgent, sed non omnes in gloria, verùm fideles tantùm, hoc est, qui opera doctrinæ simul adjuncta habent. Expende autem quæ sequuntur omnia.

15 *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini.*] Novum aliquid dicturus est, eam ob rem ipsi fidem conciliat à verbo Dei. Non à meipso enim, verùm quod à Christo didici, loquor. Etenim hoc disertè audivit à præceptore, perinde ac illud: *Beatius est dare, quàm accipere.* Cætera verò Act. 20. 35 ex spiritu dicebat.

Quòd nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt.] Quod in Epistola ad Corinthios ait, *In momento, in* 1 Cor. 15. 52 *ictu oculi*, idem & nunc ait. Quia enim difficile videbatur, ut ii qui computruerant

rant reſurgerent, inquit, Quòd viventes haudquaquam antevertent illos: ſed quemadmodum facile eſt Deo integros adducere ad Chriſtum, ſic & illos, corruptos. Porrò cùm ait, *Nos qui vivimus*, non de ſeipſo dicit (neq; enim ad reſurrectionem uſque victurus erat) ſed fideles intelligit: propterea adjecit; *Qui relinquimur in adventum Domini.* In ſua enim perſona, omnes qui tum invenientur viventes indicat. Beatus autem Methodius, per viventes, animas intelligit, hoc docens quòd animæ non antevertent corpora. Primùm enim excitantur corpora, ut animæ fruantur illis, quas & relinqui dicit, quandoquidem immortales ſint.

Quoniam ipſe Dominus in juſſu, in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cælo.] Ne hæſites in iis, inquit, quæ dico: nam ipſe Dominus jubebit hoc. Quomodo autem jubebit? in voce Archangeli, qui aliis Angelis præſidet, & clamat: Apparate vos omnes: judex enim præſtò eſt. Multæ autem erunt tubæ, ſed ad extremam deſcendet judex. Sicut enim Pater in monte Sina tubas habebat & Angelos miniſtrantes: ſic etiam Filius, veluti rex aut imperator, eadem habiturus eſt. Vel, juſſio Dei faciet terram reddere corpora ad incorruptibilitatem transformata. Ut verò omnes in unum colligantur per diverſa loca diſperſi, vox Archangeli efficiet, Angelis adminiſtrantibus.

Et mortui in Chriſto reſurgent primi.] In Chriſto mortui, id eſt, fideles. Nam quoniam in nubibus ſublevandi ſunt, primi reſurgent: cæteri verò, poſtremi; quippe qui neque rapiendi ſunt, neque occurſuri.

17 *Deinde & nos qui vivimus, qui relinquimur, ſimul cum ipſis rapiemur in nubibus obviam Domino in aëra, & ſic ſemper cum Domino erimus.*] Etſi mortui primi excitentur, attamen & nos viventes ſimiliter rapiemur, digni videlicet,

πάντας τοὺς ἀναστήσαι, φησὶν, ὅτι οἱ ζῶντες οὐ μὴ φθάσωσιν ἐκείνους· ἀλλ' ὥσπερ εὔκολον τῷ Θεῷ πρὸς ὁλοκλήρους ἀγαγεῖν, οὕτω καὶ ἐκείνους. Ἡμεῖς δὲ οἱ ζῶντες, λέγων, οὐ περὶ ἑαυτοῦ φησιν (οὐδὲ γὰρ ἄχρι τῆς ἀναστάσεως ἔμελλε ζῆν) ἀλλὰ τοὺς πιστοὺς λέγει· διὸ προσέθηκεν, οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου. Ἐν γὰρ τῷ ἑαυτοῦ προσώπῳ πάντας τοὺς τότε εὑρεθησομένους ζῶντας δηλοῖ. Μεθόδιος δὲ ὁ μακάριος, ζῶντας, τὰς ψυχὰς λέγει· τοῦτο διδάσκων, ὅτι αἱ ψυχαὶ οὐ μὴ φθάσωσι τὰ σώματα· πρῶτον γὰρ ἐγείρεται τὰ σώματα, ἵνα αὐτὰ ἀπολαύσωσιν αἱ ψυχαὶ, ἃς καὶ περιλείπεσθαι ἔφη, διὰ τὸ ἀθανάτους εἶναι.

16 Ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ.] Μὴ ἀπιστήσῃς, φησὶν, οἷς λέγω· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος κελεύσει τοῦτο. Πῶς δὲ κελεύσει; * ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου τοῦ ἐφεστῶτος τοῖς ἑτέροις ἀγγέλοις, καὶ βοῶντος· Ἑτοίμους ποιεῖτε πάντας· πάρεστι γὰρ ὁ κριτής. Πολλαὶ δὲ ἔσονται σάλπιγγες, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐσχάτην καταβήσεται ὁ κριτής. Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Σιναίῳ ὄρει σάλπιγγας εἶχε καὶ ἀγγέλους ὑπηρετουμένους· οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς, ὡς βασιλεύς. Ἢ τὸ μὲν κέλευσμα τοῦ Θεοῦ ποιήσει τὴν γῆν ἀναδοῦναι τὰ σώματα εἰς ἀφθαρσίαν μεταποιηθέντα. Τὸ δὲ εἰς ἓν συναχθῆναι τοὺς πανταχοῦ διεσπαρμένους, ἡ φωνὴ τοῦ ἀρχαγγέλου ἐνεργήσει, ἀγγέλων ὑπηρετούντων.

Καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον.] Οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ, τουτέστιν, οἱ πιστοί. ἅτε γὰρ μέλλοντες ἁρπάζεσθαι ἐν νεφέλαις, καὶ πρῶτοι ἀναστήσονται· οἱ δὲ λοιποὶ, ἔσχατοι, ὡς μήτε ἁρπάζεσθαι, μήτε ἀπάντησιν μέλλοντες.

17 Ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα.] Εἰ καὶ οἱ νεκροὶ πρῶτοι ἐγείρονται, ἀλλ' ὅμως καὶ ἡμεῖς οἱ ζῶντες

* τοῦτο.

" πρῶτοι.

" ὁμοίως

"χ. ὁμοῦ. " ὁμοίως ἁρπαζόμεθα, οἱ ἄξιοι δηλαδὴ, ἐν νεφέλαις, ὥσπερ καὶ τ̃ Κύριον νεφέλη "χ. ἐδέξατο. ὑπ' ἐλάβε. Τίνος ὖ ἕνεκεν ἐι " καταβαίνῃ μὴ, ἁρπάζῃ τοὺς πιστούς; Τιμῆς ἕνεκεν. Ὥσπερ γὰ βασιλέως εἰς πόλιν εἰσερχομένου, οἱ μὲ ἔντιμοι ὑπαντῶσιν, οἱ ὖ καταδικοι ἔσω μένουσι τ̃ κριτήν· ὕτω δὲ πότε· οἱ μὲ * ἁμαρτωλοὶ μένουσι κάτω, *ὅτω. καὶ Χριστιανοὶ ὦσιν· οἱ ὖ δίκαιοι ἁρπάζονῦ, δι' ὅτω δ' κερδήσαιμεν τὴν ἀγαθῶν καρποιῶνται, δ' πάντοτε σωθῆναι Χριστῷ.

18 Ὥστε παρακαλεῖτε ἀλλήλους ἐν τοῖς λόγοις τούτοις.] Περὶ δ' μὴ λυπᾶσθ ὡς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ " ἐλπίζοντες ἀνάστασιν. "χ. ἔχοντες.

in nubibus, perinde ac Dominum quoque nubes ſuſcepit. Cujus autem rei causâ, ſi deſcenſurus eſt, rapit fideles? Honoris causâ. Ut enim regi in urbem ingredienti, honoratiores occurrunt, condemnati autem intus expectant judicem: ſic & tum continget; peccatores quidem manebunt infrà, etiamſi Chriſtiani fuerint: juſti verò rapiuntur; hocque pacto ſummam bonorum referent, nimirum, ut ſemper cum Chriſto ſint.

18 *Itaque conſolamini invicem in verbis iſtis.*] Ut non conturbemini, cæterorum inſtar, qui reſurrectionem non ſperant.

ΚΕΦ. ε.

ΠΕρὶ ὖ τ̃ χρόνων καὶ τ̃ καιρῶν, ἀδελφοὶ, δ' χρείαν ἔχετε γράφεσθ ὑμῖν.] Γέγραπται γὰ ὅτι ἐ ἀσύμφορον τοῖς καιροῖς ἐ τοῖς χρόνοις τ̃ σωτηρίας εἰδέναι. Καὶ γὰ σοφὸν τοῖς ἀποστόλοις ἐξεκάλυψε τοῦτο ὁ Κύριος, ὅτε προσιόντες ἠρώτων αὐτόν. Παῦλος ὖ ἴσως τ̃ ἀῤῥήτων ῥημάτων ἔμαθεν αὐ ἴσως καὶ τοῦτο.

2 Αὐτοὶ γὰ ἀκριβῶς οἴδατε, ὅτι ἡ ἡμέρα Κυρίου, ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, ὕτως ἔρχεται.] Ἡμέραν Κυρίου καὶ τὴν κοινὴν σωτηρίαν, καὶ τὴν ἰδίαν ἑκάστου νοήσῃς. καὶ γὰ ἐ αὕτη ἀδήλως ἑκάστῳ ἔπεισι. Τοῦτο γὰ συμφέρει ἡμῖν κ̃ πολλοῖς ὠφέλει. Πρῶτον μὲ, ὅτι εἰ ἤδει τ̃ ἐσχάτην ἡμέραν αὐτοῦ ὁ ἄνθρωπος, πᾶσαν ἂν ἁμαρτίαν ἐπενόησε τηρέσαι τὰς ἄλλας ἡμέρας, εἶτα πρὸς τ̃ τέλ ἐβαπτίζετο. Δεύτερον, ὅτι πολλοὶ, εἰ ἤδεσαν ὅτι αὔριον " τυχὸν τεθνήξονῦ), μυρία ἂν κακὰ "χ. λοιπὸν. διέθεντο τοῖς αὐτῶν ἐχθροῖς, ἅτε ἀπεγνωκότες ἑαυτῶν, κ̃ θέλοντες τοῖς τῶν ἐχθρῶν αἵμασιν θυωχωθῆναι· ὃ νῦν ὐ γίνε), κατέχοντος αὐτοὺς τ̃ φόβου τ̃ θανάτου, καὶ τ̃ ἔρωτος τ̃ ζωῆς. Ἀλλὰ καὶ οἱ φιλόζωοι πρὸ τ̃ ἀθυμίας αὐ διεφθάρησαν, εἰ

CAP. V.

DE *temporibus autem & momentis, fratres, non indigetis ut ſcribamus vobis.*] Supervacaneum enim eſt & inutile, tempora & momenta conſummationis noviſſe. Nam neque Apoſtolis hoc revelavit Dominus, quando accedentes ipſum rogarent. Paulus autem fortaſſe ex arcanis verbis hoc didicit. Act. 1. 1 Cor. 12.

2 *Ipſi enim exactè nôſtis, quòd dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet.*] Per diem Domini, & communem omnium, & particularem uniuſcujuſq; finem intelliges. Nam & iſte incerto tempore ſingulis imminet. Hoc enim nobis multifariam prodeſt. Primùm quidem, quia ſi noviſſet ultimum ſuum diem homo, nihil non ſcelerum conaretur patrare aliis diebus, deinde fine vitæ appropinquante baptizaretur. Deinde, plerique, ſi noviſſent in craſtinum ſeſe fortè morituros, innumeris malis hoſtes affligerent, tanquam jam de ſeipſis deſperantes, hoſtiúmque ſanguine ſe explere cupientes: quod nunc non fit, mortis terrore eos remorante, vitæque cupiditate. Præterea, vitæ ſuæ amantiores præ nimia triſtitia perirent, ſi mortis ſuæ tempus

tempus compertum haberent. Ad hæc juſti non tantum mercedis haberent periculis objecti. Videri enim potuiſſent, quia compertum haberent ſe nunc haud morituros, ſed poſt tot fortaſſis annos, propterea ſibi non parcere. Nunc verò cùm incertum ſit evadéntne pericula, ſibiipſis autem non parcunt, perſpicua eorum virtus eſt. Quemadmodum tres pueri ea de cauſa majorem admirationem merentur, quòd cùm non ſatis noviſſent an ex igni eſſent evaſuri necne, nihilominis non adoraverunt. Propterea obitus noſter, tanquam fur in nocte. Noviſtis igitur hoc, ô Theſſalonicenſes, ex iis quæ Dominus dixit, *Neſcitis quâ horâ fur venturus ſit.*

Dan. 3.

Luc. 12. 39.

3 *Cùm enim dixerint, Pax & ſecuritas, tum repentinus eis inſtat interitus, ſicut dolor partûs mulieri prægnanti: & non effugient.*] Quoniam illi qui hos divexabant, fortunati erant, fideles jam conſolatur, inquiens: Ne exiſtimetis eos evaſuros pœnam; veniet enim eis pernicies, & inexpectata & arumnoſa profectò, & quæ multas amaritudines afferat, non ſecus atque dolor partûs mulieri prægnanti. Quomodo autem, ſi Elias venturus eſt, & Antichriſtus, Paulus nunc dicit repetinum eis inſtare interitum? Quoniam conſummationis quidem ſignum eſt Antichriſtus & Elias, Chriſti autem adventûs non item. Subitaneus enim & incertus erit. Obſerva autem hîc exemplum doloris partûs. Etenim novit mulier quòd pariet: quando verò, non novit. Nam non paucæ poſt ſeptimum menſem pepererunt, atque in itinere, nihil præſcientes. Et ſicut illæ jocantes ac ridentes ineffabilibus cruciatibus repentè tunduntur, ita illorum animæ qui hodie nimæ deliciis affluunt, die illa adveniente, haudquaquam effugient.

4 *Vos autem, fratres, non eſtis in tenebris, ut dies illa vos tanquam fur comprehendat.*] Hoc eſt, non tenebricoſam neque impuram vitam habetis. Quid inde? nonne & illis mors incerto tempore obἡδεσθη τ χαιρὸν τῦ θανάτυ. Καὶ οἱ δίκαιοι ὄν, ὑ τοῦτον μαθὸν δὺ ἔχον ῥᾳδιβαθημόμβοι τοῖς κινδύνοις· ἔδοξεν γὰρ δὺ ὅτι ὅπῳ οἴδασιν ὅτι ὑ νῦν τεθνήξον), ἀλλὰ μῖ τοσῶν τυχὸν ἔτη, διὰ τῦτο ἀφιδοσιν ἑαυτοῖς· νῦν ὄν ὅπῳ ἄδηλον μὴ ὄσιν εἰ πεῖσον) * τοὺς κινδύνων, ἀφιδοσι ὄν ἑαυτοῖς, πολὺδηλος ἡ αὐτῶν ἀρετή. Ὥσπερ κὴ οἱ τρεῖς παῖδες διὰ τῦτο μᾶλλον θαυμασοὶ, ὅτι μὴ εἰδότες ἀκριβῶς ὅτι πεῖσον) ὑ πυρὸς, ὅμως ὑ προσεκυνήσεν. Διὰ τοῦτο ἡ τῆθυτὴ ἡμῶν, ὡς κλέπτης ἐν νυκτί. Οἴδατε οὖν τῦτο, ὦ Θεσσαλονικῆς, ὃς ὧν ὁ Κύριος εἶπεν· Οὐκ οἴδατε ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κλέπτης ἔρχε).

Luc. 12. 39.

3 Ὅταν γὰρ λέγωσιν· Εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσα) ὄλεθρος, ὥσπερ ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ· καὶ ὑ μὴ ἐκφύγωσιν.] Επειδὴ οἱ ἐπηρεάζοντες τύτοις, ἐν εὐπαθείαις ἦσθν, ᾠδὰ μυθεῖται νῦν τοὺς πιστοὺς, λέγων· Μὴ νομίσητε αὐτοὺς ἐκφυγεῖν. ἥξει γὰρ αὐτοῖς ὁ ὄλεθρος κὴ ἄδηλος καὶ ὀπίπονος, καὶ πικρίας πολλὰς ἐπάγων, ὥσπερ καὶ ἡ ὠδὶν τῇ κυούσῃ. Πῶς ὄν, εἰ ὁ Ηλίας ἔρχε), καὶ ὁ Αντίχριστος, λέγει νῦν ὁ Παῦλος αἰφνίδιον τύτοις ἐπιστῶαι τ ὄλεθρον; "ὅτι τ μὲ στατηγείας σημῖον ὁ Αντίχριστος & Ηλίας· τ ὄν τῦ Χριστοῦ παρουσίας, ὐκ ἔτι· αἰφνιδία γὰρ ἔσαι καὶ ἄδηλος. Οσα ὄν καὶ ὅ ὑποδειγμα τ ὠδίνος. Καὶ γὰρ ὐδὲν οἶδε μὲ ἡ γυνὴ ὅτι τέξεται· πότε ὄν, ὐκ ἔτι οἶδε. πολλαὶ γοῦν καὶ "ἑπτάμηνα ἔτεκον, & ὐ ὁδοῖς, μηδὲν προφθάσαι. καὶ ὥσπερ ἐκείναι παίζυσαι καὶ γελῶσαι ἀθεμίτοις ἁρπάσαις ὠδῖσι κόπτον), ὕτω καὶ τῶν νῦν τρυφώντων αἱ ψυχαὶ, τ ἡμέρας ἐκείνης ἐπελθούσης, ὑ μὴ ἐκφύγωσιν.

"χ. ἑπτάμηνα.

4 Υμεῖς ὄν, ἀδελφοὶ, ὐκ ἐστὲ ἐν σκότῃ, ἵνα ἡ ἡμέρα ὑμᾶς καταλάβῃ ὡς κλέπτης.] Τυτέστιν, ὑ σκοτεινὸν γὰρ ἀκάθαρτον ἔχετε βίον. Τί οὖν; Οὐκ ἔμβηε καὶ αὐτοῖς ἀδήλως ἐφίσαλ ἡ τελθυτὴ, κἀὶν

καὶν μὴ ἀκαίφαρτοι ἦσθμ; Αδήλως μὰν ὀπτησήσεται, ἀλλ' ὀυδενὶ αὐλοις ἐπενδυσ λυπηρῷ. Καὶ γὰρ τοῖς ἐγρηγορόσι, καὶ ἐν φωτὶ οὖσι, καὶν γένηταί τις εἴσοδος λησου, οὐδὲν λυμήνασθαι δυνήσεται· τοις ὃ ἐν σκότει ἢ καθεύδουσας γυμνώσας ὁ λησὴς ἄπεισι.

5 Πάντες γὰρ ὑμεῖς υἱοὶ φωτός ἐστε, καὶ υἱοὶ ἡμέρας.] Ωσπερ υἱοὶ γεέννης οἱ ἄξια γεέννης ποιοῦντες, καὶ υἱοὶ ἀπειθείας οἱ ἀπειθεῖς, ὕτως υἱοὶ φωτὸς ἐ ἡμέρας, οἱ τὰ τοῦ φωτὸς ποιοῦντες.

Οὐκ ἐσμὲν νυκτὸς, οὐδὲ σκότους.] Τυτέστιν, ἁμαρτίας.

6 Αρα οὖν μὴ καθεύδωμεν, ὡς ἐ [a] οἱ λοιποὶ, ἀλλὰ γρηγορῶμεν, καὶ νήφωμεν.] Τυτέστι, μὴ ἀμελῶμεν τῶν καλῶν ἔργων. Επίτασις γὰρ ἐγρηγόρσεως ὁ νήφειν. Εστι γὰρ ἐγρηγορέναι μὲν, μὴ νήφειν δὲ· ὡς δὴ εἰ ἔλεγε, νηφόντως τὰ ἀγαθὰ ποιῶμεν καὶ προσεκτικῶς.

7 Οἱ γὰρ καθεύδοντες, νυκτὸς καθεύδουσι· καὶ οἱ μεθυσκόμενοι, νυκτὸς μεθύουσιν· ἡμεῖς δὲ ἡμέρας ὄντες, νήφωμεν.] Καθεύδοντας, τοὺς ἐν κακίᾳ φησὶν, ὡς ἀνενεργήτους πρὸς τὸ ἀρετὸ, καὶ πάντα φαντασιομένους. Τοιαῦτα γὰρ τὰ τοῦ πρόντος βίου, ὀνείρων οὐδὲν διαφέροντα. Αλλὰ καὶ μέθυσιν λέγει, ὑ τὸ ἐξ οἴνου μόνον, ἀλλὰ ἐ τὸ ἀπὸ πάντων τῶν παθῶν, ὡς ἐξιστῶσθαι τῆ κτ' φύσιν, ἐ σκοτίζεσθαι τὸ ἡγεμονικόν. Οὐ τοίνυν ὑμᾶς ὀφείλετε τοιοῦτοι εἶ). οὐ γάρ ἐστε νυκτὸς ἐ σκότους υἱοὶ, ἀλλ' ἡμέρας, διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ παραδοχῆς.

8 Ενδυσάμενοι θώρακα πίστεως ἐ ἀγάπης.] Οὐκ ἀρκεῖ τὸ ἐγρηγορέναι ἐ νήφειν, ἀλλὰ δεῖ ἐ καθοπλίας. Αν γάρ τις ἐγρηγορὼς ᾖ καὶ νήφων, μὴ ἔχῃ τὰ ὅπλα, ταχέως αὐτὸν οἱ λησαὶ κατεργάζονται). Θώρακα τὰ πίστεως καὶ ἀγάπης εἰπὼν, δόγματα καὶ βίον ἀγαθὸν

ventura erat, etiamsi impuri non erant? Incerto quidem tempore instabit, sed tamen in nullam eos tristitiam conjiciet. Nam excubias agentibus, commorantibúsq; in luce, etiamsi prædo aliquis ingressus fuerit, nihil nocebit, neque vastare eos poterit. Eos verò qui sunt in tenebris, atque dormiunt, spolians atque nudans abit.

5 *Omnes enim vos filii lucis estis, & filii diei.*] Perinde ac filii sunt gehennæ, qui gehennâ digna peragunt, ac filii inobedientiæ, inobedientes: haud secus filii sunt luminis ac diei, qui quæ lucis sunt faciunt.

Non sumus noctis, neque tenebrarum.] Hoc est, peccati.

6 *Non igitur dormiamus, ut cæteri, sed vigilemus, & sobrii simus.*] Hoc est, non negligamus bona opera. Vigilantiæ autem intensio est sobrium esse: fieri enim potest, ut quis vigilet, nec tamen sit sobrius: perinde quasi dicat, Sobriè agamus quæ bona sunt, & attentè.

7 *Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt: nos autem qui diei sumus, sobrii simus.*] Dormientes vocat eos qui in malitia dormiunt, ceu ad virtutem nullis præditi viribus, atque omnia veluti per somnium imaginantes. Hujusmodi enim sunt res præsentis vitæ, à somniis nihil differentes. Ebrietatem porrò dicit, non eam quæ ex vino tantùm est, verumetiã eam quæ ex omnibus affectibus animiq; perturbationibus existit, ut quæ à natura deficiat, nec non obscuret dominantem rationis partem. Haud igitur vos debetis tales esse: non enim estis noctis ac tenebrarum filii, sed diei, per baptismα, mandatorúmque Dei assumptionem.

8 *Induti loricam fidei & charitatis.*] Non satis est vigilare ac sobrium esse, verùm etiam armari oportet. Nam licèt aliquis vigilans sit & sobrius, non habeat autem arma, facilè eum latrones conficiunt. *Loricam* autem *fidei & charitatis* dicens, dogmata & bonam vitam adumbravit:

[a] πολλοὶ.

hoc

hoc enim eſt verè ſobrium eſſe. Non ſimpliciter autem hæc ſunt habenda, cæterum veluti lorica. Hanc enim nihil facilè diſſecat, ſed veluti munimentum quoddam eſt pectori, ac nullum ignitorum Satanæ telorum nos tanget.

Et galeam ſpem ſalutis.] Quemadmodum galea præcipuum membrum noſtrum, caput nimirum, tegendo ſalvum præſtat ac conſervat : hunc ad modum ſpes conſervat mentem, & ſalutaris ei fit, nihil eorum quæ ab extrà ſunt incidere ſinens in ipſam. Animadverte igitur quod alibi
1 Cor. 13. 13 dixerit, Fidem, ſpem, charitatem, tria hæc: nunc ea comparare jubet.

9 *Quoniam non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum :* 10 *Qui mortuus eſt pro nobis, ut ſive vigilemus, ſive dormiamus, ſimul cum ipſo vivamus.*] Hanc ob rem, inquit, hæc arma nobis comparanda ſunt, eò quòd *non poſuit*, hoc eſt, non ſegregavit nos Deus, ut ejus iram experiamur, ſed ut acquirat nos ſibi ipſi, atque ſervet, dans pro nobis filium ſuum in mortem. Debemus igitur in periculis bona & magna ſperare. Si enim credidimus quòd filio ſuo noſtrî gratiâ non pepercit, ſperemus quòd multo magis ex periculis hiſce nos eruet : atque exemplum intueamur, ac diligamus cùm ipſum, tum cognatos. Propterea, inquit, mortuus eſt Chriſtus, ut, *ſive vigilemus*, hoc eſt, vivamus : *ſive dormiamus*, hoc eſt, moriamur, *cum ipſo vivamus :* aliud enim ſuprà dixit ſoporem, & aliud hîc. Quod igitur ait, eſt hujuſmodi : Ne metuatis corporalia pericula & mortes : etiamſi enim moriamur, vivemus tamen. Etenim is qui ſic dilexit nos, ut pro nobis moreretur, vivit.

11 *Propterea conſolamini invicem, & ædificate alter alterum, ſicut facitis.*] Viden'? Quid igitur deinceps prætexis, Non ſum doctor? *Ædificate*, inquit, *alter alte-*

ηνίξατο · τῦτο ἔστ ὃ ὄντως νήφειν. Οὐχ ἁπλῶς ἢ ὅλως ταῦτα ἔχειν, ἀλλ' ὡς θώρακα. τῦτον γὰρ ῥᾳδίως ἀφαιρεῖται, ἀλλ' οἷόν τι τεῖχός ἐστι τῆς καρδίας, καὶ τοῦτον τῶν πεπυρωμένων τοῦ πονηροῦ βελῶν ἀμύνει ἡμᾶς.

Καὶ περικεφαλαίαν " ἐλπίδα σωτηρίας.] Ὥσπερ ἡ περικεφαλαία τὸ κυριώτατον ἐν ἡμῖν τῷ κεφαλῷ σώζει καὶ ἀσφαλῆ διατηρεῖ σκέπουσα · οὕτω καὶ ἡ ἐλπὶς φυλάττει τὴν νοῦν, καὶ σωτήριον αὐτὸν " διίκνυσι), τοῦτον τὴν ἔξωθεν εἰς αὐτὸν πτῶσιν ἐάσασα. Ὁρᾷς οὖν ὃ καὶ ἀλλαχοῦ εἶπε, Πίστιν, ἐλπίδα, ἀγάπην, τὰ τρία ταῦτα · καὶ νῦν κἀκεῖνα καλύπτει. " ἐλπίδα σωτηρίας. " ἢ διηγεῖ.

9 Ὅτι οὐκ ἔθετο ἡμᾶς ὁ Θεὸς εἰς ὀργὴν, ἀλλ' εἰς περιποίησιν σωτηρίας, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ · 10 Τοῦ ἀποθανόντος ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα εἴτε γρηγορῶμεν, εἴτε καθεύδωμεν, ἅμα σὺν αὐτῷ ζήσωμεν.] Διὰ τοῦτό, φησι, ταῦτα τὰ ὅπλα δεῖ κτᾶσθαι, διότι οὐκ ἔθετο, τοῦτ' ἔστιν, οὐκ ἀφώρισεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ἵνα τὴν ὀργὴν αὐτοῦ ἀπολαύσωμεν, ἀλλ' ἵνα περιποιήσῃ ἡμᾶς ἑαυτῷ, καὶ σώσῃ, δοὺς ὑπὲρ ἡμῶν τὸν ἰδιον αὐτοῦ εἰς θάνατον. Ὀφείλομεν οὖν ἐλπίζειν ἐν κινδύνοις χρηστὰ καὶ μεγάλα. Εἰ γὰρ ὅτε ἐθύσαμεν ὅτι τοῦ Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο ὑπὲρ ἡμῶν, ἐλπίζωμεν ὅτι καὶ πολλῷ μᾶλλον τῶν κινδύνων πάντων ἐξελεῖται · καὶ ἰδωμεν τὸ ὑπόδειγμα, καὶ ἀγαπήσωμεν καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ὁμοφύλους. Διὰ τοῦτό, φησιν, ἀπέθανεν ὁ Χριστὸς, ἵνα, εἴτε γρηγορῶμεν ἡμεῖς, τοῦτέστι, ζῶμεν, εἴτε καθεύδωμεν, τοῦτέστιν, ἀποθνήσκωμεν, μετ' αὐτοῦ ζησώμεθα. ἕτερον γὰρ ἄνω τοῦ ὕπνου, καὶ ἕτερον ὑπὸ γῆν φησιν. Ὥσπερ οὖν λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Μὴ δεδοίκατε τοὺς σωματικοὺς κινδύνους καὶ θανάτους · κἂν ἀποθνήσκωμεν, ζησόμεθα · ὁ γὰρ ὑπὲρ πάντων ἀγαπήσας ἡμᾶς, ὥστε ὑπὲρ ἡμῶν " θανεῖν, ζῇ. " χ. ἀποθανεῖν.

11 Διὸ παρακαλεῖτε ἀλλήλους, καὶ οἰκοδομεῖτε εἷς τὸ ἕνα, καθὼς καὶ ποιεῖτε.] Ὁρᾷς; τί λοιπὸν " προφασίζῃ, ὅτι οὐκ εἰμὶ διδάσκαλος; Οἰκοδομεῖτε, φησιν, εἷς " χ. σὺ προφασίζεται.

τ ἕνα. ὅπερ οἱ διδάσκαλοι οὐχ ἱκανοὶ πρὸς τ τῶν πολλῶν νουθεσίαν.

12 Ερωτῶμεν ὑ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν.] Επειδὴ εἶπεν, οἰκοδομεῖτε εἷς τ ἕνα, ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι εἰς ὃ διδασκάλου ἀξίωμα αὐτοὺς ἀνήγαγε, καὶ κατεπῴδῶσιν ἐκείνων, φησίν· ὅτι εἰ καὶ ὑμῖν ἐπέτρεψα τὸν ἀλλήλων οἰκοδομεῖν, πλὴν ὅμως παρακαλῶ ἵνα ἐκείνους δι᾽ ὑμῶν τιμῆς ἔχητε. πολλὰ γὰρ οἱ διδάσκαλοι ὑπομένειν ἀναγκάζονται δυσχερῆ, ἃ ἡ τιμὴ αὐτοῖς μετρίως γοῦν ἀποκουφίζει.

Καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν Κυρίῳ, καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς.] Εἰ γὰρ τοὺς πρὸς ἀνθρώπων προϊσταμένους σου τιμᾷς, πόσῳ μᾶλλον τοῖς πρὸς Θεὸν προϊσταμένοις ὀφείλεις χάριν ὁμολογῆσαι; Τὸ γὰρ, ἐν Κυρίῳ, τοῦτο ἐστιν, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐν τοῖς κοσμικοῖς προΐσταταί σου, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς πρὸς Κύριον· οὗτος ὑπὲρ σοῦ, ἀνεγέννησε διὰ τοῦ βαπτίσματος, ὑπεσκέπτετο, νουθετεῖ, ἰατρὸς σοί ἐστι, μέσαις νυξὶν, ἂν καλέσῃς, ἥκει. Ορᾷς ποσαχοῦ;

13 Καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ, διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν.] Μὴ ἁπλῶς, φησιν, ἀγαπᾶτε, ἀλλ᾽ ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ, ὡς αἱ εἰ παῖδες πατέρας. Ο γὰρ τ Χριστὸν ἀγαπῶν, ἀγαπήσει καὶ τ αὐτοῦ λειτουργὸν, οἷός ἂν ᾖ, ὅτι δι᾽ αὐτοῦ τῶν φρικτῶν μυστηρίων ἐπέτυχε. Εἰ γυναῖκα καλὴν ἀξιόλογον, οὐχὶ τ προξενήσαντα ἀγαπᾷς καὶ τιμᾷς; Βασιλείαν ἔλαβες οὐρανῶν, καὶ δυσπαθεῖς τ προξενήσαντα; Ακουε γὰρ Παύλου· διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν, φησι, τιμᾶτε αὐτούς.

Εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς.] Γεγραπται, καὶ ἐν αὐτοῖς, τουτέστι, τοῖς διδασκάλοις. Οἶδε γὰρ ἔχθρας πρὸς τούτους κινουμένας. διὰ ὧν γὰρ ἐλέγχουσι, καὶ τῶν κακῶν ἀπείργουσι, μισοῦνται. Δεῖ οὖν εἰρηνεύειν μετ᾽ αὐτῶν, καὶ μὴ τῷ ἔξω σχήματι, ἀλλ᾽ ἐν ἑαυτοῖς.

14 Παρακαλοῦμεν ὑ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους.] Ενταῦθα

*χ. ἐλέγ-χουσι

rum, quoniam doctores non ſufficiant ad omnium inſtructionem.

12 *Rogamus autem vos, fratres, ut noveritis eos qui laborant inter vos.*] Quia dixit, *Ædificate alter alterum*, ne exiſtiment quòd eos ad doctoris dignitatem provexerit, atque ita tollantur adversùm illos, ait: Etſi vobis permiſi, ut vos mutuò ædificetis, veruntamen adhortor vos, ut illos honore afficiatis: multa enim doctores difficilia ferre coguntur, quæ honor ipſis aliquâ ſaltem ex parte leviora reddet.

Et præſunt vobis in Domino, & monent vos.] Si enim præſides tuos in humanis rebus in pretio habes, quanto potiùs iis, qui in divinis rebus tibi præſunt, & gratiam & honorem te debere fateri debes? Nam, *In Domino*, hoc eſt, non in mundanis rebus tibi præſidet, ſed in iis quæ ad Dominum pertinent: orat pro te, regeneravit te per baptiſma, viſit, admonet, medicus tibi eſt, mediis noctibus, ſi accerſis, venit. Animadvertis in quónam tibi præſit?

13 *Et ut habeatis illos abundantiùs in charitate propter opus ipſorum.*] Non ſimpliciter eos diligite, inquit, ſed, *abundantiùs*, perinde ac filii parentes ſuos. Qui enim Chriſtum diligit, amabit & ipſius miniſtrũ, qualiſcunque fuerit, quia per ipſum tremenda myſteria eſt aſſecutus. Si uxorem honeſtam acceperis, nonne eum diligis & honoras qui hanc tibi conciliavit? Regnum cœlorum accepiſti, ac contemnis eum qui tibi illud conciliavit? Audi namq; Paulum; *Propter opus ipſorum*, inquit, *honorate ipſos.*

Pacem habete in vobis ipſis.] Scribitur etiam, *In ipſis*, hoc eſt, doctoribus. Novit enim inimicitias adversùs hos oriri. Quia enim reprehendunt, & à malis arcent, odio habentur. Oportet igitur pacem vos habere cum ipſis, idque non externâ ſpecie, ſed *in vobis ipſis.*

14 *Rogamus autem vos, fratres, admonete inordinatos.*] Hîc ad doctores con-

vertit ſeſe. Ne, inquit, per licentiam vel arrogantiam eos objurgate, ſed manſuetè admonete. Qui enim vecors eſt, fit aſperior, ſi objurgetur. Inordinati autem ſunt omnes qui aliter agunt quàm à Deo ſit ordinatum: ordinem enim unicuique ſtatuit, quem qui tranſgreditur, inordinatus eſt. Temulentus, conviciator, avarus, adeóque omnes peccata committentes ordinem tranſgrediuntur.

Conſolamini puſillanimes.] Puſillanimis eſt, qui non ſuſtinet tentationes. Hic
Matth.13. eſt qui ſuper petram ſeminatus eſt. Iſte itaque ſupportatione indiget.

Suſtinete infirmos.] Hoc eſt, Fulcite infirmos circa fidem, perinde ac alio in
Rom.14.1. loco, *Infirmum in fide ſuſcipite*, inquit.

Patientes eſtote erga omneis.] Et erga inordinatos, & erga puſillanimes, & erga infirmos: hoc enim doctori eſt convenientiſſimum, omnes ad pudorem convertere valens, etiam vel maximè agreſtes.

15 *Videte ne quis malum pro malo alicui reddat.*] Si malum pro malo non eſt reddendum, multo magis pro bono reddere malum, aut malum inchoare, & eum, qui non læſit, injuriâ afficere non oportet.

Sed ſemper quod bonum eſt ſectamini in invicem, & in omneis.] Non ſatis eſt, mala pro malis non reddere, ſed oportet, inquit, etiam bonis malefactorem compenſare. Hoc enim indicat cùm ait, *Sectamini quod bonum eſt*, hoc eſt, impensè ſtudete benefacere, *& in invicem*, hoc eſt, erga fideles, *& in omnes*, id eſt, erga etiam infideles.

16 *Semper gaudete.*] Etiamſi in tentationes inciderîtis. Obſerva autem quòd poſteaquam dixiſſet non eſſe malum malo penſandum, tunc præceperit lætandum eſſe. Nam qui inſtitutus eſt ut de nemine ſe ulciſcatur, ſed beneficiis potiùs proſequatur eum qui contriſtaverit ſe, undénam mœroris ſtimulum accipiet?

πρὸς τοὺς διδασκάλους ἀποτείνεται· Μὴ ἀπ' ὀξυσίας, φησὶν, ἢ αὐθαδείας ἐπιπλήττητε, ἀλλὰ πραέως νουθετήσατε. Ὁ γὰρ ἀπονενοημένος θρασύτερος γίνεται ὅταν ἐπιπλήττηται. Ἀτακτοῦσι δέ εἰσι πάντες, οἱ πρὸς τὰ ὑπὸ Θεοῦ διωρισμένα πράττοντες. Τάξιν γὰρ ἕκαστον ἔσχεν, ὃν ὁ παραβαίνων, ἄτακτος. Ὁ μεθύων, ὁ λοίδορος, ὁ πλεονέκτης, καὶ πάντες οἱ ἁμαρτάνοντες ἔξω τῆς τάξεως βαίνουσι.

Παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους.] Ὀλιγόψυχός ἐστιν ὁ μὴ φέρων πειρασμόν. Ὅπερ ἐστὶν ὁ ὑπὸ τὴν πέτρας σπαρείς. δεῖται οὖν ἀνοχῆς ὅπερ ἐστὶ ἀνασχέσεως.

Ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν.] Τουτέστιν, ὑποστηρίζετε τοὺς ἀσθενοῦντας περὶ τὴν πίστιν, ὡς ἄλλος, Τὸν ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε, φησί.

Μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας.] Καὶ πρὸς τοὺς ἀτάκτους, καὶ πρὸς τοὺς ὀλιγοψύχους, καὶ πρὸς τοὺς ἀσθενεῖς. τοῦτο γὰρ διδασκάλῳ ἁρμοδιώτατον, πάντας ἐπιστρέφαι ἰσχύον, καὶ τοὺς ἀγριωτάτους.

15 Ὁρᾶτε μήτις κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινι ἀποδῷ.] Εἰ κακὸν ἀντὶ κακοῦ οὐκ ἀποδοτέον, πολλῷ μᾶλλον κακὸν ἀντὶ ἀγαθοῦ, ἢ ἄρξαι κακοῦ, καὶ τὸ μηδὲν βλάψαντα κακοπεῖσαι.

Ἀλλὰ πάντοτε τὸ ἀγαθὸν διώκετε, καὶ εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας.] Οὐκ ἀρκεῖ τὸ μὴ ἀποδοῦναι κακὰ ἀντὶ κακῶν, ἀλλὰ χρή, φησὶ, καὶ ἀγαθοῖς ἀμείβεσθαι τὰ κακοπαθήματα. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ διὰ τοῦ ἐπιτείνει, διώκετε τὸ ἀγαθὸν, τουτέστιν, ἐπιτεταμένως σπουδάζετε ἀγαθοποιεῖν, καὶ εἰς ἀλλήλους, τουτέστιν, εἰς τοὺς πιστοὺς, καὶ εἰς πάντας, τουτέστι, καὶ εἰς ἀπίστους.

16 Πάντοτε χαίρετε.] Κἂν πειρασμοῖς περιπέσητε. Ὅρα δὲ ὅτι μὴ τὸ ἐλπεῖν, ὅτι δεῖ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδοῦναι, τότε χαίρειν προσέταξεν. Ὁ γὰρ παιδευθεὶς μηδένα ἀμύνεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ εὐεργετεῖν τὰ λυπήσαντα, πόθεν τὸ τῆς λύπης κέντρον εἰσδέξεται;

" γρ. ἐπιδοῦναι.

17 Ἀσφα-

17 Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε· ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε.] Τίνα ὁδὸν ἔδειξε τῷ ἀεὶ χαίρειν, τὸ ἀδιάλειπτον προσεύχεσθαι, καὶ εὐχαριστεῖν. ὁ γὰρ ἐθισθεὶς ὁμιλεῖν τῷ Θεῷ, καὶ εὐχαριστεῖν αὐτῷ ὑπὲρ πάντων, ὡς συμφερόντως συμβαίνουσι, προδηλον ὅτι χαρὰν ἕξει διηνεκῆ.

18 Τοῦτο γὰρ θέλημα Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εἰς ὑμᾶς.] Πῶς ἢ ἀεὶ εὐχαριστήσεις; ἐὰν ἐπιγνῷς ὅτι τοῦτο θέλει ὁ Θεὸς, ἵνα εὐχάριστον πρὸς αὐτὸν, ὡς ἀεὶ εὐεργετοῦντα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, πωλῇς, δηλονότι τὴν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ συνεργίαν. Καὶ γὰρ καὶ πρὸς τὸ εὐχαριστεῖν αὐτὸς ἡμῖν συνεργὸς, ὅς γε καὶ ἐδίδαξεν ἡμᾶς τοῦτο ποιεῖν, ὡς ἐκ τοῦ εὐαγγελίου μεμαθήκαμεν.

19 Τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε. 20 Προφητείας μὴ ἐξουθενεῖτε.] Ἐπειδὴ νύξ ἐστιν ὁ παρὼν βίος, ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς λαμπάδα, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀλλὰ τοῦτο οἱ μὲν λαμπροτέραν εἰργάσαντο, ὡς πάντες οἱ ἅγιοι· οἱ δ' ἔσβεσαν, ὡς αἱ πέντε παρθένοι, μάταιον τοῦτο ἀφέσαι· ὡς ὁ ἐν Κορίνθῳ πεπορνευκὼς, βόρβορον τούτῃ ἐπιχέας. Φησὶν οὖν, Τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε, τουτέστι, τὸ χάρισμα. Κλείετε τὰς θύρας, ἤτοι τὰς αἰσθήσεις, ἵνα μὴ εἰσέλθῃ πνεῦμα πονηρίας, καὶ μὴ σβεσθῇ ἡ λαμπάς. Μὴ ἐπιβάλητε τὸν χοῦν, ἤτοι μεριμνας γήινας, καὶ ἄσβεστος τηρηθήσεται. Ἢ καὶ οὕτως· Ἦσαν παρ' αὐτοῖς προφῆται τοῦ Θεοῦ, καὶ ψευδοπροφῆται. Ἐπεὶ οὖν ἄδηλον ἦν τίς ὁ ἀληθὴς, πάντας ὁμοῦ ἀπεστρέφοντο. Φησὶν οὖν αὐτοῖς, Τὸ πνεῦμα, τουτέστι, τὸ ἐν τοῖς ἀληθῶς προφήταις χάρισμα μὴ σβέννυτε διὰ τοῦ ἀποστρέφεσθαι αὐτοῖς ὑπίσης τοῖς ψευδοπροφήταις· μηδὲ ἐξουθενεῖτε τὰς ἐκ Πνεύματος ἁγίου προφητείας.

21 Πάντα δὲ δοκιμάζετε· τὸ καλὸν κατέχετε.] Τί οὖν; προσδεξόμεθα καὶ τοὺς ψευδοπροφήτας; μὴ, φησὶν· ἀλλὰ πάντα δοκιμάζετε· τουτέστι, καὶ τὰ ψευδῆ, καὶ τὰ ἀληθῆ μετὰ δοκιμασίας κρίνετε, καὶ

17 *Sine intermissione orate: in omnibus gratias agite.*] Viam monstrat quâ fiat ut semper gaudeamus, orationem nimirum sine intermissione, atque gratiarum actionem. Qui enim assuevit cum Deo versari, eique gratias agere in omnibus rebus, tanquam utiliter contingentibus, planum est quòd perpetuum gaudium habiturus est.

18 *Hæc enim est voluntas Dei in Christo Jesu erga vos.*] Quomodo autem semper gratias ages? Si agnoveris hanc esse voluntatem Dei, ut sis gratus erga ipsum, ceu eum qui semper tibi benefaciat *in Christo Jesu*; hoc est, per Domini Jesu Christi cooperationem. Etenim ipse nobis ad gratiarum actionem adjutor est, qui & docuit nos isthuc facere, ut ex Evangelio didicimus.

19 *Spiritum nolite extinguere.* 20 *Prophetias nolite spernere.*] Quia nox est præsens hæc vita, dedit nobis lampadem Deus, Spiritum sanctum: sed hanc alii quidem splendidiorem fecerunt, ut omnes sancti: alii verò extinxerunt, ut quinque virgines, olei inanem hanc dimittentes: ut is qui Corinthi fornicatus erat, cœnum sanè huic superfundens. Ait itaque, *Spiritum ne extinguite*, hoc est, donum: claudite januas sive sensus, ne ingrediatur spiritus malitiæ, nec extinguatur lampas. Ne injiciatis pulverem seu terrenas curas: sic fiet ut inextinguibilis conservetur. Vel hunc ad modum interpretari possis: Fuerunt apud ipsos Prophetæ Dei, & Prophetæ vani: quoniam autem incertum esset utri essent veri, omnes simul aversabantur. Ait itaque ipsis: *Spiritum*, hoc est, donum quod est in veris Prophetis, *ne extinguite*, eos æquè ac Pseudoprophetas aversando; neque spernite manantes ex Spiritu sancto prophetias.

21 *Omnia autem probate: quod bonum est tenete.*] Quid igitur? recipiemus ergo & Pseudoprophetas? Minimè, inquit. Sed omnia probate; hoc est, & vana & vera cum examinatione judicate, & tum

quod visum est vobis bonum, hoc est, veras prophetias, *continete*, hoc est, honorate, curate.

22 *Ab omni specie mala abstinete.*] Non ab hac vel ab illa tantùm, verùm simpliciter ab omni, & à Propheta mendaci, & à peccato.

23 *Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia.*] Post exhortationem, precationem adducit, quò utrinque securitatem habeant. Quid verò est, *per omnia?* Hoc est, corpore & animo, ut deinceps discès.

Ac integer vester spiritus, & anima, & corpus inculpatè in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur.] Spiritus est charisma quod accepimus per baptisma. Si enim lucidam istius lampada conservaverimus, & inextinguibilem, ingrediemur in thalamum: porrò & anima & corpus tum immaculata erunt, si spiritus in nobis fulserit. Gregorius autem Nysse. nus inquit, Quia homo ex omni animarum specie componitur, vegetativâ, sensitivâ, & intellectuali, spiritum dicens Apostolus, rationalem partem indicavit: animam verò, sensitivam: corpus, vitam nostram vegetativam. Totos igitur per omnia inculpatos ipsos conservari precatur, adeóque per omnia Deo placentes.

24 *Fidelis qui vocavit vos, qui & faciet.*] Vide humilitatem ejus. Quoniam pro eis precatus erat, Ne existimetis, inquit, quòd ex mea oratione servabimini, verùm ex bonitate ejus, qui vos vocavit, Dei. Si enim ad salutem vocavit, & fidelis est, id est, verus, omnino faciet secundùm voluntatem suam, & servabit vos.

25 *Fratres, orate pro nobis.*] Vide animi modestiam: Paulus istorum oratione indigebat.

26 *Salutate fratres omnes in osculo sancto.*] Quia enim ille absens non potuit proprio ore salutare ipsos, per alios salutare cupit: perinde ac dicimus, Saluta

τότε ὃ δόξαν ὑμῖν καλὸν, τυτέσι, ἃς δηθῆς προφητείας, κατέχετε, τυτέσι, τιμᾶτε, καὶ φροντίδος ποιᾶσθε.

22 Ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε.] Μὴ τύτου, ἢ ἐκείνου, ἀλλ' ἁπλῶς παντὸς, & προφήτου ψευδοῦς, καὶ ἁμαρτήματος.

23 Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς.] Μετὰ τὴν παράινεσιν, καὶ βύχομαι ἐπάγει, ἵνα καὶ ἀμφοτέρωθεν ὃ ἀσφαλὲς ἔχωσιν. Ὁλοτελεῖς, ἢ τί ἐστι; τῦτ' ἔστι, ὅλοις καὶ ψυχῇ· καὶ ἐφεξῆς ἢ μαθήσῃ.

Καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριστῦ τηρηθείη.] Τὸ πνεῦμα, τυτέσι, τὸ χάρισμα ὃ ἐλάβομεν διὰ τῦ βαπτίσματος. Ἐαὶ γὰρ λαμπρὸν τὸ λαμπάδα τύτην φυλάξωμεν καὶ ἄσβεστον, εἰσελευσόμεθα εἰς τὸ νυμφῶνα· καὶ ἡ ψυχὴ δὲ καὶ τὸ σῶμα τότε ἀμεμπτα ἔσται), ἐαὶ τὸ Πνεῦμα ἐν ἡμῖν λάμπῃ. Ὁ δὲ Νύσσης Γρηγόριος, ἐπιδὴ, φησὶν, ὁ ἄνθρωπος διὰ πάσης ἰδέας τῶν ψυχῶν κατακεκρίνται, τό τε φυτικὸν, & τὸ αἰσθητικὸν, καὶ τὸ νοερὸν, πνεῦμα μὲν εἰπὼν ὁ ἀπόστολος, τὸ νοερὸν μέρος ἐδήλωσε· ψυχὴν δὲ, τὸ αἰσθητικὸν, σῶμα δὲ, τὸ φυτικὸν ἐν ἡμῖν ζωήν. Ὅλους οὖν δι' ὅλων τηρηθῆναι ἀμέμπτους αὐτοὺς ἐπεύχεται, διὰ πάντων τῷ Θεῷ ὑπερεκχύσας.

24 Πιστὸς ὁ καλῶν ὑμᾶς, ὃς & ποιήσει.] Ὅρα ταπεινοφροσύνην. Ὅπερ αὐτοῖς ἐπηύξατο, Μὴ νομίσητέ, φησὶν, ὅτι ἐκ τῶν ἐμῶν εὐχῶν σωθήσεσθε, ἀλλ' ἐκ τῆς τῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἀγαθωσύνης Θεῦ. Εἰ γὰρ εἰς σωτηρίαν ἐκάλεσε, πιστὸς δέ ἐστι, τυτέστιν, ἀληθὴς, πάντως ποιήσει κατὰ τὸ θέλημα αὐτῦ, & σώσει.

25 Ἀδελφοὶ, προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν.] Ὅρα " μετριοφροσύνην· " ὃ " γρ. τοπει-νοφροσύνην. " γρ. οἱ. Παῦλος ἐδεῖτο τῆς τύτων εὐχῆς.

26 Ἀσπάσασθε τοὺς ἀδελφοὺς πάντας ἐν ἁγίῳ φιλήματι.] Ἐπειδὴ γὰρ ἀπὼν αὐτὸς οὐκ ἠδυνάτο διὰ τῦ οἰκείυ στόματος ἀσπάζεσθαι αὐτοὺς, δι' ἑτέρων ἀσπάζεσθαι βύλεται,

βάλῃ), ὡς λέγομεν, φίλησον τ᾽ ἀδελφὰ αὐτ᾽ ἐμοῦ. Ἐπειδὴ δέ ὅστι καὶ δολερὸν φίλημα, ὡς ὅ τῦ Ἰούδα, ἐν ἁγίῳ, φησίν.

illum meo nomine. Quoniam autem & doloſum eſt oſculum, quale fuit Judæ, *In ſancto*, adjicit.

27 Ὁρκίζω ὑμᾶς τ᾽ Κύριον, ἀναγνωσθῆναι τ᾽ ἐπιστολὴν πᾶσι τοῖς ἁγίοις.] Οὐ τοσῦτον διδασκαλίας χάριν, ὅσῃ ἵνα καὶ κείνοις ὦ προσφιλεγόμενος ἀφορμὴ τ᾽ ἐπιστολῆς. ὃ δεῖγμα πόθου ἀφικροῦς. Ὁρκίζῃ ὖ, ἵνα καὶν αὐτὴν καταφρονήσωσι, ἀλλὰ γοῦν τ᾽ ὁρκισμὸν προέξωσι ὅ ἐπιτάξθέν. ὕτω γὰ τοῖς παλαιοῖς Χριστιανοῖς φρικτὰ ἦσαν οἱ ὁρκισμοί· ἀλλ᾽ ὐ τοῖς νῦν· καὶ φεῦ ἡμῖν.

27 *Adjuro vos per Dominum, ut legatur Epiſtola hæc omnibus ſanctis.*] Non tam inſtitutionis gratiâ, quàm ut illis etiam per Epiſtolam hanc loquar: quod eſt argumentum ardentis deſiderii. Adjurat autem, ut quamvis ipſum negligerent, propter adjurationem tamen quod injunctum eſt perſequantur. Adeò veteribus Chriſtianis horrendæ fuerunt adjurationes: at hodie (væ nobis!) non item.

28 Ἡ χάρις τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριστῦ μεθ᾽ ὑμῶν. Ἀμήν.] Πάντα, φησὶ, τὰ ἀγαθὰ ἐκεῖνος ἡμῖν ἐχαρίσατο· σπουδάζετε οὖν, ἵνα πλείω τ᾽ χάριν ἐπισπάσησθε, ἀφ᾽ ἧ τοσῦτον ἀξίως τῆ χαρισθέντων ὑμῖν. Ὑπὸ τ᾽ αὐτῆς χάριτος καὶ ἡμεῖς φυλαττόμεθα ἀπὸ πάσης ὁδῦ πονηρᾶς, ἵνα κ πρὸς δόξαν ζήσωμεν τ᾽ Πατρὸς κ τ᾽ Υἱῦ, κ τ᾽ ἁγίυ Πνεύματος· ᾧ πρέπῃ πᾶσα δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

28 *Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti vobiſcum. Amen.*] Omnia, inquit, bona ille nobis donavit: operam itaque navate, ut uberiorem gratiam attrahatis, vivendo pro dignitate gratiæ vobis donatæ. Per eandem gratiam & nos cuſtodiamur ab omni via prava, ut ad gloriam vivamus Patris & Filii & Spiritûs ſancti: quem decet omnis gloria in ſecula. Amen.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ
ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ
ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ
ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

THEOPHYLACTI
BVLGARIÆ ARCHIEPISCOPI
EPISTOLÆ SECUNDÆ DIVI
PAULI AD THESSALONICENSES
EXPOSITIO.

Ὑπόθεσις τ δευτέρας πρὸς Θεσσαλονικεῖς ἐπιστολῆς.

Δευτέραν πρὸς Θεσσαλονικεῖς ποιεῖται τ ἐπιστολὴν ὁ μακάριος Παῦλος διὰ τοιάυτην τ αἰτίαν. Γεγράφαμεν * αὐτοῖς ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιστολῇ, ὅτι ἐσπούδαζεν ἀυτοὺς ἰδεῖν, & ὅτι οὐκ ἔτυχε τ ἐφετῆς, μηκέτι φέρων, ἔπεμψε Τιμόθεον. καὶ διὰ τούτων πάντων τ πόθον ἐδήλωσεν ὃν εἶχεν, ὥστε πορευθῆναι πρὸς αὐτούς. Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἔφθασεν ἀπελθεῖν καὶ καταρτίσαι τὰ ὑστερήματα αὐτῶν τ πίστεως, τούτου χάριν τ δευτέραν πρὸς αὐτοὺς ἔπεμψεν ὅπι-

Argumentum ſecundæ Epiſtolæ ad Theſſalonicenſes.

Secundam ad Theſſalonicenſes Epiſtolam Divus Paulus hanc ob cauſam ſcribit. In priore Epiſtola ſcripſerat eis, valde ſe laborâſſe ut eos videret: quia verò non ſit aſſecutus quod expetiverat, diutiùs non ferens, Timotheum miſit. Atque per hæc omnia oſtendit quantopere ipſos adire deſiderabat. Quia verò non contigit eum proficiſci ad ipſos, atque perficere quæ in fide illis deeſſent, hujus rei gratiâ alteram Epiſtolam apponit, defectum præſentiæ per literas

ras adimplens. Quòd enim ad eos non abïerit, inde perſpicuum eſt. Nam in priori Epiſtola, de eo, quando ſit futurus adventus Domini, prætermiſit ſcribere, ceu rem illis non admodum neceſſariam : nunc verò hac de re ſcribit. Atqui ſi ipſe eos acceſſiſſet, haud ſcripſiſſet jam de hoc ipſo negocio. Scribit autem hac de quæſtione neceſſariò. Nonnulli enim perditores dicebant jam adeſſe Domini adventum, &, quod periculoſius ac gravius erat, verba quædam fingebant tanquam à Paulo dicta, & Epiſtolas, tanquam ab illo ſcriptas. Atque hæc excogitaverat diabolus, quò labefactaret credentes. Cùm enim credentes pro magna conſolatione reſurrectionis ſpem haberent, quippe qui expectarent ſeſe recepturos mercedem virtutis, viſurósque ſe oppreſſores ſuos dignâ cruciari pœnâ, ſubornavit miniſtros ſuos, qui judicium & Chriſti adventum jam inſtare docerent, ut indicarent non ſecuturam in poſterum compenſationem, neque judicium aut pœnam, atque hinc ſpes ſanctorum confringerent & comminuerent, & hoſtes verbi confidentiores redderent, imò & ipſum Chriſtum mendacii arguerent, qui ſigna quædam adventûs ſui futura prædixerat ; quæ cùm non facta eſſent, cúmque reſurrectio, ut ipſi mentiebantur, accidiſſet, Dominus apertè palàm mendax demonſtrabatur. Propter hæc Paulus Epiſtolam ſcribit, de adventu Domini locutus, ipſum ſanè tempus non revelans ; ſignum autem ipſius indicans, ipſum videlicet Antichriſtum. Conſolatur autem eos à perturbationibus valde maceratos. Denique dat eis notas quibus cognoſcant germanas ipſius Epiſtolas.

σολίω, ὃ ἔλλειμμα τ̃ προϊσίας ἐχὶ τ̃ν γραμμάτων ἀναπληρ̃ν. Οτι γὰρ οὐκ ἀπ̃ηλθε πρὸς αὐτοὺς, δῆλον ἐντεῦθεν. Εν μὲν τ̃ῃ πρώτῃ ἐπιστολ̃ῃ περὶ ὧν, πότε ἔσαι ἡ τ̃ Κυρίυ προϊσία, ἐπρέπετο γράφαι, ὡς ὧν γραφόντες ὃν αὐτοῖς τ̃το· νυνὶ δὲ περὶ τούτου γράφ. Οὐκ ἂν δὲ νυν̃ ἔγραψεν, εἰγε αὐτὸς πρεσβύετο. Γράφ δὲ περὶ τόπου τ̃ ζητήματος ἀναγκαίως. Τινὲς γὰρ λυμεωνες ἤδη ἔλεγον πρ̃ναι τὴ τ̃ Κυρίυ προϊσίαν, καὶ, ὃ χαλεπώτερον, ἐπλάτυνοντο καὶ ῥήματά τινα, ὡς ἀπὸ τ̃ Παύλου λεχθέντα, καὶ ἐπιστολὰς, ὡς πρὸς ἐκείνυ γραφείσας. Ταῦτα δὲ ἐπενοήσατο ὁ διάβολος, ἵνα σκλύσῃ τοὺς πιστύοντας. Επειδὴ γὰρ οἱ πιστύοντες εἰς μεγάλην εἶχον παράκλησιν τὴ τ̃ ἀναστάσεως ἐλπίδα, ἅτε προσδοκώντες καὶ "αὐτοὶ τοὺς μαθητὰς ἀπολαβεῖν τ̃ ἀρετ̃ς, αὐτ̃ν. καὶ τοὺς θλίβοντας αὐτοὺς ἰδ̃ν ἀπολαύοντας ἀξίας κολάσεως, ἐπέβαλε τοὺς ὑπουργοὺς αὐτ̃ διδάσκειν, ὅτι οὐκέτηκεν ἡ κρίσις καὶ ἡ προϊσία τ̃ Χριστ̃, ἵνα "δείξωσιν "χ. δείξ. ὅτι οὐκ ἔσαι λοιπὸν ἀνταπόδοσις, οὐδὲ "δι- "χ. κολα- καστήριον καὶ κόλασις, καὶντεῦθεν τ̃ μὲν ἀνίων τὰς ἐλπίδας θραύσωσι, τοὺς δὲ ἐχθροὺς τ̃ κηρύγματος θρασυτέρους ἐργάσωνται, ἀλλὰ καὶ τ̃ "Χριστὸν ψευδ̃ ἐλέγξωσιν, ἐπόντα σημεῖά τινα τ̃ αὐτ̃ προϊσίας μηνύειν ἔσεσθαι· ὧν μὴ γενομένων, τ̃ δὲ ἀναστάσεως, ὡς αὐτοὶ ἐπλάνων, σκεδάσης, προδήλως ὁ Κύριος ψευδὴς ἐδείκνυτο. Διὰ ταῦτα Παῦλος τὴ ἐπιστολὴν γράφ, καὶ λέγ περὶ τ̃ προϊσίας τ̃ Κυρίυ, τ̃ μὲν καιρὸν αὐτὸν οὐκ ἀποκαλύπτων, τὸ δὲ σημεῖον "αὐτ̃ς δῆλων, τ̃ Αντιχριστον. "χ. αὐτ̃ν. Παρακθῆ δὲ αὐτοὺς σφόδρα πεπαιρομένους "ἀπὸ τ̃ν "παθ̃ν. καὶ τ̃τος, δίδω- "χ. κακ̃ν. σιν αὐτοῖς σημεῖα δι' ὧν ὑπιγνώσον) τὰς γνησίας αὐτ̃ ἐπιστολάς.

THEOPHY-

THEOPHYLACTI COMMENTARIUS IN SECUNDAM EPISTOLAM AD THESSALONICENSES.

ΚΕΦ. α.

Παῦλος καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος τῇ ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων ἐν Θεῷ πατρὶ ἡμῶν, καὶ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ.] Καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ ἐπιστολῇ ὅτιπερ ἦν ἔρξατο. ὅσα οὖν ἐκεῖ εἴρηται ἡμῖν, προσλάβετε καὶ ἐνταῦθα.

2 Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Ἐπειδὴ ὁ Θεὸς χαρίσεται ἡμῖν, οὐδὲν αὐτῷ ἔσται ἀνιαρὸν, ἀλλὰ πάντα ῥᾳδίως λυθήσεται. Εἰδὼς οὖν ὁ μακάριος ἔστιν ὅσον τὸ τοῦ Θεοῦ ἡ χάρις, διὰ τοῦτο παρακαλεῖ αὐτοῖς ἐπιδοθῆναι. Ἐὰν γὰρ αὕτη αὐτοῖς παρῇ, οὐδὲν τῶν πειρασμῶν αἰσθήσονται λυπήσοντες, ἀλλὰ καὶ τῇ εἰρήνῃ τοῦ Θεοῦ συναπολαύοντες, ἀσάλευτοι καὶ εἰρηνικοὶ διαμενοῦσιν. Ἅμα δὲ καὶ ἀναμιμνήσκει αὐτοὺς τὴν χάριτος τοῦ Θεοῦ, ὡς εἰ καὶ θλῖψις αὐτοῖς ἐπέλθοιεν, δυναμιμνησκόμενοι τῆς χάριτος, ἐξ ἧς ἐσώθησαν, οὐδαμοῦ καὶ ἐν τοῖς προγεγονόσιν καὶ μειζόνων πλησθέντες εὐεργεσιῶν, ἐν τοῖς ἐλάττοσι μὴ ἀπογινώσκωσιν.

3 Εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν πάντοτε τῷ Θεῷ περὶ ὑμῶν, ἀδελφοὶ, καθὼς ἄξιόν ἐστι.] Τρία ταῦτα διδάσκει· ἓν μὲν ὅτι ἐφ' οἷς κατωρθώσαμεν, οὐχ ἡμῖν αὐτοῖς δεῖ χάριν ἔχειν, ἀλλὰ τῷ Θεῷ, καὶ ἐκεῖνον ὑπὲρ πάντων λογίζεσθαι μὴ ἀλαζονεύεσθαι. Ἕτερον δὲ, ὅτι οὐ δακρύων ἄξια, οὐδὲ θρήνων, ἃ πάσχομεν, ἀλλ' εὐχαριστίας τοῦ εἰς Θεόν. ὥστε καὶ αὐτοὺς

CAP. I.

Paulus & Silvanus & Timotheus eccleſiæ Theſſalonicenſium in Deo patre noſtro, ac Domino Jeſu Chriſto.] In priore Epiſtola conſimilem ad modum orſus eſt: Quæcunque itaque ibi dicta ſunt à nobis, hîc quoque aſſumito.

2 *Gratia vobis & pax à Deo Patre, & Domino Jeſu Chriſto.*] Poſtquam Deus gratiâ ſuâ quempiam donârit, nihil illi moleſtum erit, ſed omnia facilè diſſolventur. Sciens igitur beatus iſte, quanta res ſit Dei gratia, propterea hanc ipſis comprecatur. Si enim hæc ipſis affuerit, nullam tentationem ſentient, ſed pace Dei fruentes, inconcuſſi & pacifici permanebunt. Simul autem eis ad memoriam revocat divinam gratiam, ut etiamſi eos afflictio invaſerit, memores gratiæ per quam ſint ſervati, conſolationem accipiant, atque à præteritis & majoribus confirmati, in minoribus non deſperent.

3 *Gratias agere debemus Deo ſemper veſtrî causâ, fratres, ita ut dignum eſt.*] Tria hæc docet: primùm, quòd noſtras ob virtutes, non ſint nobis gratiæ habendæ, ſed Deo, atque illi totum imputantes non arrogantes eſſe. Alterum, quòd non ſint lacrymis neque lamentis digna illa quæ patiuntur, ſed ejuſmodi, pro quibus Deo gratias agere deceat. Itaq; lætari eos

oportet,

oportet,& animũ non deſpõdere. Tertiùm, quòd non oporteat invidere bene operantibus, ſed gaudere & gratias agere Deo pro fratribus. Quocirca qui macerantur ob ea quæ alii bene agunt, Deo maledicunt. *Sicut dignum eſt*, dixit, ne ob ipſam gratiarum actionem efferamur, ceu novum quiddam adduxerimus: facimus enim quod dignum eſt fieri. Propterea & rem ipſam debitum nominavit. Vel quia & in verbis & in operibus gratiæ ſunt agendæ: hæc enim eſt digna gratiarum actio.

Quoniam ſupercreſcit fides veſtra.] Quando ob fidem tentationum inundatio irruens, non ſubmerſerit vos, nullius alterius rei hoc indicium eſt, quàm quòd aucta ſit, necnon altior facta fides, perinde ac in priſco illo diluvio altiſſima montium non facile ſubmerſa ſunt. Hinc *Supercreſcit*, dixit, ut altitudinis exceſſum indicet.

Et abundat charitas uniuſcujuſque veſtrûm in invicem.] Obſerva eorum dilectionem. Non hunc quidem diligebant, illum verò non item, verùm æqualis erat omnium erga omnes dilectio. Quod enim ait, *uniuſcujuſque*, &, *in invicem*, hoc ſignificat: Nam ſi particulariter diligamus, hoc non eſt charitas, ſed diſſentio potius. Si enim Dei causâ diligis, omnes dilige: ſin particulariter diligis, humana iſta eſt amicitia. Conſidera autem quòd communiri & nos mutuò amplecti, contra afflictiones plurimùm confert.

4 *Ut nos ipſi in vobis gloriemur in eccleſiis Dei.*] In priori Epiſtola dixit, Sic noverunt omnes res veſtras, ut non eſſet opus nos quicquam loqui de vobis: quomodo igitur nunc dicit ſe in Eccleſiis gloriari de ipſis? Ex ipſa dictione hoc planum eſt: non enim ait, Docemus eos de vobis: ſed, *Gloriamur*, & venerandi ſumus propter vos. Si igitur noſ gratias agimus Deo propter vos, & gloriamur apud homines, multo magis hoc vos oportet facere in

δὲ χαίρειν, ἀλλὰ μὴ καταπίπτειν. Καὶ τέταρτον, ὅτι δὲ φθονεῖν τοῖς κατορθοῦσιν, ἀλλὰ χαίρειν, καὶ εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν. Ὥστε οἱ τηκόμενοι ἐφ' οἷς κατορθοῦσί τινες τὸν Θεὸν δυσφημοῦσι. Τὸ οὖν, καθὼς ἄξιόν ἐστιν, εἶπεν, ἵνα μηδὲ ὅτι τῇ εὐχαριστίᾳ αὐτῇ ‖ χ. αὐτὸ. ἐπαιρώμεθα, ὡς ξένον τι συνεισαγάγοντες. Τὸ γὰρ ἄξιον γίνεσθαι πιστοῦμεν. διὸ καὶ ὀφείλημα αὐτὸ ὠνόμασεν. Ἢ ὅτι καὶ λόγων καὶ δι' ἔργων. αὕτη γὰρ ἡ ἀξία εὐχαριστία.

Ὅτι ὑπεραυξάνει ἡ πίστις ὑμῶν.] Ὅταν ὁ τῶν ὑπὲρ τὴν πίστεως πέρασιν καταιγὶς ἐπελθὼν μὴ ὑπεκλύσῃ ὑμᾶς, σφόδρα ἑτέρου τοῦτο τεκμήριόν ἐστιν, ἢ τὸ αὐξηθῆναι καὶ ὑψηλοτέραν γενέσθαι τὴν πίστιν· καθάπερ ἐπὶ ἐκείνου μὲν τοῦ παλαιοῦ κατακλυσμοῦ τὰ ὑψηλὰ ὄρη ῥᾳδίως κατεκλύσθη. διὸ, ὑπεραυξάνει, εἶπεν, ἵνα τῷ ὑπερβολῇ τοῦ ὕψους δηλώσῃ.

Καὶ πλεονάζει ἡ ἀγάπη ἑνὸς ἑκάστου πάντων ὑμῶν εἰς ἀλλήλους.] Οὐ μὲν ἠγάπων, τὸν δὲ οὐ· ἀλλ' ἴση ἦν ‖ πάντων ἡ ἀγάπη ‖ χ. ἡ οὖν πάντων πρὸς πάντας. Τὸ γὰρ, ἑνὸς ἑκάστου, καὶ τὸ, εἰς ἀλλήλους, τοῦτο δηλοῖ. ἐπεὶ γὰρ ὅταν μερικῶς ἀγαπῶμεν, οὐκ ἀγάπη τοῦτο, ἀλλὰ διάστασις. Εἰ γὰρ διὰ τὸν Θεὸν ἀγαπᾷς, πάντας ἀγάπα· εἰ δὲ μερικῶς ἀγαπᾷς, ἀνθρωπίνη τοῦτο φιλία. Σκόπει δὲ, ὅτι καὶ τὸ συμπεφέρεσθαι καὶ ἀλλήλων ἔχεσθαι, μεγάλως πρὸς τὰς θλίψεις συμβάλλεται.

4 Ὥστε ἡμᾶς αὐτοὺς ἐν ὑμῖν καυχᾶσθαι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ.] Ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιστολῇ εἶπεν, ὅτι ὥστε ἴσασι πάντες τὰ καθ' ὑμᾶς, ὥστε ἡμᾶς μὴ χρείαν ἔχειν λαλεῖν πρὸς ὑμᾶς· πῶς οὖν νῦν φησιν, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καυχᾶσθαι περὶ αὐτῶν; Ἀπ' αὐτῆς τῆς λέξεως δῆλον τοῦτο. Ὃ γὰρ εἶπεν, ὅτι διδάσκομεν αὐτοὺς περὶ ὑμῶν, ἀλλ' ὅτι καυχώμεθα, καὶ σεμνυνόμεθα ἐφ' ὑμῖν. Εἰ τοίνυν ἡμεῖς χρὴ εὐχαριστεῖσθαι τῷ Θεῷ δι' ὑμᾶς, καὶ καυχώμεθα πρὸς ἀνθρώπους, πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς τοῦτο

χρὴ

χρὴ ποιῶν ὅτι τοῖς συμβαίνουσιν ὑμῖν, ἀλλὰ μὴ ἀθυμεῖν & καταπίπτειν, ὡς ὅτι
" κ. μὴ. " πειρασμοῖς.

Υπομονῆς ὑμῶν καὶ πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς διωγμοῖς ὑμῶν, καὶ ταῖς θλίψεσιν αἷς ἀνέχεσθε.] Δείκνυσιν ὅτι πολλῷ ἐπιφέρονται χρόνον. ἡ γὰρ ὑπομονὴ οὐκ ἐν δυσὶν ἢ τρισὶν ἡμέραις φαίνεται. ἔστι μὲν οὖν ὑπομονὴ καὶ τὸ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν μήπω ἀπολαύοντας, φέρειν. Νῦν δὲ καὶ μείζονα λέγει, τὴν ἐν τοῖς διωγμοῖς καὶ ταῖς θλίψεσιν. Ἐχθροῖς γὰρ συνέζων ἀσπόνδοις, καὶ χερσὶν ἐδέοντο τῆς ὑπομονῆς, καὶ ταῦτα ἐν ἀρχῇ τοῦ κηρύγματος, καὶ πένητες ὄντες πολλοί. Αἰσχυνέσθωσαν ὅσοι διὰ πρόσκαιρον δόξαν εἰς δόγματα τρέπονται μεταπίπτειν.

5 Εἰς ἔνδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.] Καὶ διὰ τῶν εἰρημένων μὲν παρεμυθήσατο αὐτούς, διὰ τε τοῦ εἰπεῖν, Ὅτι θυμηρεστοῦμεν, καὶ τοῦ, Ὅτι καυχώμεθα· μᾶλλον δὲ νῦν λύπησιν ὁ πᾶς ὁ ὀδυνώμενος ζητεῖ, τὴν ἀπαλλαγὴν φημὶ τῶν θλιβερῶν, & τὴν κόλασιν τῶν θλιβόντων ἀνθρώπων. Ὁ τίνων λέγει τοῦτο ἐστιν· ὅτι ἀνέχεσθε τῶν θλίψεων εἰς τὸ δηλῶσαι τὴν δικαίαν κρίσιν τοῦ Θεοῦ, ὅταν ὀφθῆτε καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας. Ὅταν μὲν γὰρ ὑμᾶς μὲν τοὺς θλιβομένους στέφανοι, ἐκείνους δὲ κολάζῃ τοὺς θλίβοντας, τὸ δίκαιον αὐτοῦ φαίνεται. Μεγάλως δὲ παραμυθεῖται ἀνθρώπους, δηλῶν ὅτι οὐ χάριτι στεφανοῦνται, ἀλλὰ δικαίως, καὶ ὡς ἀντιμισθίαν λαμβάνοντες τῶν οἰκείων πόνων & ἱδρώτων τῆς βασιλείας.

Γὰρ ἧς & πάσχετε.] Ὡς οὐ δίκαιοι δυνατώτεροί εἰσιν οἱ θλίβοντες, διὰ τοῦτο κρατοῦσιν ὑμῶν, ἀλλὰ δίκαιοι διὰ τοῦ πάσχειν στεφανοῦσθε· ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Καὶ ἀνάγκη τοῦτο οὕτως γίνεσθαι, καὶ οὐκ ἀπόνως. Διὰ πολλῶν γὰρ θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν, φησὶν ὁ Κύριος.

iis quæ vobis contingunt, & non desponderе animum, neque desperare in tentationibus.

Pro patientia vestra & fide in omnibus persecutionibus vestris & tribulationibus quas sustinetis.] Ostendit eos diu tentatos fuisse. Patientia enim non in duobus aut tribus diebus apparet. Porrò quidem patientia est, bonorum promissorum, quæ nondum assecuti sumus, dilationem æquo animo ferre. Nunc verò majorem dicit, nempe quæ est in persecutionibus & affiictionibus : cum hostibus enim implacabilibus conversabantur, solidâque patientiâ opus habebant, idque in principio verbi & Evangelii, cùm pauperes etiam homines essent. Pudeat itaque eos, quotquot propter præfecturam hominum ad prava dogmata transferuntur.

5 *In exemplum justi judicii Dei, ut digni habeamini regno Dei.*] Per ea quidem quæ dicta sunt, consolatus est eos, tum per hoc quod dicit, *Gratias agimus*, itemque, *Gloriamur* : Maximè verò nunc ponit, quod quivis in dolore constitutus quærit, liberationem videlicet ab afflictionibus, & pœnam affligentium hominum. Quod igitur dicit, est hujusmodi : Sustinetis afflictiones, ut demonstretur justum judicium Dei, quod est, ut vos regno digni judicemini. Quando enim vos quidem afflictos coronat, illos autem punit qui affligunt, justitia ejus apparet. Valde autem consolatur eos, ostendens quòd non gratiâ coronantur, sed justè, ac regnum veluti retributionem propriorum laborum & sudorum accipientes.

Pro quo & patimini.] Itaque non quia potentiores sunt ii qui vos affligunt, propterea vobis imperant, verùm quia ex afflictionibus acquiritur regnum cœlorum. Necesse est autem hujusmodi permutationem sic fieri, & non sine labore. Per multas enim afflictiones oportet nos ingredi cœlorum regnum, dicit Dominus.

6 *Siquidem*

6 *Siquidem juſtum eſt apud Deum, retribuere tribulationem iis qui vos tribulant:* 7 *Et vobis qui tribulamini, requiem*] *Siquidem*, non eſt dubitationis, ſed potiùs confirmationis, pro, *Quandoquidem juſtum eſt apud Deum.* Si enim apud homines, multo magis apud Deum. Solemus enim dicere in familiari colloquio, Si odit Deus ſceleratos: &, Si curam gerit Deus rerum, tale quiddam fiet, adeò ut auditores neceſſariò reſpondeant, Atqui odit. Hunc ad modum hoc in loco, Si juſtum eſt: conſectaneum enim inferre, Atqui juſtum eſt. Non autem quemadmodum afflictiones quæ vobis inferuntur, temporariæ ſunt, ita quoque pœnæ oppreſſoribus veſtris à Deo inferendæ, temporariæ erunt, ſed nullum ſunt habituræ finem: & requies veſtra talis erit.

Nobiſcum, in revelatione Domini Jeſu de cælo cum Angelis virtutis ejus.] En aliam conſolationem, ſiquidem in coronis futuri erant conſortes ipſi Paulo qui tot tantáque peregerat. Revelationem autem Domini, adventum ejus dicit, in hoc etiam eos conſolans. Nunc enim, inquit, occultatur quidem, ſed animo ne concidatis; revelabitur enim, idque tanquam Deus & Dominus. *A cælo* enim, quod eſt Thronus Dei: Et *cum Angelis* terribilibus; *potentiæ* namque Angeli ſunt, hoc eſt, potentes. Quare itaque animum deſpondetis, quandoquidem ejuſmodi habemus Dominum, cujus miniſtri ſint Angeli potentiæ? Dabunt igitur pœnas qui nunc vos affligunt, neque effugient.

8 *In igni flammæ dantis ultionem iis qui non noverunt Deum, & qui non obediunt Evangelio Domini Jeſu.*] In ſuperioribus dixit, *iis qui vos affligunt:* nunc autem generatim addit, *iis qui non noverunt Deum:* hoc ſapientiſſimè confirmans, quòd omnino ſit ultio futura. Si enim non propter vos, propter ſe tamen ipſum hoſtes ſuos ulciſcetur. Hoc igitur dictum

6 Εἴπερ δίκαιον * παρὰ Θεῷ ἀντα- * Gr.
ποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς, θλῖψιν·
7 Καὶ ὑμῖν τοῖς θλιβομένοις, ἄνεσιν] Τὸ, Εἴπερ, οὐκ ἔστι διαστολῆς, ἀλλὰ μᾶλλον βεβαιώσεως, ἀντὶ τοῦ, ὅπου δίκαιον παρὰ Θεῷ. Εἰ γὰρ παρὰ ἀνθρώποις, πολλῷ μᾶλλον παρὰ Θεῷ. Εἰώθαμεν γὰρ λέγειν ἐν τῇ συνήθει ὁμιλίᾳ· Εἰ μισεῖ ὁ Θεὸς τοὺς πονηρούς· καὶ, Εἰ φροντίζει ὁ Θεὸς τῶν πραγμάτων, ἔστι τόδε τι· ὡς τῶν ἀκουόντων ἀναγκαίως ἐροιώτων, Ἀλλὰ μισεῖ. Οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα, Εἰ δίκαιόν ἐστιν· ἀκόλουθον γὰρ ἐπαγαγεῖν, Ἀλλὰ μισεῖ δίκαιον. Οὐχ ὥσπερ ἃ αἱ ἐπαγόμεναι ὑμῖν θλίψεις παρέσονται, οὕτω καὶ " αἱ " Χ. ἐν.
τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς ἀντεπαχθήσονται παρὰ Θεοῦ, παρέσονται ἔσονται), ἀλλ' ἀτελεύτητοι· καὶ αἱ ἀνέσεις ὑμῖν τοιαῦται.

Μεθ' ἡμῶν, ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἀπ' οὐρανοῦ, μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ.] Ἰδοὺ καὶ ἑτέρα παράκλησις, εἴγε ἐν τοῖς στεφανοις ἔμελλον κοινωνοὶ ἔσεσθαι τῷ τοσαῦτα κατωρθωκότι Παύλῳ. Ἀποκάλυψιν δὲ τοῦ Κυρίου, τὴν παρουσίαν αὐτοῦ φησι, παράμυθούμενος δὲ ἐν τούτῳ αὐτούς. Νῦν γάρ, φησι, κρύπτεται, ἀλλὰ μὴ ἀλύετε· ἀποκαλυφθήσεται γὰρ, καὶ ὡς Θεὸς καὶ δεσπότης. Ἀπ' οὐρανοῦ γὰρ, ὅς ἐστι θρόνος Θεοῦ. Καὶ μετ' ἀγγέλων φοβερῶν. δυνάμεως γὰρ ἄγγελοι, τοιοῦτοι, " δυνατοί. " Χρυσοσ.
Ὥστε τί καταπίπτετε, ὅπου γε τοιοῦτον ἔχομεν δεσπότην, ὅπου οἱ ὑπηρέται δυνάμεώς εἰσιν ἄγγελοι; δώσουσιν οὖν δίκην οἱ νῦν ὑμᾶς θλίβοντες, καὶ οὐκ ἐκφεύξονται.

8 Ἐν πυρὶ φλογὸς διδόντος ἐκδίκησιν τοῖς μὴ εἰδόσι Θεὸν, καὶ τοῖς μὴ ὑπακούουσι τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.] Ἄνω μὲν εἶπε, τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς· νῦν δὲ κοινῶς, τοῖς μὴ εἰδόσι τὸν Θεόν τοῦτο δὲ φοβερώτατον κατασκευάζων, ὅτι πάντως ἐκδίκησις ἔσται. Εἰ γὰρ καὶ μὴ δι' ὑμᾶς, ἀλλά γε δι' ἑαυτὸν τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἀμυνεῖται. Τοῦτο μὲν οὖν εἴρηται,

ἐλθῃ), ἵνα πληροφορηθῶσιν ὅτι πάντως κολασθήσονται· ἐκεῖνο δέ, ἵνα ἀπολαύσωσιν, ὡς ἐξ ὑμῶν αὐτῶν κολάζοντος τοῦ Θεοῦ τοὺς θλίβοντας αὐτούς. Εἰ δὲ τοὺς μὴ ὑπακούοντας τῷ εὐαγγελίῳ κολάζει, πολλῷ μᾶλλον τοὺς κωλύοντας καὶ ἄλλους ἐπαγαγόντας, οἷοί εἰσιν οἱ νῦν ὑμᾶς θλίβοντες. Τὸ δέ, ἐν "πυρὶ φλογὸς, ἢ ὡς διδόντι ἐκδίκησιν στυγητέον, ὡς αὖ ἐλ "χ. φλογὶ ἔλεγμον· ἐν τῇ "γεέννῃ κολάζοντος τοὺς ἀπειθεῖς· ἢ ὅταν· τῇ ἀποκαλύψει τοῦ "χ. φλογὶ πυρὸς Χριστοῦ τῇ ἐν "πυρὶ φλογὸς ἐμπεσούμενῃ, ὡς καὶ Δανιὴλ λέγει, Πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ πορεύσεται, καὶ φλογιεῖ "κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. Καὶ ὁ Δανιήλ· Ποταμὸς πυρὸς εἵλκετο. Ὅρα δὲ ὅτι, ἐν πυρὶ φλογὸς, εἰπὼν τοῦτο, ἐν πυρὶ φλέγοντι μόνως, καὶ φωτίζοντι. Τοῖς γὰρ ἁμαρτωλοῖς φλέγειν ἔσται τὸ πῦρ μόνως, καὶ φωτίζον· τοῖς δὲ δικαίοις φωτίζον μόνως, καὶ φλέγον. "χ. πάντας. "χ. τοῦ.

9 Οἵτινες δίκην τίσουσιν ὄλεθρον αἰώνιον.] Πῦ "τοίνυν οἱ Ὠριγενιασταὶ, οἱ τέλος τῆς κολάσεως μυθευόμενοι; αἰώνιον ταύτην ὁ Παῦλος λέγει. Καὶ πῶς περὶ ὑμῖν ἡ αἰώνιος ἀπολεῖται;

Ἀπὸ προσώπου Κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ.] Τὸ εὔκολον ἐνταῦθα δηλοῖ. Καὶ γὰρ δυσκέρδαλόν τις ἔσται, φησὶν, ἀλλ' ἀρκεῖ μόνον ὀφθῆναι τὸν Θεὸν, καὶ πάντες οἱ ἀπειθεῖς ἐν κολάσει ἔσονται. Μόνον γὰρ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ καὶ ἡ παρουσία, τοῖς μὲν φῶς ἔσται, τοῖς δὲ ζημία. Οὐ γὰρ ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ δόξης ἰσχύος πάρεσται· ὥστε ἡ δόξα αὐτοῦ δηλώσει, ὅτι ἡ ἰσχὺς ἄδοξος· τοιοῦτόν ἐστιν, ὡς βασιλεὺς δυνατὸς ὀφθήσεται.

10 Ὅταν ἔλθῃ ἐνδοξασθῆναι ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ.] Ὅταν γὰρ ἴδωσιν οἱ νῦν ἀπειθεῖς καὶ ταλαιπωρίτες, τοὺς μαστιζομένους ὑπ' αὐτῶν τούτους ἀπείρου δόξης μεταλαγχάνοντας, δόξα τοῦ Θεοῦ γίνεται τὸ πρᾶγμα. Ἡ γὰρ αὐτοῦ δόξα αὐτοῦ ἐστιν. Ὥστε ἐν ᾧ τοὺς ἁγίους δοξάζει, αὐτὸς δοξάζεται. Ὥσπερ γὰρ πλοῦτος αὐτοῦ ἐστὶ τὸ, εἶναι πιστούς· οὕτω καὶ δόξα αὐτοῦ, τὸ est, ut certò sciant, quòd omnino punientur: illud verò, ut lætentur, ceu Deo illorum gratiâ eos, à quibus affligebantur, puniente. Quòd si Evangelio non obedientes puniat, multo magis eos qui alios obedire prohibent, quales sunt qui hodie vos angunt. Istud autem, *in igni flammæ*, vel construendum est cum, *dantis ultionem*, perinde ac si diceret; In gehenna punientis inobedientes: vel sic, *In revelatione Christi*, quæ in igni flammæ futura est, sicut & David ait, *Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus.* Cui Daniel adstipulatur, inquiens: *Fluvius ignis trahebatur.* Observa autem quod ait, *in igni flammæ*, pro in igni ardente tantùm, non etiam lucente. Peccatoribus enim ignis solummodo ardebit, non lucebit: justis autem lucebit tantùm, non ardebit. Psal. 96. 3. Dan. 7. 10.

9 *Qui pœnam luent interitum æternum.*] Ubi igitur sunt Origenistæ, qui pœnæ finem esse fabulosè ponunt? Æternam hanc Paulus asserit. Ecquî ergo apud vos interitus æternus erit temporarius?

A facie Domini, & gloria virtutis ejus.] Facilitatem hîc declarat. Nulla enim, inquit, difficultas erit, verùm satis est tantummodo visum esse Deum, & omnes inobedientes in pœna erunt. Tantummodo enim vultus & præsentia ejus illis quidem lux erit, istis autem supplicium. Non enim simpliciter, sed, *cum gloria virtutis* aderit: neque gloria ejus robore carebit, neque robur erit inglorium: hoc est, tanquam rex potens conspicietur.

10 *Cùm venerit glorificari in sanctis suis.*] Quando enim illi, qui nunc sunt inobedientes, & superbi, conspexerint istos, quos ipsi flagellabant, infinitæ gloriæ participes factos, in gloriam Dei ea res cedit: illorum namque gloria, ipsius etiam est. Itaque in quo sanctos glorificat, in eo ipse etiam glorificatur. Ut enim divitiæ ejus sunt, esse fideles:

sic & gloria ejus est, esse qui fruantur bonis ipsius.

Et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt.] Id est, per credentes. Ecce enim, *in*, est pro, *per*. Quando enim miseros, ab omnibus repulsos ac rejectos, tanto splendore dignatus fuerit, tum indicatur ipsius robur. Prætereà, quando in medium producti fuerint, qui innumeris fuerint objecti calamitatibus ut à fide deficerent, neque tamen defecerunt, tum ostenditur gloria Dei & ipsorum.

(Quia creditum est testimonium nostrum super vos) in die illo.] Admirationi erit Deus in die illo, quòd prædicatio nostra & verbum credita sunt à vobis, hoc est, eò quòd vos ipsi credidistis, ac dignos vos fecistis bonis illis quæ tum fidelibus dabuntur. Pulchrè autem dixit; *In die illo:* tum enim revera demonstrantur qui verè sunt fideles: nunc enim plerique fidem simulant. Quocirca & Sapiens ille dixit, *Ne beatum prædicaveris hominem ante obitum.*

11 *Ad quod etiam oramus semper pro vobis, ut dignetur vos vocatione suâ Deus noster.*] Quid? nonne vocati erant? Imò; sed de vocatione illa nunc non loquitur, quandoquidem secundùm istam non pauci
Ma. 22. 25. sint vocati: etiam ille sordidis vestibus
Mat. 25. 12. amictus, vocatus erat, & quinque virgines, sed non sunt ingressæ. Vocationem igitur hîc dicit eam quæ per opera confirmata est, quæ propriè vocatio est: quemadmodum & fides propriè illa est, quæ in opere versatur. Infert igitur.

Et impleat omnem voluntatem bonitatis.] Hanc, inquit, vocationem dico, ut omnis voluntas Dei, id est, quicquid ei bene placuerit, impleatur in vobis, & omne bonum transigatis: hacque ratione sitis tales, quales vos Deus esse exigit, nihilque vobis desit. Hîc autem demittit eorum cristas, ne multis encomiis efferantur: ostendit enim quòd nondum sint consummati.

εἰ) τοὺς μηδενὸς ἀπολαύειν τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ.

Καὶ θαυμασθῆναι ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύσασι.] Τουτέστι, διὰ τῶν πιστευσάντων. Ἰδοὺ γὰρ, ὃ ἔν, ἀντὶ τοῦ, διά, ἐστιν. Ὅταν γὰρ τοὺς οἰκέτας, τοὺς ἐκ πάντων ἐλαττωμένους, τοσαύτης λαμπρότητος ἀξιώσῃ, δείκνυται αὐτοῦ ἡ ἰσχὺς τότε. Καὶ ἄλλως, ὅταν εἰς μέσον προάγωνται οἱ μυρία παθόντες δεινὰ, ὥστε ἐκκλῖναι τῆς πίστεως, ἃ μὴ ἐκλιπόντες, τότε δείκνυται ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ καὶ αὐτῶν.

(Ὅτι ἐπιστεύθη τὸ μαρτύριον ἡμῶν ἐφ' ὑμᾶς) ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.] Θαυμασθήσεται, φησιν, ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, διότι τὸ κήρυγμα ἡμῶν καὶ ὁ λόγος ἐπιστεύθη πρὸ ὑμῶν, τουτέστι, διότι ὑμεῖς ἐπιστεύσατε, καὶ ἀξίους ἑαυτοὺς τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων ἐποιήσατε, ἃ τότε διδομένων τοῖς πιστοῖς. Καλῶς δὲ εἶπεν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· τότε γὰρ δείκνυνται τῷ ὄντι οἱ ἀληθῶς πιστοί. νῦν γὰρ ἐπικρίνονται πίστιν πολλοί. διὸ καὶ ὁ Σοφὸς, Μὴ μακαρίσῃς ἄνθρωπον πρὸ τελευτῆς, φησιν.

11 Εἰς ὃ καὶ προσευχόμεθα πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ὁ Θεὸς ἡμῶν.] Τί γάρ; οὐκ ἦσαν κεκλημένοι; ναί· ἀλλὰ ὁ περὶ ἐκείνης τῆς κλήσεώς φησιν, ἐπεὶ καὶ ταύτην πολλοὶ κλητοί· καὶ ὁ τὰ ῥυπαρὰ ἱμάτια ἐνδεδυμένος ἐκλήθη, καὶ αἱ πέντε παρθένοι, ἀλλ' οὐκ εἰσῆλθον. Κλῆσιν οὖν ἐνταῦθα λέγει, τὴν διὰ τῶν πράξεων βεβαιωμένην, ἥτις καὶ κυρίως κλῆσίς ἐστιν, ὥσπερ καὶ πίστις κυρίως ἡ ἔμπρακτος. Ἐπιφέρει οὖν.

Καὶ πληρώσῃ πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης.] Τοῦτέστιν, φησὶ, τὴν κλῆσιν λέγω, ἵνα πᾶσα εὐδοκία τοῦ Θεοῦ, τουτέστι, πᾶσα ἐξέσκλα, πληρωθῇ ἐν ὑμῖν, καὶ πᾶν ἀγαθὸν διαπραγάσησθε, καὶ ὅτων ἔστε ὡς βούλεται ὁ Θεὸς, μηδενὸς ὑμῖν λείποντος. Ἐνταῦθα δὲ καὶ κεφαλὴν τὸ φρόνημα αὐτῶν, ἵνα μὴ ἐπαρθῶσι τοῖς πολλοῖς ἐγκωμίοις. δείκνυσι γὰρ ὅτι οὔπω τετελείωνται.

μὴ ὑμῶν

Καὶ

Καὶ ἔργον πίστεως ἐν δυνάμει.] Τὴν ὑπομονὴν τὴν διωγμῶν, φησι, τελειοῦν ἐν ὑμῖν ποιήσει. Πῶς; ἐν δυνάμει, τουτέστι, δυναμώσας ὑμᾶς καὶ ἐνισχύσας· ἡ γὰρ ὑπομονή ἐστιν ἔργον πίστεως. Ὡς ὁ μὴ ἔχων ὑπομονὴν, οὐδὲ ἔργον πίστεως δείκνυσιν.

Et opus fidei in virtute.] Patientiam, inquit, in persecutionibus perfectum in vobis faciet. Quomodo? In virtute & robore, hoc est, roborans vos & confortans: nam patientia est opus fidei. Proinde qui non habet patientiam, neq; opus fidei indicat.

12 Ὅπως ἐνδοξασθῇ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ἐν αὐτῷ.] Εἰ ταῦτα τὰ προειρημένα γένοιτο ὑμῖν, φησιν, ἐνδοξασθήσεται καὶ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἐν ὑμῖν. Ὅταν γὰρ ἴδωσιν ὑμᾶς ὑπομένοντας πάντα πρόσκομον ὑπὲρ τὸ εἰς τὴν διαστολὴν ἀγάπης, πῶς οὐκ ἔσται τοῦτο δόξα αὐτοῦ, ὅτι οὕτως ἀγαθός ἐστιν, ὥστε ὑπὲρ αὐτοῦ ἀποθνήσκειν καὶ δούλους; καὶ ὅτι οὕτω δυνατός, ὥστε ὑμᾶς ἐνδυναμῶσαι πρὸς τὴν ὑπομονήν; Ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς ἐν αὐτῷ, ὅτι οὕτω πιστοὶ εὑρέθητε ὡς πάντα παθεῖν. δόξα γὰρ δούλου, τὸ πιστὸν εὑρεθῆναι τῷ δεσπότῃ. Καὶ ἄλλως ἡ, ἡ διὰ Χριστὸν θλῖψις, δόξα· ὅτι λαμπροτέρους μᾶλλον ποιεῖ, ἀεὶ μὲν εἰς θάνατον παραδιδομένους, κρείττους δὲ θανάτου δεικνυμένους.

12 *Ut glorificetur nomen Domini nostri Jesu Christi in vobis, & vos in ipso.*] Si hæc quæ prædicta sunt, vobis contingant, inquit, glorificabitur etiam hac in vita nomen Domini in vobis. Quando enim videant vos, ex dilectione quam erga Dominum geritis, omnem tentationem tolerare, quî, quæso, isthuc non est gloria ejus, quoniam adeò bonus est, ut pro ipso etiam moriantur servi? & quia adeò potens, ut vos ad patientiam corroboraret? Quinetiam *& vos in ipso*, quia usque adeò fideles inventi estis, ut omnia patiamini. gloria enim servi est, quòd domino fidelis inveniatur. Præterea, afflictio propter Christum, gloria est, quia splendidiores reddit, utpote nunquam non morti quidem traditos, potiores tamen ac superiores morte demonstratos.

Κατὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Καὶ αὐτὸ τοῦτο, φησι, τοῦ Θεοῦ ἐστι, καὶ οὐχ ἡμέτερον, ἀλλὰ χάριτος αὐτοῦ, τὸ δοξάζεσθαι, φημι, καὶ αὐτὸν ἐν ἡμῖν, ὅτι οὐδὲν αὐτοῦ προτιθέμεθα, ὡς γλυκύτερόν πάντων, καὶ ἡμᾶς ἐν αὐτῷ, ὅτι δυνάμεθα πρὸς αὐτοῦ λαμβάνομεν ὑπομένειν πάντας τοὺς πόνους.

Secundùm gratiam Dei nostri, & Domini Jesu Christi.] Hoc ipsum, inquit, Dei est, non nostrum, sed gratia ipsius est, & quòd glorificetur ipse in nobis, & quòd nihil ipsi præferimus, ut qui sit omnium dulcissimus: & ut nos in ipso celebremur, quoniam potentiam ab eo suscipimus ut sufferamus vel quasvis tentationes.

ΚΕΦ. β.

CAP. II.

"χρεί. Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, "ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτὸν, εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοός.] Πότε μέλλει ἔσεσθαι ἡ ἀνάστασις, οὐ λέγει· ὅτι δὲ νῦν οὐκ ἔστι, τοῦτο διδάσκει. Ἦσαν γάρ τινες ἀπατεῶνες, οἱ λέγοντες

Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi, & nostræ congregationis in ipsum, ut non citò moveamini à sensu.] Quando sit futura resurrectio, non dicit: quòd verò nunc non instet, hoc docet. Fuerunt enim nonnulli impostores, qui affererent jam instare 1 Thess. 4.

tempus conſummationis adventûſque Domini. Non parum autem ad conſolationem facit, quòd ait ad ipſum fideles congregandos, ut cùm eo pariter ſint, ut in priori dixit: Statim enim à reſurrectione ad Dominum attollentur digni. Quid igitur eſt, *Rogamus?* Hoc eſt: obſecramus vos, ut non concutiamini & avertamini à ſententia quam hactenus rectè conſtitutam habuiſtis.

2 *Neque terreamini, neque per ſpiritum.*] Hoc eſt, per prophetiam. Quidam enim prophetiam ſimulantes, imponebant populo, ceu jam præſens eſſet Dominus.

Neque per ſermonem.] Hoc eſt, doctrinam vivâ voce factam.

Neque per epiſtolam tanquam per nos.] Etenim epiſtolas fingentes, tanquã à Paulo miſſas, authoritatẽ conciliabant dictis ſuis.

Tanquam inſtet dies Domini.] Ne turbemini, inquit, quòd inſtet dies Domini, id eſt, adventus Chriſti.

3 *Ne quis vos ſeducat ullo modo.*] Neque tanquam Propheta, neque tanquam doctor, neque velut me ſcribente talia.

Quoniam niſi venerit diſceſſio primùm, & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis,] Non aderit adventus Domini, niſi venerit defectio, id eſt, Antichriſtus: defectionem enim ipſum vocavit, cùm revera iſta ſit, quippe qui multos faciet deficere, etiam electos, ſi fieri poſſit. Hominem autem peccati illum ipſum vocat, ut qui omne peccatorum genus peracturus ſit, & alios ad peccatum ſupplantaturus. Filium etiam perditionis, quandoquidem & ipſe ſit perditus. Quis autem ille eſt? Anne Satanas? Haudquaquam, ſed homo quidam omnem Satanæ operationem indutus.

4 *Qui adverſatur & extollitur ſupra omnem qui dicitur Deus, & quod colitur.*] Non enim ille homines ad idololatriam perducet, verùm omnes Deos demolietur,

ἐνεῖναι ἤδη τ' καιρὸν τ' σωτηλείας καὶ τ' παρουσίας τ' Κυρίου. Οὐ μικρὸν ὂ τοῖς παραμυθίας καὶ τὸ εἰπεῖν, ὅτι ἐπ' αὐτὸν σωαχθήσονται οἱ πιστοὶ, ὁμοῦ αὐτῷ ἐσόμενοι, ὡς καὶ ἐν τῇ πρωτέρᾳ ἔφη. ἅμα γὰρ τῷ ἀναιρεῖναι, ὅτι τ' Κύριον ἀρθήσονται οἱ ἄξιοι. Τί οὖν, ἐρωτῶμεν; τοῦτ' ἔστι, παρακαλοῦμεν ὑμᾶς, ὥστε μὴ σαλευθῆναι ὑμᾶς καὶ πταρταπῆναι ἀπὸ τ' νοὸς, ὃν μέχρι τ' νῦν εἴχετε ὀρθῶς ἱστάμενον.

2 Μήτε θεσθαι μήτε διὰ πνεύματος.] Τουτέστι, διὰ προφητείας. Τινὲς γὰρ προφητείαν ὑποκρινόμενοι, ἐπλανῶν τ' λαὸν, ὡς ἤδη παρόντος τ' Κυρίου.

Μήτε διὰ λόγου.] Τουτέστι, διδασκαλίας ζώσῃ φωνῇ γινομένης.

Μήτε δι' ἐπιστολῆς ὡς δι' ἡμῶν.] Καὶ γὰρ καὶ ἐπιστολὰς πλάττοντες, ὡς παρὰ "Παύλου σταλείσας, ἐπύθοντο ἀ' ἔλεγον. " χ. ἐπῆ.

Ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα Κυρίου.] Μὴ θεσθαί, φησιν, ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα Κυρίου, τουτέστιν, ἡ παρουσία τ' Χριστ'.

3 Μήτις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον.] Μήτε ὡς προφήτης, μήτε ὡς διδάσκαλος, μήτε ὡς ἐμοῦ γράφοντος ταῦτα.

Ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τ' ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τ' ἀπωλείας,] Οὐ γενήσεται, φησιν, ἡ παρουσία τ' Κυρίου, ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία, τουτέστιν, ὁ Ἀντίχριστος. ἀποστασίαν γὰρ αὐτὸν καλέσειν, αὐτοχρῆμα τοῦτο ὄντα, ὡς πολλοὺς μέλλοντα ἀφιστᾶν, καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς, εἰ δυνατόν. Καὶ ἄνθρωπον δὲ ἁμαρτίας τ' αὐτὸν τοῦτον, ὡς καὶ αὐτὸν πᾶσαν ἁμαρτίαν τελέσοντα, καὶ ἄλλους πρὸς τὸ ἁμαρτάνειν ὑποσκελίσοντα. Καὶ υἱὸν δὲ ἀπωλείας, ὡς καὶ αὐτὸν ἀπολλύμενον. Τίς δὲ οὗτός ἐστιν; ἆρα ὁ Σατανᾶς; οὐδαμῶς, ἀλλ' ἄνθρωπός τις, πᾶσαν αὐτοῦ ἀμπεχόμενος τὴν ἐνέργειαν.

4 Ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα.] Οὐ γὰρ εἰς εἰδωλολατρείαν ἄξει τοὺς ἀνθρώπους ἁπλῶς, ἀλλὰ πάντας καθάπαξ τοὺς

τες Θεὸς, ἢ τὰ σεβάσματα αὐτῆς, ἤτοι τὰ εἴδωλα, καὶ ἑαυτὸν μόνον ἀναφανδὸν Θεόν.

Ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ * καθίσαι ὡς Θεόν.] Οὐχὶ εἰς τὸν Ἱεροσολύμοις ναὸν ἰδίως, ἀλλὰ εἰς τὰς ἐκκλησίας ἁπλῶς, καὶ πάντα ναὸν θεῖον.

* μόνον.

Ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ Θεός.] Οὐκ εἰπὼν, λέγοντα, ἀλλὰ πειρώμενον ἀποδεικνύναι. καὶ γὰρ ἔργα μεγάλα καὶ σημεῖα ἐπιδείξεσθαι ὡς πλείω πεποίτων.

5 Οὐ μνημονεύετε ὅτι ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς, ταῦτα ἔλεγον ὑμῖν;] Καὶντεῦθεν δῆλον, ὅτι μεγάλα μυστήρια καὶ ἀγράφως παρεδίδου. Ὅρα δὲ ὅτι ἀναγκαῖον συνεχῶς ταῦτα λέγειν, καὶ ἐπιμελῶς τοῖς αὐτοῖς ῥήμασι. Ἰδοὺ γὰρ καὶ παρόντος ἠκούσαμεν τοῦ ἀποστόλου ταῦτα ἐπόντος, καὶ ὅμως πάλιν ἐδεήθησαν ἐπιγνῶναι. Οὐδὲν, φησι, ξένον λέγω, ἀλλ' ἅπερ ἀεὶ ἔλεγον. Ἐντρεπτικώτερον δὲ ποιῶν τὸν λόγον λέγων, Οὐ μνημονεύετε; ὥστε ταχέως ἐπελάθεσθε;

6 Καὶ νῦν τὸ κατέχον οἴδατε, εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ.] Κατέχον, ἤτοι τὸ κωλύον, τὸ ἐμποδίζον. Τί δέ ἐστι τοῦτο; Οἱ μὲν τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος φασιν· οἱ δὲ τὴν Ρωμαϊκὴν ἀρχήν· οἷς καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης συντίθεται. Εἰ μὲν γὰρ αὕτη καταλυθῇ, οὐκ ἂν οἷόν τε προελθεῖν τὸν Ἀντίχριστον ποιῆσαι ἃ βούλεται. Διὰ τοῦτο καὶ σωφρονισμῶν εἶπεν ὁ Παῦλος· οὐδὲ γὰρ ἠθέλετο " μαθητὰς ἔχθρας ἀναδέχεσθαι, καὶ αἰωνίους κινδύνους. Εἰ γὰρ εἶπεν, ὅτι μικρὸν ὕστερον καταλυθήσεται ἡ Ρωμαίων ἀρχὴ, θᾶττον ἂν αὐτὸν κατώρυξαν ὡς λυμαινόμενον, καὶ τοῖς ἄλλοις πίστεις συνῆπτεν, ὡς τῇ καταλύσει τὴν τελευτὴν ἀρχῆς ἐπιταφέοντας. Ὅτι δὲ οὐδὲ τὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρισμα λέγει, δῆλον. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ αὖ εἶπεν ἀσαφῶς, ἀλλὰ φανερῶς, ὅτι ἐν νῦν αὐτὸν κατέχει ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις, τουτέστι, τὰ χαρίσματα. Ἔπειτα, εἴγε τοῦ χαρισμοῦ ἐκλιπόντων ἔμελλε φανήσεσθαι, ἔδει αὐτὸν ἤδη φαίνεσθαι. πάλαι γὰρ ταῦτα ἐκλέ-

& cultus eorum, ſive idola, ſeque ipſum ſolum prædicabit Deum.

Ita ut in templo Dei ſedeat tanquam Deus.] Non ſpecialiter in templo quod eſt Hieroſolymis, ſed in eccleſiis ſimpliciter, & omni divino templo.

Oſtendens ſeipſum quòd ſit Deus.] Non ait, dicens, ſed, conans demonſtrare. Nam opera præclara & ſigna edet, quò omnibus imponat.

5 *Non meminiſtis quòd cùm adhuc eſſem apud vos, hæc dicebam vobis?*] Vel hinc liquet, quòd magna myſteria tradiderit, quæ literis non erant mandata. Conſidera autem, neceſſe eſſe eadem ſæpiùs dicere, & abundè verba fundere. Ecce enim Apoſtolum, dum præſens erat, iſta dicentem audierunt, ac nihilominus rurſum opus habuerunt confirmatione. Nihil, inquit, novi affero, ſed quæ ſemper dixi. Nonnihil autem pudoris ſuffundit eis, cùm ait, *Non meminiſtis?* tam citò obliti eſtis?

6 *Et nunc quid detineat ſcitis, ut reveletur ipſe ſuo tempore.*] Quod detinet, eſt quod prohibet, quod impedit. Quid verò hoc eſt? Nonnulli Spiritûs gratiam dicunt; alii Romanum imperium intelligunt, quibus & divus Joannes Chryſoſtomus conſentit. Niſi enim iſthuc diſſolutum fuerit, Antichriſtus locum quicquid libet faciendi habere nequit. Propterea tectè dixit Paulus: neque enim vanas inimicitias, ſtultáque pericula ſubire voluit. Si enim dixiſſet, paulò pòſt Romanum imperium diſſolvendum, ſtatim eum defodiſſent tanquam impoſtorem, alióſque fideles eum ipſo, tanquam qui ſuper tanti imperii demolitione lætarentur. Porrò, quòd de ſancti Spiritûs gratia hìc non loquatur, planum eſt. Primò enim non dixiſſet obſcurè, ſed manifeſtè, nimirum quòd nunc ipſum detinet Spiritûs gratia, hoc eſt, gratiæ dona. Deinde, ſi donis deficientibus oportuit ipſum venire, debuit ipſe jam apparere. Nam iſta jamdudum defierunt. Animadverte autem

" μαθήτων.

quòd non dixerit celeriter eum adfore, ſed, *ut reveletur*, inquit, *ipſe ſuo tempore*. Rurſus autem tempus incertum reliquit.

7 Nam myſterium jam operatur iniquitatis.] Neronem ita appellat, qui erat figura Antichriſti. Etenim immundus erat, ac Deus quærebat nominari. Pulchrè autem, *myſterium*, dicit: non enim palàm Nero adversùs omnem Deum incedit, ut ille, neque impudenter. Quod autem dicit, eſt hujuſmodi: Priuſquam inſtaret tempus Antichriſti, inventus eſt alius illo non multo inferior. Quid igitur mirum, ſi jam Antichriſtus eſt? Obſcurè autem hoc de Nerone dixit, non metûs ſanè causâ, verùm ut erudiat nos, ne ſupervacaneas inimicitias ſuſcipiamus, ſi nihil urgeat.

Tantùm ut qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat, & tunc revelabitur ille iniquus.] Hoc eſt, Romanum imperium quando ſublatum fuerit è medio, tum ille veniet. Quamdiu enim hujus imperii timor fuerit, non facilè quiſquam ſubjicietur. Eo verò diſſoluto, vacuo inſidiabitur imperio, eique inſtabit, conabitúrque cùm hominum, tum Dei imperium rapere. Nam perinde ac alia ante iſtud imperia diſſoluta ſunt, veluti Medorum à Babyloniis, Babyloniorum verò à Perſis, Perſarum à Macedonibus, Macedonum à Romanis: hunc ad modum Romanum ab Antichriſto. Atque hæc multâ cum perſpicuitate Daniel nobis proponit. Quidam verò, *id quod detinet*, idololatriam intellexerunt. Cùm enim, inquiunt, error qui detinet, deſierit, idolorúmque cultus fuerit extinctus, tum Antichriſtus adveniet, quemadmodum & Dominus dixit: *Prædicabitur Evangelium hoc in teſtimonium eis, túmque aderit finis.* Alii autem id quod detinet, Dei terminum nominârunt. quando enim, inquiunt, completus fuerit terminus Dei, qui nunc detinet Antichriſti adventum, tempúſque illi præfinitum inſtiterit, tum revelabitur. Dictum

Dan. 2.

Mat. 24. 14.

λοιπε. Ορα ὴ ὅτι οὐκ εἶπεν ὅτι ταχέως ἔσαι, ἀλλ', εἰς ὃ ἀποκαλυφθῆναί, φησιν, αὐτὸν ἐν τῷ αὐτῦ καιρῷ. καὶ πάλιν γὰρ τ καιρὸν ἄδηλον εἶασε.

7 (Τὸ γὰρ μυςήριον ἤδη ἐνεργεῖται τ ἀνομίας.] Τὸν Νέρωνα λέγει ὕτω, τύπον ὄντα τῦ Αντιχρίςου. καὶ γὰρ ἀκάθαρτός τε ἦν, ὁ Θεὸς ἐζήτε λέγεσθαι. Καλῶς δὲ φησι, τὸ μυςήριον. Οὐ γὰρ φανερῶς ὁ Νέρων κτ' πάντος Θεῦ, φησι, χωρᾷ, ὡς ἐκεῖνος, οὐδὲ ἀπηρυθριασμένως. Ο ὴ λέγει "Τοιῦτόν ὄςι· ὡς τὸ ἐνεςῆναι τ καιρὸν τῦ Αντιχρίςου, εὑρέθη ἄλλος τ πολὺ ἐκείνε ἀφορμώτερος. Τί οὖν θαυμαςὸν, εἰ ἤδη ὁ Αντίχριςός ὄςιν; Σωφρονιςικῶς ὴ εἶπε περὶ τ Νέρωνος, τ δι' ὀλίγα, ἀλλὰ παραδόξων κ ἡμᾶς, μὴ περιττὰς ἔχθρας ἀναδέχεσθαι, ἕως μηδὲν ᾖ τὸ κατεπεῖγον.

" κ. πῶς.

Μόνον ὁ κατέχων ἄρτι, ἕως ἐκ μέσε γένηται,) κ τότε ἀποκαλυφθήσε) ὁ ἄνομος.] Τυτέςιν, ἡ ἀρχὴ ἡ Ρωμαϊκὴ ὅταν ἀρθῇ ἐκ μέσε, τότε ἐκεῖνος ἥξει. ἕως μὲν γὰρ αὐ ὁ ταύτης τ ἀρχῆς φόβος ᾖ, πρόδηλος ταχέως ὑποταγήσε). ὅταν ὴ αὐτη καταλυθῇ, ὑπεισέρχεται τῇ ἀναρχίᾳ, ὡς τῶ τῶν ἀνθρώπων, κ τῶ τῦ Θεοῦ ὑπιχρήσας ἁρπάζειν ἀρχήν. Ωσπερ γὰρ αἱ πρὸ ταύτης καταλυθεῖσαι βασιλεῖαι, οἷ ἡ Μήδων ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων, ἡ Βαβυλωνίων ὑπὸ τῶν Περσῶν, ἡ Περσῶν ὑπὸ Μακεδόνων, ἡ Μακεδόνων ὑπὸ Ρωμαίων· ὕτω κ αὕτη ὑπὸ τῦ Αντιχρίςου. Καὶ ταῦτα μ πολλῆς τ ἀφελείας ἡμῖν ὁ Δανιὴλ παραπέπλεκται. Τινὲς ὴ, ὃ κατέχον, τ ἐιδωλολατρείαν ὑπόνοσιν· Οταν γάρ, φασιν, ἡ κατέχουσα πλάνη παύσηται, καὶ ἡ ἐιδωλολατρεία σβεσθῇ, τότε ὁ Αντίχριςος ὑπιςήσεται, " ὡς πᾶ ὁ Κύριος εἶπε· Κηρυχθήσεται τ ὐαγγέλιον εἰς μαρτύριον αὐτοῖς, κ τότε ἥξει τὸ τέλος. Αλλοι ὴ κατέχον ὠνόμασαν, τ τῦ Θεοῦ ὅρον. ὅταν γάρ, φασι, πληρωθῇ ὁ τῦ Θεοῦ ὅρος, ὁ νῦν κατέχων τῶ τῦ Αντιχρίςου προήσεται, καὶ ὑπιςῇ ὁ ὡρισμένος αὐτῷ καιρὸς, τότε ἀποκαλυφθήσεται. Εἴρηται

" κ. ἄπαξ.

ὴ

ὴ ὅτι καὶ Πνεῦμα ὃ ἄγιον ἐκεῖ πού τινες φασὶ ὃ κατέχον. Ὅταν γὰρ τοῦτο ἐκ τοῦ μέσου γένηται τῶν ἀνθρώπων κακίαν ἐκ μέσου γένηται καὶ ἀποστῇ, τότε καὶ τὰ χώραν ἔξει ὁ ἄνομος ἀποκαλυφθῆναι. Καὶ ἀρχὴν δέ, φησιν, ἔλαβε τὸ μυστήριον τῆς ἀνομίας. καὶ γὰρ Σίμων καὶ Νικόλαος οἱ αἱρεσιάρχαι, τὰ τοῦ Ἀντιχρίστου ἐνήργουν, καὶ οἱ μετὰ τούτους ἅπαντες, Μαρκίων καὶ Μοντανὸς, ὃς καὶ Παράκλητον ἑαυτὸν ὠνόμασε, καὶ Μάνης, καὶ οἱ ἄλλοι. Ἀλλὰ σὺ τοῦτο ἐν ἁγίοις Ἰωάννου δέχου ἐξήγησιν, ὡς ἀληθεστέραν.

8 Ὃν ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἀνελεῖ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ.] Ἐγγὺς ἡ παραμυθία. ἀναλώσει γὰρ αὐτὸν ὁ Κύριος. Καθάπερ γὰρ τὸ πῦρ καὶ πρὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ πορρωθεν, ὅμως τὰ μικρὰ ζωύφια ναρκᾷν ποιεῖ καὶ ἀναλίσκει· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς τῷ ἐπιτάγματι μόνῳ, ἤτοι τῷ ἐμφυσήματι, τῷ Πνεύματος ἁγίου γέμοντι, ἀφανίσει αὐτὸν, καὶ τῇ παρουσίᾳ μόνῃ καταργήσει, τουτέστι, πρωτίστως ἔργον ποιήσει. Καὶ φανεὶς γὰρ μόνον, φησὶ τὸν ἀπάτωνα.

9 Οὗ ἐστὶν ἡ παρουσία κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ.] Τίς ἐστὶν ἔστι διδάσκει ἡμᾶς, ὅτι ἄνθρωπος ἔχων τὸν Σατανᾶν ἐν ἑαυτῷ, δι' αὐτοῦ ἐνεργούμενος.

Ἐν πάσῃ δυνάμει, καὶ σημείοις, καὶ τέρασι ψεύδους.] Τουτέστι, πᾶσαν ἐπιδείξεται δύναμιν, ἀλλ' οὐδὲν ἀληθές, ἀλλὰ πάντα πρὸς ἀπάτην· τέρασι γὰρ ψεύδους, τουτέστι, τοῖς διεψευσμένοις, ἤτοι εἰς ψεῦδος ἄγουσι τοὺς αὐτοῖς προσέχοντας. Ταῦτα δὲ προλέγει Παῦλος, ἵνα μὴ ἀπατηθῶσιν οἱ τότε.

10 Καὶ ἐν πάσῃ ἀπάτῃ τῆς ἀδικίας ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις.] Φοβερὸς γὰρ ἔσται πάντοθεν ἀπὸ τῆς ἐξουσίας, ἀπὸ τῆς ὠμότητος πάντα ποιῶν, ἵνα ἀπατήσῃ καὶ ἀδικήσῃ τοὺς ἀνθρώπους, λυμαινόμενος τὴν σωτηρίαν αὐτῶν. Ἵνα δὲ μήτις ἀπορήσῃ λέγων· Τί οὖν συνεχώρησεν αὐτὸν ὁ Θεὸς προσελθεῖν, ὅπου μέλλουσι τοσοῦτοι

est autem, nonnullos asserere, Spiritum sanctum esse remoram. Quando enim ille propter scelera mortalium è medio sublatus fuerit, ac defecerit, locus tum relinquetur iniquo, ut reveletur. Ac principium, inquit, sumpsit mysterium iniquitatis. Etenim Simon & Nicolaüs hæresiarchæ, quæ Antichristi erant operabantur, cæteríque hos sequuti omnes, Marcion, Montanus, qui seipsum Paracletum nominavit, & Manes, atque alii. Tu verò divi Joannis Chrysostomi enarrationem, ceu veritati magis consonam, susci pe.

8 *Quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione adventûs sui.*] Proxima est consolatio: consumet enim ipsum Dominus. Perinde enim ut ignis etiam ante adventum suum, cùm adhuc procul fuerit, bestiolas tamen torpere facit, absumítque: hunc ad modum Christus vel solo imperio, sive afflatu Spiritûs sancti pleno, delebit ipsum, solóque adventu abolebit, hoc est, omnino inefficacem reddet. Ubi enim visus tantùm fuerit, sistet deceptionem.

9 *Cujus adventus est secundùm operationem Satanæ.*] Quisnam ille sit, nos docet, nimirum homo qui Satanam in se habet operantem per ipsum.

In omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus.] Hoc est, omnem potentiam præ se feret, sed nihil veri habebit, omnia verò propter impostúram. *Prodigiis* enim *mendacibus*, hoc est, mentitis, vel ad mendacium ducentibus eos qui animum eis advertunt. Hæc autem prædicit Paulus, ne seducantur ii qui tum victuri sunt.

10 *Et in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt.*] Horribilis erit undique præ potestate, ex crudelitate omnia faciens, ut imponat atque injuriam hominibus inferat, salutem ipsorum vastans. Ne verò quis ambigat dicens: Cur ergo permisit eum Deus venire, cùm tot incommodis homines sint afficiendi?

afficiendi? ſubdit, Ne metuas: in pereuntibus enim fortis eſt, qui, etiamſi ille non adveniſſet, increduli tamen permanſuri erant.

Eò quòd charitatem veritatis non receperunt, ut ipſi ſalvi fierent.] Charitatem veritatis Chriſtum appellat. utrumq; enim erat, & propter utrumq; advênit, tum quia diligeret homines, tum ut veritatem ſubmonſtraret. Innuit autem, quòd plurimum ſit roboris habiturus impoſtor ille apud Judæos: illi enim non receperunt Chriſtum, neque crediderunt ei, id quod Chriſtus eis dicit: *Ego veni in nomine Patris mei, & non ſuſcepiſtis me. Si alius venerit in nomine ſuo, iſtum recipietis.* Io. 5. 43.

11 *Et ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut ipſi credant mendacio.*] *Mittet*, pro, ſinet ipſum venire. Animadverte autem, quòd ipſi primò repulerint veritatem, & tum poſtea reliquit eos Deus, ac dominatum eſt in eos mendacium. *Operationem* autem *erroris*, opera Antichriſti vocat, quæ facit ut decipiat: vel illum ipſum ſic nominavit, motum & agitatum à Satanâ, ut multos ſeducat.

12 *Ut judicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati.*] Non dixit, ut puniantur (nam etiamſi Antichriſtus non veniſſet, increduli puniendi erant) verùm ut condemnentur, inquit, ut ſint ipſi inexcuſabiles. Quid enim dicerent, Propterea non credidimus Chriſto, quòd diſcipuli eum Deum prædicârint, nos autem audivimus unum eſſe Deum, ex quo omnia? Quomodo igitur credidiſtis Antichriſto, qui ſeipſum Deum facit? Chriſtus enim Patri omnia referebat accepta: hic verò è diverſo. Sed dicent, ſigna ejus perſpeximus. Atqui per Chriſtum facta ſunt etiam multa & magna. Atqui Chriſtus quidem, Servator à prophetis prædicabatur: iſte verò, Filius iniquitatis, & interitûs. Hanc ob

βλασφημῶσι οἱ ἀθεμιτοι; φησὶν, ὅτι μὴ φοβηθῆς· ὁ γὰρ τοῖς ἀπολλυμένοις γὰρ ἰσχύῃ, οἵ, εἰ καὶ μὴ ὁ ἄνθρωπος παρεγένετο, ἔμελλον ἀπιστεῖς διαμενεῖν.

Ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο εἰς τὸ σωθῆναι αὐτούς.] Ἀγάπην ἀληθείας τὸν Χριστὸν καλεῖ· ἀμφότερα γὰρ ἦν, καὶ διὰ ἀμφότερα παρεγένετο, καὶ ἀγαπῶν τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἵνα τὴν ἀλήθειαν ὑποδείξῃ. Αἰνίττεται δὲ ὅτι μάλιστα "πρὸς Ἰουδαίους ἰσχύσει ὁ πλάνος· ὅτοι γὰρ οὐκ ἐδέξαντο τὸν Χριστὸν, ὅτε ὑπίστευσεν αὐτῷ. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς αὐτοῖς λέγει· Ἐγὼ ἦλθον ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐκ ἐδέξασθέ με· ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, ἐκεῖνον λήψεσθε. "χ. παῤ.

11 Καὶ διὰ τοῦτο πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης, εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει.] Πέμψει, ἀντὶτοῦ, παραχωρήσει αὐτὸν ἐλθεῖν. Ὅρα δὲ, ὅτι πρῶτον ἐκεῖνοι ἀπώσαντο τὴν ἀλήθειαν, καὶ τότε ἐγκατέλιπεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς, καὶ ἐκράτησεν αὐτῶν τὸ ψεῦδος. Ἐνέργειαν δὲ πλάνης, τὰ ἔργα φησὶν Ἀντιχρίστου, ἃ πιστεῦσαι εἰς τὸ πλανῆσαι· ἢ καὶ αὐτὸν "τοῦτον ὅτως ὠνόμασεν, ἐνεργούμενον ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ, διὰ τὸ πλανῆσαι πολλούς. "χ. ἐκεῖνον.

12 Ἵνα κριθῶσι πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' εὐδοκήσαντες ἐν τῇ ἀδικίᾳ.] Οὐκ εἶπεν, ἵνα κολασθῶσι (καὶ γὰρ καὶ τοῦ Ἀντιχρίστου μὴ ἐλθόντος, "ἔμελλον κολασθῆναι οἱ ἀπιστῆσαντες) ἀλλ' ἵνα, φησὶ, καταμαρτυρηθῶσιν, ὡς εἰ καὶ ἀδικοι ἀναπολογήτους. Τί γὰρ ἂν εἶπον, ὅτι διὰ τοῦτο οὐκ ὑπιστεύσαμεν τῷ Χριστῷ, διότι Θεὸν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ ἐκήρυξαν, ἡμεῖς δὲ ἠκούσαμεν ὅτι εἷς Θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα; πῶς οὖν ὑπιστεύσατε τῷ Ἀντιχρίστῳ Θεὸν ἑαυτὸν ποιοῦντι, ὁ μὲν γὰρ Χριστὸς τῷ Πατρὶ πάντα ἀνέφερε, ὅπερ ἦν πιθανόν. Ἀλλὰ φήσουσιν, ὅτι σημεῖα ἑωράκαμεν. Ἀλλὰ καὶ ὅτι τοῦ Χριστοῦ γέγονε πολλὰ καὶ μεγάλα. Καίτοι ὁ μὲν Χριστὸς, σωτὴρ ἐκηρύττετο παρὰ τῶν προφητῶν· ὅδε δὲ, υἱὸς ἀνομίας

μίας καὶ ἀπωλείας. Διὰ τοῦτο κατακριθήσονται, ὅτι τὴν ἀληθείαν ἀφέντες, εὐδόκησαν, τουτέστιν, ἠρέσθησαν καὶ προσετέθησαν ἀσμένως τῇ ἀδικίᾳ, τουτέστι, τῷ λυμεῶνι, ὃς πᾶσαν ἀδικίαν κατὰ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν ἐπισπασάμενος, ὡς αὐτόχρημα ἀδικία ὤν.

13 Ἡμᾶς δὲ ὀφείλομεν εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ Κυρίου.] Ἐπειδὴ φοβερά τινα εἶπε καὶ δυνάμενα καταπλῆξαι ἀφνοίαν ἀκραιφνῆ, νῦν λεαίνει τὰς καρδίας, διδάσκων ὅτι τοῦτα μὲν ἄλλοις ἔστιν φοβερά, τοῖς ἀπολλυμένοις, καθ' ὧν καὶ ἰσχύουσιν· ἡμᾶς δὲ ὀφείλομεν εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ περὶ ὑμῶν, ὅτι ἐξελέγησθε, ὅτι ἠγαπήθητε ὑπὸ Θεοῦ. Εἰ δὲ ἡμᾶς ὑπὲρ ὑμῶν εὐχαριστοῦμεν, πολλῷ μᾶλλον ὑμεῖς τοῦτο ὀφείλετε ποιεῖν ἐφ' ἑαυτοῖς.

Ὅτι εἵλετο ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν ἐν ἁγιασμῷ Πνεύματος, καὶ πίστει ἀληθείας.] Διὰ τοῦτο εὐχαριστοῦμεν, ὅτι ἐξελέξατο ὑμᾶς ὁ Θεὸς, καὶ προώρισεν εἰς σωτηρίαν, ἀξίους δηλαδὴ προγνούς. Πῶς; ἐν ἁγιασμῷ Πνεύματος· τουτέστιν, ἔσωσεν ὑμᾶς, ἁγιάσας διὰ τοῦ Πνεύματος. Εἶτα, ἵνα μήτις εἴπῃ, τί οὖν; ἡμεῖς οὐδὲν εἰσενέγκαμεν; ἐπάγει, καὶ πίστει ἀληθείας, τουτέστιν, ἡγίασεν ἡμᾶς προφασιζόμενος πίστιν ἀληθείας, τουτέστιν, ἀληθινῶν πραγμάτων. οὐ γὰρ ψεύδεσί τισιν ὅτῳ οὐσαμεν, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ αὐτῇ. Καὶ ἄλλως δέ, δευτέρας ἐμνήσθη τῆς πίστεως, ὅπως καὶ μετὰ τὸν ἁγιασμὸν πολλῆς αὐτῆς δεόμεθα, ἵνα μὴ σαλευθῶμεν.

14 Εἰς ὃ ἐκάλεσεν ὑμᾶς διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἡμῶν, εἰς περιποίησιν δόξης τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Ἵνα μὴ ἀκούσαντες πίστιν, ἐπαίρωσιν ὡς καὶ αὐτοὶ συμφασκόντες, οὐδὲ τοῦτο ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ τοῦτό, φησι, τοῦ Θεοῦ. Εἰς τοῦτο γὰρ ἐκάλεσεν ὑμᾶς, φησιν. Εἰς τοῦτο; ποῖον; Εἰς τὸ σωθῆναι διὰ τοῦ ἁγιασμοῦ καὶ τῆς πίστεως. Ὥστε κἂν ὅτι-

causam condemnabuntur, quoniam veritatem dimittentes, *consenserunt*, hoc est, placuit eis, ac lubenter addicti sunt *injustitiæ*, hoc est, vastatori, omnem injustitiam adversùs mortalium animos adducenti, qui re ipsa est injustitia.

13 *Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti à Domino.*] Quia formidabilia quædam dixerat, & quæ possent infirmum animum concutere, nunc mitigat corda eorum, docens quòd licèt hæc aliis quidem terribilia sint, nempe iis qui pereunt, adversùm quos etiam plurimùm valent: Nos verò debemus gratias agere Deo pro vobis, quòd electi sitis, quòd dilecti sitis à Deo. Si autem nos pro vobis gratias agimus, multo magis vos isthuc facere decet pro vobis ipsis.

Quoniam elegit vos Deus à principio ad salutem in sanctificatione Spiritûs, & fide veritatis.] Hanc ob rem gratias agimus, quia elegit vos Deus, & prædestinavit ad salutem, cùm dignos videlicet præscisset. Quomodo? *In sanctificatione Spiritûs:* hoc est, servavit vos, sanctificans per Spiritum. Deinde, ne quis dicat, Quid inde? Nihilne nos attulimus? subdit, *& fide veritatis*, id est, sanctificavit nos qui attulimus fidem veritatis, hoc est, verarum rerum. Non enim mendaciis quibusdam fidem adhibuimus, sed veritati ipsi. Præterea, secundæ fidei meminit, quandoquidem & post sanctificationem copiâ ejus indigeamus, ne concutiamur.

14 *Ad quod vocavit vos per Evangelium nostrum, in acquisitionem gloriæ Domini nostri Jesu Christi.*] Ne audientes fidem, extollantur apud sese, quasi ipsi illam attulissent; non simpliciter hoc dimittit, verùm hoc etiam, inquit, Dei est. Ad hoc enim, inquit, vocavit vos. Ad hoc? quale? ut servemini per sanctificationem & fidem. Proinde etsi credidistis, gra-

tia

tia id vocantis est. Nisi enim per verbum quod prædicavimus vobis, vocâsset vos, quomodo quæso audivissetis? Nec exiguam sibi gloriam salutem vestram Christus arbitratur. Gloria enim boni est, multos esse qui servantur. Quis igitur non diliget talem Dominum? quis non velit hujus gloriam, sive suam ipsius salutem?

15 *Itaque, fratres, state, ac tenete traditiones, quas edocti estis sive per sermonem, sive per epistolam nostram.*] Vel hinc perspicuum est quòd pleraq; etiam sine scriptis per sermonem, id est, vivâ voce tradiderint, & non solùm per epistolas. Similiter autem & hæc & illa fide digna sunt. Itaque & Ecclesiæ traditionem fide dignam existimemus. Traditio est: Nihil amplius quæras. Indicat autem hîc multos esse commotos.

16 *Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, & Deus & pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam & spem bonam in gratia,* 17 *Consoletur corda vestra, & confirmet vos in omni opere & sermone bono.*] Adhortationem oratio excipit. hoc enim verè est succurrere: perinde ac si dicat, Ego quidem dixi, at totum Deo acceptum referendum est. Ubi sunt autem qui Filium propterea imminuunt, quòd in baptismate post Patrem nominetur? Ecce enim hîc diversum habetur: priùs enim nominavit Filium. *Qui dedit*, inquit, *consolationem æternam.* Qualem hanc? Spem, inquit, futurorum. Hæc enim est quæ sustinet corda nostra in tentationibus decidentia, futurorum bonorum spes. Dedit autem hanc nobis Deus, non pro laboribus nostris, verùm ex gratia. Hoc autem dixit, ut illorum animos reprimat. Observa autem quemadmodum sub forma precationis mentem illorum excitet, curæ adeóque providentiæ Dei pignora & signa ponens. Nam si nihil laborantibus consolationem impertiit, multo magis afflictis ac laborantibus pro fide da-

ςθύσατε, ἢ χάρις τῦ καλέσαντος. Εἰ μὴ γὰρ διὰ τῦ * λόγου ἡμῶν ἐκάλεσε, πῶς ἂν ἠκούσατε; Οὐ μικρὸν ἡγῆται, τὸ ὑμετέραν σωτηρίαν ὁ Χριστός. Δόξα γὰρ τῦ ἀγαθοῦ, τὸ πολλοὺς εἶναι τοὺς σωζομένους. Τίς οὖν οὐκ ἀγαπήσῃ τοιῦτον δεσπότην; τίς δ' οὐ θελήσῃ τὴν δόξαν τοῦτου, ἤτοι τὴν ἑαυτῦ σωτηρίαν;

* ἀγιασμοῦ καὶ τῆς πίστεως καὶ τῆς ἀλ-

15 Αρα οὖν, ἀδελφοὶ, στήκετε καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς ἐδιδάχθητε, εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι' ἐπιστολῆς ἡμῶν.] Καὶ τενταῦθεν δῆλον ὅτι πολλὰ καὶ ἀγράφως διὰ λόγου, τυγχάνει, ζώσῃ φωνῇ παραδίδοσθαι, ἃ μόνον δι' ἐπιστολῶν. Ομοίως δὲ καὶ ταῦτα καὶ ἐκεῖνα ἀξιόπιστα. Ωστε καὶ τὴν παράδοσιν τὴν ἐκκλησίας ἀξιόπιστον ἡγούμεθα. Παράδοσίς ἐστι· μηδὲν πλέον ζήτει. Δείκνυσι δὲ ἐνταῦθα πολλοὺς ὄντας τοὺς παρασαλευομένους.

16 Αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν Ιησοῦς Χριστὸς, καὶ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ἡμῶν, ὁ ἀγαπήσας ἡμᾶς, καὶ δοὺς παράκλησιν αἰωνίαν καὶ ἐλπίδα ἀγαθὴν ἐν χάριτι, 17 Παρακαλέσαι ὑμῶν τὰς καρδίας, καὶ στηρίξαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ ἀγαθῷ.] Μετὰ τὴν παράκλησιν, βλέπε. τοῦτο γάρ ἐστιν ὄντως βοηθεῖν. ὡς ἂν εἰ τοῦτο ἔλεγε· Εγὼ μὲν εἶπον, ὃ δὲ πᾶν τῦ Θεοῦ ἐστι. Ποῦ δέ εἰσιν οἱ τὸν Υἱὸν ἐλαττοῦντες, ὅτι ἐν τῷ βαπτίσματι μετὰ τὸν Πατέρα ὀνομάζεται; Ιδὲ γὰρ ἐνταῦθα τοὐναντίον ἐστί. πρότερον γὰρ ὠνόμασε τὸν Υἱόν. Δοὺς, φησὶ, παράκλησιν αἰωνίαν. Ποίαν δὲ ταύτην; Τὴν ἐλπίδα, φησὶ, τῶν μελλόντων. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἀνέχουσα τὰς καρδίας ἡμῶν καταπιπτούσας ἐν τοῖς πειρασμοῖς, ἡ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐλπίς. Δέδωκε δὲ ταύτην ἡμῖν ὁ Θεὸς, οὐ κοπιάσασιν, ἀλλὰ χάριτι. Τοῦτο δὲ εἶπε, καταστέλλων αὐτῶν τὸ φρόνημα. Ορα δὲ πῶς ἐν ταῖς εὐχαῖς βλέπεσιν αὐτῶν τὴν διάνοιαν, τὰ τῆς κηδεμονίας τοῦ Θεοῦ ἐνέχυρα καὶ τεκμήρια τιθείς. Εἰ γὰρ μηδὲν κάμνουσι παράκλησιν ἔδωκε, πολλῷ μᾶλλον τοῖς ὑπὲρ τῆς πίστεως κάμνουσι

"χ. διότι, ἐστὶ εὐλπιδας γινέσθ. μενοισι" δόσῃ. Ωστε εὐέλπιδες γίνεσθε. Παρακαλέσαι δέ, φησιν, ὑμῶν τὰς καρδίας, καὶ στηρίξαι ἐν παντὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ ἀγαθῷ, τουτέστι, δῴη παντὸς ἔργου καὶ λόγου ἀγαθοῦ. τοῦτο γὰρ παράκλησις Χριστιανοῦ, τὸ ποιῆσαί τι χρηστὸν καὶ Θεῷ δοκοῦν. Ἢ ὅτι στηρίξαι ὑμᾶς ἔστι δόγμασιν ὀρθοῖς, καὶ πολιτείαις ἀγαθαῖς, ὥστε μὴ παραφέρεσθαι, μηδὲ καταπίπτειν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι. τοῦτο ἔστι παράκλησις. Ὁ γὰρ ἐστηριγμένος, ὅσαπερ ἂν πάθῃ, φέρει γενναίως, καὶ οὐ παραπέπτωκε· δῴη μὲν τὸ δόγμα τηρεῖν ὀρθὸν πεπεισμένος περὶ τῶν μελλόντων βεβαίως· δῴη δὲ καὶ τὸν ἀγαθὸν βίον ἔχειν, χαίρων ὅτι οὐχ ὡς κακοῦργος, ἀλλ' ὡς Θεοῦ λειτουργὸς πάσχει.

bit. Quocirca bonam ſpem concipite. Porrò, *Conſoletur*, inquit, *corda veſtra, & confirmet in omni opere & ſermone bono*, hoc eſt, per omne opus & ſermonem bonum. Hæc enim eſt conſolatio Chriſtiani, facere aliquid boni & quod Deo placeat. Vel confirmet vos in doctrina recta, operibúſque bonis, adeò ut non depraveminì, neque ob ea quæ contingunt, animum deſpondeatis. Atque iſta eſt conſolatio. Qui enim firmatus eſt, quæcunq; patitur, fert ſtrenuè, & non ſubvertitur, propterea quidem quòd dogma rectum ſervat, de futuris firmiter perſuaſus: quòd verò bonam vitam ducit, gaviſus quia non veluti maleficus, ſed velut Dei miniſter patiatur.

ΚΕΦ. γ.

ΤΟ λοιπὸν, προσεύχεσθε, ἀδελφοὶ, περὶ ἡμῶν, ἵνα ὁ λόγος τοῦ Κυρίου τρέχῃ, καὶ δοξάζηται καθὼς καὶ πρὸς ὑμᾶς.] Αὐτὸς μὲν ηὔξατο" περὶ αὐτῶν, ἵνα στηριχθῶσιν· ἀξιοῖ δὲ λοιπὸν αὐτοὺς εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, οὐχ ἵνα μὴ κινδυνεύῃ, (εἰς τοῦτο γὰρ ἔκειτο,) ἀλλ' ἵνα τὸ κήρυγμα τρέχῃ καὶ δοξάζηται. Καὶ μεθ' ἑτοιμότητος ἡ αἴτησις. φησὶ γὰρ, " Καθὼς καὶ πρὸς ὑμᾶς· τουτέστιν, ἵνα πάντες οὕτως ὑπακούσωσιν, ὥσπερ καὶ ὑμεῖς. οὕτως οὖν ἴδιόν τι ηὔχετο, ἀλλὰ πάντα τοῦ Θεοῦ.

2 Καὶ ἵνα ῥυσθῶμεν ἀπὸ τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων· οὐ γὰρ πάντων ἡ πίστις.] Περὶ τῶν ἀπειθούντων τῷ κηρύγματι λέγει, περὶ τῶν μαχομένων τοῖς δόγμασιν, οἷος ἦν Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεύς. τοῦτο γὰρ ἠνίξατο εἰπών· Οὐ γὰρ πάντων ἡ πίστις, τουτέστιν, οὐ πάντες πιστεύουσιν, ἀλλ' οἱ ἄξιοι. ὥσπερ ἂν εἴ τις εἴπειν, ὅτι οὐ πάντων ἐστὶ στρατεύεσθαι ὑπὸ τοῖς βασιλείοις, ἀλλὰ τῶν ἐπιτηδείων πρὸς τοῦτο. Διαίρησι δὲ αὐτοὺς, εἶτα τοσαύτην ἔχουσι παῤῥησίαν, ὥστε καὶ " τῷ διδασκάλῳ ἀξιομιμήτῳ ὄντι

CAP. III.

QUod reliquum eſt, orate, fratres, pro nobis, ut verbum Domini currat, & clarificetur, ſicut & apud vos.] Ipſe quidem oravit pro eis, ut firmentur: deinceps petit ab eis, ut pro ipſo orent, non ut periculis non objiciatur (in hoc enim poſitus erat) ſed, *ut verbũ currat & clarificetur*. Neq; laude caret hæc petitio: ait enim, *Quemadmodum apud vos*: hoc eſt, ut omnes ſic obediant, quemadmodum & vos. Adeò nihil privati optabat, ſed omnia Dei.

2 *Et ut liberemur ab importunis & malis hominibus: non enim omnium eſt fides.*] Loquitur de iis qui verbi prædicationi contradicunt, & qui doctrinæ adverſantur; qualis erat Alexander ærarius. Hoc enim innuit, inquiens: *Non enim omnium eſt fides*, hoc eſt, non omnes credunt, ſed qui digni ſunt: perinde ac ſi quis dicat; Non omnium eſt ſub vexillo regio militare, cæterùm eorum tantùm, qui ad hoc ſunt idonei. Simul autem excitat & commendat eos, ſiquidem tantam habent fiduciam, ut præceptori ſuo prædicationem facilem

"χ. διότι, ἐστὶ εὐλπιδας γινέσθ.

"χ. περὶ αὐτῶν.

"χ. καθάπερ.

"χ. τῷ διδασκάλῳ.

facilem reddant. Porrò, clàm innuit, pericula ſibi omnino ab iis qui verbo reſiſtebant, inducta. Atque hoc ſatis erat eis ad conſolationem, quòd talis tantúſque Paulus exiſtens, adhuc cum periculis luctaretur.

3 *Fidelis autem eſt Dominus, qui confirmabit vos, & cuſtodiet à malo.*] In ſuperioribus dixit, *Elegit vos Deus ad ſalutem*, hoc eſt, ſelegit è multis. Fidelis igitur eſt, id eſt, verax, & omnino perficiet quod orſus eſt: & confirmabit vos quidem, ſicut oravimus, ut non porrò concutiamini. Cuſtodiet autem, ut non prævaleat contra vos Satanas.

4 *Confidimus autem in Domino de vobis, quòd quæ præcipimus vobis, & facitis & facietis.*] Poſtquam orâſſet pro eis, ac dixerat, fidelis eſt Deus, quia faciet quæ orſus eſt; ne jam exiſtimantes totum eſſe Dei, ipſi ſegnes evadant, ecce jam nunc ipſorum cooperationem poſtulat; perinde ac ſi diceret: Deus quidem fidelis eſt, & omnino faciet quæ ſua ſunt, ſed ſi vos etiam operemini. Expende autem ejus ſapientiam. Non dixit ſimpliciter, *Confidimus de vobis*: ſed, *In Domino:* hoc eſt, clementiæ ejus credimus, quòd ea ſit confortatura vos, ut indicet ipſis totum ex Deo pendere debere. Rurſus, non dixit ſimpliciter, *Confidimus Domino:* verùm, *De vobis*, &, *quòd facitis & facietis*, ne totum in Deum transferentes, ipſi ocioſiores reddantur. Totum enim in Deum rejiciendum eſt, ſed ita, ut nos etiam operemur. Nec fuit contentus dicere, *Facitis:* ſed adjecit, *Facietis:* oſtendens, nobis ad extremum uſque ſpiritum virtutem adeſſe debere.

5 *Dominus autem dirigat corda veſtra ad dilectionem Dei, & ad patientiam Chriſti.*] Iterum pro eis intercedit, quantâ illorum curâ tangatur, indicans. Quia enim nonnullos eorum objurgaturus eſt, corda ipſorum præmitigat, ut videatur ex multa charitate objurgare. Ait igitur,

κήρυγμα. Λελησότως ὃ αἰνίτ̃εται καὶ κινδυνους αὐτῷ πολύτως ἐπαγομένους τῶν ἀνθισαμένων τῷ λόγῳ. Καὶ τοῦτο ὃ ἱκανὸν αὐτοῖς εἰς παράκλησιν, ὡς καὶ τοῦ τηλικούτου Παύλου ἔτι ἐν κινδύνοις παλαίοντος.

3 Πιστὸς δέ ἐστιν ὁ Κύριος, ὃς στηρίξει ὑμᾶς, καὶ φυλάξει ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.] Εἶπεν ἄνω, Ὅτι ἐξελέτο ὑμᾶς ὁ Θεὸς εἰς σωτηρίαν, ἀντὶ τοῦ, ἐξελέξατο. Πιστὸς οὖν ἐστι, τουτέστιν, ἀληθής, καὶ πάντως ποιήσει ὃ ὑπήρξατο· καὶ στηρίξει μὲν ὑμᾶς, καθάπερ καὶ παρακαλοῦμεν, ὥστε μηκέτι σαλευθῆναι· φυλάξει δέ, ὥστε μὴ ἰσχύσαι καθ' ὑμῶν τὸν Σατανᾶν.

4 Πεποίθαμεν δὲ ἐν Κυρίῳ ἐφ' ὑμᾶς, ὅτι ἃ παραγγέλλομεν ὑμῖν, καὶ ποιεῖτε καὶ ποιήσετε.] Ἐπειδὴ ἐπηύξατο αὐτοῖς, εἶπεν, ὅτι πιστός ἐστιν ὁ Θεὸς, ὅτι ποιήσει ἃ ὑπήρξατο· ἵνα μὴ νομίσαντες τὸ πᾶν τοῦ Θεοῦ εἶναι, αὐτοὶ ἀπράγμονες γένωνται, ἰδοὺ νῦν καὶ τὴν περὶ αὐτῶν συνέργειαν ἀπαιτεῖ, ὡς ἂν εἰ τοιαῦτα λέγων· Ὁ μὲν Θεὸς πιστός ἐστι, καὶ πάντως ποιήσει τὰ αὐτοῦ· ἀλλ' ἐὰν καὶ ὑμεῖς ἐργάζησθε. Οὕτω ὃ σοφός. Οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, ὅτι πεποίθαμεν ἐφ' ὑμᾶς, ἀλλ', ἐν Κυρίῳ· τουτέστι, τῇ φιλανθρωπίᾳ αὐτοῦ πιστεύομεν, ὅτι αὐτὴ ἐπιῤῥώσει ὑμᾶς· ἵνα δείξῃ αὐτοῖς ὅτι τὸ πᾶν ἀναρτητέον τοῦ Θεοῦ. Πάλιν, οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, πεποίθαμεν τῷ Κυρίῳ, ἀλλ', ἐφ' ὑμᾶς, τὸ, ὅτι ποιεῖτε καὶ ποιήσετε, ἵνα μὴ τὸ πᾶν ἀναρτήσαντες τοῦ Θεοῦ, ἀργότεροι αὐτοὶ γένωνται. Διὰ μὲν γὰρ τὸ πᾶν δεῖ τὸν Θεὸν εἰπεῖν, ἀλλ' ἐνεργοῦντας καὶ αὐτούς. Οὐκ ἠρκέσθη δὲ εἰπὼν τὸ, ποιεῖτε, ἀλλὰ προσέθηκε τὸ, ποιήσετε· δηλοῖ ὅτι δεῖ ἡμῖν ἄχρι καὶ τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς παρεῖναι τὴν ἀρετήν.

5 Ὁ δὲ Κύριος κατευθύναι ὑμῶν τὰς καρδίας εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς τὴν ὑπομονὴν τοῦ Χριστοῦ.] Πάλιν ἐπεύχεται αὐτοῖς, δεικνὺς τὴν αὐτοῦ κηδεμονίαν. ὅπως γὰρ μηδὲ ποιήσωσιν αὐτὸν ὀργίζεσθαι, προλεαίνει τὰς καρδίας αὐτῶν, ἵνα δόξῃ ὅτι ἀπὸ ἀγάπης πολλῆς ὀργίζεται. δόξῃ

Φησὶν

φησὶν οὖν, Ὅτι ὁ Κύριος κατευθύναι ὑμῶν τὰς καρδίας, τουτέστιν, ἐπ' εὐθείας ἐλπίδων " ποιήσαι, καὶ μὴ παρατραπῆναι. Πολλαὶ γάρ εἰσι τοῦ μὴ εἰς τὴν ἀγάπην ὁρώσης ἁπλῆν εὐθυτέρπνια, καὶ χρήματα, καὶ κενοδοξία, καὶ θλίψεις, καὶ πειρασμοί. Τοιαῦτα γὰρ καὶ ἄλλα πλείω ὄντα ἐῶσιν ἡμᾶς εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ εὐθυτορῆσαι, καὶ ἀγαπῆσαι αὐτὸν ὡς δεῖ. Τὸ δὲ, Εἰς τὴν ὑπομονὴν τοῦ Χριστοῦ, ἢ εὐ τινα νοήσῃς, ἵνα ὑπομείνωμεν, ὡς ἐκεῖνος ὑπέμεινεν· ἢ ἵνα μὲν ὑπομονῆς ἀναμένωμεν τὸν Χριστὸν, καὶ μὴ ἀπελπίζωμεν, ἀλλὰ πιστεύωμεν βεβαίως, ὅτι ἃ ἐπηγγείλατο πληρώσει. Εἰπὼν δὲ ὑπομονὴν, θλῖψις ἠνίξατο. Τῇ ἀγάπῃ δὲ τοῦ Θεοῦ συνέζευξε τὴν ὑπομονήν· τοῦτο γάρ ἐστὶ τὸ ἀγαπᾶν τὸν Θεὸν, τὸ ὑπομένειν δι' αὐτὸν, καὶ μὴ λυπεῖσθαι. Κύριον δὲ, τὸ Πνεῦμα νοῇς ἐνταῦθα, ὡς ὁ μέγας προεσημήνατο Βασίλειος.

" χ. πρόθεσιν.

6 Παραγγέλλομεν δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Πολλάκις εἰπόμεν, ὅτι παραγγέλλειν ὁ Παῦλος λέγει τὴν αὐστηροτέραν διδασκαλίαν. καὶ νῦν οὖν φοβερωτέραν τὴν παραγγελίαν ποιῶν, φησὶν· ὅτι οὐκ ἡμεῖς παραγγέλλομεν, ἀλλ' ὁ Χριστός. ἃ γὰρ ἐγὼ λέγω, ἐκεῖνος λέγει. οὐδαμοῦ γὰρ ἀργεῖν ἐκεῖνος ἐκέλευσεν.

Στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος.] Τουτέστι, χωρίζεσθαι ἀπὸ τοῦ ἀτάκτως, " τουτέστιν, ἀργῶς βιοῦντος παντὸς, κἂν πλούσιος ᾖ, κἂν πένης, κἂν ἅγιος. Οἱ γὰρ ἀπεχόμενοι τῶν βιωφελῶν ἔργων, ὡς ἐπίπαν εἰς βδελυρὰ πολλὰ καὶ ἀδιαφορίας ἐκπεσχολίζονται. Διὰ τοῦτο δὲ ἀταξίας εἶπε. Πῶς; διὰ τοῦτο ὃ ἀργεῖ, καὶ καλῶς ἐκβαίνει τῆς παρὰ τοῦ διδασκάλου τεθείσης αὐτῷ τάξεως. Ἐπιφέρει οὖν·

" χ. ἐ.

Καὶ μὴ κατὰ τὴν παράδοσιν ἣν παρέλαβον παρ' ἡμῶν.] Ἣν δηλονότι τῶν ἔργων ὑμῖν παρέδωκα, τύπος γενόμενος ὑμῖν. καθὼς γὰρ ἡ τοιαύτη παράδοσις.

Dominus dirigat corda vestra: hoc est, rectè venire faciat, & non aberrare. Multa enim sunt quæ à recto charitatis calle abducunt, ut pecunia, facultates, vana gloria, afflictio, tentationes. Hæc enim, aliáque multa, non sinunt nos ad dilectionem Dei rectà accedere, diligeréque ipsum perinde ac necessarium est. Illud verò, *Ad patientiam Christi*, vel sic intelliges, ut sustineamus & nos, quemadmodum ille sustinuit: vel ut cum patientia expectemus Christum, & non desperemus, sed firmiter credamus, quòd quæ promiserit, completurus sit. Præterea, patientiæ mentionem faciens, afflictiones innuit. Charitati autem Dei adjunxit patientiam: hoc enim est diligere Deum, propter ipsum patienti animo esse, & non contristari. Per *Dominum* autem, hîc Spiritum intellige, perinde ac Magnus annotavit Basilius.

6 *Præcipimus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Jesu Christi.*] Non semel indicavimus Paulum severiorem institutionem appellare præceptum. Nunc itaque formidabiliorem adhortationem faciens, Non nos præcipimus, inquit, sed Christus. Quæ enim ego dico, ille profectò dicit. Nam ut ociosi essemus, nusquam ille præcepit.

Ut subtrahatis vos ab omni fratre inordinatè ambulante.] Hoc est, ut separemini à quovis inordinatè, hoc est, ociosè vivente, sive dives, sive pauper, sive sanctus fuerit. Qui enim ab utilibus operibus abstinent, in dicacitatem plerumque & scurrilitatem præcipites aguntur. Hæc autem inordinata sunt. Quomodo? propter hoc ipsum, quòd nihil agat, & quia ordinem à præceptore positum excedat. Infert igitur.

Et non secundùm traditionem quam acceperunt à nobis.] Quam per opera vobis tradidi, exemplar vobis factus: propriè enim traditio est hujusmodi.

7 *Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inordinatè nos gessimus apud vos, neque gratìs panem manducavimus ab aliquo.*] *Non inordinatè nos gessimus*, id est, non fuimus ociosi. Inordinationem enim, ocium nominat, ut suprà : atque ita sanè se res habet : Nam Deus posuit hominem ad laborem, artúsque ad hoc effinxit : quocirca qui ociosus est, ab ordine suo defecit. Observa autem, quomodo *gratìs edere*, hoc ipsum vocavit, ab illis alimoniam sumere. Atqui non gratìs suppeditabatur, prædicabat enim. Est autem dignus operarius alimento suo.

8 *Verùm in labore & fatigatione nocte & die operantes.*] Vide exaggerationes. Nos verò nisi vel ipsi Deo præferamur ab iis qui aliquid à nobis didicere, ægro animo ferimus, œu maximâ injuriâ affecti.

Ne quem vestrùm gravaremus.] Gravamen propriè est, ab invitis accipere. Nunc autem hoc dicit, quòd pauperes fuerint Thessalonicenses.

9 *Non quòd non habemus potestatem, sed ut nos ipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.*] Erat enim ei facultas ociandi, quia majori opere occupatus esset, prædicationis nempe ministerio, atque ut aleretur à discipulis : attamen præ liberalitate quadam operabatur, seque ipsum & eos qui secum erant, enutriebat, ut illud ipsum discipulos etiam doceret.

10 *Nam cùm essemus apud vos, hoc præcipiebamus vobis : quòd si quis non vult operari, neque manducet.*] Πρὸς ὑμᾶς, id est, apud vos, vel vobiscum. In priori sanè epistola clementiùs & mansuetiùs de his differüit, hîc verò austeriùs agit. Si enim ipse nocte ac die operabatur, nulla licèt illi necessitas incumberet, multo magis alios oportebat hoc facere.

11 *Audimus enim inter vos quosdam obambulantes inordinatè, nihil operantes, sed curiosè agentes.*] Cùm enim mens

7 Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε πῶς δεῖ μιμεῖσθαι ἡμᾶς, ὅτι οὐκ ἠτακτήσαμεν ἐν ὑμῖν, οὐδὲ δωρεὰν ἄρτον ἐφάγομεν παρά τινος.] Οὐκ ἠτακτήσαμεν, τουτέστιν, οὐκ ἠργήσαμεν. Ἀταξίαν γὰρ τὴν ἀργίαν ὀνομάζει, ὡς καὶ ἀνωτέρω· καὶ ἔστως ἔχει. ὁ γὰρ Θεὸς ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον ἐργάζεσθαι, καὶ τὰ μέλη πρὸς τοῦτο " διέπλασεν. ὥστε ὁ ἀργὸν ἐκλέλοιπε τὴν τάξιν. Ὅρα δὲ πῶς, δωρεὰν φαγεῖν, ἐκάλεσε τὸ παρ' αὐτῶν προφῆναι. Καίτοι οὐκ ἦν δωρεὰν, ἐκήρυττε γάρ. ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ. " χ. διεπλ. λαστεν.

8 Ἀλλ' ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ νύκτα καὶ ἡμέραν ἐργαζόμενοι.] Ὅρα πάλιν ὑπόπτους. Ἡμᾶς δὲ ἐὰν μὴ τοῦ Θεοῦ προτιμῶμεν παρὰ τῶν " διδαξάντων τι ὑφ' ἡμῶν, δυσχεραίνομεν, ὡς τὰ μέγιστα ἀδικούμενοι. " χ. μαλ. διδαχ. τινὶ πν. ἡ.

Πρὸς δὲ μή τινα βαρῆσαί τινα ὑμῶν.] Κυρίως μὲν βάρος ἐστὶ τὸ παρ' ἀκόντων λαβεῖν. Νυνὶ δὲ τοῦτο λέγει, διότι πένητες ἦσαν.

9 Οὐχ ὅτι οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν, ἀλλ' ἵνα ἑαυτοὺς τύπον δῶμεν ὑμῖν εἰς τὸ μιμεῖσθαι ἡμᾶς.] Εἶχε γὰρ ἐξουσίαν ἀργεῖν, ἅτε μείζονι ἔργῳ ἠσχολημένος, τῷ κηρύγματι, καὶ τρέφεσθαι παρὰ τῶν μαθητευομένων· ὅμως οὐκ φιλοτιμίας εἵνεκα ἐποιεῖτο, καὶ ἑαυτὸν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ διέτρεφεν, ὡς καὶ τοὺς μαθητὰς τοῦτο παιδεύσῃ.

10 Καὶ γὰρ ὅτε ἦμεν πρὸς ὑμᾶς, τοῦτο παρηγγέλλομεν ὑμῖν, ὅτι εἴτις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω.] Παρὰ ὑμᾶς, αὐτὴ τῇ, παρ' ὑμῖν, μεθ' ὑμῶν. Ἐν μὲν οὖν τῇ προτέρᾳ ἐπιστολῇ πραοτέρως καὶ τυπωδεστέρως διελέχθη, ἐνταῦθα δὲ αὐστηρότερον. Εἰ γὰρ αὐτὸς καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν εἰργάζετο, καίτοι μηδεμίαν ἔχων ἀνάγκην, πολλῷ μᾶλλον τοὺς ἄλλους ἐχρῆν τοῦτο ποιεῖν.

11 Ἀκούομεν γάρ τινας περιπατοῦντας ἐν ὑμῖν ἀτάκτως, μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους.] Ἐπειδὴ γὰρ ὁ

ὁ νῶς ἡμῶν ἀφκίντος ὅστιν, ἀνάγκη, ὅταν
"χ. ἐξ. μέν. βύλησιν ἔργον μὴ " μεταχειρίζῃ), τὰ ἄχρηστα μεπίναι, ὡς ἂν ἀνώτερω εἴρηται, καὶ περιεργάζεσθαι τὰ ἑτέρων βίως, καὶ τοῦτο εἰς κακοηθείας, ἀργολογίας, ὑποκρισίας σκώπτειν. Ἐργάζεσθαι οὖν δεῖ τὰ δεξιὰ τῶν χερῶν ἔργα· "ᾧ γὰρ
"χ. ἐλ. ἐλεεσύνη δεῖ τὸν δυνάμενον καὶ ἀργεῖν τα. Ἀλλ' εὔχομαί, φησι, καὶ νηστεύω. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἔργον χερῶν, ἄλλως τε δυνάσαι μὲν τοῦτο ποιεῖν ἔτι καὶ ἐργάζεσθαι. ἐπεὶ οὖν τοῦτο δεκτικός, ὡς ἄρτιος κατακρίνῃ. Καὶ πῶς, φασιν, ὁ διδάσκων οὐκ ἀνάγκαζε ἐργάζεσθαι; ὅτι τοῖς μείζονα ἐργασίαν καὶ δυσχερεστέραν μεταχειρίζεται, ἥτις καὶ ἐμποδίζει αὐτὸν πρὸς τὸ τῶν χερῶν ἐργασίαν· σοὶ γὰρ ἰδιωτεύοντι οὐδὲν τοιοῦτον. Ὥστε ἀμαρτάνεις τὸ ἔργον ἀμελῶν.

12 Τοῖς δὲ τοιούτοις παραγγέλλομεν καὶ παρακαλοῦμεν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,] Ἐπειδὴ καθήψατο, εἰπών, Παραγγέλλομεν, περισώτερον πάλιν ποιεῖ τὸν λόγον, καί φησι, Παρακαλοῦμεν. Φοβερωτέρα οὖν ἡ παράκλησις, καὶ ἀξιοπιστοτέρα.

Ἵνα μετὰ ἡσυχίας ἐργαζόμενοι, τὸν ἑαυτῶν ἄρτον ἐσθίωσιν.] Ἀμφότερα ἀπαιτεῖ, ὡς μὲν ἀπαχθοῦσας, τὸ ἡσυχάζειν· ὡς δὲ ἀργοὺς, τὸ ἐργάζεσθαι, ἵνα ἐσθίωσι τὸν ἑαυτῶν ἄρτον, μὴ τὸν ἀλλότριον. οὐ γὰρ δεῖ αὐτοὺς ἀποβλέπειν εἰς ἀλλων χεῖρας.

13 Ὑμεῖς δέ, ἀδελφοὶ, μὴ ἐκκακήσητε καλοποιοῦντες.] Ὁρᾷς πῶς σφόδρα κατεκλάσθη τὰ πατρικὰ σπλάγχνα, σφόδρα αὐτοὺς ἐλέησε. Στέλλεσθε μόν, φησιν, ἀπ' αὐτῶν καὶ χωρίζεσθε· μὴ μόν τοιγε ἐάσητε λιμῷ διαφθαρῆναι. Τί οὖν ἂν ῥᾳθύμων ἔχοιμι ὄπως ἐγὼ τρέφω αὐτὸν, ὅτι μόνῃ ἀργῶν; ἀρκεῖ σοι δὲ στέλλεσθαι ἀπ' αὐτοῦ, καὶ μὴ μεταδιδόναι αὐτῷ παῤῥησίας, ἐνδεικνύων ὅτι ὀργίζῃ. ἐὰν δὲ μηδὲ οὕτως διορθῶται, ἀλλὰ σὺ μὴ ἐκκακήσῃς, φησι, καλοποιῶν αὐτόν.

14 Εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ

nostra semper mobilis sit, necesse est, ut quum utilia non aggrediatur, inutilia capessat, ut suprà dictum est, adeóque de aliorum vitis curiosè inquirere, & hinc ad obtrectationes, ociosos sermones, atque scurrilitatem deferri. Operari igitur oportet opera manibus: neque enim eleemosyna est impartienda bene valenti, qui laborare potest, atque ociatur. At oro, inquit, & jejuno. Atqui istud non est opus manuum, præsertim cùm & hæc præstare possis, atque interim operari. Quia itaque istud aspernaris, tanquam ociosus condemnaris. At, quare, inquiunt, is qui docet, non cogitur operari? Quia difficilius opus aggreditur, quod impedit ipsum à manuum operatione. Tibi autem privatim vitam agenti, nihil hujusmodi incumbit. Peccas itaque, si laborem negligas.

12 *Iis autem qui ejusmodi sunt, præcipimus, & obtestamur per Dominum nostrum Jesum Christum,*] Quia severiùs eos invaserat, dicens, *Præcipimus vobis*; rursus blandiorem facit sermonem, *Obsecramus*, inquiens. Atque hoc pacto formidabilior est, & plus ponderis habet ejus exhortatio.

Ut cum quiete operantes, suum ipsorum panem manducent.] Utrumque exigit, tum ut inordinatè se gerentes sint quieti, tum ut ociosi laborent, quò edant panem suum ipsorum, non alienum: non enim ad alienas manus respicere oportet.

13 *Vos autem, fratres, nolite deficere benefacientes.*] Animadverte quàm subitò paterna viscera sint confracta; statim eorum misertus est. Segregemini ab ipsis, inquit, atque separemini, veruntamen ne fame eos interire sinatis. At quid si ille confidens quòd ego alam ipsum, in ocio perduret? Satis est tibi ab eo divelli, & nihil fiduciæ impertiri ei, ostendens te ei irasci. At si neque hac ratione corrigatur, tu tamen interea ne cesses illi benefacere.

14 *Quòd si quis non obedit verbo nostro,*

per epistolam hunc notate.] Quidam λόγῳ ἡμῶν, per *n* legerunt, unde & sic intellexerunt: Si quis autem mei Pauli verbo non obediat, per hanc Epistolam veluti loquenti, hunc notate, atque habete veluti segregatum. Divus autem Ioannes Chrysostomus legit, ὑμῶν, per *υ*. sicque intelligendum hunc locum nobis ostendit: Si quis non morem gerit vobis, dicentibus ad ipsum quæ per epistolam hanc meam didicistis.

Et ne commisceamini cum illo, ut confundatur.] Viden' quæ sit utilitas eum separari? nempe ut pudore afficiatur. Si enim vel simpliciter accipere, pudore dignum; quanto magis, si post segregationem exhiberent? Magna enim quondam pœna videbatur segregatio: sed hodiè minus habet ponderis. Si enim simpliciter ab otioso segregari oportebat, quanto magis ab aliis?

Quæ primùm inhabitavit in avia tua Loïde, & matre tua Eunice.] Aliud præterea est encomium, quòd non ab infidelibus ortum duxerit, sed à fidelibus, etsi ex Judæis. Pater tamen ejus Græcus erat. Observa autem quomodo lex cæperit dissolvi, hujusmodi factis jam tum commixtionibus.

Persuasus sum autem quòd & in te.] Quoniam majorum bona, si quidem nos tales simus, nobis in gloriam cedunt: sin minùs, contumeliæ nobis loco sunt: propterea inquit, Majorum fides etiam in te est, utì certò persuasus sum. Meritò igitur non fucatam hanc habes, ut quæ à majoribus tuis in te etiam fundata sit, ut adeò non possit concuti.

6 *Propter quam causam admoneo te ut resuscites gratiam Dei.*] Quia, inquit, novi te non simulatam habere fidem, excito te, ut gratiam Spiritûs, quam accepisti ad præfecturam Ecclesiæ, ad signorum operationem, & simpliciter ad omnem quæ Episcopum deceat virtutem, ut hanc exuscites, hoc est, ut semper vivam & floridam facias. Quemadmodum enim ignis lignis indiget, hunc ad modum gratia Spiritûs opus habet promptitudine, & attentione, & vigilantiâ, ut semper ferveat: nam nisi hæc præstò sint, extinguitur; quemadmodum & alio in loco dicit: 1 Thes. 5. 20.
Spiritum nolite extinguere.

Quæ est in te per impositionem manuum mearum.] In te quidem habitat ipsa gratia, quam accepisti cùm imponerem ego tibi manus, quando Episcopum te consecrabam. Atqui ignem istum vehementi-

orem

orem effice : quod accepisti verbum fiduciâ & fortitudine impleas : fortiter persta.

7 *Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis.*] Hoc est, non propterea accepimus spiritum, ut submittamur, verùm ut potentes simus adversùs tentationes, & liberè loquamur : plerisque enim dat spiritum timoris, ut in Regum libris memoriæ proditum est, *Ac cecidit spiritus timoris super eos :* hoc est, metum ipsis incussit.

Et charitatis.] Tum erga ipsum, tum erga proximum. Quòd enim Deum veluti patrem diligamus, à Spiritu habemus
Rom.8. 15. faciente nos clamare, *Abba pater.* Præterea, quòd à proximi dilectione non excutimur, donum est à divina potentia proveniens : quemadmodum rursus offendi, est à metu & pusillanimitate. Veruntamen oportet & nos priùs ostendere quæ sunt à nobis ipsis.

Et sobrietatis.] Vel ut sobrii simus, & sanæ mentis & constitutionis ; vel ut spiritum ipsum loco castigationis habeamus, ac siqua nobis tentatio acciderit, ipsam ad emendationem accipiamus ; vel ut aliis etiam simus castigatores & institutores.

8 *Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri.*] Plerique ter miseri, humanis rationibus explorantes quæ sunt ultra humani ingenii captum, ignominiam putant asseverare Filium Dei cruci affixum esse, ignorantes quòd per crucem hanc homo morti obnoxius, filius Dei factus sit. Te itaque, ô Timothee, haud pudeat testimonii sive martyrii, necnon mortis Christi quam in cruce sustinuit : sed eò potiùs liberiùs loquere, & prædicato illam. Non dixit autem, Ne metuas : sed, ne erubescas : ut ostendat nihil esse periculi in re, sed solam ignominiam : quam si contempseris, cætera periculo vacant.

Neque me vinctum ejus.] Ne pudeas, inquit, si ego qui mortuos excito, orbis terrarum doctor, vinctus sim. Non

Ὃ πῦρ ἔργασαι. οὐ ἔλαβες λόγον, παῤῥησίας ἔμπλησον καὶ ἀνδρείας, σῴζει γυναῖκας.

7 Οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς πνεῦμα δειλίας, ἀλλὰ δυνάμεως.] Τουτέστιν, ὑ δεῖ τοῦτο ἐλάβομεν τὸ πνεῦμα, ἵνα ὑποστελλώμεθα, ἀλλ' ἵνα δυνατοὶ ὦμεν πρὸς τοὺς πειρασμοὺς, καὶ παῤῥησιαζώμεθα. πολλοῖς γὰρ δίδωσι πνεῦμα δειλίας, ὡς ἐν τῇ βασιλείαις γέγραπται, Καὶ ἐπέπεσε πνεῦμα δειλίας ἐπ' αὐτούς· τουτέστι, φόβον αὐτοῖς ἐνέβηκε.

Καὶ ἀγάπης.] Τῆς τε πρὸς αὐτὸν, καὶ τῆς πρὸς τὸν πλησίον. καὶ τὸ ἀγαπᾶν γὰρ τὸν Θεὸν ὡς πατέρα, ἐκ τοῦ Πνεύματος ἔχομεν τοῦ ποιοῦντος ἡμᾶς κράζειν, Ἀββᾶ ὁ πατήρ. Τὸ δὲ μὴ σαλεύεσθαι ἐκ τῆς πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπης, χάρισμά ἐστιν ἀπὸ θείας δυνάμεως γινόμενον, ὥσπερ αὖ τὸ σκανδαλίζεσθαι, ἀπὸ δειλίας καὶ μικροψυχίας. Πλὴν δεῖ καὶ ἡμᾶς πρότερον ἐπιδείκνυσθαι τὰ παῤ ἑαυτῶν.

Καὶ σωφρονισμοῦ.] Ἡ ἵνα σώφρονες ὦμεν, καὶ ὑγιεῖς τὴν διάνοιαν, καὶ ἐν κατασταστῇ· ἢ ἵνα σωφρονισμὸν ἔχωμεν τὸ Πνεῦμα, κἂν τις πειρασμὸς ἡμῖν ἐπιγένηται, πρὸς σωφρονισμὸν τοῦτον δεχώμεθα· ἢ ἵνα καὶ ἄλλοις ὦμεν σωφρονισταὶ καὶ παιδευταί.

8 Μὴ οὖν ἐπαισχυνθῇς τὸ μαρτύριον τοῦ Κυρίου ἡμῶν.] Πολλοὶ πεισάθλιοι ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς ἀξετάζοντες τὰ ὑπὲρ κατάληψιν, αἰσχύνην νομίζουσι τὸ, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ σταυρωθῆναι λέγειν, ἀγνοοῦντες ὅτι διὰ τοῦ σταυροῦ τοῦτο ὁ καταδικος ἀνθρωπος υἱὸς Θεοῦ ἐγένετο. Σὺ οὖν, ὦ Τιμόθεε, μὴ ἐπαισχυνθῇς τὸ μαρτύριον καὶ τὸν θάνατον τοῦ Χριστοῦ, τὸν διὰ τοῦ σταυροῦ, ἀλλὰ παῤῥησιάζου μᾶλλον, καὶ κήρυττε τοῦτον. Οὐκ εἶπε δὲ, μὴ δείσῃς, ἀλλὰ, μὴ ἐπαισχυνθῇς, ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ ἔχει κίνδυνον τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ μόνον αἰσχύνην· εἰ δὲ τούτῃς καταφρονήσεις, ἀκίνδυνα τἄλλα.

Μηδὲ ἐμὲ τὸν δέσμιον αὐτοῦ.] Μὴ αἰσχυνθῇς, εἰ ἐγὼ ὁ νεκροὺς ἐγείρων, ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, δέδεμαι. ὑ γὰρ

ὡς

ὡς κακοῦργος δέδεμαι, ἀλλ' αὐτὸς ἐγὼ μι δέσμιος, τουτέστι, δι' αὐτόν. Εἰ γὰρ ὁ σταυρὸς σωφρὼν οὐκ ἐπαισχύνθη, πῶς ἐγὼ τὰ δεσμά;

Ἀλλὰ συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ.] Τουτέστι, μὴ ἁπλῶς δείξῃς, ὅτι οὐκ ἐπαισχύνῃ, ἀλλὰ τῇ πείρᾳ καὶ διὰ τῶν ἔργων, καὶ κοινωνὸς γνοῦ καὶ σὺ Χριστῷ καὶ ἐμοὶ τῶν αὐτῶν. Ταῦτα δὲ καὶ διὰ τῶν ἀνωτέρω αἰνίξατο, εἰπών, ὅτι δέδωκεν ἡμῖν Πνεῦμα δυνάμεως. Τί δέ ἐστι, συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ; Ἆρα ὡς τῷ εὐαγγελίου κακοπαθοῦντος; οὐκ ἔστι τοῦτο· ἀλλ' ἢ τοῦτο λέγει, ὅτι συγκακοπάθησον ἐμοὶ, διὰ τὸ εὐαγγέλιον· ἢ εὐαγγέλιον λέγει πάντας τοὺς τοῦ εὐαγγελίου κήρυκας καὶ μύστας, ὡς καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους. Συγκακοπάθησον οὖν τοῖς τοῦ εὐαγγελίου. Ἴσως δέ τις περιεργότερον κακοπάθειαν τοῦ εὐαγγελίου ἐρεῖ τὸ ἐμποδισμὸν καὶ τὸ πρὸς αὐτὸ ἀπιστίαν. Συγκινδύνευσον οὖν καὶ σὺ τῷ πάσχοντι εὐαγγελίῳ.

(a) χ. συγκακοπάθησον. (b) χ. ὅπως πάσχωμεν.

Κατὰ δύναμιν Θεοῦ.] Ἐπεὶ φορτικὸν ἴσως ὂν, κακοπάθησον, προσαμύθητα αὐτό· μὴ γάρ, φησι, δυνάμει τῇ σῇ, ἀλλὰ τῇ τοῦ Χριστοῦ· σὸν δὲ ἐλέσθαι καὶ ἡ προθυμία.

(c) χ. τοῦτο.

9 Τοῦ σώσαντος ἡμᾶς, καὶ καλέσαντος κλήσει ἁγίᾳ.] Δείκνυσι τὰ τεκμήρια τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ. ἔσωσε γὰρ ἡμᾶς, φησι, καὶ πόρρω ὄντας ἐκάλεσε πρὸς ἑαυτὸν, ὡς δὴ ἁγίους ἡμᾶς ἐργάσηται. Ὁ οὖν μὴ θέλοντας σώσας, πολλῷ μᾶλλον νῦν θέλουσι συνεργήσει.

Οὐκατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν, ἀλλὰ κατ' ἰδίαν πρόθεσιν καὶ χάριν.] Οὐδενὸς δυσκόλου ὄντος, οὐδενὸς συμβουλεύοντος, ἀλλ' ἐξ ἰδίας προθέσεως, τουτέστιν, οἰκοθεν ἐκ τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ ὁρμώμενος.

Τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πρὸ χρόνων αἰωνίων.] Τουτέστι, προητοιμάσθη ἀπ' ἀρχῆς καὶ προαιωνίως δοθῆναι ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο, τὸ μὴ ἐκ μεταμελείας, ἀλλὰ

enim ut maleficus vinctus sum, sed *ipsius* vinctus sum, hoc est, propter ipsum. Si enim ille crucem non erubuit, quomodo me vinculorum pudebit?

Sed simul affligere cum Evangelio.] Hoc est, non simpliciter ostendas quòd non te pudet, verùm experientiâ & per opera ostende, & Christi & meî in iisdem particeps esto. Hæc autem & per superiora indicavit, dicens: *Dedit nobis spiritum virtutis.* Quid autem est, *simul affligere cum Evangelio?* Num Evangelium affligitur? Haudquaquam: sed vel hoc dicit; Simul mecum affligere propter Evangelium: vel Evangelium appellat omnes Evangelii præcones & mystas, sicut & in priori ad Corinthios. Simul igitur affli- 1 Cor. 9.
gere cum Evangelii ministris. Fortasse autem aliquis curiosiùs afflictionem Evangelii dicet impedimentum & incredulitatem in illud. Tu igitur unà cum Evangelio hunc in modum laboranti periclitare.

Secundùm virtutem Dei:] Quia molestum erat quod dixit, *simul affligere*, lenit illud: Non enim, inquit, tuâ virtute, sed Christi, hoc facies: tua est electio & promptitudo.

9 *Qui servavit nos, & vocavit vocatione sanctâ.*] Potentiæ Dei signa ob oculos ponit. Servavit enim, inquit, nos, & cùm procul eramus, vocavit ad seipsum, ut sanctos nos faceret. Qui igitur nolentes servavit, multo magis nunc volentibus succurret.

Non secundùm opera nostra, sed secundùm propositum suum & gratiam.] Nullo cogente, nemine consulente, verùm ex proprio proposito, hoc est, per sese, suâ bonitate motus.

Quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora secularia.] Hoc est, præformatum, sine principio, & ante secula, ut daretur nobis per Christum Jesum Dominum nostrum. Non parvi autem est momenti res, Deum non ex consilii sui mutatione,

tatione, ſed ante ſecula de nobis iſta voluiſſe.

10 *Manifeſtata eſt autem nunc per apparitionem Servatoris noſtri Jeſu Chriſti.*] Etiamſi enim prædefinita erat gratia, nunc tamen primùm manifeſtata eſt, quando apparuit Servator.

Qui deſtruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam & incorruptionem per Evangelium.] In proprio quidem corpore reipſâ mortem delevit, cùm illud incorruptum reddidit: nos verò per Evangelium illuminavit, ut vitam ſperemus & immortalitatem. Nondum enim actu immortalitate donati ſumus, verùm expectamus, atque ſpem iſtam nobis ratam fecit Evangelium.

11 *Ad quod poſitus ſum ego prædicator & Apoſtolus, doctórque gentium.*] Cujus rei gratiâ doctorem gentium nunc ſe appellavit? ut Timotheo oſtendat oportere etiam ipſum cum gentibus converſari, neq; propterea decidere animo, ſed me imitari, qui propter Evangelii præconium jam vinctus ſum.

12 *Ob quam cauſam etiam hæc patior.*] Quòd ſim prædicator gentium. Non enim ceu malefactor. Simul autem ſermoni ſuo parit fidem. Niſi enim, inquit, credidiſſem mortem eſſe abolitam, iſta non paterer.

Sed non pudeſio.] Animadvertis quomodo operibus probat, quod Timotheum docebat, nimirum, ne puderet eum afflictionum?

Scio enim cui credidi, & certus ſum quòd potens eſt depoſitum meum ſervare in illum diem.] Deus bone! quanta hæc fiducia! quàm indubitata ſpes! Novi, inquit, ſúmque certò perſuaſus. *Depoſitum* autem, vel fidem ac prædicationem dicit, quòd ipſe qui hæc apud me repoſuit, Chriſtus, eadem ſervabit: omniáque patior, ne theſauro iſto meo ſpolier. Vel fideles dicit, quos Chriſtus ipſi commendavit, aut quos ipſe commendavit Domino:

προθεσμίως ταῦτα τ̃ Θεὸν βάλεσθαι ἐφ' ἡμῖν.

10 Φανερωθῆσθαι δὲ νῦν διὰ τ̃ ἐπιφανείας τ̃ σωτ̃ρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Εἰ γὰρ καὶ προώρισται ἡ χάρις, ἀλλὰ νῦν ἐφανερώθη, ὅτε ἐπέφανεν ὁ σωτ̃ρ.

Καταργήσαντος μὲν τ̃ θάνατον, φωτίσαντος δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν διὰ τ̃ εὐαγγελίου.] Ἐν μὲν τῷ οἰκείῳ σώματι καταργησιν ἐποιήσατο τ̃ θάνατον, ἀφθαρτίσας αὐτό· ἡμᾶς δὲ ἐφώτιζε διὰ τ̃ εὐαγγελίου ἐλπίζειν τὴν ζωὴν καὶ τὴν ἀφθαρσίαν. ἃ γὰρ ἤδη ἡμεῖς οὐφθαρτίσθημεν ἐνεργείᾳ, ἀλλὰ μιμούμεθα, ὃ τὴν ἐλπίδα ταύτην ὁ εὐαγγέλιον ἡμῖν ἐβεβαίωσεν.

11 Εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ καὶ ἀπόστολος, καὶ διδάσκαλος ἐθνῶν.] Τίνος ἕνεκεν διδάσκαλον ἑαυτὸν ἐθνῶν νῦν ὠνόμασε; Τῷ Τιμοθέῳ δεικνύων ὅτι δεῖ καὶ σὲ τοῖς ἔθνεσιν ὁμιλεῖν, καὶ μὴ καταπίπτειν, ἀλλ' ἐμὲ μιμεῖσθαι τ̃ διὰ τὴν διδασκαλίαν δεδεμένον.

12 Δι' ἣν αἰτίαν καὶ ταῦτα πάσχω.] Διὰ τὸ εἶναι κήρυξ τ̃ ἐθνῶν. οὐ γὰρ ὡς κακοῦργος. Ἅμα δὲ καὶ ἀξιόπιστον ποιεῖ τ̃ λόγον, ὅτι ἐμὲ μὴ ὑπέστυον καταβληθῆναι τ̃ θάνατον, οὐκ ἂν ταῦτα ἔπασχον. "Χ. κατακληθῆναι.

Ἀλλ' οὐκ ἐπαισχύνομαι.] Ὁρᾷς πῶς διὰ τ̃ ἔργων ἐνδείκνυται ὃ ἐδίδασκε τ̃ Τιμόθεον, τὸ μὴ αἰσχύνεσθαι τὰ πάθη;

Οἶδα γὰρ ᾧ πεπίστευκα, καὶ πέπεισμαι ὅτι δυνατός ἐστι τὴν παραθήκην μου φυλάξαι εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν.] Βαβαί, τ̃ παῤῥησίας, καὶ τ̃ ἀδιστάκτου ἐλπίδος. Οἶδά, φησι, καὶ πέπεισμαι ἀσφαλῶς. Παραθήκην δὲ, ἢ τ̃ πίστιν φησὶ καὶ τὸ κήρυγμα, ὅτι αὐτὸς ὁ παραθέμενός μοι Χριστὸς φυλάξει ταῦτα, καὶ πάσχω πάντα ὥστε τ̃ θησαυρόν μου μὴ συληθῆναι. Ἢ τοὺς πιστοὺς λέγει, οὓς παρέθετο αὐτῷ ὁ Χριστὸς, ἢ οὓς αὐτὸς

παρέθετο

προέηται τῷ Κυρίῳ, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φησι, Παραπέμπω ὑμᾶς τῷ Κυρίῳ· ὡς δὲ ἐλέγξω, ὅτι οὐκ αἰσχύνομαι, ἐλπίζων ὅτι πολλοὺς προσάξω τῷ Θεῷ, ὃς καὶ φυλάξει, ὡς δὲ με ὑπὲρ [a] αὐτοῦ δοξάσῃ. ἢ προδιακατάθηκιν λέγει τὴν ἀντιμισθίαν. καὶ γὰρ πᾶς ὁ καλόν τι πράττων, τῷ Θεῷ αὐτὸ προτίθησιν, ὡς δὲ ἐν καιρῷ ὑπὲρ αὐτοῦ στεφανωθῇ.

[a] χ. αὐτῷ δοξασθῇ.

13 Ὑποτύπωσιν ἔχε τῶν ὑγιαινόντων λόγων.] Ὥσπερ ζωγράφος ἔγραψά σοι, καὶ ὑπογεγραμμένην εἰκόνα καὶ ἀρχέτυπον, ἵνα πρὸς τοῦτο ἀφορῶν καὶ αὐτὸς ζωγραφῇς ταύτην τὴν ὑποτύπωσιν τῶν ἐμῶν λόγων· τυγχάνει, ὃ ἀρχέτυπον ἔχε, κἂν τι δέῃ ζωγραφῆσαι, ἀπ' αὐτῆς λάμβανε καὶ ζωγράφει· πάντα γὰρ ἐκεῖ ἀναπέπλασται.

Ὧν παρ' ἐμοῦ ἤκουσας.] Οὐ διὰ γραμμάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ φώνῃ καὶ σώματι. Μὴ τοίνυν ἐλλιπῶς ἔχειν νομίζωμεν τὰς ὑπογραφὰς, ὡς μὴ πρὸς πάντων [a] διαλαμβάνωσι, ὅπου γε ἀγράφως πολλὰ παρέλαβε.

[a] χ. διαλαμβάνεται.

Ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.] Τυγχάνουσιν, οἱ λόγοι μου καὶ περὶ πίστεως καὶ ἀγάπης [a] διαφερόντως· ὅ ἐστι περὶ δογμάτων καὶ περὶ βίου· κἂν τι δέῃ δογματίσαι εὑρέσθαι, ἢ εἰπεῖν, ἢ πρᾶξαι, ἐκεῖθέν σοι λαβεῖν ἔξεστι.

[a] χ. διαλαμβάνουσιν

14 Τὴν καλὴν προδιακατάθηκιν φύλαξον, διὰ Πνεύματος ἁγίου τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν.] Τὰς περὶ πίστεως, τὰς περὶ βίου προδιατυπώσας σοι ἐντολὰς, ἢ ὃ χάρισμα ὃ ἔλαβες, ὡς καὶ ἀνωτέρω εἶπε. Πῶς δὲ φυλάξεις; Οὐκ ἀνθρωπίνῃ ἰσχύϊ, ἀλλὰ διὰ Πνεύματος ἁγίου, τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν διὰ τοῦ βαπτίσματος. ἐὰν γὰρ τηρήσωμεν αὐτὸ καὶ ἀνώξωμεν διὰ τῶν φαύλων πράξεων, φυλάξει καὶ αὐτὸ ἡμῖν πάντα ὅσα παρὰ Θεοῦ ἔχομεν. Σπούδασον οὖν φυλάξαι τὸ Πνεῦμα, καὶ αὐτὸ πάλιν τηρήσει σοι τὴν προδιακατάθηκιν. Ἐὰν γὰρ μὴ Κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων.

15 Οἶδας τοῦτο, ὅτι ἀπεστράφησάν με πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὧν ἐστι Φύ-

sicut & alio in loco dicit, Commendo vos Domino. perinde ac si dicat: Non erubesco, sperans me non paucos adducturum Deo, quos & custodiet, ut illorum gratiâ me glorificet. Vel, *depositum*, mercedem dicit. Qui enim boni quicquam agit, veluti apud Deum isthuc reponit, ut propter ipsum tempore opportuno coronetur.

13 *Formam habe sanorum sermonum.*] Pictoris instar depinxi atque expressi tibi imaginem & archetypum, ad quem ipse respiciens, hanc sermonum meorum formam depingere possis: hoc est, archetypum habe, ac si quid pingendum fuerit, ab illa imagine sume, ac pinge: illic enim omnia reposita sunt.

Quos à me audivisti.] Non per literas tantùm, verùm corám. Ne igitur mancas putemus epistolas, quippe buòdde omnibus non pertractent, siquidem multa tradidit sine literis.

In fide & dilectione, quæ est in Christo Jesu.] Hoc est, sermones mei de fide & charitate differunt, hoc est, de doctrina & vita: & si quid docere, vel dicere, vel agere oportet quod virtutem spiret, illinc tibi petere licet.

14 *Bonum depositum custodi, per Spiritum sanctum qui inhabitat in nobis.*] Nimirum quæ de fide, quæ de vita tradita sunt tibi præcepta, vel gratiam quam accepisti, quemadmodum suprà dixit. Quomodo autem custodies? non humano robore, sed per Spiritum sanctum, qui inhabitat in nobis per baptisma. Quòd si ipsum servaverimus, & non per prava opera propulerimus, ipse etiam omnia quæ à Deo habemus, nobis custodiet. Da igitur operam, ut custodias Spiritum, & ipse rursus servabit tibi depositum. *Nisi enim Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eum.* Psal. 127. 1.

15 *Novisti hoc, quòd averfi sint à me omnes qui sunt in Asia, ex quibus est Phygellus*

gellus & Hermogenes.] Tentationes recenſet, non ut dejiciat diſcipulum, ſed ut magis perſuadeat, ne is, ſi in conſimiles tentationes incidat, nova ſe pati arbitretur, ſed æquo animo ferat. Poſtquam enim à Nerone comprehenſus eſſet, dereliquerunt eum omnes qui in Aſia erant, hoc eſt, qui ex Aſia Romæ tum præſentes erant.

16 *Det miſericordiam Dominus Oneſiphori domui.*] Vide philoſophiam ejus. Eos qui à ſe defecerant, non execratus eſt, ſed ſimpliciter rem geſtam tantummodo narravit. Pro illo autem qui ſui curam geſſerat, preces fundit: nec ipſi tantummodo, verùmetiam univerſæ ejus domui; adeò virtute fulſerunt, adeò præclarè eos Oneſiphorus inſtituerat.

Quoniam ſæpe me refrigeravit.] Tanquam athletam quempiam afflictionum æſtu detentum, refrigeratione me dignatus eſt, non ſemel, ſed ſæpiús. Hanc ad rationem & nos facere oportet, ac ſemper incitare eos qui boni quippiam exercent: ſic enim fiet ut participes præmii eorum reddamur. Nolito enim mihi Paulum objicere. Certè Paulus, etiamſi neminem adjutorem habuiſſet, firmus tamen permanſiſſet. At alius aliquis fortaſſe non perſeuerabit, niſi aliquem habuerit, qui ſuffu'ciat eum. Si igitur aliquis inventus fuerit qui eum adjutet, ejúſque curam gerat, planum eſt talem victoriæ ejus conſortem fieri: quòd ſi victoriæ, coronarum etiam. Nam & in bellis apud veteres, qui ſarcinas & impedimenta cuſtodiebant, æqualem cum militibus prædam ſortiebantur.

Nec puduit eum catenæ meæ.] Ubique pudorem dicit, non periculum, fiduciam Timotheo reddens, quaſi ſolus pudor, & non periculum rei ineſſet. Atqui periculum certè aderat: nam & Nero ſæviebat adverſùs Paulum, ut qui inſtituiſſet quempiam ex domeſticis ipſius.

17 *Verùm cùm eſſet Romæ, diligentiùs*

ηλος καὶ Ερμογένης.] Εξηγεῖται τοὺς πειρασμούς, οὐχ ἵνα καταβάλλῃ τὸν μαθητήν, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον πείσῃ, εἴγε καὶ αὐτὸς τοῖς ἴσοις περιπέσοι, μὴ ξένον τι παθεῖν, ἀλλὰ φέρειν. ὅτε γὰρ συνελήφθη ὑπὸ Νέρωνος, κατέλιπον αὐτὸν πάντες οἱ ἐν τῇ Ασίᾳ, τουτέστιν, οἱ ἐκ τῆς Ασίας ἐνδημοῦντες τῇ Ρώμῃ.

16 Δῴη ἔλεος ὁ Κύριος τῷ Ονησιφόρου οἴκῳ.] Ορα φιλοσοφίαν· τοὺς μὲν καταλιπόντας οὐ κατηράσατο, ἀλλ' ἁπλῶς μόνον ἀφηγήσατο τὸ γεγονός. Τῷ δὲ φροντίσαντι αὐτοῦ ἐπεύχεται, καὶ οὐκ αὐτῷ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ πάντι τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ὅτως ἥσθη εὐαρέστει, ὅτως ἀγαθὸς Ονησιφόρος ἐπαίδευσεν. "χ. μᾶλλον.

Οτι πολλάκις με ἀνέψυξε.] Καθάπερ ἀθλητήν τινα ὑπὸ αὐχμοῦ συνεχόμενον τῶν θλίψεων, ἀναψύξεως ἠξίωσεν, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις. Οὕτω δεῖ καὶ ἡμᾶς ποιεῖν, παύτοθεν, καὶ ἀεὶ συλλαμβάνειν τοῖς ἀγαθόν τι μετιόντας· ὅτω γὰρ κοινωνοὶ ἀγαθῶν ἐσόμεθα τῶν μισθῶν. Μὴ γάρ μοι τὸν Παῦλον εἴπῃς. ὁ Παῦλος, κἂν μηδένα εἶχε τὸν συλλαμβανόμενον, ἔμενεν ἂν ἑδραῖος. ἀλλ' ἴσως * ἄλλος οὐ καρτερήσῃ, ἐὰν μὴ ἔχῃ τὸν ἀντιλαμβανόμενον. Εἀν οὖν εὑρεθῇ τις συλλαμβάνων αὐτὸν καὶ ὑπομένοντα αὐτῷ, φανερόν ὅτι τοῦ νίκης κοινωνῷ· εἰ δὲ τοῦ νίκης, καὶ τῶν στεφάνων. κἂν τοῖς πολέμοις δὲ τὸ παλαιὸν οἱ τὰ σκεύη φυλάττοντες, τῶν στρατιώταις ἐξ ἴσου διελάγχανον τῶν λαφύρων. * αὐ τις.

Καὶ τὴν ἁλυσίν μου οὐκ ἐπῃσχύνθη.] Παραλαμβάνει τὸν αἰσχύνην λέγει, ἵνα τὸν κίνδυνον, φανερώτερον Τιμόθεον, ὡς αἰσχύνης μόνης, καὶ ἵνα κινδύνου παρόντος. καίτοιγε καὶ κίνδυνος παρῆν. οὐδὲ Νέρων ἐμαίνετο κατὰ Παύλου, ὡς κατηχήσαντός τινα τῶν οἰκείων αὐτοῦ.

17 Αλλὰ γενόμενος ἐν Ρώμῃ σπου-

σπουδαιότερον ἐζήτησέ με, καὶ εὗρεν.] Οὐ μόνον οὐκ ἔφυγέ μου τὸν στυγνὸν, ἀλλὰ καὶ ἐπεζήτησέ με, καὶ εὗρεν. ὃ μεγάλης ἀνδρείας καὶ πίστεως.

18 Δῴη αὐτῷ ὁ Κύριος εὑρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ.] Ἠλέησέ με, φησὶ· λαβοὶ τοίνυν τὸν ἀνταπόδοσιν ἐν τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ, ὅτε πολλοῦ ἐλέους χρεία πᾶσι, καὶ τοῖς ἁγίοις. Εἰ δὲ Ονησιφόρος, ὁ κινδύνοις ἑαυτὸν παραβάλλων ὑπὲρ Χριστοῦ, ἀπὸ ἐλέους σώζηται, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς. Ἐνταῦθα δὲ ὑπτιοπεδῶσιν οἱ τὰ Μαρκίωνος [a] νοσοῦντες· ἰδοὺ, λέγοντες, δύο Κύριοι· ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο. Εἷς γὰρ Κύριος, ὡς οἶδε αὐτὸς ὁ Παῦλος ἀλλαχοῦ φησιν. Εθος δὲ τῇ γραφῇ οὕτω κεχρῆσθαι τῷ λόγῳ, ὡς ὅτε, Ἔβρεξε Κύριος παρὰ Κυρίου, τουτέστι παρ' ἑαυτοῦ. οὕτω καὶ ἐνταῦθα. Εἰ δὲ καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν δηλοῦσθαι ἐνταῦθα δέξῃ, οὐδὲν τοῦτο ἄτοπον. καὶ ὁ Πατὴρ γὰρ Κύριος, καὶ ὁ Υἱὸς Κύριος, καὶ τὸ Πνεῦμα Κύριος· ἀλλ' εἷς Κύριος παῖς τρισὶν ὑποστάσεσιν ἐμφαινόμενος. Ορα δὲ ὅτι οὐκ εἶπε, δῴη αὐτῷ ὁ Κύριος ἕτερόν τι, ἀλλ' ἔλεος.

Καὶ ὅσα ἐν Ἐφέσῳ διήκόνησε, βέλτιον σὺ γινώσκεις.] Συνήθης ὤν, φησὶ, τῇ ἀγαθουργίᾳ· οὐχ ἅπαξ ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ ἐν Ἐφέσῳ καὶ ἐν Ῥώμῃ. Τοιοῦτον εἶναι δεῖ τὸν Χριστιανὸν, ἀεὶ τὸ ἀγαθὸν ἐργάζεσθαι, καὶ διὰ ὅλης τῆς ζωῆς.

[a] χ. φερομένους.

quæsivit me, & invênit.] Non solùm, inquit, non fûgit meum occursum, verumetiam me quæsivit, & invênit: quod magnæ est fortitudinis & fidei argumentum.

18 *Det ei Dominus invenire misericordiam à Domino in die illa.*] Misertus est mei, inquit: recipiat igitur retributionem in tremenda die, quando multâ misericordiâ opus erit omnibus, imò ipsis sanctis. Si autem Onesiphorus, qui pro Christi nomine periculis sese objecit, per misericordiam servatur, multò magis nos. Hîc autem prosiliunt qui Marcionis dogmate inficiuntur. En duo, inquiunt, Domini. Sed non ita se res habet. Unus est enim Dominus, sicut & hic ipse Paulus alio in loco ait. Est autem in more Scripturæ sic loqui, ut, *Pluit Dominus à Domino*, hoc est, à seipso. Hunc ad modum & hîc. Quòd si & Patrem & Filium hîc significari acceperis, nihil absurdi admittetur: nam & Pater Dominus est, & Filius Dominus, & Spiritus Dominus: sed unus tamen Dominus in tribus personis indicatur. Animadverte autem quòd hîc non dixerit, Det ei Dominus aliud quiddam, sed, *misericordiam.* Ephes. 4. 5. Gen. 19. 24.

Et quanta Epheſi ministravit mihi, tu melius nôsti.] Assuefactus est, inquit, ad bona opera: non semel fecit, sed & Ephesi & Romæ. Talem oportet esse Christianum, qui semper bonum operetur, etiam per omnem vitæ cursum.

ΚΕΦ. β.

Σὺ οὖν, τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ.] Τί λέγεις; Εἶπας ὅτι δέδεσαι, ὅτι πάντες σε ἀπεγράφησθε, καὶ ὡσπερ οὐδὲν δεινὸν εἶπων, ὑπιφέρεις, Σὺ οὖν, τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ; Ναὶ, δι' αὐτὸ τοῦτο μᾶλλον, ὅτι ἐγὼ ἐν δεινοῖς, σὺ ἐνδυναμοῦ· εἰ μὲν γὰρ ἐγὼ ὁ διδάσκαλος

CAP. II.

Tu igitur, fili mi, confortare.] Quid ais? Dixisti te vinctum esse, adeóq; omnes te deseruisse: jam verò quasi nihil triste patiaris, infers, *Tu igitur fili mi confortare?* Næ, ob hoc ipsum tu magis, quia ego captivus detineor, robustus esto. Si enim ego præceptor tuus talia non pate-

rer, potuisses forsan tu succumbere, quippe qui juvenis & inexpertus in pericula incidisses. Jam verò haud parum tibi consolationis præbet, ut generosè feras quæ tibi evenient, quandoquidem & ipse hujusmodi patiar; tanquam rei natura pericula habeat, non tua imperitia. Siquidem in universum unusquisque inferior, in quocunque negotio in pericula inciderit, magnam accipit consolationem, si videat sciipso majorem iisdem immergi. Expende autem quàm paterno affectu adhortetur, *Fili mi*, dicens: quodammodo enim animam cum verbo instillavit. Si filius es, patrem imitare.

In gratia quæ est in Christo Jesu.] Non solùm meo exemplo confortare, verùm præcipuè per gratiam Christi. Illam habe certaminis socium, per quam accepimus potestatem, ut conculcemus serpentes & scorpiones, & omnem potentiam hostis, & ut à nemine injuriâ afficiamur.

2 *Et quæ audivisti à me per multos testes.*] Quæ audivisti, non quæ inquisivisti: Fides enim ex auditu. Audivisti autem non clanculùm, sed liberè & palàm, multis præsentibus. Nonnulli autem, *multos testes*, Legem & Prophetas intellexerunt. Nam sermo meus Scripturæ testimoniis instruebatur.

Hæc commenda fidelibus hominibus.] Non ait, Dic: sed, *Commenda*, veluti de thesauro. Quod enim commendatur & deponitur, ut in tuto sit reponitur. Reddit autem per hæc discipulum attentiorem. *Fidelibus*, non syllogisticis & disputativis: *fidelibus* verò, depositum non prodentibus.

Qui idonei erunt & alios docere.] Quid enim prodest, si quis ipse fidelis sit, ac omnia citra inquisitionem & hæsitationem accipiat, doctrinam autem aliis depromere nequeat? Ac rursus cùm non prodat ipse quidem verbum, non possit autem alios consimiles reddere? Duo igi-

σὺν ἔπαθον τοιαῦτα, ἴσως ἔδει σε καταπίπτειν, ὡς ἐν κινδύνοις βεβηκότα νέον καὶ ἄπειρον. νυνὶ δὲ μικρά σοι παραίνεσις πρὸς ὃ φέρειν γυναίως τὰ συμπίπτοντα, ὅτι καὶ αὐτὸς τοιαῦτα πάσχω, ὡς τοῦ πράγματος φύσεως ἐχούσης τοὺς κινδύνους, ἀλλ' οὐ τῆς σῆς ἀπειρίας. ἐπεὶ καθόλου πᾶς ἐλάττων ἐν οἱῳδήποτε πράγματι κινδύνοις περιπεσών, "παραχωρεῖται μεγάλως, ὅταν καὶ τὸν αὐτὸν μείζονα ἐν τοῖς αὐτοῖς ὁρᾷ. Ὅρα δὲ μετὰ πόσης φιλοσοργίας παραινεῖ, τέκνον μου, λέγων· ὡς δὴ εἰ καὶ τὴν ψυχὴν τῷ ῥήματι ἐνεσάλαξεν. Εἰ τέκνον εἶ, τοῦ πατέρα μιμοῦ.

Ἐν τῇ χάριτι τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.] Μὴ μόνον ἀπὸ σοῦ καὶ ἐμοῦ ὑποδείγματος ἐνδυναμοῦ, ἀλλὰ μᾶλλον ἀφ' ἧς χάριτος ἔσχε Χριστός. ἐκείνῳ ἔχε "συναγωνιζομένῳ, δι' ἧς ἐλάβομεν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ὅτι παντὸς τοῦ δυνάμεως τοῦ ἐχθροῦ, καὶ οὐδὲν "συναγωνιστοῦ. μηδενὸς ἀδικεῖσθαι.

2 Καὶ ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων.] Α ἤκουσας, οὐχ ἃ συνεζήτησας· ἡ γὰρ πίστις ἐξ ἀκοῆς. Ἤκουσας δὲ οὐ λάθρα, ἀλλὰ μετὰ παῤῥησίας, πολλῶν παρόντων. Τινὲς δέ, πολλοὺς μάρτυρας, νόμον καὶ προφήτας ἐνόησαν. "γραφικαῖς γὰρ μαρτυρίαις συνεχρωτεῖτο μαρτυρίαις. μοι ὁ λόγος.

Ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις.] Οὐκ εἶπεν, εἰπέ, ἀλλά, παράθου, καθάπερ ὅτι θησαυρόν. Ὃ γὰρ παρατίθεμαι, ἐν ἀσφαλείᾳ "παρακατάθεται. "παρατίθεμαι. Ποιεῖ δὲ καὶ διὰ τούτου τὸν μαθητὴν προσεκτικώτερον. Πιστοῖς, οὐ συλλογιστικοῖς καὶ συζητητικοῖς· πιστοῖς δέ, τοῖς μὴ προδιδοῦσι τὴν παρακαταθήκην.

Οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους διδάξαι.] Τί γὰρ ὄφελος, ὅταν τις αὐτὸς μὲν πιστὸς ᾖ, καὶ πάντα δέχεται ἀζητήτως, μὴ δυνάμενος δὲ καὶ εἰς ἑτέρους "ἐξάγειν τὴν διδασκαλίαν; καὶ πῶς "ἐξάγειν. ἂν εἰ μὴ προδιδῷ μὲν τὸν λόγον αὐτὸς, οὐ δύναται δὲ καὶ ἄλλους τοιούτους ποιῆσαι;

Δύο

Δύο τοίνυν ἔχειν δεῖ, καὶ πιστὸν εἶναι, καὶ διδακτικὸν τὸν διδάσκαλον. Ταῦτα γὰρ δῆλον ὅτι περὶ πρεσβυτέρων καὶ ἐπισκόπων αὐτῷ διατάττεται, οὐ περὶ λαϊκῶν· τοῦτο γὰρ ἄτοπον, ὅπου γε αὐτὸς ὁ Παῦλος καὶ Ἕλλησι καὶ Ἰουδαίοις " ἐπέστελλεν. Οἶμαι δ' ὅτι καὶ περὶ τινῶν μυστικωτέρων λέγει, ἃ δεῖ πιστοῖς καὶ διδακτικοῖς παραδίδεσθαι.

" χ. ἐκήρυττεν.

3 Σὺ οὖν κακοπάθησον ὡς καλὸς στρατιώτης Ἰησοῦ Χριστοῦ.] Ὁρᾷς ὅτι τὸ κακοπαθεῖν, στρατιώτου. ὥστε τὸ μὴ κακοπαθεῖν, οὐ στρατιώτου. Οὐ τοίνυν χρὴ δυσχεραίνειν, εἰ κακοπαθεῖ τις ὢν στρατιώτης ταττόμενος. ὅσον δὲ τὸ ἀξίωμα τῷ στρατιώτῃ Χριστοῦ, ὅπου γε μέγα τινὲς οἴονται τὸ τοῦ ὑπηκόου βασιλέως στρατεῦσθαι δεῖ);

3 *Tu igitur feras afflictionem, ut bonus miles Jesu Christi.*] Animadvertis quòd adversa pati ad militem spectat? Itaque adversa non pati, haudquaquam militis est officium. Non est igitur ægro ferendum animo, si quis in militum ordine constitutus calamitates sustineat. At quanta dignitas est, militem esse Christi, cùm magnificum quid existiment quidam terreni regis milites esse!

4 Οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται τοῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ.] Ταῦτα πρὸς πολλοὺς εἴρηται ἐπισκόπους καὶ διδασκάλους. Ἐμφαντικὸν δὲ τὸ, ἐμπλέκεται· τῷ ὄντι γὰρ δεσμὰ καὶ ὄφεις εἰσὶ τὰ τοιαῦτα. Καὶ, πραγματείαις, εἰπών, τοὺς θορύβους καὶ τὰς ὀχλήσεις ἠνίξατο, καὶ ἀπὸ αὐτῆς τῆς λέξεως ἀποτρέπων. Τί σαυτὸν ἐνδεσμεῖς; τί εἰς ὀχλήσεις καὶ " πραγματείας σαυτὸν ἐμπλέκεις; τὴν στρατείας μόνης φρόντιζε, καὶ ὅπως ἀρέσεις Χριστῷ τῷ εἰς στρατείαν σε καλέσαντί σε.

" χ. πράγματα.

4 *Nemo qui militat, implicatur vitæ negotiis, ut ei qui ipsum in militiam delegit placeat.*] Hæc ad omnes tam Episcopos quàm doctores dicta sunt. Significantem autem vim habet, *Implicatur*. Hujusmodi enim negotia vincula revera sunt, & serpentes. *Negotiis* porrò dicens, tumultus ac turbas notavit, per ipsa etiam vocabula dehortans. Quid teipsum implicas? quid in turbas atque negotia teipsum injicis? Solam militiam cura, sic placebis imperatori tuo Christo, qui te in militiam delegit.

5 Ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ.] Τοιοῦτόν ἐστιν, οὐκ ἐὰν εἰς τὸν ἀγῶνα εἰσέλθῃ, ἀρκεῖ τοῦτο, οὐδὲ ἐὰν ἀλείψηται, οὐδὲ ἐὰν συμπλακῇ, ἀλλ' ἐὰν μὴ καὶ τοὺς περὶ βρωμάτων καὶ πομῆς, καὶ σωφροσύνης " ἀθλητικοὺς νόμους φυλάξῃ, καὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς πάλης. Οὐ γὰρ ἁπλῶς καὶ ὡς θέλει ἕκαστος, ἐφεῖται αὐτῷ παλαίειν, ἀλλὰ νόμοι καὶ περὶ τούτου ἀθλητικοί. Ὅρα δὲ σοφίαν· στρατιώτου ἐμνήσθη, ἵνα δείξῃ ὅτι εἰς σφαγὰς

" χ. ἀθλητικούς.

5 *Quòd si certet etiam aliquis, non coronatur, nisi legitimè certaverit.*] Hoc est, non si certamen iniërit, hoc satis est: neque si inunctus fuerit, neque si manus conseruerit, nisi & de cibo potúque ac temperantia athletis sancitas leges observârit, atque eas quæ luctæ modum referunt. Non enim simpliciter pro sua cuique libidine permittitur luctari, verùm leges athleticæ hâc de re feruntur. Porrò, vide ejus sapientiam. Militis meminit, ut indicet quòd ad cædem & mortes opor-

teat paratos esse: atque etiam athletæ, ut in omnibus perseveret, ac in exercitio semper vivat.

6 *Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus accipere.*] Tertium exemplum profert, quod præceptori magis est conveniens. Militis enim & athletæ paradigmata subditis etiam conveniunt: colonus autem non suiipsius curam gerit, sed terræ, haúdque exiguam compensationem accipit à frugum proventu. Hunc ad modum præceptor non inutiliter laborat, verùm præ aliis ipse fruetur suis sudoribus, Deo abundè mercedem ei reddente. Ne quis igitur ob mercedis dilationem iniquo sit animo, jam nunc, inquit, accipis, in ipso labore est retributio: si nihil aliud, saltem animarum utilitas magno inde tibi lucro cedet. Nonnulli autem de honore doctoribus exhibendo hoc dicunt: at id rationi non est consentaneum. Animadverte porrò, quòd non simpliciter agricolam dixerit, sed, *laborantem*, hoc est, qui affligitur, non qui simpliciter operatur.

7 *Intellige quæ dico.*] Quia obscurè quadantenus omnia dixit de milite, de athleta, de agricola; *intellige*, inquit. Hujus enim rei gratiâ hæc dixi, ut te exacuam. Deinde comprecatur ei, ut genuino filio.

Det enim tibi Dominus intellectum in omnibus.] Non solùm in his quæ dixi, verumetiam in omnibus & verbis & operibus.

8 *Memor esto Dominum Jesum Christum resurrexisse à mortuis, ex semine David.*] Hoc dicit propter hæreticos. Nam & tum fuerunt nonnulli qui ignominiam arbitrabantur, quòd Filius Dei pateretur, ac propterea fortasse passionem phantasticam induxerunt. Adeò enim humiliatus est Deus propter nos, ut erubescant etiam homines tantam humiliationem Deo applicare. Ista autem ideò dicit, ut animum ei addat, ostendens quòd & ipse præceptor θανάτου δι' ἡμᾶς ἔθαψε· καὶ ἀθλητῆ, ἵνα πόνοις καρτερῇ, ἐν ἀσκήσει ᾖ διὰ παντός.

6 Τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν.] Λέγει δὲ τρίτον ὑπόδειγμα, ὃ διδασκάλῳ μᾶλλον ἁρμόδιον. Ὁ γὰρ τῷ στρατιώτῃ καὶ τῷ ἀθλητῇ, καὶ τοῖς ἀρχομένοις οἰκεῖα· ὁ γεωργὸς οὐχ ἑαυτῷ ἐπιμέλεται, ἀλλὰ τῆς γῆς, καὶ ἀμοιβὴν οὐ μικρὰν λαμβάνει τὴν ἀπὸ τῆς καρποφορίας. Οὕτω καὶ ὁ διδάσκαλος οὐκ ἀμόχθητα πονεῖ, ἀλλὰ πρὸ τῶν ἄλλων αὐτὸς ἀπολαύσει τῶν οἰκείων ἱδρώτων, τοῦ Θεοῦ δαψιλῶς αὐτὸν ἀμειβομένου. Ἵνα τοίνυν μὴ δυσχεράνῃ τις πρὸς ὀλίγον τὸν ἀπιμελείας, ἤδη, φησὶν, ἀπολαμβάνεις, ἐν αὐτῷ τῷ κόπῳ ἡ ἀντίδοσις· εἰ μηδὲν ἄλλο, ἡ "ὠφέλεια γοῦν τῶν ψυχῶν μέγα σοι κέρδος ἐντεῦθεν ἥδη. Τινὲς δὲ περὶ τῆς τιμῆς φασὶ τοὺς διδασκάλους τοῦτο, ἀλλ' οὐκ ἔχει λόγον. Ὅρα δέ, οὐχ ἁπλῶς γεωργὸν εἶπεν, ἀλλά, τὸν κοπιῶντα, τουτέστι, τὸν κοπιόμενον, οὐχ ἁπλῶς ἐργαζόμενον.

" χ. ὠφέλεια ἀγαθουμένων ψυ.

7 Νόει ἃ λέγω.] Ἐπειδὴ αἰνιγματωδῶς πάντα εἶπε, τὰ τῷ στρατιώτῃ, τὰ τῷ ἀθλητῇ, τὰ τῷ γεωργῷ, νόει, φησί. τοῦτο γὰρ χάριν σοῦ πάντα εἶπον οὕτως, ἵνα σε ὀξύνω. εἶτα ἐπεύχεται, ὡς γνησίῳ τέκνῳ.

Δώῃ γάρ σοι ὁ Κύριος σύνεσιν ἐν πᾶσιν.] Οὐ μόνον τούτοις οἷς εἶπον, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς λόγοις καὶ ἔργοις.

8 Μνημόνευε Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν, ἐκ σπέρματος Δαβίδ.] Τοῦτο λέγει καὶ διὰ τοὺς αἱρετικούς. Ἦσαν μέν γάρ τινες καὶ τότε, οἳ αἰσχύνην ἐνόμιζον τὸν " Υἱὸν τοῦ Θεοῦ παθεῖν, καὶ διὰ τοῦτο ἴσως τὴν φαντασίαν εἰσῆγον. Οὕτω γὰρ ἐταπεινώθη ὁ Θεὸς δι' ἡμᾶς, ὡς καὶ αἰσχύνεσθαι τοὺς ἀνθρώπους τοσαύτην ταπείνωσιν τῷ Θεῷ προσάπτειν. Λέγει δέ, καὶ διὰ τὸ παρεμυθήσασθαι αὐτόν, δυνατὸν ὂν καὶ αὐτὸς

" Υἱὸν τοῦ Θεοῦ παθεῖν, καὶ διὰ τοῦτο ἴσως τὴν φαντασίαν εἰσῆγον.

ὁ διδάσκαλος Χριστὸς, ἀφ' ἑαυτοῦ πάθους ἐνίκησε τὸν θάνατον. τοῦτο μνημόνευε, καὶ οὐκ ὀκλάσῃς πρὸς τὰ πάθη.

Κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου.] Ἦσαν γάρ τινες ἕτερα εὐαγγελιζόμενοι· ἀλλ' οὐκ ἐκείνοις, ἀλλὰ τῷ ἐμῷ εὐαγγελίῳ δεῖ προσέχειν.

9 Ἐν ᾧ κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν, ὡς κακοῦργος.] Πάλιν ἀφ' ἑαυτοῦ παραμυθεῖται τὸν μαθητὴν, καὶ ὅτι κακοπαθεῖ λέγων, καὶ ὅτι πονηρὰν δόξαν ἀποφέρει.

Ἀλλ' ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ δέδεται.] Ἵνα μήτις εἴπῃ, καὶ τί τὸ ὄφελος; τί τὸ θαῦμα, εἰ δέδεσαι; δεῖξόν μοι κέρδος, δεῖξόν μοι θαυμαστόν τι· φησὶν, ὅτι ὁ λόγος οὐ δέδεται. Μὴ γὰρ αἰσθητὸν ἔργον ἐστὶν, ἵνα ἐμποδίζηται τοῦ σώματος δεδεμένου. λόγος ἐστὶ θεῖον χρῆμα, καὶ Θεοῦ λόγος· ἡμῶν δεδεμένων λέλυται καὶ τρέχει. ἰδοὺ γὰρ καὶ δεδεμένοι γράφομεν καὶ κηρύττομεν. Εἶδες θαῦμα, εἶδες κέρδος.

χ. πάσχω. 10 Διὰ τοῦτο πάντα ὑπομένω διὰ τοὺς ἐκλεκτούς.] Ἰδοὺ καὶ τοῦτο προτροπή. οὐχ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ γάρ, φησι, πάσχω, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἑτέρων σωτηρίας· οὐχ ἵνα αὐτὸς δοξασθῶ, ἀλλ' ἵνα ἕτεροι. Τίνες οὖν εἰσι; οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ. Εἰ οὖν Θεὸς αὐτοὺς ἐξελέξατο, πάντα δεῖ ἡμᾶς πάσχειν ὑπὲρ αὐτῶν.

Ἵνα καὶ αὐτοὶ σωτηρίας τύχωσι τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.] Καὶ αὐτοὶ, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς. Ὥσπερ δι' ἡμᾶς, φησὶν, ὁ Θεὸς ἔπαθεν, ἵνα σωθῶμεν, οὕτω καὶ ἡμεῖς πάσχομεν ὑπὲρ ἐκείνων. Ὡς ἀντιπόδοσίς ἐστι τὸ πρᾶγμα, οὐ χάρις. Εἶτα, ἵνα μὴ εἴπῃ τις αὐτῷ, τί λέγεις; σὺ ἐν δεσμοῖς μηδεὶς ἀπολέσῃ, καὶ ἄλλοις σωτηρίας αἴτιος γενέσθαι ἀλαζονεύῃ; οὐ ταύτης, φησὶ, λέγω τῆς σωματικῆς σωτηρίας, ἀλλὰ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῆς ἀληθινῆς, τῆς ἐνδόξου. ἡ γὰρ σωματικὴ σωτηρία ἄδοξος. ἄκουε γὰρ καὶ τῆς ἐφεξῆς.

Μετὰ δόξης αἰωνίου.] Οὐ μόνον ἵνα σωθῶσιν, ἀλλὰ τὸ μεῖζον, ἵνα καὶ

tor noſter Chriſtus, per paſſionem mortem vicerit. Iſthuc recordare, & haud labefactaberis ad afflictiones.

Secundùm Evangelium meum.] Fuerunt enim quidam qui diverſa prædicabant : atqui non illis, verùm Evangelio meo eſt intendendum.

9 *In quo laboro uſque ad vincula, quaſi malè operans.*] Iterum à ſeipſo diſcipulum conſolatur, dicens & quòd affligitur, & quòd pravam opinionem aufert.

Sed verbum Dei non eſt alligatum.] Ne quis dicat, Ecquæ eſt commoditas? quid verò mirum quòd ligatus es? Oſtende mihi lucrum, oſtende mihi aliquid mirandum. Verbum, inquit, non eſt ligatum : non enim ſenſibile opus eſt, ut illud, corpore ligato, impediatur. Divina res eſt verbum, Deique verbum : Nobis ligatis ſolutum eſt & currit : ecce enim ligati ſcribimus & prædicamus. Vidiſti quod eſt admirandum, vidiſti lucrum.

10 *Ideo omnia ſuſtineo propter electos.*] En & iſthuc habet adhortationem. Non pro meipſo enim patior, inquit, ſed pro aliorum ſalute, non ut ego glorificer, ſed ut alii. Qui verò ſunt iſti? electi Dei. Si igitur Deus ipſos elegit, omnia oportet nos pati pro ipſis.

Ut & ipſi ſalutem conſequantur, quæ eſt in Chriſto Jeſu.] Ipſi, quemadmodum & nos. Sicut propter nos, inquit, Deus paſſus eſt ut ſervemur, ſic & nos patimur propter illos. Compenſatio itaque hæc res eſt, non gratia. Præterea, ne quis ei objiciat, Quid ais? Tu in vinculis periturus es, & te aliorum ſalutis authorem fore oſtentas? Non hanc, inquit, corporalem ſalutem dico, ſed eam quæ eſt in Chriſto Jeſu, veram ac celebrem : corporalis enim ſalus eſt ingloria. Audi enim quæ ſequuntur.

Cum gloria æterna.] Non ſolùm ut ſerventur, ſed quod majus eſt, ut glorificentur

centur nobiſcum in ſempiternum. Quare etiamſi ignominiam habeant vincula, gloriam tamen præbent electis, eámque ſempiternam. Quòd ſi aliis, multo magis & mihi, qui hiſce ſum conſtrictus. Ne igitur meì causâ contriſteris.

11 *Fidelis ſermo.*] Quia plerique ambigunt de futura vita & gloria, dicentes, Quando vivo, tum morti trador; & quando mortuus fuero, vivam? idque genus alia: propterea ſermonem confirmat, inquiens, *Fidelis ſermo.* Qualis? Quòd electi celebrem & æternam ſalutem aſſequentur.

Nam ſi commortui ſumus, & convivemus.] Confirmat idem humanis etiam rationibus. Atqui ſuprà hujus rei indicium dedit cùm diceret; *Memento Jeſum reſurrexiſſe à mortuis:* indicavit enim quòd poſt mortem reſurrexerit. Quomodo igitur confirmat? Si in triſtibus communicamus, in bonis non ſimiliter? Hoc ne homo quidem faceret, quanto minùs Deus, qui fons eſt juſtitiæ & bonitatis? Mortem autem dicit, tum eam quæ per Baptiſma eſt, tum eam quæ per paſſiones & tentationes.

12 *Si ſuſtinemus, & conregnabimus.*] Non ſatis eſt ſemel in mortem ſe quem-
1 Cor. 15. 31 piam tradere, ſed ſemper. *In ſingulos enim dies*, inquit, *morior.* Multâ igitur patientiâ nobis opus eſt ad hoc, ut ſimul regnare cum Chriſto nobis obveniat.

Si negabimus, & ille negabit nos.] Sermonem ſuum etiam ab iis quæ contrà eveniunt confirmat. Non enim in bonis tantummodo, verumetiam in malis ſunt com-
Mat. 10. 33. penſationes. *Qui enim*, inquit, *negaverit me, negabo & ego eum.* Cogita autem tecum quanta ſit ille paſſurus, qui à Chriſto abnegatus fuerit.

13 *Si non credimus, ille fidelis permanet.*] Si non credimus quòd reſurrexit, nihil is inde læditur: ipſe namque verus eſt, ſtabilis eſt, ſive aſſeramus, ſive negemus.

δοξασθῶσι μὲν ἡμῶν αἰωνίως. Ὥστε εἰ καὶ αἰσχύνην ἔχει τὰ δεσμά, ἀλλὰ καὶ δόξαν παρέχουσι τοῖς ἐκλεκτοῖς, καὶ ταύτην αἰώνιον. Εἰ δὲ ἄλλοις, πολλῷ μᾶλλον ἐμοὶ, ὃς ταῦτα παρείληφα. Μὴ οὖν ἀθυμήσῃς ἐπ' ἐμοί.

11 Πιστὸς ὁ λόγος.] Ἐπειδὴ πολλοὶ ἀμφιβάλλουσι περὶ τῆς μελλούσης ζωῆς καὶ δόξης, λέγοντες, ὅτε ζῶ, τότε θανάτῳ παραδίδομαι, καὶ ὅτε ἀποθάνω, ζήσω; καὶ τὰ τοιαῦτα· διὰ τοῦτο βεβαιοῖ τὸν λόγον, καί φησι, Πιστὸς ὁ λόγος. Ποῖος; Ὅτι οἱ ἐκλεκτοὶ συνδόξου καὶ αἰωνίου σωτηρίας ἐπιτεύξονται.

Εἰ γὰρ συναπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν.] Κατασκευάζει ὃ αὐτὸ καὶ διὰ λογισμῶν ἀνθρωπίνων. καίτοι καὶ αὐτὸ τεκμήριον τούτου δέδωκεν εἰπών, Μνημόνευε Ἰησοῦν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν· ἔδειξε γὰρ ὅτι μὴ θάνατον ἀνέξη· Πῶς οὖν κατασκευάζει; Εἰ ἐν τοῖς σκυθρωποῖς κοινωνοῦμεν, ἐν τοῖς χρηστοῖς οὐκ ἔστι τοῦτο; οὐδὲ ἄνθρωπος ποιήσαι, πόσῳ μᾶλλον ὁ Θεὸς, ἡ πηγὴ τῆς δικαιοσύνης καὶ ἀγαθότητος; Θάνατον δὲ λέγει, τόν τε διὰ τοῦ βαπτίσματος, τόν τε διὰ τῶν παθημάτων καὶ πειρασμῶν. [" χ. τὸ μυστήριον τοῦτο.]

12 Εἰ ὑπομένομεν καὶ συμβασιλεύσομεν.] Οὐκ ἀρκεῖ ὁ ἅπαξ εἰς θάνατον ἐκδοῦναί τινα ἑαυτὸν, ἀλλὰ δεῖ καθημερινοῦ. Καθ' ἡμέραν γάρ, φησιν, ἀποθνήσκω. Πολλῆς οὖν δεῖ ὑπομονῆς εἰς τοῦτο, ἵνα καὶ ὁ συμβασιλεύσῃ ἡμῖν παρεγένηται.

Εἰ ἀρνησόμεθα, κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς.] Καὶ ἀπὸ τῶν ἐκ τοῦ ἐναντίου συμβησομένων κατασκευάζει τὸν λόγον. Οὐ γὰρ ἐν τοῖς χρηστοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐναντίοις αἱ ἀμοιβαί. Ὃς γάρ, φησιν, ἀρνήσεταί με, ἀρνήσομαι κἀγὼ αὐτόν. Ἐννόησον δὲ τί παθεῖν ἔοικε τὸν ἀρνηθέντα ὑπὸ Χριστοῦ.

13 Εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει.] Εἰ ἀπιστοῦμεν ὅτι ἀνέστη, οὐδὲν ἀπὸ τούτου βλάπτει. Ἐκεῖνος γὰρ ἀληθής ἐστι, βέβαιός ἐστιν, ἐάν τε πιστεύωμεν, ἄν τε μὴ πιστεύωμεν.

Ἀρή-

Αρνήσασθαι ἑαυτὸν ὑ δύναται] Τυτέσιν, ὑ δύναται μὴ εἶ). Οὐκ ἔχῃ φύσιν εἰς ὃ μὴ ὢν αὐτὸν χωρῆσαι· ἀεὶ μένῃ, κἂν ἡμεῖς μὴ ὁμολογῶμεν αὐτόν. Ωστε οὐκ εἰς ἐκεῖνον ἔρχεται ἡ ὠφέλεια ἢ ἡ βλάβη, κἂν τε ὁμολογῶμεν, κἂν τε ἀρνώμεθα, ἀλλ' εἰς ἡμᾶς ἀμφότερα.

14 Ταῦτα ὑπομίμνησκε.] Ινα μήτις νομίσῃ ὅτι αὐτὸς ὁ Τιμόθεος ἐδέετο ταῦτα διδαχθῆναι, φησὶ, Τοὺς ἄλλους ὑπομίμνησκε.

Διαμαρτυρόμενος ἐνώπιον τοῦ Κυρίου, μὴ λογομαχεῖν εἰς οὐδὲν χρήσιμον, ὀπὶ καταστροφὴ τῶν ἀκουόντων.] Επειδὴ λιχνίαν ἔχει τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀεὶ βούλεται ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ συζητεῖν καὶ λογομαχεῖν, σὺ, φησι, διαμαρτύρου αὐτοῖς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, μὴ λογομαχεῖν· διὰ τοῦτο, φησὶν, παρακαλεῖ, μαρτυρα παραλαμβάνων τὸν Θεὸν, ἵνα εἰδῶσιν, ὅτι ἐὰν σε καταφρονήσωσιν, ἐκεῖνος αὐτοὺς κρινεῖ. Οὐ μόνον γὰρ οὐδὲν χρησιμεύει ἡ λογομαχία, οὐδὲ φέρει τι κέρδος, ἀλλὰ καὶ βλάβην πολλὴν φέρει). καταστρέφει γὰρ ἡ πίστις τῶν ἀκουόντων, ὥσπερ τις πύργος, ὑπὸ μηχανῶν λίθων τῶν συζητήσεων.

15 Σπούδασον σεαυτὸν δόκιμον παραστῆσαι τῷ Θεῷ, ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον.] Ερμηνεύει πῶς δεῖ δόκιμος γένεσθαι· εἰ ἐργάτης ἀνεπαίσχυντος εἴη· τυτέσιν, εἰ μηδὲν τῶν εἰς εὐσέβειαν ἡκόντων ἐπαισχύνοιτο) ποιῶν. Οὕτω γὰρ δόκιμήσεις παρὰ τῷ δεσπότῃ, πολλὰ ὑφιστάμενος ὑπὲρ αὐτοῦ, πολλὰ ἐργαζόμενος. Πανταχοῦ δὲ πολλαχοῦ τὸ αἰσχύνης ποιεῖται τίτλον ἀπρεπείας, ὅτι τοῖς πολλοῖς αἰσχύνη ἐστὶ καὶ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ, ἐν ὃ κήρυγμα αὐτοῦ, ὡς ἰδιωτικόν· καὶ αὐτοὶ οἱ ἀπόστολοι, ὡς εὐτελεῖς, καὶ τὰ ἔσχατα πάσχοντες. Σὺ οὖν, φησι, μὴ ἐπαισχύνου.

Ορθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας.] Πολλοὶ γὰρ παραπαίουσιν αὐτὸν καὶ παρέλκουσιν, ἀλλὰ σὺ τεῖνε ὃ ὀρθὸν ἄγε. Η ὅτι οὐκ εἶπεν, ἀποκλίνοντα, ἀλλὰ

Negare ſeipſum non poteſt.] Hoc eſt, non poteſt non eſſe: non habet naturam, ut in nihilum abeat: ſemper manet, etiamſi nos non confiteamur illum. Proinde non ad illum venit commodum aut damnum, ſive profiteamur ipſum, ſive negemus, verùm ad nos utraque perveniunt.

14 *Hæc commone.*] Ne quis exiſtimet Timotheum ipſum iſta diſcere oportere, Alios, inquit, admoneas.

Teſtificans coram Domino, non contendere verbis ad nullam utilitatem, ad ſubverſionem audientium.] Quia voluptas huic rei ineſt, animáque humana nunquam non cupit inquirere atque verbis contendere; Tu, inquit, ipſis teſtificare coram Deo, ne ſint contentioſi: hoc eſt, præcipe ipſis, in teſtem Deum aſſumens, ut ſciant quòd ſi te contempſerint, ille eos judicabit. Non ſolùm enim nihil prodeſt verborum pugna, neque quicquam lucri affert, verumetiam magnum detrimentum indeoritur. Subvertitur enim auditorum fides, veluti turris aliqua, diſputationum phalangis.

15 *Solicitè cura teipſum probatum exhibere Deo, operarium inconfuſibilem.*] Interpretatur quomodo probatus fiat, nimirum ſi operarius ſit *inconfuſibilis*: hoc eſt, ſi ipſum nihil eorum quæ ad pietatem pertinent, facere pudeat. Sic enim probatus eris apud Dominum, ſi omnia ejus causâ ſuſtineas, omnia opereris. Ubique autem ſedulò mentionem facit pudoris, eo quòd multis ignominioſa res videbatur & crux Chriſti, & prædicatio ejus; utpote quæ rudis erat: atque ipſi etiam Apoſtoli, ceu contemptibiles, atque extrema paſſi. Tu igitur, inquit, ne rubore ſuffundaris.

Rectè tractantem verbum veritatis.] Plerique enim divellunt & torquent ipſum; tu verò ad id quòd rectum eſt, adducito. Vel quia non dixit, *dirigentem*, aliud quiddam

dam nobis intelligendum dedit. Veluti enim de pelle quapiam & loro, ſuperflua quædam & corrupta continente, à prædicatione tua aliena abſcinde, inquit, & verbi gladio diſſeca.

Prophana autem inaniloquia devita.] Hoc eſt, averſare. Ubique autem *Chryſoſtomus* pro, κενοφωνίας, id eſt, vaniloquentias, καινοτομίας, hoc eſt, vocum vel rerum novarum ſtudium, intelligendum innuit. Nonnulli autem, περίϊσσον, pro, valde inſta, ut ceſſare facias & prohibeas, accipiunt: quod ſanè non convenit.

Ad majorem enim impietatem proficient. 17 *Quorum ſermo, ut cancer, ſerpit.*] Malum eſt, inquit, quod cohiberi non poſſit, nec ulteriùs medicinam admittit: nam omnia vaſtant, & ſunt incorrigibiles. Cancer enim morbus eſt putredinem efficiens, adeóque circumcirca omnia depaſcens.

Ex quibus eſt Hymenæus & Philetus. 18 *Qui à veritate exciderunt, dicentes, reſurrectionem jam factam eſſe, ac ſubvertunt quorundam fidem.*] Rectè paulò antè dixit, *Ad majorem impietatem proficient.* Videtur enim malum hoc unicum eſſe, quod de reſurrectione diſſeminant: multa tamen ex eo alia abſurda naſcuntur. Si enim reſurrectio jam facta eſt, ſublatum eſt judicium, & retributio, & boni quidem hìc retulerunt mœrores & afflictiones: pravi verò, per delicias ſcilicet ac voluptates, puniti ſunt. Quid itaque virtute opus eſt, ſi hujuſmodi ſint remunerationes? Non dixit autem, Omnium fidem, ſed, *quorundam*, nempe debiliorum. Infert igitur.

19 *Sed firmum fundamentum Dei ſtat.*] Quod dicit, eſt hujuſmodi: Non omnes ſubverſi ſunt, ſed inſtabiles tantùm. Niſi enim tales fuiſſent, non excidiſſent à fide. Quemadmodum neque Adam ante oppugnationem firmus erat: at verò qui fixi ſunt, ſteterunt firmi & immobiles. Adverte autem, & *firmum*, dixit, & *fundaτι δέδωκε νοῆσαι. ὥσπερ ὅταν δέρματός τινος καὶ ἱμάντος περιττά τινα καὶ νόθα ἔχοντος, τέμνε, φησὶ, τὰ ἀλλότρια ἀπὸ τοῦ κηρύγματος, καὶ ἔκκοπτε τῇ μαχαίρᾳ τοῦ λόγου.

16 Τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας περίϊσσον.] Τουτέστι, σφόδρα. Παντάχου δὲ ὁ μακάριος Ἰωάννης κενοφωνίας, τὰς καινοτομίας δίδωσι νοῆσαι. Τινὲς δὲ ὅτι, περίϊσσον, ἀντὶ τοῦ, περιττῶς ἴσασον, εἰς τὸ παῦσαι καὶ κωλύσαι, νοοῦσιν. ὅπερ οὐκ ἔστιν.

Ἐπὶ πλεῖον γὰρ προκόψουσιν ἀσεβείας. 17 Καὶ ὁ λόγος αὐτῶν, ὡς γάγγραινα, νομὴν ἕξει.] Ἀκαθάρτου, φησὶν, ὄντος τοῦ κακοῦ, οὐκέτι ἰατρείαν δεχόμενον. Τὸ γὰρ λυμαῖνον, καὶ ἀδιόρθωτοί εἰσι. Γάγγραινα γὰρ νόσημά ἐστι σηπεδόνας ἐργαζόμενον, καὶ τὰ κύκλῳ ὑπονεμόμενον.

Ὧν ἐστιν Ὑμέναιος καὶ Φίλητος· 18 Οἵτινες περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστόχησαν, λέγοντες τὴν ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι, καὶ ἀνατρέπουσι τινῶν πίστιν.] Καθαρώτερον εἶπε δὲ, Ἐπὶ πλεῖον προκόψουσιν ἀσεβείας. Δοκεῖ μὲν γὰρ τοῦτο μόνον εἶναι δεινὸν, τὸ περὶ τῆς ἀναστάσεως· πολλὰ μέντοι ἐξ αὐτοῦ τίκτεται. Εἰ γὰρ ἡ ἀνάστασις ἤδη γέγονεν, ἀνῄρηται ἡ κρίσις καὶ ἡ ἀνταπόδοσις, καὶ οἱ μὲν ἀγαθοὶ ἀπέλαυσαν ὀδυνῶν καὶ θλίψεων· οἱ δὲ φαῦλοι "ἐκολάσθησαν πεφυσῶντες. καὶ τί δεῖ λοιπὸν ἀρετῆς, εἰ αἱ ἀμοιβαὶ τοιαῦται; Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι τινῶν πίστιν, ἀλλὰ, τινῶν, τουτέστι, τῶν ἀσθενεστέρων. ὑποφέρει οὖν.

19 Ὁ μέντοι στερεὸς θεμέλιος τοῦ Θεοῦ ἕστηκεν.] Ὁ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. Οὐ πάντες ἀνετράπημεν, ἀλλ' οἱ ἀβέβαιοι. Εἰ γὰρ μὴ τοιοῦτοι ἦμεν, οὐκ ἂν κατέπεσον. ὥσπερ οὖν ὁ Ἀδὰμ πρὸ τῆς προσβολῆς βέβαιος ἦν· οἱ μέντοι πεπηγότες ἑστήκασι βέβαιοι καὶ ἀκίνητοι. Ὁρᾷς δὲ, καὶ στερεὸς, καὶ θεμέλιος·

"γ. ἐκλείπει ἐνταῦθα.

θεμέλιος. ἕτως ἔχεθαι δεῖ τῆς πίστεως.

Ἔχων τὴν σφραγῖδα ταύτην· Ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ. καὶ, Ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας πᾶς ὀνομάζων τὸ ὄνομα Κυρίου.] Τουτέστιν, ἔχων ὥσπερ λίθος τις γράμματά τινα καὶ γνωρίσματα ἐγκεκολαμμένα αὐτῷ δι' αὐτῶν τῶν ἔργων, καὶ αὐτῷ ἐφαρμόζοντα, τὸ, Ἔγνω Κύριος, καὶ τὰ ἑξῆς. Τουτέστι, προεγνώσθησαν ὑπὸ Θεοῦ, ὡς αὐτοῦ ὄντες ὁλοτελῶς· καὶ προεξελέγησαν, ὥστε μὴ συναπατᾶσθαι τοῖς ἀθεμελίοις. Ἀδικίας δὲ, τῆς ἐν δόγμασι πλάνης φησὶν, ἢ ἁπλῶς πάσης ἀδικίας. Ὁ ἀδικῶν οὐκ ἔστι τοῦ θεμελίου, οὐκ ἔστι τοῦ Θεοῦ· Πῶς γὰρ, ἐκεῖνος δικαίου ὄντος; οὐκ ἔχει τὴν σφραγῖδα. Ὅρα δὲ ὅτι εἰ ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα Κυρίου, ὀφείλει ἀφίστασθαι ἀπὸ ἀδικίας, ὁ μὴ ἀφιστάμενος, οὐδὲ ὀνομάζειν ἄξιος. Οὐχ ὡραῖος γὰρ αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ.

20 Ἐν μεγάλῃ δὲ οἰκίᾳ οὐκ ἔστι μόνον σκεῦη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα καὶ ὀστράκινα.] Ἐπειδὴ πολλοὶ ταραττοῦσι, Διὰ τί εἰσιν ἐν τῷ κόσμῳ οἱ πονηροὶ, ἀφεὶς τὰς ἄλλας αἰτίας ὁ Παῦλος, νῦν τοῦτόν φησι· διότι καὶ ἐν μεγάλῃ οἰκίᾳ σκεῦη εἰσὶ διάφορα. Μεγάλην δὲ οἰκίαν, τὸν κόσμον φησίν· οὐ γὰρ τὴν ἐκκλησίαν· ἐν ταύτῃ γὰρ οὐδὲν ξύλινον εἶναι βούλεται, ἀλλὰ πάντα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἔνθα σῶμα Χριστοῦ, ἔνθα "παρθένος μὴ ἔχουσα κηλῖδα.

"χ. παρεμβολή.

Καὶ ἃ μὲν ἔστιν εἰς τιμὴν, ἃ δὲ εἰς ἀτιμίαν.] Τὰ μὲν χρυσᾶ, ἤτοι οἱ ἀνάρετοι, εἰς τιμὴν· τὰ δὲ ξύλινα καὶ ὀστράκινα, τουτέστιν, οἱ φαῦλοι, εἰς ἀτιμίαν. Οὐκ εἶπε δὲ, εἰς χρῆσιν καὶ ἀχρησίαν, διότι καὶ οἱ φαῦλοι, εἰ καὶ μὴ πρὸς ἀρετὴν, ἀλλά γε πρὸς τὸν κόσμον ἁπλῶς σύστασιν χρησιμεύουσι, καὶ πρός τινας δὲ οἰκονομίας, ὡς ὁ Φαραώ.

21 Ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν ἀπὸ "τούτων, ἔσται σκεῦος εἰς τιμὴν ἡγιασμένον.] Ὁρᾷς ὅτι οὐ φύσεώς ἐστιν,

"χ. τῶν τοιούτων.

mentum. Hunc in modum fidei adhærendum est.

Habens signaculum hoc: Novit Dominus qui sint sui: ac, Discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.] Hoc est, habens tanquam lapis aliquis literas quasdam & notas sibi insculptas per ipsa opera, eásque sibi convenientes, istud, *Novit Dominus*, & quæ sequuntur: hoc est, à Deo sunt prægogniti, ut qui omnino ad eum pertineant: atque prælecti sunt, ne pervertantur cum putridioribus. Iniquitatem autem errorem appellat in dogmatibus, vel simpliciter, quamcunque injustitiam. Qui enim injurius est, non est fundamenti, non est Dei, (Quomodo enim, cùm ille justus est?) non habet signaculum. Expende autem, quòd si is qui nominat nomen Domini, ab injustitia desistere debet; qui non desistit, ne dignus quidem est qui nomen Domini nominet. Non est enim speciosa laus in ore peccatoris.

20 *In magna autem domo non solùm sunt vasa aurea & argentea, verumetiam lignea atque testacea.*] Quia multi turbati quærunt quam ob causam sint in mundo pravi, aliis causis dimissis, nunc hanc reddit: propterea quòd in magna domo vasa sunt diversa. Magnam autem domum mundum dicit, non ipsam Ecclesiam: in ea enim nihil vult esse ligneum, sed omnia aurea & argentea, ubi Christi corpus est, ubi virgo est quæ maculam non habet.

Et quædam quidem sunt in honorem, quædam autem in contumeliam.] Aurea sanè vasa, hoc est, virtutibus compti, ad honorem; lignea verò ac testacea, hoc est, scelerati, ad ignominiam servantur. Non autem dixit, in usum & inutilitatem: pravi enim etsi non ad virtutem, ad mundi tamen constitutionem utiles sunt, & ad quasdam dispensationes, ut Pharao.

21 *Si quis ergo emundaverit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum.*] Animadvertis quòd non est naturæ, neque materialis

terialis neceſſitatis, ut Manichæi dicunt, eſſe aureum ac teſtaceum quempiam, ſed voluntatis noſtræ? Licet enim cuivis ſeipſum emundare, hoc eſt, perfectè mundare à teſtacea ac lignea voluntate, aureámque & argenteam efficere. Paulus erat teſtaceus, ſed factus eſt aureus: Judas contrà aureus erat, ſed factus eſt teſtaceus. Atqui ſi teſtacea vituperantur, quomodo alio in loco dicit, *Habentes theſaurum hunc in vaſis fictilibus?* Illic de corporis natura loquitur. Quemadmodum enim teſta nihil eſt aliud atque lutum torrefactum, ſic & corpus noſtrum nihil aliud eſt atque lutum animæ calore firmatum. Hîc autem de voluntate loquitur. 2. Cor. 4. 7.

Et utile Domino.] Lignea igitur inutilia ſunt ad præcipuum ſcopum Domini Dei, qui vult omnes homines ſalvos fieri, etiamſi aliâ quadam ratione, ut dictum eſt, utilia eſſe videantur.

Ad omne opus bonum paratum.] Hoc eſt, etiamſi tempus vel opportunitas agendi non fuerit, attamen paratum erit ſive ad martyrium, ſive ad virginitatem.

22 *Juvenilia autem deſideria fuge.*] Juveniles cupiditates non ſolius fornicationis ſunt, verùm etiam omnis abſurda concupiſcentia, ſivę imperium, ſive opes expetat aliquis: ſtultæ enim ſunt ejuſmodi cupiditates & imaginationes, inſtabiliúmque mentium. Vide autem quomodo grandævus ac ſenio confectus juvenum mores imitatur.

Sectare juſtitiam.] Per juſtitiam, omnem virtutem complectitur.

Fidem.] Veram & ſtabilem, & erga eos quos ames, affectum: perinde quaſi dicat, Ne ſis infidelis & inſtabilis. Statim igitur infert:

Charitatem, pacem cum iis qui invocant Dominum ex puro corde.] Hoc eſt, illis tantummodo fidę, qui citra dolum invocant Dominum, pacificis, pugnâ carentibus, cum illis converſare.

σοῦ τ ὑλικῆς αἰσθήσεως, ὡς οἱ Μανιχαῖοί φασι, τὸ εἶ χρυσοῦν ἢ ὀστράκινον, ἀλλὰ τ προαιρέσεως ἡμῶν; Ἔξεστι γὰρ ἑκάστῳ ἑαυτὸν ἐκκαθαίρειν, τουτέστι, τελείως ἀποκαθαίρειν ἀπὸ τ ὀστρακίνης κ ξυλίνης προαιρέσεως, κ χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν ἐξεργάζεσθαι. Ὁ Παῦλος ὀστράκινος ἦν, ἀλλ' ἐγένετο χρυσοῦς· ὁ Ἰούδας αὖ χρυσοῦς ἦν, ἀλλ' ἐγένετο ὀστράκινος. Εἰ οὖν σκεύεσιν τὰ ὀστράκινα, πῶς ἀλλαχοῦ φησιν, Ἔχοντες τ θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν; Ἐκεῖ μὲν τ τοῦ σώματος φύσιν φησίν. Ὥσπερ γὰρ τὸ ὄστρακον οὐδέν ἄλλό ἐστιν ἢ πηλὸς ὠπτημένος, οὕτω κ τὸ σῶμα ἡμῶν οὐδέν ἄλλο ἢ πηλός τῇ θερμότητι τ ψυχῆς πεφυσιωμένος. ἐνταῦθα δὲ περὶ τ προαιρέσεως.

Καὶ εὔχρηστον εἰς διακονίαν.] Ἀφ' οὗ οὖν τὰ ξύλινα ἄχρηστά εἰσι πρὸς τ προκειμένου σκοπὸν τ διακονίαν Θεοῦ, ὅστις θέλει πάντας σωθῆναι, κἂν, ὡς εἴρηται, δοκῶσι καθ' ἄλλον τρόπον χρησιμεύειν.

3 *Ampliori enim gloriâ iſte præ Moſe dignus eſt habitus, quanto ampliorem honorem habet domo is qui fabricavit illam.* 4. *Omnis namque domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creavit, Deus eſt.*] Ecce hîc eſt excellentia quâ Dominus Moſen exuperat. Fidelis, inquit, erat & ille in tota domo, hoc eſt, in populo: veruntamen & ipſe erat unus ex domo. Homo enim, & ipſe perinde ac cæteri, (etiamſi ſanctus erat) & conſervus ipſis erat: quemadmodum in ædibus procuratores, etiamſi cæteros præcellant, aliis tamen conſervi ſunt. Quoniam igitur & ipſe pars domûs erat, conditus eſt & ipſe à quopiam, & qui condidit ipſum, excellit eum omnino. Condidit autem eum Filius Dei, qui carnem accepit, & pontifex propter ipſum audiit: excellit itaque eum. Animadverte itaque quomodo comparationem à carne auſpicatus eſt: conſcendit autem ad divinitatem, & conditorem operibus incomparabiliter præſtantiorem eſſe demonſtravit.

5 *Et Moſes quidem fidelis erat in tota domo ejus, tanquam famulus, in teſtimonium eorum quæ dicenda erant:* 6 *Chriſtus verò tanquam Filius.*] En aliam hîc præſtantiam adducit. Moſes, inquit, erat fidelis veluti miniſter, propterea conſtitutus, ut Domini negotia cæteris famulis explicaret, atque ut in judicio Deo teſtis eſſet

ἢ ἀπέσολον. ὁ γὰρ περὶ οὐσιώσεως ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ παραχωρήσεως. Πιστὸς οὖν ἐστι, τουτέστιν, οἰκονομικὸς, προϊσάμενος τὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ οὐκ ἐῶν αὐτὰ φθείρεσθαι, ἀλλὰ τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς περιποιούμενος. Ὡς καὶ Μωϋσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, τουτέστιν, ἐν τῷ λαῷ. οἶκον γὰρ τὸν λαὸν " λέγει, ὡς ἡμεῖς εἰωθαμεν " λέγειν, ὁ δεῦρο τοῦδε τοῦ οἰκίας ἐστὶν. Αὐτοῦ ἦ, ὅτι τοῦ Θεοῦ, ἢ τοῦ Μωϋσέως. ἢ γὰρ ἢ τοῦ Μωϋσέως ἐλέγετο ὁ λαὸς, ὡς Ὅ, Ὁ λαός σου ἥμαρτεν. ὡς ἐπίτροπος, φησι, καὶ οἰκονόμος οἰκίας, ἅτως ἦν Μωσῆς τῷ λαῷ.

" κ. καλεῖ.

3 Πλείονος γὰρ δόξης ἔοικε παρὰ Μωσέως ἠξίωται, καθ' ὅσον πλείονα τιμὴν ἔχει τοῦ οἴκου ὁ κατασκευάσας αὐτόν. 4 Πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεταί τινος· ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, Θεός.] Ἰδοὺ σαφῶς ἡ ὑπεροχὴ, ἣν ἔχει ὁ Κύριος πρὸς Μωϋσέα. Φησὶν οὖν, ὅτι πιστὸς μὲν ἦν καὶκεῖνος ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ, τουτέστιν, ἐν τῷ λαῷ· πλὴν καὶ αὐτὸς εἷς ἦν τοῦ οἴκου· ἀνθρωπος γὰρ καὶ αὐτὸς, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ (εἰ καὶ ἅγιος) καὶ ὁμόδουλος αὐτοῖς· ὡς καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ οἱ ἐπίτροποι, εἰ καὶ προέχουσι τῶν λοιπῶν, πλὴν ὁμόδουλοι τοῖς ἄλλοις. Ἐπεὶ οὖν καὶ αὐτὸς μέρος τοῦ οἴκου ἦν, ἔκτισταί καὶ αὐτὸς ὑπό τινος, καὶ ὁ κτίσας αὐτὸν ὑπερέχει αὐτοῦ πάντως. Ἔκτισε δὲ αὐτὸν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ σάρκα λαβὼν, καὶ ἀρχιερεὺς δι' " αὐτὸν χρηματίσας· καὶ ὑπερέχει ἄρα αὐτοῦ. Ὅρα οὖν πῶς ἤρξατο μὲν τῆς συγκρίσεως ἀπὸ τῆς σαρκὸς, ἀνέβη δὲ εἰς τὴν θεότητα, " καὶ ἀσυγκρίτως ὑπερέχειν τὸν ποιητὴν τοῦ ποιήματος ἔδειξε.

" κ. αὐτόν.

" κ. ἔνθα.

5 Καὶ Μωσῆς μὲν πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ὡς θεράπων, εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων· 6 Χριστὸς δὲ ὡς υἱός.] Ἰδοὺ καὶ ἄλλην ὑπεροχὴν δείκνυσιν· ὅτι ὁ μὲν Μωσῆς πιστὸς ἦν, ὡς θεράπων, ἕνεκα τούτου καταστὰς, ἵνα λαλῇ τὰ τοῦ δεσπότου τοῖς λοιποῖς οἰκέταις, καὶ μάρτυς ᾖ τῷ Θεῷ ἐν τῇ κρίσει

χρίσῃ τῶν λαληθέντων. Εἰ γὰρ ἡ θρανὸν καὶ μάρτυρα καὶ γῆν, ὡς ὅ, Ακουε θρανέ, καὶ ἐνωτίζου ἡ γῆ· ἢ φάραγγας, ὡς ὅ, Ακούσατε φάραγγες καὶ θεμέλια τῆς γῆς· πολλῷ μᾶλλον ἄνθρωπον. Ο ὖν Χριστὸς πιστός ἐστιν, ὡς υἱὸς γνήσιος καὶ κληρονόμος, τὰ πατρῶα δίκαιος ἐπὶ ὅ τῷ πατρὸς θέλημα. Πάμπολυ ὖν ἢ ἀσύγκριτον ὅ μέσον τοιούτου δεσπότου καὶ δούλου.

Επὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ· ὃ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς, ἐάνπερ τὴν παῤῥησίαν ἢ ὅ καύχημα τῆς ἐλπίδος ἄχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν.] Οἶκος μὲν τοῦ Μωϋσέως ὁ λαὸς, ὃ μέρος ἢ αὐτὸς μέν. Οἶκον ἔχει δὲ ὁ Χριστὸς, ἡμᾶς· ἀλλ' ἐὰν μέχρι τέλους ἐσῶντες ὦμεν, ἢ μὴ καταπέσωμεν. Ενταῦθα " γὰρ παρηκέπτει αὐτοὺς χαρτερεῖν ἐν ταῖς θλίψεσι, καὶ μὴ σκυλεύεσθαι· ὕπου γάρ ἐσόμεθα οἶκος Θεοῦ, ὥσπερ μὲν Μωσῆς. Εγκωμιάζει ὖν αὐτοὺς, δείκνυς ὅτι ἤρξαντο μέν, δεῖ ὖν δὲ * τέλος προσθεῖναι. * Καλῶς ὖν εἶπε, παῤῥησίαν ἢ καύχημα ἐλπίδος. Καὶ γὰρ ἐλπίζων τις βεβαίως, ὅτι ἔσται ἀνταπόδοσις, καυχᾶται ἐντεῦθεν ἤδη, ὡς ὑπεγγυωμένοις τοῖς ἐλπιζομένοις, ἢ δ' καταδύεται, ἀλλὰ παῤῥησίαν ἔχει μᾶλλον, ὅταν θλίβηται ἔχῃ τὸν ἀγαπώμενον αὐτῷ Χριστόν.

7 Διὸ, καθὼς λέγει ὅ Πνεῦμα ὅ ἅγιον· Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, 8 Μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ, κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ· 9 Οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν, ἐδοκίμασάν με, καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου τεσσαράκοντα ἔτη. 10 Διὸ προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, καὶ εἶπον· Αἰεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ· αὐτοὶ ὖν οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου. 11 Ως ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, Εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου.] Περὶ ἐλπίδος διελέχθη, καὶ ὅτι χρὴ βεβαίως προσδοκᾶν μισθόν τινα ἔχειν, καὶ ἀνάπαυσιν ἀντὶ τῶν πόνων κεμνῶν· καὶ δείκνυσι τοῦτο ἀπὸ τοῦ προφήτου λέγοντος, ὅτι μὴ-

set eorum quæ dicta erant. Si enim cœlum ac terram vocet testes, quemadmodum illud, *Audi cœlum, & ausculta terra:* & valles, ut in eo loco, *Audite valles fundamenta terræ*; multo magis hominem. Christus autem fidelis est, ut filius genuinus & hæres, res paternas administrans secundùm patris voluntatem. Magnum autem & omnino incomparabile discrimen est inter talem dominum & servum. Deut. 32. Mich. 6.

In domo sua: cujus domus nos sumus, si fiduciam & gloriationem spei ad finem usque firmam retineamus.] Domus Mosis erat populus, cujus & ipse pars erat. Christus etiam domum habet, nos videlicet: at si ad finem usque perstitamus, neque decidamus. Hìc enim adhortatur eos perseverare in afflictionibus, & non labefactari: hac enim ratione erimus domus Dei, perinde ac erat Moses. Laudat autem eos, ostendens quòd inceperint quidem, oportet autem & finem addere. Pulchrè autem dixit, *fiduciam & gloriationem spei.* Firmiter enim quispiam sperans futuram compensationem, jam inde gloriatur, ceu quæ sperârit, præstò sint, nec animo dejicitur, sed fiduciam potiùs habet, si quando affligatur propter dilectum sibi Christum.

7 *Quapropter, sicut dicit Spiritus sanctus: Hodie si vocem ejus audiveritis,* 8 *Nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione, secundùm diem tentationis in deserto,* 9 *Ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt me, & viderunt opera mea quadraginta annis.* 10 *Propter quod infensus fui generationi huic, & dixi, Semper errant corde: ipsi autem non cognoverunt vias meas.* 11 *Sicut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.*] De spe disputavit, ac quòd mercedem aliquam & requiem pro laboribus quos hìc toleramus, illic expectare oporteat: atque istud ex Propheta ostendit, qui dicit, quòd ii Psal. 94.

qui

qui credunt, in requiem introibunt, quemadmodum qui non credunt, non ingredientur, ut neque olim illi. Nam Hebræi poſtquam mare rubrum pertranſiſſent, ac in deſerto innumera Dei erga ſe curæ & potentiæ indicia accepiſſent, decreverunt ſpeculatores mitere, qui terræ naturam explorarent, ad quam ingreſſuri erant. Iſti verò qui profecti fuerant, reverſi ſunt, naturam quidem terræ admirantes, ſed aſſeverantes inexpugnabiles eſſe homines qui eam terram inhabitarent. Populus igitur, cùm debuiſſet expendere Dei inſuperabilem potentiam, conſternati potiùs ſermonibus hiſce, murmurabant, atque in Ægyptum reverti oportere cenſebant. Indignatus itaque Deus, quòd adeò celeriter tot admirabilium operum ſuorum memoriam repuliſſent, juravit non ingreſſuram generationem illam quæ murmurâſſet, in terram promiſſionis: unde omnes etiam perïerunt in deſerto, præter Chaleb & Jeſum. Quia igitur David poſt generationem illam loquens, dixit: Hodie ſi vocem ejus audiveritis, non obduretis corda veſtra, ne eadem patiamini quæ majores veſtri, ac orbemini requie videlicet: quaſi alia quædam ſit requies quam nos obtinere debemus, hæc dicit. Nam ſi revera requiem accepiſſent, quam ob cauſam diceret, Hodie ne induretis corda veſtra, patrum veſtrorum inſtar, ne non ingrediamini in requiem? Quæ igitur alia eſt requies præter regnum cœlorum, cujus imago fuit & ſabbatum, & typicè factus ingreſſus in Paleſtinam per incredulæ generationis filios? Tres enim ſunt quietes: prima eſt Sabbati, in quo Deus quievit ab operibus ſuis, de quo nunc Davidem loqui non eſt veriſimile, ut quæ olim ſit facta. Altera eſt, ingreſſus in terram promiſſionis, in quam ingreſſi Judæi ceſſaturi erant, ac quietem habituri à præliis & errore. Ne-

λοισιν εἰσελθεῖν εἰς καπάπαυσιν οἱ πιστεύοντες, ὡς οἵ γε ἀπιστοῦντες οὐκ εἰσελεύσονται), ὥσπερ οὐδὲ οἱ πάλαι ἐκεῖνοι. Μετὰ γὰρ τὸ περάσαι τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν οἱ Ἑβραῖοι, καὶ μυρία λαβεῖν ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῦ τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτοὺς κηδεμονίας καὶ δυνάμεως τεκμήρια, ἐβουλεύσαντο κατασκόπους πέμψαι διασκεψομένους τὴν φύσιν τῆς γῆς, εἰς ἣν ἔμελλον εἰσελθεῖν. οἱ δὲ ἀπελθόντες ὑπερέφρεψαν, τὴν μὲν φύσιν τῆς " γῆς θαυμάζοντες, " χ. χώρας. ἀνθρώπους μέντοι ἀπροσμαχήτους κατοικεῖν ταύτην λέγοντες. Ὁ τοίνυν λαὸς δέον ὑπολογίσασθαι τὴν τοῦ Θεοῦ ἀκαταμάχητον δύναμιν, καταπλαγέντες τοῖς λόγοις τούτοις, " ἐγόγγυζον, καὶ εἰς Αἴ- " χ. κατεγόγγυζον. γυπτον ἀποστρέφεσθαι * ἐδόκουν. * τύπους. Ὀργισθεὶς οὖν ὁ Θεὸς, ὅτι οὕτω ταχέως τὴν τοσούτων θαυμασίων μνήμην ἀπώσαντο, ὤμοσε μὴ εἰσελθεῖν τὴν γενεὰν ἐκείνην τὴν γογγύσασαν εἰς τὴν γῆν ἐπαγγελίας· ὧν δὴ πάντες ἀπώλοντο ἐν τῇ ἐρήμῳ, πλὴν Χαλὲβ καὶ Ἰησοῦ. Ἐπεὶ οὖν μὴ τὴν γενεὰν ἐκείνην ὁ Δαβὶδ ἐξαλείφων ἔλεγεν, ὅτι σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, καὶ μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ἵνα μὴ τὰ αὐτὰ πάθητε ἅπερ οἱ πατέρες οἱ ὑμέτεροι, καὶ ἀποστερηθῆτε τῆς καταπαύσεως· δῆλον ὅτι ὡς ὄντος τινὸς ἑτέρας καταπαύσεως, ἣν ὀφείλομεν καταλαβεῖν, ταῦτα λέγει. ἐπεὶ εἰ ἀπειληφότες ἦσαν ὄντως τὴν κατάπαυσιν, τίνος ἕνεκεν λέγει, Σήμερον μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς οἱ πατέρες, καὶ ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν κατάπαυσιν; Τίς οὖν ἐστιν ἄλλη κατάπαυσις, ἢ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἧς εἰκὼν τό, τε σάββατον, καὶ ἡ τυπικῶς γενομένη εἰς τὴν Παλαιστίνην εἴσοδος τῶν τέκνων τῆς " ἀπιστησάσης γενεᾶς; Τρεῖς γάρ " χ. ἀπιστίας. εἰσι καταπαύσεις, ἥτε μὲν σαββάτου, ἐν ᾗ κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, περὶ ἧς οὐκ ἐοικε νῦν λέγειν ὁ Δαβὶδ, ἅτε πάλαι γεγενημένης· ἡ δὲ εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἴσοδος, εἰς ἣν εἰσελθόντες Ἰουδαῖα, ἔμελλον ἀναπαύσεσθαι τῶν πολέμων, καὶ τῆς πλάνης. Οὐδὲ περὶ

περὶ ταύτης νῦν λέγει. ἡ γὰρ Παλαιστίνη τότε κατείχετο τοῖς Εβραίοις ὅτε τῶν χρόνων Δαβίδ. Πῶς οὖν " ἔλεγε περὶ ταύτης, ὡς ὑποληλυθυίας; ἔοικεν οὖν ἑτέρα τις εἶναι κατάπαυσις, εἰς ἣν Ιησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ οὐκ ἠδυήθη εἰσαγαγεῖν τὸν λαόν. τίς ἂν οὖν εἴη αὕτη ἢ ἡ ἐν οὐρανοῖς; Σπουδάσατε οὖν, ἵνα ταύτης μὴ ἐκπέσητε δι' ἣν ὅ ἀπιστήσαμεν, ὡς καὶ οἱ πατέρες ὑμῶν. Οὕτως μὲν οὖν ὁ νοῦς ὅλου τοῦ χωρίου ἄγει πολλοῦ δεήκων· ἐπεξιτέον δὲ καὶ τοῖς κατὰ μέρος. Εννοεῖ δέ, ὅτι οὐ δεῖ τὸν Θεὸν βιβαίως ἀπαιτεῖν, ἀλλ' ἤτε πείσεται, εἴτε μή, πιστεύειν αὐτῷ. καὶ γὰρ καὶ ἐκείνοις τοῦτο ἐγκαλεῖ, ὅτι ἐπείρασάν αὐτὸν, τουτέστιν, οὐκ ἀδιστακτοῦντες ἐπ' αὐτῷ ἤλπιζον, ὡς πάντα δυναμένῳ.

12 Βλέπετε, ἀδελφοὶ, μήποτε ἔσται ἐν τινὶ ὑμῶν καρδία πονηρὰ ἀπιστίας.] Φοβοῦντός ἐστι τὸ ῥῆμα. Εοικε γὰρ ὅτι ἦσάν τινες ἀπιστοῦντες, ὡς οὐκ ὄντων ἀληθῶν τῶν λεγομένων περὶ ἀνταποδόσεως, καὶ διὰ τοῦτο βουλόμενοι πεῖραν λαβεῖν τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, καὶ εἰς αὐτοὺς προνοίας ἐν τοῖς πεφασμοῖς οἷς εἶχον. Διὰ ταῦτα οὖν ἀσφαλίζεται αὐτοὺς, ἀναμιμνήσκων ὧν ἔπαθον πάλαι οἱ ἀπιστήσαντες. Οὐ τοσοῦτον γὰρ τὰ μέλλοντα φοβερὰ συστέλλει τοὺς πολλοὺς, ὅσον τὰ παρελθόντα, καὶ ἤδη γνώριμα γεγονότα. Ορα δὲ ὅτι καὶ ἀπὸ ἀπιστίας ἔρχεταί τις εἰς ὃ καὶ λογίζεσθαι πονηρὰ καὶ πράττειν ταῦτα.

Εν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος.] Αλλως γὰρ οὐκ εἰσκρίνεται πρόοδον ἡ ἀπιστία, εἰ μὴ ἀποστῇ τις ἀπὸ Θεοῦ. ἕως γὰρ μένει ἡ ἐχόμενος τοῦ Θεοῦ, καὶ πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ, ὡς πάντα δυναμένῳ, οὐδὲν ἡγεῖται ἀδυνάτον.

13 Αλλὰ παρακαλεῖτε ἑαυτοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται.] Τουτέστιν, οἰκοδομεῖτε ἀλλήλους, καὶ ὑποστηρίζετε, ὥστε μὴ πεσεῖν. Εἰ δέ τις πέσοι τις, διορθοῦσθε αὐτὸν ἄχρις οὗ ζῇ·

" χ. ὕστερα λέγειν.

que de hâc nunc dicit. Palæstina enim omnino tum occupabatur ab Hebræis temporibus Davidis. Quomodo igitur de hac tanquam adhuc reſtaret, locutus eſt? Videtur igitur alia quædam requies eſſe, in quam Jeſus Filius Nave non potuit introducere populum. Quæ autem iſta fiet, præter eam quæ eſt in cœlis? Date ergo operam, ne ab hac excidatis propter incredulitatem, perinde ac majores veſtri. Hæc ergo hujus loci ſententia eſt, quæ longè extenditur: at verò ſingula ſpeciatim pertractanda ſunt. Conſidera autem, à Deo non eſſe exigendam rationem, ſed ſive tueatur, ſive non tueatur, credendum ei. Nam & ideo eos accuſat, quòd tentârunt illum, hoc eſt, non citra hæſitationem in ipſum ſperaverint, ut qui omnia poſſet.

12 *Videte, fratres, nequando ſit in aliquo veſtrùm cor malum infidelitatis.*] Perterrefacientis hoc dictum eſt. Veriſimile enim eſt quoſdam fuiſſe, qui ea quæ de retributione dicebantur vera eſſe non credebant, & propterea periculum facere cupiebant divinæ erga ſe potentiæ atque providentiæ in ipſos in tentationibus quibus quatiebantur. Propterea munit eos, ad memoriam eis revocans quæ olim paſſi ſunt increduli. Futura enim pericula pleroſque adeò non cohibent, quantum quæ præterierunt, omnibúſque jam ſint cognita. Obſerva etiam hîc, ab incredulitate quempiam devenire, ut prava cogitet, eademque peragat.

Ut deficiat à Deo vivente.] Non enim aliter invenit aditum incredulitas, niſi quis à Deo deſciſcat. Quamdiu enim aliquis Deo adhæſerit, atque in ipſum ſpem ſuam collocârit, tanquam in eum qui omnia poſſit, nihil arbitratur impoſſibile.

13 *Verùm adhortamini voſipſos per ſingulos dies, donec hodie vocatur.*] Hoc eſt, ædificate vos mutuò, & confirmate ac fulcite, ne cadatis. Si quis autem ceciderit, corrigite ipſum quoad vixerit:

hoc enim significat quod ait, *Donec hodie vocatur.* Spes enim supereſt. Maximè verò cor pravum alicui non insit: Sin fuerit, ne cadat propterea in desperationem, verùm adhortamini ipsum, & suscipite.

Ut non induretur quis ex vobis fallacia peccati.] Hoc est, ne ex desperatione in excœcationem veniat, & callum inducat, atque insanabilis maneat. Quemadmodum enim corpora obdurata & quæ callum induxerunt, medicorum manibus non cedunt: hunc ad modum induratæ animæ non cedunt verbo Dei. Fallaciam autem peccati vocat, vel deceptionem diaboli, nimirum, non sperare futuram retributionem, vel indolentiam. Dicere enim, Prorsus relapsus sum deinceps in peccatum, nulla mihi spes veniæ; revera est peccati impostura. Peccatum enim dum decipit, & ad se pertrahit, talia cogitare facit, juxta
Prov. 18. 3. id quod dictum est: *Impius cùm in profundum malorum inciderit, contemnit.* Qui autem contemnit, is neque credere sustinet. Ex peccato igitur incredulitas. Dixe-
Psal. 93. 7. runt enim: *Non videbit Dominus, neque*
Psal. 9. 34. *intelliget Deus Jacob.* Et rursus: *Dixit enim in corde suo, Non exquiret*: &, *oblitus est Deus*, & quæcunque sunt hujusmodi.

14 *Participes enim Christi effecti sumus.*] Hoc est, unum facti sumus nos & ipse: & sic participamus ejus, ut corpus capitis. Hîc autem spem eis facit, perinde quasi sic dicat: Qui nos adeò dilexit, ut nos suum corpus faceret, haud sinet nos à se divelli, si modo nos velimus. Simul autem & illud tacitè indicat, quod alio in loco dictum est, *Si sustinuerimus, & conregnabimus.* Quandoquidem enim eorundem etiamnum participes sumus, quarum & Christus, afflictionum videlicet, studeamus etiam tum consortes esse gloriæ.

Si tamen initium substantiæ ad finem usque firmum retineamus.] Hoc est, si-

τοῦτο γὰρ δηλοῖ ὅ, ἄχρις οὗ ὁ σήμερον· ἐλπὶς γάρ ἐστι. Μάλιστα μὲν οὖν, μηδὲ ἔστω καρδία πονηρὰ ἐν τινί· εἰ δὲ καὶ γένοιτο, μὴ εἰς ἀπόγνωσιν πιπτέτω, ἀλλὰ παρακαλεῖσθε " αὐτὸν, καὶ ἀναλαμβάνετε. " χρ. ἀναπύω.

Ἵνα μὴ σκληρυνθῇ τις ἐξ ὑμῶν ἀπάτῃ τῆς ἁμαρτίας.] Τουτέστιν, ἵνα μὴ ἐκ τῆς ἀπογνώσεως εἰς πώρωσιν ἔλθῃ, καὶ ἀνίατος μείνῃ. Ὥσπερ γὰρ τὰ πεπωρωμένα σώματα καὶ σκληρὰ οὐκ εἴκει τοῖς τῶν ἰατρῶν χερσίν· οὕτω δὲ αἱ σκληρυνθεῖσαι ψυχαὶ οὐκ εἴκουσι τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ. Ἀπάτην δὲ ἁμαρτίας καλεῖ, ἢ τὴν ἀπάτην τοῦ διαβόλου, τουτέστι, τὸ μὴ ἐλπίζειν ὅτι ἔσται ἀνταπόδοσις, ἢ τὴν ἀναλγησίαν. Τὸ γὰρ λέγειν, ὅτι λοιπὸν ἅπαξ ἥμαρτον, οὐκ ἔχω ἐλπίδας, ἀπάτη ὄντως ἐστὶν ἁμαρτίας. Ἀπατῶσα γὰρ ἡ ἁμαρτία, καὶ ὡσεὶ ἑαυτὴν ἐκτιθεμένη, τοιαῦτα λογίζεσθαι ποιεῖ, καὶ ὁ εἰρημένον· Ἀσεβὴς εἰς βάθος κακῶν ἐμπεσών, καταφρονεῖ. ὁ γὰρ καταφρονῶν, οὐδὲ πιστεύειν ἀνέχεται. Ἐξ ἁμαρτίας ἄρα ἡ ἀπιστία. Εἶπον γάρ, φησὶν, ὅτι οὐκ ὄψεται Κύριος, οὐδὲ συνήσει ὁ Θεὸς τοῦ Ἰακώβ. Καὶ πάλιν· Εἶπε γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐκ ἐκζητήσει· καὶ, Ἐπιλέλησται ὁ Θεός· καὶ ὅσα τοιαῦτα.

14 Μέτοχοι γὰρ γεγόναμεν τοῦ Χριστοῦ.] Τουτέστιν, ἓν ἐσμέν ἡμεῖς καὶ αὐτός· καὶ ὅταν μετέχωμεν αὐτοῦ, ὡς σώματος κεφαλῆς. Ἐνταῦθα δὲ ἐλπίδας αὐτοῖς ἐντίθησιν, ὡσεὶ τοῦτο λέγων· Ὁ ὅτως ἀγαπήσας ἡμᾶς, ὥστε καὶ σῶμα αὐτοῦ ποιῆσαι, οὐκ ἐάσει ἡμᾶς ἀποῤῥαγῆναι αὐτοῦ, ἐὰν μόνον ἡμεῖς θέλωμεν. ἅμα δὲ καὶ σκοπὸν αἰνίττεται ὃν εἰρημένον ἑτέρωθι· Εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν. τῶν αὐτῶν γὰρ μετέχοντες παθῶν, ὧν καὶ ὁ Χριστὸς, τῶν θλίψεων δηλαδὴ, σπουδάσωμεν καὶ τότε μετασχεῖν τῆς δόξης.

Ἐὰν τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως βεβαίαν κατάσχωμεν μέχρι τέλους.] Τουτέστιν,

Τυτέστι, τ πίστιν. δι' αὐτῆς γὰρ ὑπεστήμεν καὶ ὑσιωθήμεν τ θείαν καὶ πνευματικὴν ὑσίωσιν, καὶ ἀναγέννησιν. Καὶ σπεύδει ἵνα μέχρι τέλους ζῶμεν βεβαίως ἐν τῇ πίστει ἀπαιτῶν.

15 Ἐν τῷ λέγεσθαι· Σήμερον ἐὰν τ φωνῆς αὐτ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ.] Καταπεδεικνύει πῶς εἶπε τό, μέχρι τέλους· καὶ φησιν, ὅτι τοῦτο δηλοῦται ἐν τῷ λέγεσθαι, σήμερον. Τὸ γὰρ σήμερον, ἀεί ἐστιν· ὥσπερ καὶ ἀνωτέρω εἶπε· Παρακαλεῖτε ἀλλήλους, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται. Ἢ, ὃ καὶ μᾶλλον ἐγκριτέον, ὡς πολλὰ τὰ ἐν ἁγίοις Ἰωάννῃ ῥηθέν, καθ' ὑπερβατόν ἐστιν, Ἐν τῷ λέγεσθαι, σήμερον ἐὰν τ φωνῆς ἀκούσητε, καὶ τὰ ἑξῆς· Φοβηθῶμεν μήποτε καταλειφθείσης ἐπαγγελίας, καὶ τὰ ἑξῆς.

16 Τινὲς γὰρ ἀκούσαντες παρεπίκραναν.] Ἀκούσαντές, φησι, τ ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ, Ὅτι δώσω ὑμῖν τ γῆν τῶν Χαναναίων, ἠπίστησαν, καὶ παρεπίκραναν τ Θεὸν διὰ τὴν ἀπιστίαν. Βλέπετε οὖν μὴ καὶ ὑμεῖς ἀπιστήσητε τοῖς ἐπαγγελμένοις. Οὐ γὰρ ὠφελήσει ὑμᾶς τὸ ἀκοῦσαι μόνον, ἐὰν μὴ καὶ πιστεύσητε· ὥσπερ οὐδὲ ἐκείνους ὠφέλησεν ἡ ἀκοὴ, ἀλλὰ μᾶλλον διὰ τοῦτο ἀπώλοντο δικαιότερον, ὅτι Θεοῦ λόγοις ἠπίστησαν.

Ἀλλ' οἱ πολλοὶ οἱ ἐξελθόντες ἐξ Αἰγύπτου διὰ Μωϋσέως.] Ὁ γὰρ Χαλὲβ καὶ Ἰησοῦς οὐκ ἠπίστησαν. διὸ καὶ "ἔτυχον τῆς ἐπαγγελίας, καὶ εἰσῆλθον εἰς Παλαιστίνην. "κ ἐπέτυχον.

17 Τίσι δὲ προσώκλισε τεσσαράκοντα ἔτη; οὐχὶ τοῖς ἁμαρτήσασιν, ὧν τὰ κῶλα ἔπεσον ἐν τῇ ἐρήμῳ;] Καὶ ἐρωτήσει πεῖται τ λόγον, διὰ τὸ σαφέστερον καὶ δυνατώτερον. τὰ γὰρ καθ' ἐρώτησιν, ὑπὲρ τῶν ὁμολογουμένων πίπτουσι. Γέγραπται δὲ καὶ τοῦ πυνθάνου. Ἔπεσον γάρ, φησι, τὰ κῶλα αὐτῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, τουτέστι, τὰ μεγάλα τὰ μηριαῖα ὀστᾶ. Ἀπὸ μέρους δὲ τὰ ὅλα σώματα ἐδήλωσε.

dem. Per ipsam enim subsistimus, & divina necnon spirituali essentiâ fundati sumus, atque regeneratione. Hîc itaque firmiter ad finem usque in fide persistere exigit à nobis.

15 *Dum dicitur, Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, quemadmodum in exacerbatione.*] Confirmat quomodo dixerit, *ad finem usque*; & hoc significatur, inquit, per, *Hodie*. Nam hodie, semper est: sicut suprà dixit: *Adhortamini vos mutuò, donec hodie vocatur*. Vel quod magis probandum est, utpote à Divo Chrysostomo dictum, Hyperbaton est, *Dum dicitur, Hodie si vocem ejus audieritis*, &c. *Timeamus ne quando relictâ promissione*, & quæ deinceps sequuntur. Heb. 4. 1.

16 *Quidam enim audientes exacerbaverunt.*] Auditâ, inquit, promissione Dei, nimirum, Dabo vobis terram Chananæorum, non adhibuerunt ei fidem, cæterùm exasperârunt Deum per incredulitatem. Videte igitur ne & vos promissis non credatis. Non enim proderit vobis audire solùm, nisi & credideritis: perinde ac neque illis profuit auditus: quin potiùs ob id justiùs interierunt, quoniam Dei sermonibus non crediderunt.

Sed non universi qui profecti sunt ab Ægypto per Moysen.] Caleb enim & Jesus non fuerunt increduli: eam ob causam assecuti sunt promissionem, ingressíque sunt in Palæstinam. Num. 14.

17 *Quibus autem infensus est quadraginta annis? nonne iis qui peccaverant, quorum cadavera prostrata sunt in deserto?*] Per interrogationem sermonem texit, quò clarior sit, minúsque contradictionis habeat. Interrogationes namque in confessis atque certis ponuntur. Proponit autem & pœnam. Prostrata sunt enim, inquit, in deserto ipsorum κῶλα, hoc est, magna femoris ossa. A parte autem tota corpora significavit.

18 *Quibus autem juravit non intraturos in requiem ſuam, niſi illis qui increduli fuerunt?* 19 *Et videmus quòd non potuerunt introire propter incredulitatem.*] Paulò antè dixit, *iis qui peccaverant*: nunc autem, *iis qui non crediderunt*. Videtur igitur indicare fidelibus iſtis Hæbræis, quòd in alia etiam peccata non pauci eorum ſint lapſi, præter puſillanimitatem & futurorum incredulitatem. Videmus igitur, quòd infideles non ſint ingreſſi in requiem, hoc eſt, ob oculos nobis poſita eſt & in confeſſo peccati pœna.

18 Τίσι ὴ ὤμοσι μὴ εἰσελθύσεαζ εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτῦ, εἰ μὴ τοῖς ἀπειθήσασι; 19 Καὶ βλέπομὲν ὅτι ὐκ ἠδυνήθησ εἰσελθεῖν δι᾽ τὴν ἀπιςίαν.] Ανωτέρω μὲ, ἁμαρτήσασιν, εἶπε· νυνὶ ὴ, ἀπειθήσασιν. Εοικεν οὖν αἰνίτ̃εαζ τοῖς ἐξ Εβραίων τότοις πιςοῖς, ὅτι κὴ εἰς ἄλλας ἁμαρτίας πολλοὶ αὐτῶν ὀλισθήσαντον, μὴ τῦ κὴ μικροψυχεῖν κὴ ἀπιςεῖν τοῖς μαθήσιν. Οἱ τοίνυν ἀπειθήσαντες, βλέπομὲν ὅτι ὐκ εἰσῆλθον· τότεσι, τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῖν ὄντι κὴ ὡμολογημένον ὃ τ ἁμαρτίας ὑπεύθυνον.

CAP. IIII.

ΤImeamus ergo nequando relictâ pollicitatione introeundi in requiem ejus,] Hîc eſt redditio illius, *Dum dicitur, Hodie ſi vocem ejus audierîtis*, & quæ ſequuntur; Metuamus ne & nobis eadem contingant. Cæterùm, *Ergo*, ideo poſitum eſt, quòd longiùs ſit dilata oratio, priuſquam redditio ſequeretur.

Videatur aliquis deeſſe.] Hoc eſt, ne quomodo deficiat, ac fruſtretur ingreſſu in requiem hanc promiſſam. Hilariorem autem & minus moleſtam orationem faciens, non dixit, Ne deſiciat: ſed, *Ne videatur deficere.*

2 *Etenim & nobis nunciatum eſt, quemadmodum & illis, ſed non profuit eis ſermo auditûs.*] Annuntiatum eſt, inquit, perinde nobis de futuris bonis, atque illis typicè de terra: verùm id ſimpliciter nobis non proderit, niſi etiam credamus, omnémque puſillanimitatem deponamus, ut neque illis profuit audiiſſe. Animadverte autem quomodo de nobis loquens, rem ipſam εὐαγγελισμὸν, appellavit, tanquam verorum bonorum promiſſionem, ac quæ veluti poſt trophæa & victoriam dantur: cùm de illis autem loquitur, *ſermonem auditûs* dixit.

ΚΕΦ. Δ.

ΦΟβηθῶμὲν οὖν μήποτε καταλφπομένης ἐπαγγελίας εἰσελθεῖν εἰς τ κατάπαυσιν αὐτῦ,] Ενταῦθ᾽ ἡ ἀπόδοσις τῦ, Εν τῳ λέγεαζ, Σήμερον ἐὰν τ φωνῆς αὐτῦ ἀκούσητε, & τὰ ἑξῆς· Φοβηθῶμὲν μήπως κὴ ἡμῖν τὰ αὐτὰ συμβῇ. Τὸ ὖ, οὖν, ἐτέθη μακρὸν ἀποδεδόαζ τ λόγον, ἐπὶ πλεῖον ἡμερωθῆναι βουλόμενος.

Δοκῇ τις ὑστερηκέναι;] Τουτέσι, μήπως ὑστερήσῃ κὴ ἀπολφθῇ τ εἰσελθεῖν εἰς τ κατάπαυσιν ταύτην τ ἐπαγγελμένην. ἱλαρώτερον ὖ κὴ αἰεπαθέστερον τ λόγον ποιῶν, ὐκ εἶπε, μὴ ὑστερήσῃ, ἀλλὰ, μὴ δοκῇ ὑστερηκέναι.

2 Καὶ γὰρ ἐσμὲν εὐηγγελισμένοι καθάπερ ἐκεῖνοι· ἀλλ᾽ ὐκ ὠφέλησεν ὁ λόγος τ ἀκοῆς ἐκείνους.] Εὐηγγέλισθημὲν καὶ ἡμεῖς περὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, ὥσπερ ἐκεῖνοι τυπικῶς περὶ τῆς γῆς. ἀλλ᾽ ἁπλῶς ὐκ ὠφελήσῃ ἡμᾶς τότο, ἐὰν μὴ κὴ πιςεύωμὲν, κὴ πᾶσαν μικροψυχίαν ἀποθώμεθα, ὥσπερ κὰκεῖνος ἡ ἀκοὴ ὠφέλησεν. Ορα ὖ πῶς ἐφ᾽ ἡμῶν μὲ εὐαγγελισμὸν τ πρᾶγμα ἐκάλεσεν, ὡς ἀληθινῶν ἀγαθῶν ὑπόσχεσιν, καὶ ὡς ἀπὸ τροπαίῳ καὶ νίκης διδομένων· ἐπ᾽ ἐκείνων ὖ, λόγον ἀκοῆς.

Μὴ

Μὴ συγκεκραμένους τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασι.] Τουτέστι, μὴ ἑνωθέντας μηδὲ
"Ιωσ. κα'. συμφερηθέντας" ὅλῃ τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν, ἀλλὰ ἀπορραγέντας αὐτῶν. Θαυμασίως δὲ οὐκ εἶπε, μὴ συμφωνήσαντας, ἀλλὰ, μὴ συγκεκραμένους, ἵνα τὴν ἄκραν ἕνωσιν δηλώσῃ. Ἀκούσαντας δὲ ἐνταῦθα λέγει τοὺς πιστεύσαντας· ὅτοι γὰρ καὶ ὅτι ἀκούσαντες δὴ λέγουσιν. Ὁ δὲ ἅγιος Ἰωάννης, μὴ συγκεκραμένους εἰπόντα, τοὺς περὶ Χαλὲβ καὶ Ἰησοῦν. ὅτι γὰρ ἀστασίαστοι ἔμειναν, οὐδὲ συναπεκράθησαν, οὐδὲ συνέστησαν καὶ συνεφθάρησαν τοῖς ἄλλοις στασιάζουσι, καὶ μίαν πᾶσι γνώμην ἔχουσι. Τίσι δὲ τούτοις; τοῖς ἀκούσασι καὶ μηδὲν ὠφεληθεῖσι. Τοῦτο δὲ κατὰ τὴν μεγάλην αὐτοῦ καὶ βαθεῖαν σοφίαν ὁ ἅγιος ἔφη εἰπών, ἐμοὶ γοῦν ὡς ἀναξίῳ οὐκ ἔδωκε νοῆσαι πῶς ἂν εἶπεν.

3 Εἰσερχόμεθα γὰρ εἰς τὴν κατάπαυσιν οἱ πιστεύσαντες, καθὼς εἴρηκεν· Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, Εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου.] Πόθεν δῆλον ὅτι εἰσελευσόμεθα εἰς τὴν κατάπαυσιν οἱ πιστεύσαντες; ἐκ τοῦ εἰπεῖν τὸν Θεὸν, ὅτι οὐκ εἰσελεύσονται οἱ ἀπιστήσαντες. Ἐξ ἐναντίας γὰρ τοῦτο νοεῖται, καὶ ὥσπερ τοῖς ἀπιστήσασιν ἡ μισθαποδία τῆς ἀπιστίας ὃ μὴ εἰσελθεῖν· οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐκ τοῦ ἐναντίου πιστεύσαντες, ἀμοιβὴν τῆς πίστεως ληψόμεθα τὸ εἰσελθεῖν.

Καίτοι τῶν ἔργων ἀπὸ καταβολῆς κόσμου γεγενημένων. 4 Εἴρηκε γάρ που περὶ τῆς ἑβδόμης οὕτω· Καὶ κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ. 5 Καὶ ἐν τούτῳ πάλιν· Εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου.] Δοκεῖ ἀνακόλουθος εἶναι ὁ λόγος, οὐκ ἔστι δέ· ἀλλὰ τοῦτό φησιν, ὅτι οὐκ ἔχει τις εἰπεῖν, ὅτι Δαβὶδ περὶ τῆς καταπαύσεως λέγει τοῦ Σαββάτου. πῶς γάρ, ἧπερ
"Ιωάννη. πάλαι" γεγένηται, καὶ ὅτε καὶ ἤρξατο ὁ κόσμος τὴν σύστασιν ἔλαβεν; ἀλλὰ δῆλον ὅτι περὶ ἄλλης τινὸς λέγει ὁ Δαβὶδ καταπαύσεως, τῆς εἰς τοὺς οὐρανοὺς εἰσελεύ-

Non admixtis fide iis qui audierant.] Hoc est, non unitis neque consentientibus per fidem cum iis qui audiverant, sed ab ipsis avulsis. Mirè autem non dixit, consentientibus, sed, *non admixtis*, ut summam unionem significet. Qui audierant autem, eos hîc dicit, qui crediderant: isti enim revera audîsse dici queant. Divus autem Joannes Chrysostomus, non admistos, intellexit Caleb & Jesum. Illi enim extra seditionem permanserunt, neq; cæteris commixti sunt, neque simul insurrexerunt & consumpti sunt cum aliis seditiosis, omnibus unam sententiam habentibus. Quibus autem his? nimirum his qui audierunt, nullámque utilitatem receperunt. Hoc verò juxta magnam & profundam suam sapientiam Sanctus iste dixit, mihi autem indigno non dedit intellectum quomodo illud dixerit.

3 *Ingrediemur enim in requiem qui credidimus, quemadmodum dixit: Sicut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.*] Unde perspicuum est quòd ingrediemur in requiem nos qui credidimus? ex eo quia dicit Deus, non ingressuros eos qui non crediderunt. E contrario enim hoc intelligitur, & quemadmodum iis qui non crediderunt merces incredulitatis erat, quòd in requiem non ingrederentur; ita è contrà nos qui credidimus, ceu fidei mercedem introitum accipiemus.

Et quidem operibus ab institutione mundi perfectis. 4 *Dixit enim in quodam loco de die septima sic: Et requievit Deus die septimâ ab omnibus operibus suis.* 5 *Et in isto rursus: Si introibunt in requiem meam.*] Videtur oratio hæc esse non admodum consequens, sed secus est: sed hoc dicit, quòd non possit aliquis affirmare Davidem de Sabbati requie loqui. Quî enim de hac loqueretur, cùm ea jam olim fuerit, nimirum cùm mundus primò conderetur? Sed manifestum est quòd de alia quapiam quiete David verba faciat, nempe ingressûs in regnum cœlorũ. Quod

ingrediendi vocabulum in futuro declinatur, tanquam deberent nonnulli poſt hæc ingredi. Ac quemadmodum Sabbatum requies dicitur in Scriptura, & nihil impedivit quo minùs poſthac introitus in terram promiſſionis etiam diceretur requies: ſic jam nihil prohibet poſt hanc rurſus requiem vocari futuram, regnum videlicet cœlorum, in quod ii qui non crediderunt, non ingredientur.

6 *Quoniam ergo ſupereſt introire quoſdam in illam, & ii, quibus prioribus annunciatum eſt, non introierunt, propter incredulitatem:* 7 *Iterum terminat diem quendam, Hodie, in David dicendo, poſt tantum temporis, quemadmodum dictum eſt: Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra.* 8 *Nam ſi eis Jeſus requiem præſtitiſſet, nunquam de alia loqueretur poſthac die.*] Univerſum hoc conatur oſtendere, quòd Jeſus Filius Naue non potuerit introducere in hanc requiem, de qua David locutus eſt, atque nos etiamnum loquimur. Quoniam verò ille non introduxit, David autem rurſus poſt tot annos dicit, Ne induretis corda veſtra, quemadmodum patres, qui propter incredulitatem non ſunt ingreſſi, dátque nobis è contrario intelligere, quòd ſi crediderimus, ingrediemur; perſpicuum eſt quòd iſta requies futura eſt, atque nos expectat. De Paleſtina enim utique non promittebat David: eam enim tunc temporis occupabant. Sed neque de ſeptimo die loquutus eſt: nam ea à conſtitutione mundi fuerat. Tertia igitur quies eſt, nempe regnum cœlorum, in quod verus Jeſus nos introducit, adeóque fides in ipſum.

9 *Itaque relinquitur Sabbatiſmus populo Dei.*] Non dixit, requies, ſed, *Sabbatiſmus*, proprium nomen ponens, & in quo gaudebant, & ad quod accurrebant. Sic autem appellat regnum cœlorum. Quemadmodum enim in Sabbato ab omnibus operibus carnalibus craſſis abſtinebant, ſic & in futurum ingredientes ab omnibus operibus carnalibus abſtinebunt. Et ſicut Sabbatum requies dicitur in Scriptura, ita & nihil impedivit quo minùs poſthac introitus in terram promiſſionis etiam diceretur requies: ſic jam nihil prohibet poſt hanc rurſus requiem vocari futuram, regnum videlicet cœlorum, in quod ii qui non crediderunt, non ingredientur.

6 Ἐπεὶ οὖν ἀπολείπεται τινας εἰσελθεῖν εἰς αὐτὴν, καὶ οἱ πρότερον εὐαγγελισθέντες οὐκ εἰσῆλθον δι' ἀπείθειαν· 7 Πάλιν τινὰ ὁρίζει ἡμέραν, σήμερον, ἐν Δαβὶδ λέγων, μετὰ τοσοῦτον χρόνον, καθὼς εἴρηται· Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν. 8 Εἰ γὰρ αὐτοὺς Ἰησοῦς κατέπαυσεν, οὐκ ἂν περὶ ἄλλης ἐλάλει μετὰ ταῦτα ἡμέρας.] Τὸ ὅλον τοῦτο σπεύδει δεῖξαι, ὅτι Ἰησοῦς μὲν ὁ τοῦ Ναυῆ, οὐκ ἠδυνήθη εἰσαγαγεῖν εἰς ταύτην τὴν κατάπαυσιν, περὶ ἧς ὁ Δαβὶδ ὁ λόγος, καὶ ἡμῖν νυνί. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνος μὲν οὐκ εἰσήγαγε, ὁ γὰρ Δαβὶδ λέγει πάλιν μετὰ τοσοῦτον ἔτος, Μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς οἱ πατέρες, οἱ διὰ τὴν ἀπιστίαν μὴ εἰσελθόντες, καὶ δίδωσιν ἡμῖν νοῆσαι ἐκ τοῦ ἐναντίου, ὅτι ἐὰν πιστεύωμεν, εἰσελευσόμεθα, δῆλον ὅτι ἡ κατάπαυσις αὕτη μέλλουσά ἐστι, καὶ περιμένει ἡμᾶς. περὶ γὰρ τῆς Παλαιστίνης οὐκ ἐπηγγέλλετο δήπου ὁ Δαβίδ· ταύτην γὰρ κατεῖχον τότε. ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῆς ἑβδόμης· αὕτη γὰρ ἀπὸ καταβολῆς κόσμου ἦν. Ἆρα οὖν τρίτη τίς ἐστιν, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, εἰς ἣν ὁ ἀληθινὸς εἰσάγει Ἰησοῦς, καὶ ἡ εἰς αὐτὸν πίστις.

9 Ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ.] Οὐκ εἶπε, κατάπαυσις, ἀλλὰ σαββατισμὸς, ὃ οἰκεῖον ὄνομα θεὶς, καὶ ᾧ ἔχαιρον καὶ ἐπέτρεχον. Οὕτω γὰρ καλεῖ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ σαββάτῳ πάντων μὲν ἔργων σαρκικῶν καὶ παχέων ἀπέ-

ἀπέχεσθαι ἐκέλευεν ὁ νόμος, ἐκεῖνα ἦν μόνα τελεῖν τοὺς ἱερεῖς, ὅσα πρὸς λατρείαν Θεοῦ, καὶ ὅσα ψυχῇ ὠφέλιμα· ὅτε δὲ τότε πάντα πνευματικὰ καὶ θεῖα ἔσται· οὐδὲν σαρκικὸν, οὐδὲν ἔγκοπον, ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη δὲ στεναγμός. Ἀκουε ἤδη τί καὶ αὐτὸς φησιν.

10 Ὁ γὰρ εἰσελθὼν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὁ Θεός.] Ἑρμηνεύει πῶς σαββατισμὸν ὠνόμασε τὴν τοιαύτην κατάπαυσιν· ὅτι φησὶ, καταπαυόμεθα καὶ ἡμεῖς ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν ἡμετέρων ὥσπερ καὶ ὁ Θεὸς κατέπαυσε ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν εἰς σύστασιν τοῦ κόσμου, σάββατον τὴν ἡμέραν ἐκείνην ὠνόμασεν. Ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ τοῖς δικαίοις πολὺς ὁ κόπος καὶ ὁ ἀγών, πάντα ἄλλα δὲ δι' ἃ τοὺς τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτας· ἐκεῖ δὲ οὐδὲ ἀρετῆς ἠθικῆς ἐστιν ἐργασία, ἀλλὰ Θεοῦ ἄπλητος ἀπόλαυσις. Ὅπερ οὖν ἐπεθύμουν ἀκοῦσαι, ὅτι ἀπαλλαγήσονται τοῦ νῦν ἐργασίας, τοῦτο εἶπεν ἀναπτύων αὐτούς.

" καὶ ἀναλαμβάνει.

11 Σπουδάσωμεν οὖν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν.] Ἐπειδὴ ἀπέδειξε καὶ τρίτην τινὰ κατάπαυσιν, λοιπὸν παροτρύνει αὐτοὺς εἰσελθεῖν εἰς αὐτήν. Καλῶς δὲ εἶπε, σπουδάσωμεν. Οὐ γὰρ ἡ πίστις αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἀρκεῖ εἰσαγαγεῖν εἰς ἐκείνην, εἰ μὴ καὶ πολιτεία χρηστὴ συμπροΐῃ.

Ἵνα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ τις ὑποδείγματι πέσῃ τῆς ἀπειθείας.] Ἐν ᾧ αὐτοὶ τοῖς Ἰσραηλίταις. ὥσπερ γὰρ ἴσασι πολὺν τὸν ὁδὸν ἀνύσαντες καὶ κακοπαθήσαντες, ὅμως ἔπεσον τῇ ἀπιστίᾳ ἐξέπεσον· οὕτω καὶ ὑμεῖς ὁρᾶτε μήπως μὴ τοσούτους οἷς ὑπεστῆτε ἀγῶνας, πέσητε, ὡς μέλλει τέλους μὴ ἀνδρισαμένοις. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ὑπὸ τοῦτον πεσεῖν.

12 Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον.] Ὥσπερ τότε, φησὶν, οὐ πόλεμος, οὐ μάχαιρα ἐκείνους ἀπώλεσεν, ἀλλ' ὁ τοῦ re lex jubebat, ac Sacerdotes ea ſola perficere mandabat, quæ ad cultum Dei pertinebant, & quæcunque animæ commodabant: ita tum omnia ſpiritualia erunt ac divina, nihil carnale, nihil laborioſum, ubi aufugit dolor, mœror, atque gemitus. Audi jam quid ipſe dicat.

10 *Qui enim ingreſſus eſt in requiem ejus, etiam ipſe requievit ab operibus ſuis, ſicut & à ſuis Deus.*] Interpretatur quomodo talem requiem Sabbatiſmum appellavit; propterea quòd, inquit, ceſſamus & nos ab operibus noſtris, quemadmodum & Deus, poſtquam quieviſſet ab operibus ſuis in condenda mundi machina, Sabbatum diem illam appellavit. Nam hîc etiam juſtis multum laboris & certaminis imminet, cùm propter alia, tum propter virtutis ſudores: illic verò, ne virtutis quidem moralis operatio eſt, ſed Dei inexplebilis fruitio. Quod igitur audire expetebant, videlicet quòd ab hujus mundi laboribus liberandi eſſent, idipſum dixit, ut refocillet eos.

11 *Feſtinemus ergo ingredi in illam requiem.*] Poſtquam oſtenderit tertiam quandam eſſe requiem, deinceps hortatur eos, ut in illam introeant. Pulchrè autem dixit, *feſtinemus*. Fides enim ipſa per ſe in illam introducere non ſufficit, niſi & proba converſatio ſimul adfuerit.

Ne in idem quis incidat incredulitatis exemplum.] In idem cum Iſraelitis. Quemadmodum enim illi plurimum itineris emenſi, & multa ſanè adverſa perpeſſi, propter incredulitatem tamen exciderunt: ſic & vos videte ne quo modo poſt tot perpeſſa certamina, cadatis, quippe quòd ad finem uſque non vos viros fortes geſſeritis. Hoc enim eſt revera cadere.

12 *Vivus eſt enim ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio anceps.*] Quemadmodum tum, inquit, non bellum, non enſis eos perdidit, ſed Dei verbum: per ſe enim, ſine vi extrinſecus illata

illata decidebant : sic nobiscum etiam eveniet. Idem namque verbum quod eos punivit, & nos afficiet supplicio : vivit enim semper, & nunquam extinguitur. Dixit etiam aliam ob rationem, *vivus* : ne cùm verbum audis, verbum quod subsistentiâ caret existimes, vivum est, inquit, hoc est, subsistit & efficax est, & in quam inciderit animam, in ea gravia vulnera efficit. Animadverte autem quomodo se captui nostro attemperet. Nam ensis & sectionis meminit, quæ nobis sunt consueta & cognita, ut ex hisce excellentem ejus potentiam demonstret.

Et pertingens usque ad divisionem animæ & spiritûs.] Horrendum quiddam dicit, vel quòd spiritum ab anima dividit, illámque istius sanctificatione orbatam derelinquit, quam Dominus in Evangelio divisionem nominavit. Perinde namque ut rex principi cuipiam peccanti cingulum adimit, ac priorem dignitatem, túmque punit : hunc ad modum hîc spirituali primùm dignitate privatur homo, deinde supplicio afficitur. Vel etiam quòd incorporea ipsa ferit. Nonnulli autem sic acceperunt hunc sermonem, sententiâ certè, meo judicio, ab Apostolico scopo haud aberrante : Verbum Dei simulatque animam ingressum fuerit, partes ejus dividit, ut ipsa susceptrix & capax fiat mysterii. Sicut enim sagitta carnem dividens, sic in eam ingreditur : ita & verbum, nisi communitas animæ partes dissecuerit, haud certè in ipsam ingredietur.

Compagum quoque ac medullarum.] Ne audientes animæ hîc mentionem fieri, torpeant, ceu pœnam incertam esse cogitantes ; proponit etiam quæ sunt corporis. Quæ enim manifestiora sunt, magis feriunt.

Et discretor cogitationum & intentionum cordis.] Divinitatem Verbi hîc innuit. Dei enim est judicare, hoc est, explorare ac novisse cogitationes. Psal. 7.10. *Scrutans enim*, inquit, *corda & renes Deus.*

Θεοῦ λόγος· αὐτόματοι γὰρ κατέπιπτον· οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῖν ἔσται. Ὁ γὰρ αὐτὸς λόγος καὶ ἐκείνοις ἐκόλασε καὶ ἡμᾶς κολάσει· ζῇ γὰρ ἀεί, καὶ οὐκ ἔσβεσται. Καὶ ἄλλως δέ φησι τὸ, ζῶν· ἵνα μὴ λόγον ἀκούσας, ῥῆμα ἀνυπόστατον νομίσῃς, ζῶν ἐστί, φησι, τουτέστιν, ὑφεστὼς καὶ ἐνεργής, καὶ εἰς ὃν ἂν ἐμπέσῃ ψυχὴν, πληγὰς ἐργάζεται χαλεπάς. Ὅρα δὲ συγκαταβασιν, πῶς μαχαίρας καὶ τομῆς ἐμνήσθη, τῶν συνήθων καὶ ἡμῖν ἐγνωσμένων, ἵνα δείξῃ ἀπὸ τούτων τὸ ὑπερέχον τῆς δυνάμεως.

Καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος.] Φοβερόν τι λέγει, ἢ ὅτι τὸ πνεῦμα διαιρεῖ ἀπὸ τῆς ψυχῆς, καὶ ἐγκαταλιμπάνει αὐτὴν ἔρημον τῆς ἁγιωσύνης, ἣν ὁ Κύριος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ διχοτομίαν ὠνόμασεν. Ὥσπερ γὰρ βασιλεὺς ἄρχοντος ἁμαρτάντος τὴν ζώνην ἀφαιρεῖται, καὶ τὸ ἀξίωμα πρότερον, εἶτα τότε κολάζει· οὕτω καὶνῦν τὸ πνευματικοῦ ἀξιώματος στερεῖται ὁ ἄνθρωπος, εἶτα κολάζεται. ἢ ὅτι καὶ τῶν σωμάτων αὐτῶν καθικνεῖται. Τινὲς δὲ οὕτως ἐξεδέξαντο τὸν λόγον, ἐμοὶ δοκεῖν οὐκ ἀκολούθως τῷ ἀποστολικῷ σκοπῷ· ὅτι ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος εἰσελθὼν εἰς τὴν ψυχὴν, διαιρεῖ καὶ μερίζει τὰ τούτης μέρη, δεκτικὴν αὐτὴν ποιῶν καὶ χωρητικὴν τοῦ μυστηρίου. ὥσπερ γὰρ τὸ βέλος διαιρῶν τὴν σάρκα, οὕτως εἰς αὐτὴν εἰσδύεται· οὕτω δὲ ὁ λόγος, ἐὰν μὴ τὰ συμπεφυγμένα τῆς ψυχῆς μέρη διέλῃ, οὐκ αὖ εἰς αὐτὴν εἰσέλθοι.

Ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν.] Ἵνα μὴ τὰ τῆς ψυχῆς ἀκούσαντες ῥᾳθυμήσωσιν, ὡς ἀδήλα ὄντα τῆς κολάσεως, προσέθηκε καὶ τὰ τοῦ σώματος. Τὰ γὰρ ἐμφανέστερα, μᾶλλον καταπλήττει.

Καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν τῆς καρδίας.] Τὴν θεότητα ἐνταῦθα δηλοῖ τοῦ Λόγου. Θεοῦ γὰρ τὸ διακρίνειν, τοῦτέστιν, ἐπάζειν καὶ εἰδέναι τὰς ἐνθυμήσεις. Ἐπάζων γάρ, φησι, καρδίας καὶ νεφροὺς ὁ Θεός.

13 Καὶ

13 Καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ.] Οὐ μόνον, φησὶν, ἀνθρώπων ἐτάζει καὶ ἐρευνᾷ καρδίας, ἀλλὰ κἂν ἀγγέλους, κἂν ἀρχαγγέλους, κἂν Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ, πάντα δῆλά ἐστιν ἐκείνῳ. οὐδέν ἐστιν ὃ λαθεῖν ἐκείνου τὸν ὀφθαλμὸν δυνάται).

Πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ.] Ἵνα ἐναργέστερον δηλώσῃ πῶς εἰσι πάντα γυμνὰ καὶ φανερὰ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ Λόγου, λέξει ἐχρήσατο ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐκδερομένων προβάτων. Ὥσπερ γὰρ ἐκείνων τραχηλιζόντων, ἤτοι κατὰ τῆς πραχήλου τὴν μάχαιραν δεξαμένων καὶ σφαγέντων, μετὰ ταῦτα καθελκυσθείσης τοῦ δέρματος πάντα τὰ ἔνδον ἐκκαλύπτεται· οὕτω καὶ τῷ Θεῷ πάντα δῆλα. Τινὲς δὲ, τετραχηλισμένα, τὰ ἐπὶ τῆς πραχήλου, ἢ μᾶλλον κατὰ τοῦ πραχήλου κρεμάμενα ἐνόησαν. Ἄλλοι δὲ, τετραχηλισμένα, τὰ κάτω κύπτοντα, καὶ τὸν πράχηλον ὑποκεκλικότα, δηλονότι μὴ ἰσχύειν ἀτενίσαι τῇ δόξῃ τοῦ κριτοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Σὺ δὲ τοῦτον πρῶτον δέξαι.

Πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος.] Αὐτὰρ, φησι, μισθὸν ἀποδοῦναι τοῖς λόγοις καὶ τοῖς βιβλίοις τῶν πεπραγμένων. Ὁρᾷς πῶς ἐκκαλύπτει τὸ πρᾶγμα; Ἵνα γὰρ μὴ ἀκούσας, Ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ ὑποδείγματι τῆς ἀπειθείας, νομίσῃς τὴν αὐτὴν κόλασιν καὶ ἡμῖν καὶ τοῖς Ἰσραηλίταις εἶναι, δείκνυσι δηλονότι τούτων, ὡς πολλῷ φοβερώτερα τὰ ἡμέτερα.

14 Ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα μέγαν, διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς, Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ.] Ὥσπερ τινὸς ἐρωτήσαντος, πῶς οὖν μὴ πέσωμεν, μηδὲ ὀλιγοψυχήσωμεν, συμβαλόντος ἡμῖν· Φησὶν ὅτι ἱκανὰ μὲν καὶ τὰ ῥηθέντα παραθοῦσα ἡμῖν τὸν φόβον, καὶ ἀσφαλεστέρους ποιῆσαι πλέον· ἀλλὰ καὶ ἀρχιερέα ἔχομεν, δυνάμενον βοηθῆσαι ἡμῖν, μόνον ἐὰν κατώμεν τὴν ὁμολογίας. Οὐ γὰρ ἔστι μικρὸς καὶ ὁ τυχὼν, ἀλλὰ μέγας· ὁ υἱὸς γὰρ τοῦ Θεοῦ. Καὶ οὐ τοιοῦτος, οἷος Μωϋσῆς. ἐκεῖνος μὲν γὰρ οὔτε αὐτὸς εἰσῆλθεν εἰς τὴν

13 *Et non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus.*] Non solùm, inquit, hominum corda explorat & scrutatur, verùm etiamsi Angelos dicas & Archangelos, & Cherubim, & Seraphim, omnia illi sunt perspicua. Nihil est quod oculum ejus latêre possit.

Omnia autem sunt nuda & aperta oculis ejus.] Ut clariùs patefaciat quomodo sint omnia nuda & aperta coram Deo Verbo, dictione usus est per metaphoram sumptam ab ovibus quibus pellis est detracta. Nam sicut illis in cervicem resupinatis, sive cultrum per cervicem recipientibus, atque jugulatis, detractâ dehinc pelle omnia interiora revelantur: sic & Deo cuncta sunt perspicua. Quidam autem, τετραχηλισμένα, ornamenta ex collo, vel potiùs de collo pendentia intellexerunt. Alii autem, τετραχηλισμένα, pro, humi spectantia, adeóque cervicem inclinantia acceperunt, eò quòd non possent figere oculos in gloriam judicis & Dei nostri Jesu Christi. Tu verò primum amplectere.

Ad quem nobis sermo.] Ipsi, inquit, operum nostrorum rationem reddere debemus. Animadvertis quomodo rem exaggeraverit? Ne enim quum audis, *In eodem exemplo incredulitatis*, arbitreris eandem pœnam esse & nobis & Israelitis; ostendit per hæc, nostra longè esse horribiliora.

14 *Habentes igitur Pontificem magnum, qui penetravit cælos, Jesum Filium Dei.*] Quasi aliquis interrogaret, Da igitur nobis consilium, ut neque cadamus, neque desperemus: poterant, inquit, ea quæ dicta sunt, erudire nos præ timore, atque securiores reddere: verùm enimverò præter hæc magnus est nobis Pontifex, qui nobis esse auxilio queat, si modò teneamus confessionem. Non enim est parvus & vulgaris quispiam, cæterùm magnus & præclarus: filius enim Dei est. Nec talis est, qualis Moses. Ille enim neque ipse

ingressus

ingreſſus eſt in requiem, neque populum introduxit. Iſte autem cœlos pertranſiens conſidet apud Patrem, potéſtque nobis in cœlos ingreſſum dare, atque promiſſæ quietis hæredes facere.

Teneamus confeſſionem.] Non totum Pontifici tribuit, verumetiam noſtra requirit: poteſt equidem ille, ſed ſi nos etiam digni fuerimus. Qualem autem confeſſionem hîc dicit? Quòd eſt reſurrectio ſcilicet, quòd retributio, quòd innumera ſint illic repoſita bona, quòd Chriſtus ſit Deus. Hanc confeſſionem teneamus, neque ſinamus ipſam defluere à nobis: verùm quæ confeſſi ſumus in principio fidei, hæc firmiter retineamus, ac tum omnia terribilia peſſum ibunt.

15 *Non enim habemus pontificem qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris.*] Admonens eos ut confidant, orationi ſuæ fidem conciliat, inquiens: Non eſt Pontifex qui noſtra ignoret, quales multi ſunt pontifices, qui non noverunt quidnam ſit afflictio: quare neque proni ſunt ad ſuccurrendum afflictis: verùm Pontifex noſter omnia ſuſtinuit: & poſtquam tolerâſſet, tunc aſcendit, ut poſſet nobis compati.

Tentatum verò per omnia pro ſimilitudine abſque peccato.] Hoc eſt, perſecutionem paſſus eſt, conſputus eſt, calumniam ſuſtinuit, actus eſt, & pulſus, ac tandem crucifixus. Omnia hæc ſuſtinuit pro ſimilitudine noſtra, hoc eſt, ſimili nobiſcum ratione, citra tamen peccatum. Neque enim omnino peccatum fecit, neque quum hæc pateretur, quicquam fecit vel dixit quòd peccatum redoleret. Itaque poteſtis & vos in afflictionibus ſine peccato perſeverare. Quare igitur ſoluti ac remiſſi eſtis? Nonnulli autem, *ſine peccato*, ſic intellexerunt, nempe quòd hæc paſſus ſit, non luens peccatorum pœnas.

16 *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ.*] Quia, inquit, Pontificem habemus peccati expertem, qui ipſe munκαπάπαυσιν, ὅτε τὸν λαὸν εἰσήγαγε· σὺ δὲ διηλυθὼς τοὺς οὐρανοὺς, συνεδριάζεις τῷ Πατρὶ, καὶ δωρᾶται ἡμῖν τὴν εἰς οὐρανοὺς εἴσοδον δοῦναι, καὶ τὴν ἐπαγγελίας κατα παύσεως κληρονόμους ποιῆσαι.

Κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας.] Οὐ δίδωσι τὸ πᾶν τῷ ἀρχιερεῖ, ἀλλὰ καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ὀπίζητε. δύναται μὲν γὰρ σκῆνος, ἀλλ' ἐὰν καὶ ἡμεῖς ἄξιοι ὦμεν. Ποίαν δὲ ὁμολογίαν αὐτῷ λέγει; ὅτι ἀνάστασις ἔστι, ὅτι ἀνταπόδοσις, ὅτι μυρία ἀγαθὰ σκῆ, ὅτι ὁ Χριστὸς Θεός ἐστι. Ταύτης τῆς ὁμολογίας κρατῶμεν, μὴ ἐῶμεν αὐτὴν ἀπορρυῆναι ἡμῶν· ἀλλ' ἅπερ ὡμολογήσαμεν ἐν ἀρχῇ τῆς πίστεως, ταῦτα βεβαίως φυλακτέον, καὶ πάντα τὰ φοβερὰ οἰκήσεται.

15 Οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι τῇ ἀσθενείαις ἡμῶν.] Παρακαλῶν αὐτοὺς ὥστε πεποιθέναι, ἀξιόπιστον τὸν λόγον ποιεῖται, καὶ φησιν, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ ἀρχιερεὺς ἀγνοῶν τὰ ἡμέτερα, οἷς οἱ πολλοὶ τῶν ἀρχιερέων, οἳ οὐκ ἴσασιν οὐδὲ ὅ, τι ποτέ ἐστι θλῖψις· διὸ οὐδὲ παρόντας ἑαυτοῖς βοηθεῖν τοῖς θλιβομένοις· ἀλλὰ πάντα ὑπέστη ὁ ἡμέτερος ἀρχιερεὺς, καὶ μετὰ τὸ ὑπομεῖναι τότε ἀνέβη, ἵνα δυνηθῇ συμπαθεῖν.

Πεπειρασμένον δὲ κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας.] Τουτέστιν, ἐδιώχθη, ὑπεπλύθη, ἐσυκοφαντήθη, ἀπεκτάνθη, τέλος ἐσταυρώθη. πάντα ταῦτα ὑπέμεινε καθ' ὁμοιότητα τὴν ἡμετέραν, τουτέστι, παραπλησίως ἡμῖν, χωρὶς μέντοι ἁμαρτίας. οὔτε γὰρ ἁπλῶς ἁμαρτίαν εἰργάσατο, οὔτε ὅτε ταῦτα ἔπασχεν ἁμαρτητικόν τι ἢ εἶπεν ἢ ἔδρασεν. Ὥστε δύνασθε καὶ ὑμεῖς ἐν τοῖς θλίψεσι χωρὶς ἁμαρτίας διαγηύειν. Πῶς οὖν ἀπολέλυσθε καὶ πεφειμένοι ἐστέ; Τινὲς μὲν ὅ, χωρὶς ἁμαρτίας, οὕτως ἐνόησε. ὅτι οὐχ ἁμαρτιῶν, φασι, τιννύων δίκας ταῦτα ἔπασχε.

16 Προσερχώμεθα οὖν μετὰ παῤῥησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος.] Εὐφδόκει, φησιν, ἀναμάρτητον ἔχομεν ἀρχιερέα κατα-

καταγωνισάμενον τ̃ κόσμον· (Θαρρεῖτε γὰρ, φησιν, ἐγὼ νενίκηκα τ̃ κόσμον) ὀφείλομεν μετὰ παῤῥησίας προσέρχεσθαι, τουτέστι, μὴ συνειδὸς ἔχοντες πονηρὸν, ἢ μὴ διϊσταζοντες, ἀλλὰ πεποιθότες ὅτι τῷ ἀρχιερεῖ. Εἰ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἁμαρτίας ἔχομεν, ἀλλ' αὐτὸς ἀναμάρτητός ἐστιν· ἀλλὰ καὶ θρόνος χάριτος, ἀ χρίσεως. Ὥστε δεῖ μετὰ παῤῥησίας προσπέσαι, χαιροῦντας ὅτι χορηγεῖ) ἡμῖν ἃ βουλόμεθα. Δύο γὰρ θρόνοι εἰσὶν, ὁ μὲν νῦν χάριτος, ᾧ οἱ προσερχόμενοι λαμβάνουσι θεία χάριτι τ̃ ἀπολύτρωσιν τ̃ ἁμαρτιῶν· ὁ δὲ τ̃ δευτέρας παρουσίας θρόνος, ἀ χάριτος (οὐδεὶς γὰρ τότε λαμβάνει ἄφεσιν) ἀλλὰ κρίσεως. Θρόνου δὲ ἐμνήσθη, ἵνα μὴ ἀκούσας ἀρχιερέα, νομίσῃς ὅτι ἵσταται. Εἰ γὰρ καὶ ὡς ἄνθρωπος λέγεται ἀρχιερεὺς δεῖται τ̃ πρὸς ἡμᾶς χάριν καὶ συγκατάβασιν, ἀλλ' οὖν καὶ ὅτι τ̃ βασιλικοῦ θρόνου κάθηται).

Ἵνα λάβωμεν ἔλεον, καὶ χάριν εὕρωμεν εἰς εὐκαιρον βοήθειαν.] Νῦν γὰρ ἐὰν προσέλθωμεν, ἔλεον εὑρήσομεν καὶ χάριν· εὐκαίρως γὰρ προσερχόμεθα· αἱ δὲ τότε, σκέπε· ἀ γὰρ ἐστι τότε θρόνος χάριτος. Νῦν κάθηται χορηγῶν ὁ βασιλεύς· τότε ἐγείρεται εἰς κρίσιν. Ἀνάστα γὰρ, φησιν, ὁ Θεὸς κρῖνον τὴν γῆν.

dum debellârit atque devicerit (*Confidite enim, inquit, ego vici mundum*) debemus cum fiducia accedere, hoc eſt, non pravam habere conſcientiam, nec hæſitare, ſed in Pontificem confidere. Etſi enim nos peccatum habemus, ipſe tamen abſque peccato eſt: inſuper thronus eſt gratiæ, non judicii. Proinde oportet nos cum fiducia accedere, confidentes eum daturum nobis quæ cupiamus. Duo enim throni ſunt, præſens quidem eſt gratiæ, ad quem accedentes accipiunt per divinam gratiam à peccatis ſuis liberationem; alter autem ſecundi adventûs thronus, non eſt gratiæ, (nemo enim tum accipiet remiſſionem) ſed judicii. Throni autem meminit, ne audiens Pontificem, exiſtimes eum ſtare. Nam etiamſi quatenus homo dicatur Pontifex ob gratiam erga nos & ſubmiſſionem, ſuper divino tamen throno ſedet. Joh. 16. 33.

Ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.] Nunc enim ſi acceſſerimus, miſericordiam inveniemus & gratiam: opportunè enim accedimus. Si verò tum, non ita: tunc enim gratiæ thronus non eſt. Nunc ſedet ut rex clemens, & gratiam impertiens: tum verò excitatur ad judicium. Ait enim, *Surge Deus, judica terram.* Pſal. 81. 8.

ΚΕΦ. ε.

Πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ πρὸς τ̃ Θεόν.] Θέλει λοιπὸν δεῖξαι ὅτι πολλῷ βελτίων ἡ νέα διαθήκη τ̃ παλαιᾶς· καὶ ἀρχὴ) ποιεῖται συγκρίνων τὰς ἱερωσύνας, τήν τε τῶν παλαιῶν ἱερέων, καὶ τὴν τ̃ Χριστοῦ. καὶ δείκνυσι πολλαχοῦ τ̃ ὑπερέχειν τ̃ τ̃ Χριστοῦ. τίνος δ' οὖν ἕνεκα ἀντεπιτίθεται αὐτῷ, ὅτι πολλὰ τῶν τοῖς ἱερεῦσι προσόντων ἀφείλοντο ἀ προσῆκεν τ̃ Χριστῷ (οὐδὲ γὰρ φυλῆς ἦν ἱερατικῆς, ὅτε ὑπὲρ τ̃

CAP. V.

Omnis enim pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis quæ ſunt ad Deum.] Vult deinceps oſtendere Novum Teſtamentum eſſe longè præſtantius Veteri. Ac primùm orditur comparare ſacerdotia veterum ſacerdotum & Chriſti, & oſtendit Chriſti ſacerdotium eſſe longè præſtantius. Interim verò, quia ipſi adverſabatur, quòd multa quæ ſacerdotibus adeſſe debent, Chriſto non competerent (neque enim ex tribu ſacerdotali erat, neque ſuper hanc terram

ſacerdos,

ſacerdos, neque ab hominibus electus in Pontificem, neque, ut ſemel dicam, aliquam corporalem ſpeciem habebat forma ſacerdotii ejus, veluti tintinnabula & laminas, ſed omnia ſpiritualia erant) primùm recenſet quæ ſint communia Chriſto cum reliquis pontificibus, deinde ponit ea in quibus excellit. Tum enim revera excellens per comparationem quiſpiam oſtenditur, quando in aliis quidem communicaverit, in aliis verò excellentior fuerit. Ex hominibus itaque aſſumi, commune eſt Chriſto cum reliquis: nam & ipſe homo quum eſſet, factus eſt Pontifex. Tum quòd pro hominibus conſtituitur in iis quæ ad Deum pertinent, hoc eſt, ut pro nobis interpellet, & iſthuc eſt commune ipſi cum reliquis.

Ut offerat munera & ſacrificia pro peccatis.] Interpretatus eſt quid ſit, *ab hominibus conſtitui in iis quæ ſunt ad Deum*, nempe, pro peccatis noſtris placare Deum. Et hoc igitur commune eſt Chriſto cum aliis, ſed non totum: nam ipſe ſeipſum obtulit, illi verò alia quædam. Munus autem & ſacrificium quomodo quidem, ſi exactam ſpectes rationem, diſcrepant; in ſcripturis autem ſine diſcrimine ponuntur, infrà diſces.

2 *Qui condolere poſſit iis qui ignorant & errant.*] Hoc eſt, qui poſſit moderatè affici, compati, condeſcendere, ac condonare iis qui ex ignorantia peccant. Animadverte autem omne peccatum ex ignorantia & errore naſci: nam etiamſi videatur quis noviſſe quid malum ſit, tempore tamen tranſactionis peccati tenebris circumfuſus, ignorantiâ & errore languet, voluptatis illecebris præcipitatus.

Quoniam & ipſe circundatus eſt infirmitate.] Simpliciorem ac veriorem ſententiam eſſe hanc opinor, propterea videlicet ignorantibus condolere Pontificem, quòd & ipſe infirmitate ſit amictus, & humanæ imbecillitatis menſuram ex ſeipſo agnoſcens, veniam quoque admetitur.

γῆς ἱερεὺς, ὅτε ὑπὸ ἀνθρώπων προχειρισμένος, ὅτε, ἁπλῶς εἰπεῖν, σχηματικῶ τινα φαντασίαν εἶχε τὸ σχῆμα τῆς αὐτοῦ ἱερωσύνης, οἷς κώδωνας, καὶ πέταλα, ἀλλὰ πάντα πνευματικά) καταλέγει πρῶτον μὲν τὰ κοινά ἐστι τῷ Χριστῷ πρὸς τοὺς λοιποὺς ἀρχιερεῖς, εἶτα τίθησι καὶ τὰ ἐξαίρετα. Τότε γὰρ ὄντως ἡ τοῦ σύγκρισιν ὑπεροχή τινος γίνεται, ὅταν μὲν τοῖς κοινωνῇ, ἐν δὲ τοῖς ὑπερέχῃ. Τὸ τοίνυν ἐξ ἀνθρώπων λαμβάνεσθαι, κοινὸν τῷ Χριστῷ πρὸς τοὺς λοιπούς. καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἄνθρωπος ὤν, γέγονεν ἀρχιερεύς. Καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσασθαι πρὸς τὸν Θεὸν, τουτέστι, μεσιτεύειν, τοῦτο κοινόν.

Ἵνα προσφέρῃ δῶρά τε καὶ θυσίας ὑπὲρ ἁμαρτιῶν.] Ἡρμήνευσε τί ἐστι τὸ, καθίσασθαι ὑπὲρ ἀνθρώπων πρὸς Θεὸν, τὸ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν, φησὶν, ἱλάσκεσθαι τὸν Θεόν. Καὶ τοῦτο μὲν κοινὸν ᾧ Χριστῷ πρὸς τοὺς ἄλλους· πλὴν οὐχ ὅλον. αὐτὸς μὲν γὰρ ἑαυτὸν προσήνεγκεν· ἐκεῖνοι δὲ ἄλλα τινά. Δῶρον δὲ καὶ θυσία πῶς ποτε μία τὸν ἀκριβῆ λόγον διαφέρουσι, τάχα δὲ τῇ γραφῇ ἀδιαφόρως κεῖνται, μαθήσῃ κατωτέρω.

2 Μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις.] Τουτέστι, συμμετρεῖν, συμπαθεῖν, συγκαταβαίνειν, καὶ συγγινώσκειν τοῖς διὰ ἀγνοίας ἁμαρτάνουσιν. Ὅρα δὲ ὅτι πάσῃ ἁμαρτήματι ἄγνοια καὶ πλάνη γίνεται. κἂν γὰρ δοκῇ τις εἰδέναι τὸ κακὸν, ἀλλ' οὖν ὅτε τῷ τῆς πράξεως καιρῷ σκοτιζόμενος, ἄγνοιαν καὶ πλάνῃ νοσεῖ, τῷ λείῳ τῆς ἡδονῆς καταχρημιζόμενος.

11 Ἐπιθυμοῦμεν ᾖ ἕκαστον ὑμῶν τὴν αὐτὴν ἐνδείκνυσθαι σπουδὴν πρὸς τὴν πληροφορίαν τῆς ἐλπίδος ἄχρι τέλους.] Ὥσπερ τινὸς εἰπόντος· Τίνος οὖν ἕνεκεν ταῦτα εἶπας, ὦ Παῦλε, εἰ μὴ ἔμελλες ἡμᾶς πλήττειν; φησὶν, ὅτι ταῦτα εἶπον, ἐπιθυμῶν ἵνα καὶ πρὸς τὸ μέλλον εὐθρομῆτε· οὐχ ὡς τῶν προτέρων καταγινώσκων, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν μελλόντων δεδοικώς. Καὶ οὐκ εἶπε, θέλω· ὅπερ ἰοῦ διδασκαλικῆς αὐθεντίας· ἀλλ', ἐπιθυμῶ· ὃ πατρικῆς ἐστι φιλοστοργίας. Οὐ γὰρ μέχρι ῥημάτων τοῦτο βούλομαι, ἀλλ' ἡ ψυχή μου καίεται ὑπὲρ ὑμῶν. Τοιοῦτον γάρ τι νέμε ὃ, ἐπιθυμῶ. Καὶ οὐχ ἁπλῶς ὑπὲρ ὑμῶν, ἀλλ', ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου· οὕτω πάντων ἐκήδετο, καὶ μικρῶν καὶ μεγάλων, καὶ πάντας ἠπίστατο. Ὡς αὖ σπουδάζητε πρὸς τὴν πληροφορίαν τῆς ἐλπίδος, τουτέστιν, ἵνα πλήρη καὶ τελείαν τὴν "ἐλπίδα ἐνδείξησθε, καὶ μὴ "ν. νύσπ. σκυλθῆτε. Ὅρα ᾖ "πῶς οὐ πλήττει φανερῶς, οὐδὲ λέγει ὅτι ἀπηλπίσατε, καὶ ἀμάκτησασθε ἐλπίδες λοιπὸν, ἀλλ' ὡσπερεὶ τοιαῦτα λέγει· θέλω σε σπουδάζειν ἀεὶ, καὶ οἷος ἦς πρότερον, τοιοῦτον σὲ καὶ νῦν καὶ εἰς τὸ μέλλον.

12 Ἵνα μὴ νωθροὶ γένησθε.] Καὶ τοῦτο πρὸς θεραπείαν αὐτῶν· εἰς γὰρ τὸ μέλλοντα χρόνον ἐξάγει αὐτό. καίτοι ἀνωτέρω εἶπεν· ὅτε νωθροὶ γεγόνατε. ἀλλὰ τὴν ἀκοάς· μέχρι γὰρ τῆς ἀκοῆς ἔστησε τὸν νωθρότητα. νῦν δέ, φησι, "προνοοῦμαι, ἵνα "ν. προσυμοῦμαι. μὴ τῆς ψυχῆς ὑμῶν ἅψηται αὕτη. Ὡς γὰρ τὸ σῶμα ἡ ῥᾳθυμία καὶ ἀκινησία βλάπτει, οὕτω καὶ τὴν ψυχὴν ἡ τῶν ἀγαθῶν ἀργία ἀνωφελεστέραν ἐργάζεται.

Μιμηταὶ ᾖ τῶν διὰ πίστεως καὶ μακροθυμίας κληρονομούντων τὰς ἐπαγγελίας.] Ἀνέμνησεν αὐτοὺς ἀνωτέρω ὧν αὐτοὶ κατώρθωσαν πρότερον, οἵους ἦν καὶ βίῳ καὶ πίστει, πολλοὶ ᾖ καὶ βίῳ. Observa autem quomodo eos leniat ac mitiget. Non enim dixit, *Qui ministrâstis*, & ita quievit: verùm adjecit, *Et ministratis*, hoc est, eadem hodiéque facitis.

11 *Cupimus autem unumquemque vestrûm eandem ostendere solicitudinem ad expletionem spei usque in finem.*] Perinde ac si quis dicat: Quam ergo ob causam, ô Paule, hæc dixisti, si noluisti nos ferire & increpare? Hæc dixi, inquit, cupiens ut in futurum etiam rectè curratis: non quòd priora condemnem, verùm quòd de futuris metuam. Nec dixit, Volo, quod erat præceptoriæ autoritatis: sed, *Cupio*, quod est paterni affectûs. Non enim verbis tantùm hoc desidero, sed animus meus pro vobis æstuat. Tale enim quiddam intellige per ἐπιθυμῶ. Nec simpliciter pro vobis, sed, pro unoquoque vestrûm. Adeò omnium sive majorum sive minorum curâ tangebatur, omnésque nôrat. Ut sitis soliciti, *ad expletionem spei*, hoc est, ut plenam & perfectam fidem ostendatis, & non perturbemini. Observa autem quomodo non apertè ferit, neque dicit, Desperâstis, recolligite vos deinceps: verùm tantùm non hoc dicit: Equidem volo te semper solicitum esse, & ut qualis fuisti antehac, talem etiam in posterum te exhibeas.

12 *Ut non segnes efficiamini.*] Hoc itidem ad mitigationem eorum dicit: ad futurum enim tempus hoc ducit. Atqui suprà dixit, *Quoniam segnes facti estis*: sed auditu, ad auditum enim usque segnitiem statuit: jam verò, inquit, curam gero, ne animum vestrum segnities ista attingat. Ut enim corpus ocium & immobilitas lædit, sic & animam à bonis operibus cessatio, supinam magis efficit.

Verùm imitatores eorum qui per fidem & longanimitatem promissiones hæreditate capiunt.] Suprà commonefecit ipsos eorum quæ anteà ipsi gesserant, domesticum

ipsis exemplum proferens: nunc verò ad Patriarcham eos subvehit. Ne existiment enim se nullo esse numero dignos, ac veluti contemptos sese à Deo relictos esse, planum facit jam quòd isthuc maximè sit fortium virorum, tentari scilicet, & quòd magnos viros sic exercuerit Deus. Si enim statim daret quod promisisset, fides eorum haud demonstraretur. Nunc autem differt dona sua, ut fides ipsorum per patientiam inclaresçat. Tum enim planum fit quempiam credere ei qui promisit, quando post multum temporis elapsum non acceperit, & tamen se accepturum credit, & non torpet. Propterea igitur hæc objurgatoria vobis dico, ut excitem vos, & ut connumeremini inter hæredes promissionis per fidem & longanimitatem. Quinam verò sint illi, posthac exponet. Observa autem quomodo primo loco fidem collocârit, deinde longanimitatem, quoniam ex fide est longanimitas. Nisi enim credat aliquis omnino daturum eum qui promisit, nunquam erit longanimis.

13 *Abrahæ namque promittens Deus, quoniam neminem habeat per quem juraret majorem, per semetipsum juravit, Dicens: Verè benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te.*] Quum plerique alii essent qui per fidem hæreditârint promissiones, alios quidem nunc prætermisit, reponens eos inter eos qui sequuntur, solius Abrahami autem meminit, tum ob personæ dignitatem, tum quòd hic præ cæteris promissione dignatus sit, eámque sit consecutus. Per hoc pariter indicat non esse desperandum nobis, sed Deum potiùs expectandum, cui in more est non statim præstare quæ promisit, sed post multum temporis. Quando autem juravit per seipsum Deus? Vel ipsis verbis quibus ait, *Per memetipsum juravi.* Forsan autem & particulam, ἤ μὴν, quispiam dixerit juramentum Dei per sese. Nam ἤ μὴν, *revera*, significat. Quod nihil αὐτοῖς φέρων τὰ ὑποδείγματα. νυνὶ γὰρ καὶ ὅτι τὴν πατριάρχην αὐτοὺς ἀνάγει. ἵνα γὰρ μὴ νομίσωσιν ὅτι ὡς σφόδρα ἄξιοι λόγου καταφρονηθέντες ὑπὸ Θεοῦ ἐγκατελείφθησαν, δείκνυσιν ὅτι μάλιστα τῶν γενναίων ἀνδρῶν τοῦτο ἐστι, δοκιμάζεσθαι, καὶ ὅτι τοῖς μεγάλοις ἀνδράσιν οὕτω κέχρηται ὁ Θεός. Εἰ μὲν γὰρ αὐτοῖς ἐδίδου ἃ ἐπηγγείλατο, οὐκ ἂν ἡ πίστις αὐτῶν διεδείκνυτο· νυνὶ δὲ ἀναβάλλεται τὰς δόσεις, ἵνα φανῇ ἡ πίστις αὐτῶν δι' ὑπομονῆς. Τότε γάρ τις φαίνεται, ὅτι πιστεύει τῷ ἐπαγγειλαμένῳ, ὅτε πολλοῦ καιροῦ διελθόντος μὴ λαμβάνων, ὅμως πιστεύει ὅτι λήψεται, καὶ οὐκ ἀποναρκᾷ. Διὰ τοῦτο οὖν ταῦτα καὶ πληκτικὰ λέγω ὑμῖν, ἵνα διεγείρω ὑμᾶς, καὶ γένησθε μιμηταὶ τῶν κληρονομησάντων τὰς ἐπαγγελίας διὰ πίστεως καὶ μακροθυμίας. Τίνες δέ εἰσιν οὗτοι, μετὰ ταῦτα ἐρῶ. Ὅρα δὲ πῶς πρῶτον εἶπεν τὴν πίστιν, εἶτα μακροθυμίαν, ὅτι ἀπὸ πίστεως ἡ μακροθυμία. Εἰ μὴ γὰρ πιστεύει τις ὅτι παντὸς δώσει ὁ ἐπαγγειλάμενος, οὐδὲ μακροθυμεῖ.

13 Τῷ γὰρ Ἀβραὰμ ἐπαγγειλάμενος ὁ Θεὸς, ἐπεὶ καὶ οὐδένος εἶχε μείζονος ὀμόσαι, ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ λέγων· Ἢ μὴν, εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθυνῶν πληθυνῶ σε.] Πολλῶν ὄντων τῶν διὰ τῆς πίστεως κληρονομησάντων τὰς ἐπαγγελίας, τοὺς μὲν ἄλλους μετέωρα νῦν παρῆκε, τοῖς ἑξῆς αὐτοὺς τακτέον, μόνον δὲ τοῦ Ἀβραὰμ μέμνηται, διά τε τὸ ἀξίωμα τοῦ προσώπου, καὶ ὅτι μάλιστα τοῦτο καὶ ἐπαγγελίας ἠξιώθη καὶ ἐπέτυχε. Καὶ διὰ τοῦτο δείκνυσιν ὅτι οὐ δεῖ μικροψυχεῖν, ἀλλ' ἀναμένειν τὸν Θεὸν, ἔθος ἔχοντα μὴ ταχέως ἐπάγειν τὰ ἐπηγγελμένα, ἀλλὰ διὰ μακροῦ τοῦ χρόνου. Πότε δὲ ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ ὁ Θεός; Ἢ τοῖς αὐτοῖς τοῖς λόγοις οἷς φησιν, ὅτι καθ' ἐμαυτοῦ ὤμοσα. Ἴσως δὲ καὶ τὸ, ἤ μὴν, εἶπεν ἄν τις ὅρκον εἶναι τοῦ Θεοῦ καθ' ἑαυτοῦ. Τὸ γὰρ ἤ μὴν, ἀντὶ τοῦ ὄντως μήν, σημαίνει.

ὅτου

ὅταν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ βεβαιωτικὸν τῆς ἀληθείας· ἀλήθεια δὲ τίς ἂν εἴη ἄλλος, ἢ ὁ Θεός; οὕτω καὶ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ὁ Κύριος, Ἀμὴν, ἀμὴν, λέγων, τὸν αὐτὸν ὅρκον ὀμνύς, οὐκ τοῦ μὴ ἔχειν τίνος μείζονος ὀμόσαι, καθ' ἑαυτοῦ ὀμνὺς, ὡς καὶ ὁ Πατήρ. Καίτοι τινὲς τῷ Ἀβραὰμ αὐτὸν τότε τὸν Υἱὸν ὁμιλῆσαι οἴονται· λέγει γὰρ ἡ γραφή· Ὅτι εἶπε δὲ πρὸς Ἀβραὰμ ὁ ἄγγελος. Ἀλλήπου δέ, φασιν, ὁ Πατὴρ εἶη ἂν ἄγγελος, ἀλλ' ὁ Υἱὸς, ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς.

15 Καὶ οὕτω, μακροθυμήσας ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελίας.] Πῶς πρὸς μὲν τὸ τέλος τῆς ἐπιστολῆς λέγει, ὅτι οὔπω πάντες οὐκ ἐκομίσαντο τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόρρωθεν αὐτὰς εἶδον καὶ ἠσπάσαντο· νῦν δὲ φησιν, ὅτι ὁ Ἀβραὰμ ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελίας; Οὐ περὶ τῶν αὐτῶν λέγει ἐνταῦθα καὶκεῖ, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν περὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἐπαγγελιῶν φησὶν, ὧν ἐπέτυχεν ὁ Ἀβραὰμ μετὰ μακρὸν χρόνον· ἐκεῖ δὲ περὶ τῶν οὐρανίων, ὧν οὔπω ἐπέτυχεν. Ἀμφότερα μὲν οὖν, καὶ τὸ ἐπιτυχεῖν αὐτὸν, καὶ τὸ μήπω ἐπιτυχεῖν, εἰς παραίνεσιν εἰσι τοῖς ὀλιγοψύχοις· τὸ μὲν, ὅτι καὶ ἡμεῖς, ἐὰν μακροθυμήσωμεν, τυξόμεθα· τὸ δὲ, ὅτι ἐκεῖνοι μήπω τυχόντος τοῦ πρὸ τοσούτων ἐτῶν τελεωθέντος, αἰσχύνοιτο ἡμεῖς λοιπὸν οἱ ἀχαλλόντες ὅτι οὔπω τυγχάνομεν. Ὅρα δὲ πῶς εἶπεν, ὅτι μακροθυμήσας ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελίας, ἵνα δείξῃ μεγάλην τὴν δύναμιν τῆς μακροθυμίας, καὶ ὅτι οὐχ ἡ ἐπαγγελία μόνη τοῦτο πρὸς εἰργάσατο, ἀλλὰ καὶ ἡ μακροθυμία. Ἐνταῦθα δὲ καὶ φοβεῖ αὐτοὺς, διδοὺς ἐννοεῖν ἐκ τοῦ ἐναντίου, ὅτι ἐγκόπτεται ἡ ἐπαγγελία διὰ [a] ὀλιγοψυχίας. Καὶ τοῦτο συνέβη τοῖς ἐν τῇ ἐρήμῳ πάλαι λαῷ, οἳ ὀλιγοψυχήσαντες οὐκ ἔτυχον τῆς ἐπαγγελίας ὅλως. Εἴποι οὖν ἄν τις, καὶ πῶς οἱ ἅγιοι καίτοι μακροθυμήσαντες οὐκ ἔτυχον, ὡς πρὸς τὸ τέλος

[a] ἐκ ὀλιγοψυχίας.

sanè est aliud, quàm confirmatio quædam veritatis. Veritas autem, quisnam alius fuerit præter Deum? Sic & in Evangelio Dominus, *Amen, amen*, dicens, idem juramentum jurat, quum non possit per majorem jurare, per seipsum jurans, perinde ac Pater. Nonnulli tamen putârunt ipsum Filium tum cum Abrahamo colloquutum: ait enim Scriptura: *Dixit autem ad Abraham Angelus*. Nequaquam enim, inquiunt, Pater Angelus esse poterat, sed Filius, magni consilii Angelus.

15 *Et sic, longanimiter ferens, assequutus est promissionem.*] Quî igitur in fine Epistolæ dicit, quòd isti omnes non acceperunt promissiones, sed eminus eas intuiti sunt & salutaverunt: hîc verò ait Abrahamum consequutum esse promissionem? Non de ijsdem hîc & illic loquitur, verùm hîc de ijs quæ in vita ei promissa erant loquitur, quæ Abraham sanè longo pòst tempore assequutus est: illic autem de cœlestibus, quæ nondum erat assequutus. Utrumque verò, & quòd consecutus sit, & quòd nondum sit consecutus, ad consolationem pusillanimibus inserviunt: alterum quidem, quòd & nos, si patienter expectamus, assequemur: alterum verò, quòd si ille nondum est assecutus, qui ante tot annos consummatus est, admodum insipientes nos sumus, quum ægrè ferimus nos nondum assequi. Observa autem quomodo dixerit, per longanimitatem eum consequutum promissionem, ut ingentem longanimitatis vim atque potentiam ob oculos ponat, & quòd promissio sola totum hoc non effecerit, sed etiam longanimitas. Hîc autem etiam terret eos, ex contrario significans promissionem abscindi per pusillanimitatem. Atque hoc contigit populo olim in deserto, qui in pusillanimitatem lapsi, nullâ ratione sunt assecuti promissionem. Dicat igitur quispiam; Quomodo autem Sancti etiamsi longanimes fuerunt, non tamen sunt assecuti, ut sub Epistolæ finem dicit?

At verò assequentur omnino, verùm qui ex populo murmurârunt, neque assecuti sunt, neque assequentur.

16 *Homines enim per majorem jurant, & omnis controversiæ ipsis finis est ad confirmationem juramentum.*] Hoc est, Per juramentum solvitur omnis contentionis controversia. Etenim dicuntur quidem multa, & contradicuntur utrinque, sed enim jusjurandum postremò accedens, ac stabiliens, cuncta dubia solvit.

17 *In quo abundantiùs volens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilii sui, juramento stabilivit.*] Hoc est, Propterea quòd, quandoquidem ita se res habet, ut hominibus juramentum omnem fidem afferat, ob eam rem Deus etiam jurat. Vel, *in quo*, hoc est, quia juravit per seipsum Deus, ex abundanti monstravit nobis, quòd omnino & impermutabiliter facturus sit quæ nobis promiserit. Nam Deo etiam sine juramento fides adhibenda erat; propter nos tamen demittit sese, nec suam dignitatem contemplatur, verùm ut nobis persuadeat, indigna etiam de seipso dici patitur. Nos enim fideles promissionis sumus hæredes, qui in semine, ejus qui Christus est, benedicti sumus. Animadverte autem quomodo etiam tum Filium dicat mediatorem Dei & hominum fuisse: per ipsum enim tanquam verbum juravit Deus & Pater.

18 *Ut per duas res immobiles, in quibus impossibile mentiri Deum,*] Quales & cujusmodi? quòd simpliciter diceret ac promitteret, tum quòd jusjurandũ promissioni apponeret. Quoniã enim apud homines hoc videtur esse firmius, jusiurandũ videlicet, propterea ipse illud apposuit. *In quibus*, pro, ex quibus his duabus rebus, certissima demonstratur promissio, ac impossibile est mentiri Deum. Quemadmodũ igitur juravit propter nos (etsi indignũ erat ipso jurare) ita istud, *Didicit ex quibus passus est*, intellige. Etenim homines id existimant esse credibilius & certius, quod experientiâ comprobatum est.

φησίν; ἀλλὰ τοὺξονται πάντως. Οἱ δὲ τῷ λαῷ " γογγυσταὶ ὅτε ἔτυχον, ὅτε τοὺξονται. " γ. γογγύζοντες.

16 Ἄνθρωποι μὲν γὰρ κατὰ τοῦ μείζονος ὀμνύουσι, καὶ πάσης αὐτοῖς ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν ὅρκος.] Τουτέστιν, ἐκ τοῦ ὅρκου λύεται πάσης ἀντιλογίας ἀμφισβήτησις. Καὶ γὰρ λέγονται μὲν πολλά, καὶ ἀντιλέγονται δὲ ἑκατέρωθεν μέρους, ὁ δὲ ὅρκος τελευταῖος ἐπεισιὼν καὶ βεβαιῶν, τὰ ἀμφίβολα λύει πάντα.

17 Ἐν ᾧ περισσότερον βουλόμενος ὁ Θεὸς ἐπιδείξασθαι τοῖς κληρονόμοις τῆς ἐπαγγελίας τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ, " ἐβεβαίωσεν ὅρκῳ.] Τουτέστι, δι' ὃν καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὁ ὅρκος πᾶσαν πίστιν ἐπιφέρει, διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ὤμοσεν. ἢ, ἐν ᾧ, αὐτὸ τοῦτο, ἐν τῷ ὀμόσαι, φησὶ, καθ' ἑαυτοῦ ὁ Θεὸς, ἐκ περισσείας ἔδειξεν ἡμῖν, ὅτι πάντως καὶ ἀμεταθέτως ποιήσει ἃ ἐπηγγείλατο. Εἰ μὲν γὰρ καὶ χωρὶς ὅρκου πιστεύεται τὸ Θεὸν, ἀλλ' ὅμως διὰ ἡμᾶς συγκατίσει, καὶ οὐ τιμῶν αὐτοῦ ἀξίαν σχήσει, ἀλλ' ὅπως ἡμᾶς πείσῃ, ἀνάξια περὶ αὐτοῦ ἀνέχεται λέγεσθαι. Ἡμεῖς γὰρ οἱ πιστοὶ τῆς ἐπαγγελίας ἐσμὲν κληρονόμοι, οἱ ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ, ὅς ἐστι Χριστὸς, εὐλογηθέντες. Ὅθεν πῶς καὶ τότε λέγει τὸν Υἱὸν μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων γεγονέναι. διʼ αὐτοῦ γὰρ ὡς λόγου ὤμοσεν ὁ Θεὸς καὶ πατήρ.

18 Ἵνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεόν,] Ποίων καὶ ποίων; τοῦ τε ἁπλῶς εἰπεῖν καὶ ὑποταγέσθαι, καὶ τοῦ ὅρκον προσθεῖναι τῇ ὑποταγέσῃ. Ἐπειδὴ γὰρ ἔδοξε ἀνθρώποις τοῦτο δοκεῖ πιστότερον, τὸ διὰ ὅρκου, διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς τοῦτο προσεθήκεν. Ἐν οἷς, φησὶ δὴ, ὧν, δύο τούτων τῶν δύο, πιστοτάτη δείκνυται ἡ ἐπαγγελία, καὶ ἀδύνατον ψεύσασθαι τὸν Θεόν. Ὥσπερ οὖν ὤμοσε διὰ ἡμᾶς, (καίτοι ἀνάξιον αὐτοῦ τὸ ὀμνύναι) ὅτι καὶ ὅ, ἔμαθεν ἐξ ὧν ἔπαθε, νοῶ. Καὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι τοῦτο νομίζουσιν ἀξιοπιστότερον, τὸ διὰ τῆς πείρας ἐλθεῖν.

Iquem

Ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχωμεν, οἱ καταφυγόντες κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος.] Τουτέστι, παράκλησιν μεγάλην καὶ παρόρμησιν. Ὁ μᾶλλον γὰρ πρὸς τὸν Ἀβραάμ, ἢ δι' ἡμᾶς τοῦτο εἴρηται, τοὺς "καταφυγόντας ἐπ' αὐτὸν, τουτέστιν, ἐλπικότας. ποῦ δὲ ἔχομεν τὸν παρόρμησιν; Εἰς τὸ κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος· τουτέστιν, ἵνα ἀπὸ ἐκείνων τῶν τοῦ Ἀβραὰμ δοθέντων, καὶ περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς πληροφορηθῶμεν, καὶ μὴ διστάζωμεν περὶ τῶν μελλόντων καὶ ἀφανῶν, ἃ ἐλπίζομεν, ἀλλὰ βεβαίως καὶ ἀσφαλῶς κρατῶμεν ταύτης τῆς ἐλπίδος, καὶ μὴ ἀπολύσωμεν αὐτήν. Καὶ γὰρ ἡ περὶ τοῦ Ἀβραὰμ ἐπαγγελία, καὶ περὶ ἡμᾶς ἐστι, καὶ κυρίως περὶ ἡμᾶς τοὺς πιστεύσαντας τῷ Χριστῷ, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται.

19 Ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν.] Ἣν ἐλπίδα ἔχομεν ὡς ἄγκυραν. Καὶ γὰρ ὥσπερ σκάφη τὰ πλοῖα ἐν καιρῷ ζάλης ἴσχυσεν ἑδραῖα, οὕτω καὶ ἡ ἐλπὶς τοὺς σαλευομένους τοῖς πειρασμοῖς, ἑδραίους, καὶ ὑπομονητικοὺς ποιεῖ. Οὐχ ἁπλῶς δὲ εἶπεν, ἄγκυραν, ἀλλὰ ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν. Ἔστι γὰρ ἄγκυρα μὴ φυλάττουσα τὸ σκάφος ἀσάλευτον, ἢ ὅτε σαθρά, ἢ ὅτε ἐλαφροτέρα. Εἰκότως δὲ οὐ θεμελίου ἐμνήσθη, ἀλλ' ἀγκύρας· διότι ὁ μὲν ὅτι τῶν σφόδρα στερρῶν καὶ φιλοσόφων πίπτει· ἡ δὲ ἄγκυρα, ὅτι τῶν ζάλην ἐχόντων. οἷοι ἦσαν οὗτοι τοῖς πειρασμοῖς κλυδωνιζόμενοι.

Καὶ εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος.] Εἶπεν ἀνωτέρω, Ὅτι ἀπαμείναντες· ἐλήφθη γὰρ τὰ ἐλπιζόμενα. νῦν τελειότερον πληροφορῶν, λέγει ὅτι καὶ ἤδη ἔχομεν αὐτὰ τῇ ἐλπίδι. Αὕτη γὰρ εἰσβιβάσασα ἤδη τὸν ἄνθρωπον, ἐποίησεν ἡμᾶς ἤδη ἐν τοῖς ἐπαγγελιώδεσι, κἂν ὑπὸ κάτω "ὦμεν, κἂν" μήπω ἐληλύθαμεν. Τοσαύτην ἔχει τὴν ἰσχὺν ἡ ἐλπὶς, ὥστε τοὺς ἐπιγείους ἀνθρώπους ποιῆσαι. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ παλαιᾷ, τὸ καταπέτασμα διῆρε τὸ ἅγιον ἀπὸ τῆς

"χ. αὐτῶν.

"χ. ἔτι μέν.

Fortiſſimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem.] Hoc eſt, magnam admonitionem & adhortationem. Non enim magis propter Abrahamum, quàm propter nos hoc dictum eſt, qui confugimus ad eum, hoc eſt, ſperavimus. Quorſum autem habemus adhortationem? ad hoc ut teneamus propoſitam ſpem, hoc eſt, ut ab illis quæ ſunt Abrahamo data, de iis etiam quæ ad nos pertinent certiores reddamur, neque quicquam ambigamus de futuris, adeóque cœleſtibus bonis quæ ſperamus, ſed firmiter ac tutò retineamus hanc ſpem, nec dimittamus ipſam. Etenim quæ Abrahamo facta eſt promiſſio, ad nos etiam ſpectat, ac propriè ad nos qui Chriſto credimus, ut in ſuperioribus dictum eſt.

19 *Quam ſicut anchoram habemus animæ, tutam ac firmam.*] Quam ſpem habemus veluti anchoram. Nam perinde ut illa naves tempeſtatis tempore firmas conſtituit, conſimilem ad rationem ſpes agitatos & concuſſos tentationibus, ſtabiles & patientes efficit. Non ſimpliciter autem anchoram dixit, verùm, *tutam ac firmam.* Eſt enim anchora quæ non conſervet ſcapham inconcuſſam, vel ſi putrida fuerit, vel quando plus æquo levior. Meritò autem non fundamenti meminit, ſed anchoræ, eò quòd fundamentum in valde ſolidis ac ſapientibus ponitur: anchora verò in iis quæ tempeſtate quatiuntur, quales fuerunt iſti qui tentationibus agitabantur & fluctuabant.

Et incedentem uſque ad interiora velaminis.] In ſuperioribus dixit, Expectate: evenient enim quæ ſperantur. Jam perfectiùs certos faciens, ait quòd etiamnum ea habemus in ſpe. Iſta namque ingreſſa in cœlum fecit jam nos eſſe in promiſſis bonis, etiamſi adhuc infrà in terris ſimus, etiamſi nondum acceperimus. Spes tantas vires habet, ut terreſtres cœleſtes faciat. Quemadmodum verò in Veteri Teſtamento velamen diſjunxit Sanctum à reliquo tabernaculo:

bernaculo : ita cœlum nobis velamen est, disjungens inferiora à divinioribus & supercœlestibus.

20 *Ubi præcursor pro nobis introiit Jesus.*] Quum spem nostram cœlos ingressam dixerit, confirmat quod dictum est, per res ipsas hoc stabiliens. Etenim Christus ille ingressus est : & non simpliciter ingressus est, sed præcursor ingressus est, hoc est, tanquam & nos videlicet debeamus ingredi. Præcursor enim, quorundam sequentium est præcursor, nec valde multum est intervalli inter præcursorem ac sequentes, quemadmodum neque inter Joannem & Christum. Ne igitur ægrè feratis : mox ingressuri sumus in eum locum, in quo præcursor noster est. Nec contentus fuit dicere, *Præcursor :* sed apposuit, *Pro nobis*, ad majorem confirmationem : perinde quasi hoc dicat : Ipse non habebat opus eò ingredi : quomodo enim, quum Deus esset ? Atenim sicut carnem propter nos assumpsit, sic & propter nos interius cœlum subiit, ut nobis patefaceceret iter. Necessariò itaque ingrediemur & ipsi. Vel, *pro nobis*, est pro, ut intercedat pro nobis ad Patrem, quandoquidem & Pontifex ingrediebatur in Sanctum semel in anno, ut pro populo interpellaret.

Secundùm ordinem Melchisedec, Pontifex factus in æternum.] Hæc maxima etiam nobis est consolatio, siquidem Pontifex noster est in supernis, ac multo præstantior iis qui sunt apud Judæos. Primò secundùm modum : non enim juxta eorum ordinem, sed secundùm ordinem Melchisedec. Deinde loco & tabernaculo : suprà enim in cœlis est. Postea, Testamẽto : de melioribus enim & perfectioribus bonis. Item duratione : sempiternus enim, & non temporarius. Postremò, personâ : Filius enim Dei est. Proinde ne langueatis animo. Hæc autem omnia propter carnem dicta sunt : secundùm hanc enim factus est Pontifex.

λοιπῆς σκιωῆς· ὅτω καὶ ὁ ὑράνὸς ἡμῖν καταπέτασμα, διείργων τὰ κάτω ἀπὸ τῶν ϕοτέρων καὶ ὑπερὑρανίων.

20 Ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν Ἰησοῦς.] Εἰπὼν ὅτι ἡ ἐλπὶς ἡμῶν εἰς τὸν ὑράνὸν εἰσέρχεται, βεβαιοῖ ὃ ῥηθὲν, ἀϕ' ἑαυτῶν τοῦτο πιϛούμενος. Καὶ γὰρ ὁ Χριϛὸς ἐκεῖνος εἰσῆλθε· καὶ οὐχ ἁπλῶς εἰσῆλθεν, ἀλλὰ πρόδρομος εἰσῆλθε, τουτέϛιν, ὡς καὶ ἡμῶν ὀϕελόντων εἰσελθεῖν. Ὁ γὰρ πρόδρομος, ἵνα ὦϛιν ἀκολουθούντων πρόδρομος· καὶ οὐδὲ πολὺ ὃ μέσον τοῦ προδρόμου καὶ τῶν ἑπομένων, ὥσπερ οὐδὲ Ἰωάννου καὶ Χριϛοῦ. Μὴ τοίνυν ἀχθάλλεϛε· ὀσονοῦπω εἰσελευσόμεθα ὅπου ὁ πρόδρομος ἡμῶν. Οὐκ ἠρκέσθη ὃ εἰπὼν, πρόδρομος, ἀλλὰ προσέθηκε καὶ ὅ, ὑπὲρ ἡμῶν, εἰς πλείω πίϛωσιν, ὡσανεὶ τοῦτο λέγων· Οὐκ αὐτὸς ἐδέετο τοῦ εἰκέϛι ἐλθεῖν· πῶς γὰρ Θεὸς ὤν; ἀλλ' ὥσπερ σάρκα δι' ἡμᾶς ἔλαβεν, οὕτω δὲ δι' ἡμᾶς εἰσῆλθεν ἐσώτερον τοῦ ὐρανοῦ, ἵνα ἡμῖν ἀνοίξῃ τὴν ὁδόν. Ὡϛε ἀναϛαίως εἰσελευσόμεθα δὲ αὐτοί. Ἡ δὲ, ὑπὲρ ἡμῶν, αἰτεῖ τοῦ, ἵνα ἐντυγχάνῃ ὑπὲρ ἡμῶν τῷ Πατρὶ, ὡς καὶ ὁ ἀρχιερεὺς εἰσῄει εἰς τὸ ἅγιον ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, δεόμενος ὑπὲρ τοῦ λαοῦ.

Κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, ἀρχιερεὺς γενόμενος εἰς τὸν αἰῶνα.] Καὶ τοῦτο μεγίϛη παράκλησις, εἰ γε ἀνω ὁ ἀρχιερεὺς ἡμῶν, καὶ πολὺ βελτίω τῶν παρὰ Ἰουδαίοις. καὶ τῷ τρόπῳ· οὐ γὰρ κατὰ τὴν τάξιν ἐκείνων, ἀλλὰ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. καὶ τῷ τόπῳ καὶ τῇ σκηνῇ· ἀνω γὰρ καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ. καὶ τῇ διαθήκῃ· ὅτι γὰρ μείζοσι καὶ τελειοτέροις. καὶ τῷ μονίμῳ· αἰώνιος γὰρ, καὶ ὁ προσκαιρος. καὶ τῷ προσώπῳ· υἱὸς γὰρ Θεοῦ. Ὡϛε μὴ ἀθυμεῖτε. Ταῦτα δὲ πάντα διὰ τὴν σάρκα εἴρηται· κατὰ γὰρ τοῦτον γε ἐγένετο ἀρχιερεύς. "γ. γένηται

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. ζ.

Οὗτος γὰρ ὁ Μελχισεδὲκ βασιλεὺς Σαλὴμ, ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, ὁ συναντήσας Αβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων, καὶ εὐλογήσας αὐτόν· 2 Ὧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Αβραάμ.] Σκοπὸς τῷ ἀποστόλῳ δεῖξαι τὴν διαφορὰν τῆς παλαιᾶς πρὸς τὴν καινήν· καὶ τοῦτο βουλόμενος καὶ ἐν προοιμίοις ἔδειξεν εἰπών, ὅτι τοῖς μὲν πάλαι λαλήσασι διὰ τῶν δούλων ὁ Θεὸς, τὸν προφήτην· ἡμῖν δὲ τοῖς ἐν τῇ καινῇ, ἐν τῷ υἱῷ. Ἐπεὶ δὲ ἀσθενεῖς ἦσαν οἱ ἀκούοντες, ἅτε ὀλιγοψυχήσαντες ἐν τοῖς πειρασμοῖς, ἀνέκλησατο αὐτῶν τὴν ὀλιγοψυχίαν ἐν τῷ μεταξὺ, καὶ λοιπὸν μὴ ἱκανῶς αὐτοὺς ἀνακτησάμενος, πάλιν τὸν περὶ τῆς ὑπεροχῆς τῆς καινῆς τῆς παλαιᾶς εἰσάγει λόγον. Καὶ ὅρα σοφίαν. Δείκνυσι τὸν Μελχισεδὲκ, ὃς τύπος ἦν τοῦ Χριστοῦ, ὑπερέχοντα τοῦ Αβραάμ. Εἰ μὴ γὰρ ὑπερεῖχεν, οὐκ ἂν εὐλόγησεν αὐτὸν, καὶ δεκάτας ἀπ' αὐτοῦ ἐλάμβανεν. ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τοῦ Αβραὰμ κατήγοντο οἱ νομικοὶ ἱερεῖς, δηλονότι καὶ τούτων ὑπερέχει ὁ Μελχισεδὲκ, ὡς καὶ αὐτοὺς εὐλογῶν καὶ ἀποδεκατῶν, ἐν οἷς τὸν προπάτορα αὐτῶν εὐλόγει, καὶ ἐδεκάτευε. Εἰ δὲ ὁ τύπος τοῦ Χριστοῦ ὁ Μελχισεδὲκ τοσοῦτον διαφέρει τῶν νομικῶν ἱερέων, πόσῳ μᾶλλον ὁ ἀληθινὸς Μελχισεδὲκ ὁ Χριστός; Οὗτος μὲν ὁ νοῦς ἅπας τοῦ χωρίου. στενοτέρων δὲ τὴν περὶ τοῦ Μελχισεδὲκ διήγησιν, ἐπιφέρει τὴν θεωρίαν μυστικῶς καὶ πνευματικῶς ἀλληγορῶν τὴν ἱστορίαν.

Πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης.] Δείκνυσιν οὕτως πῶς ὁ Μελχισεδὲκ τύπος τοῦ Χριστοῦ. καὶ ἔστιν ἀπ' αὐτοῦ, φησὶ, τοῦ ὀνόματος μάθωμεν τὴν ἀκρίβειαν. Μελχὶ μὲν γὰρ, βασιλεύς· Σεδὲκ δὲ, δικαιοσύνη. Τίς δὲ

CAP. VII.

Hic enim Melchiſedec, rex Salem, ſacerdos Dei ſummi, qui obviavit Abrahæ regreſſo à cæde regum, & benedixit ei. 2 *Cui & decimas omnium diviſit Abraham.*] Scopus eſt Apoſtolo, commonſtrare diſcrimen Veteris & Novi Teſtamenti: atque hoc ſtatim in exordio indicavit, quum diceret, *Patribus quidem loquutus eſt Deus per ſervos, prophetas: nobis autem*, qui ſumus in Novo Teſtamento, *loquutus eſt per filium.* Quia verò infirmi erant auditores, quippe qui languido eſſent animo in tentationibus, illorum puſillanimitatem interim refocillavit, & deinceps, quum abundè eos refeciſſet, rurſus de excellentia Novi Teſtamenti, quâ Vetus exuperat, inducit ſermonem. Conſidera verò ejus ſapientiam. Oſtendit Melchiſedec, qui erat typus Chriſti, excellentiorem Abrahamo fuiſſe. Niſi enim fuiſſet præſtantior, non benedixiſſet ei, nec decimas ab eo accepiſſet. Quoniam verò ab Abrahamo deducebantur ſacerdotes legis, iſtos quoque Melchiſedec præcellit, quatenus ipſis & benedixit, ac decimas ab ipſis accepit, quandoquidem & progenitori eorum benedixerit, ac decimas ab eo ſumpſerit. Quòd ſi figura Chriſti Melchiſedec tantum excellit ſacerdotes legis, quanto potius verus Melchiſedec Chriſtus? Hæc quidem eſt ſententia totius loci. Abbrevians autem narrationem de Melchiſedec, ſubinfert contemplationem, myſticè & ſpiritualiter hiſtoriam ad allegoriam transferens.

Primùm quidem ex interpretatione dicitur rex juſtitiæ.] Declarat hoc loco quânam ratione Melchiſedec ſit figura Chriſti: ac primùm quidem ab ipſo nomine diſce exactam rationem. Melchi enim, Rex; Sedec autem, juſtitiam valet. Quis autem

alius

alius est rex justitiæ, præter Dominum nostrum Jesum Christum?

Deinde autem & rex Salem, quod est Rex pacis.] Ab urbis nomine, inquit, id etiam planum est. Salem enim pacem valet, si interpreteris. Quis autem alius pacis rex est præter Christum, qui pacificavit ea quæ sunt in cœlis, & quæ super terram? Nulli mortalium convenit, justitiæ pacísque esse regem, præterquam uni Christo.

3 *Sine patre, sine matre, sine genealogia.*] Aliam hic similitudinem habes. Quemadmodum enim Melchisedec sine patre est & sine matre, non quòd non habuerit patrem, aut matrem (habebat enim ipse, utì mortalium unus) sed quia genealogia ejus non extat in Scriptura, neque parentum ejus nomen apparet. Hunc ad modum Christus, sine patre est secundùm inferiorem generationem: ex sola namque Virgine Maria genitus est, quatenus ad carnem attinet. Sine matre autem est secundùm supernam nativitatem: ex solo enim patre ante omnia secula ineffabiliter & incomprehensibiliter generatus est. Præterea genealogiâ etiam vacat. Nam, *Generationem ejus quis enarrabit?* quandoquidem & qui supernè in cœlis genuit eum Pater, sit etiam inexplicabilis, atque adeò ipse modus generationis. Porrò & quæ infernè in terris eum peperit mater sub rationem non cadit secundùm modum generationis, nimirum, quomodo Virgo peperit, quomodo sine doloribus, ac similia. Christus igitur revera sine Patre ac sine matre est: Melchisedec verò & sine patre & sine matre, non revera, (fieri enim hoc non potest) sed quatenus parentes ejus in Scriptura non exprimuntur. Quare quod ait, *Sine genealogia*, veluti interpretatur quid sit, *sine patre ac sine matre*, perinde quasi Apostolus diceret: Hanc ad rationem dixi Melchisedec patre ac matre vacare, quòd genealogia ejus in Scriptura non exprimatur, nec mentio generis ejus in scriptura fiat.

ἄλλος βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἀλλ' ἢ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός;

Ἔπειτα ὃν δὲ βασιλεὺς Σαλήμ· ὅ ἐστι βασιλεὺς εἰρήνης.] Καὶ ἀπὸ τ πόλεως, φησι, τοῦτο δῆλον. Σαλὴμ γὰρ ἑρμηνεύεται εἰρήνη. Τίς ὢν ἄλλος βασιλεὺς εἰρήνης ἢ ὁ Χριστὸς, ὁ εἰρηνοποιήσας τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς; ᾧτινι αὐθεφτων ἁρμόζῃ ὄν, τ δικαιοσύνης καὶ εἰρήνης "βασιλεύς, εἰ μὴ μόνῳ Χριστῷ. "χ. τῦ βασιλία.

3 Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος.] Ἐχεις ἂν ἑτέραν ὁμοιότητα. ὥσπερ γὰρ ὁ Μελχισεδὲκ ἀπάτωρ ἐστὶ καὶ ἀμήτωρ, οὐχ ὅτι οὐκ εἶχε πατέρα ἢ μητέρα (εἶχε γὰρ καὶ αὐτὸς, ὡς εἷς τῶν ἀνθρώπων) ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐγενεαλογήθη τοῦτο τῇ γραφῇ, οὐδὲ ἐμφαίνεται ὄνομα τῶν γονέων αὐτ. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, ἀπάτωρ ἐστὶ κτ τὴν κάτω γέννησιν· οὐ μόνης γὰρ τ παρθένου Μαρίας ἐγεννήθη ὁ κτ σάρκα. Ἀμήτωρ ὢν κτ τὴν ἄνω γέννησιν· οὐ μόνου γὰρ τοῦ Πατρὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἀῤῥήτως καὶ ἀνεπινοήτως γεγέννηται. Ἀλλὰ καὶ ἀγενεαλόγητος. Τὴν γὰρ γενεὰν αὐτ τίς διηγήσεται; Ἐπεὶ καὶ ὁ ἄνω γεννήσας πατὴρ, ἀνέρμηνευτος, καὶ αὐτὸς ὁ τρόπος τῆς γεννήσεως. Καὶ ἡ κάτω ὑ γεννήσασα μήτηρ, λέγω οὐχ ὑποπίπτει, κατάγε τ τρόπον τῆς γεννήσεως, οἷ, πῶς ἐγέννησε παρθένος, πῶς ἄνευ ὠδίνων, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ὁ μὲν οὖν Χριστὸς, ἀληθῶς καὶ ἀμήτωρ καὶ ἀπάτωρ ἐστίν· Ὁ δὲ Μελχισεδὲκ ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ, οὐκ ἀληθῶς· ἀνένδεκτον γὰρ τοῦτο· ἀλλὰ τῷ μὴ ἐμφέρεσθαι τῇ γραφῇ τοὺς αὐτ γονεῖς. ὥστε, ὅ, ἀγενεαλόγητος, ὥσπερ ἐφερμηνευτικόν ἐστι τοῦ, ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ· οἱονεὶ λέγοντος τ ἀποστόλου· Οὕτως εἶπον τ Μελχισεδὲκ ἀπάτορα καὶ ἀμήτορα, ὡς ἀγενεαλόγητον, καὶ ὡς μὴ μνημονευθείσης τῆς γενεᾶς αὐτ τῇ γραφῇ·

Μήτε

Μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων· ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές.] Καὶ τοῦτο δ' ἄν τις νοήσας ὡς χρὴ τὰ πρόφορα. ὡς μὲν γὰρ ἄνθρωπος, εἶχεν ὁ Μελχισεδὲκ πρώτως καὶ ἀρχὴν ἡμερῶν, καὶ τέλος ζωῆς· πλὴν καθὸ ἡμεῖς οὐκ ἴσμεν ὅτε ποτὲ ἐγεννήθη, οὔτε πότε ἐτελεύτησεν, ὡς πρὸς τὴν ἡμετέραν γνῶσιν, οὔτε ἀρχὴν ἔχει, οὔτε τέλος. Ὁ μέντοι Χριστὸς ἀληθῶς, ἅτε Θεὸς, ὅτε ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχει· ἀνάρχως γὰρ κατὰ τὸν ἀπὸ χρόνου ἄρχειν, εἰ καὶ τὸν Πατέρα ἔχει ἀρχὴν ὡς αἴτιον. ὅτε τέλος· ἀτελεύτητος γάρ· ὃ δὴ σύμπαν εἰπεῖν, ἀίδιος. Ποῦ δῆτα οἱ Ἀ-
" χ. Χριστὸν. ρειανοί; Ἀκουέτωσαν ὅτι ὁ "Υἱὸς ἀρχὴν οὐκ ἔχει. Οὕτως οὖν δίδωσιν ἡμῖν ὁ
" χ. λέγειν. Παῦλος "λύειν· καὶ ὅταν αὖ ἀπορήσῃ τις, πῶς ὁ Χριστὸς ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, ὅπουγε ὁ Μελχισεδὲκ ἐτεθνήκει, καὶ οὐκ ἐμέλλετο εἰς τὸν αἰῶνα ἱερεύς. Λύσομεν γὰρ ἐντεῦθεν, τοῦτο λέγοντες, ὅτι ὁ μὲν Χριστὸς αἰώνιος ὢν καὶ ἀτελεύτητος, ἀεί ἐστιν ἱερεὺς τῇ ἀληθείᾳ. καὶ νῦν μὲν γὰρ ἑκάστοτε ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφέρειν πιστεύεται διὰ τῶν λειτουργῶν αὐτοῦ, ἄλλως τε καὶ ὡς ἐντυγχάνων τῷ Πατρὶ ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ τότε δὴ τὰ τελεώτερα ἱερουργήσει ἡμῖν καὶ μυστικώτερα, ἑαυτὸν ἡμῖν εἰς βρῶσιν καὶ πόσιν προτιθεὶς καινῶς καὶ ὑπὲρ πᾶσαν νόησιν. Ὁ δὴ Μελχισεδὲκ ἀτελεύτητον λέγεται ἔχειν τὴν ἱερωσύνην, οὐχ ὅτι ζῇ ἀεί· ἐτεθνήκει γάρ· ἀλλὰ καθὸ οὐκ ἐμφέρεται τῇ γραφῇ τὸ τέλος αὐτοῦ, ἵν' ἐντεῦθεν ἔχοιμεν γινώσκειν, πότε ἡ ἱερωσύνη αὐτοῦ ἐπαύσατο. Ὥσπερ οὖν καὶ ἐν τοῖς ὀνόμασιν, ἐπ' ἐκείνου μὲν προφητεία μόνα ἦσαν τὸ, Μελχισεδὲκ, καὶ τὸ, βασιλεὺς Σαλὴμ, ὅπερ ἐν Χριστοῦ πράγματι ἀλήθεια· οὕτω καὶ τὸ, μήτε ἀρχὴν ἔχειν μήτε τέλος, ἐπ' ἐκείνου μὲν, ἅτε τὸ μὴ γεγράφθαι, τύπος * ἦν· ὅπερ ἐν Χριστοῦ, * χ.

Neque initium dierum, neque vitæ finem habens; assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum.] Hoc etiam perinde intelliges, ut præmemorata. Quatenus enim homo erat, habebat prorsus Melchisedec cùm principium dierum, tum finem vitæ: verùm quatenus nos nescimus quando natus sit aut mortuus, quod attinet ad nostram cognitionem, neque principium neq; finem habet. Christus tamen revera, ut Deus, neque initium dierum habet: principio enim caret, juxta principium quod à tempore dicitur, etiamsi Patrem habeat principium tanquam causam. Neque finem: immortalis enim est, atque ut summatim dicam, sempiternus. Ubi sunt igitur Ariani? Audiant Filium principium non habere. Hanc ad rationem Paulus nos instituit, quomodo istud sit diluendum: atq; etiam sicubi aliquis dubitaverit, quomodo Christus sacerdos sit in æternum secundùm ordinem Melchisedec, quandoquidem Melchisedec mortuus est, nec factus est sacerdos in sempiternum. Diluemus igitur hinc, dicentes, Christum, cùm æternus sit & immortalis, revera semper esse sacerdotem. Nam & nunc quidem semper & ubique seipsum pro nobis offerre creditur per ministros suos, præsertim cùm apud Patrem pro nobis intercedit: tum verò, perfectiora, & magis mystica sacra pro nobis perficiet, seipsum nobis in cibum & potum proponens, novo quodam modo omnem ingenii captum exuperante. Melchisedec autem æternum habere sacerdotium dicitur, non quòd vivat semper; (Mortuus enim est) verùm quia non traditur in Scriptura finis ejus, ut inde possimus cognoscere quando sacerdotium ejus cessaverit. Quemadmodum igitur nomina, in illo sanè solæ appellationes fuerunt, Melchisedec, & rex Salem, in Christo autem rerum veritas: sic & quòd neque principium neque finem habuerit, in illo quidem, quia sacris literis non esset insertum, typus erat: in Christo autem, secundùm

cundùm veritatem. Si enim undique futura erat similitudo, non jam figura essent ac veritas, verùm aut utraque typus, aut utraque veritas. Nónne autem & hoc in imaginibus cernimus? Etenim hîc umbratilis pictura ad perfectam jam imaginem similitudinem quandam habet, quatenus characterem ejus per lineas obscurè denotat: habet & dissimilitudinem, quatenus imago per colores magis perspicuam necnon evidentiorem formam suscepit.

4 *Intuemini autem quantus sit iste, cui & decimas dedit de spoliis Abraham Patriarcha.*] Posteaquam figuram veritati adaptaverat, vel quæ sunt Melchisedec, Christo; confidenter jam deinceps demonstrat, typum ipsum, hoc est, Melchisedec, ipsis apud Judæos veris sacerdotibus splendidiorem esse: nec ipsis solis, verumetiam ipso Patriarchâ. Si autem typus, multo potiùs verus Pontifex Christus istis erit præstantior. Videte igitur, inquit, quantus sit iste, & quantum excellat, cui dona offerebat, non vulgaris certè homo, sed Abraham talis tantúsque Patriarcha: non enim citra rationem, *Patriarcha*, apposuit, verùm ut efferret personam: &, *de spoliis*, hoc est, exuviis præstantiorum, & honoratiorum. Nec dici potest, quòd veluti ei qui unà bellum gesserit cum eo, ac auxiliatus sit ei, diviserit compensationem laboris, sed domi residenti. Eam enim ob rem & suprà prædixit, quòd occurrerit Abrahamo revertenti à cæde regum. Si autem ipso Patriarchâ major est (quod ipsa decimarum datio sanè indicat) multo magis sacerdotibus legis.

5 *Et quidem de filiis Levi Sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere à populo secundùm legem, hoc est, à fratribus suis, quanquam & ipsi exierint de lumbis Abrahæ.* 6 *Cujus autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham.*] Probat jam quomodo Melchisedec sit Abrahamo major,

καὶ ἀλήθεια. Εἰ γὰρ πανταχοῦ ἔμενεν τῇ ἰδίᾳ ἡ ὁμοιότης, οὐκέτι τύπος ἂν ἦν καὶ ἀλήθεια, ἀλλ' ἢ ἀμφότερα τύπος, ἢ ἀμφότερα ἀλήθεια. Ἢ οὐχὶ καὶ ὅτι τῶν * εἰκόνων τοῦτο θεωροῦμεν; Καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα ἡ σκιαγραφία πρὸς τὸ ἀποτελεσθεῖσαν ἤδη εἰκόνα ἔχει τι ὅμοιόν τι, καὶ ἀποτυποῖ δι' ἀμυδρῶν γραμμῶν τὸν χαρακτῆρα· ἔχει τι ἀνόμοιον, καὶ ἡ εἰκὼν διὰ τῶν χρωμάτων, σαφέστερον καὶ ἐμφανέστερον τὸν χαρακτῆρα ἐδείξατο. * εἰκόνι.

4 Θεωρεῖτε οὖν πηλίκος ἐστὶν, ᾧ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν ἐκ τῶν ἀκροθινίων ὁ πατριάρχης.] Ἐπειδὴ τὸν τύπον τῇ ἀληθείᾳ ἐφήρμοσεν, ἤδη τὰ τοῦ Μελχισεδὲκ τοῦ Χριστοῦ, θαῤῥῶν λοιπὸν, καὶ ἀποδείκνυσιν ὅτι ὁ τύπος, τουτέστιν, ὁ Μελχισεδὲκ, αὐτῶν τῶν παρὰ Ἰουδαίοις ἀληθῶν ἱερέων λαμπρότερος· καὶ οὐκ αὐτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ πατριάρχου αὐτοῦ. Εἰ γὰρ ὁ τύπος, πολλῷ μᾶλλον ὁ ἀληθινὸς ἀρχιερεὺς Χριστὸς ὑπερέξει τούτων. Ἴδετε οὖν, φησι, πηλίκος ἐστὶν ἐστὶ, καὶ πόσον ὑπερέχει, ᾧ δῶρα προσέφερεν οὐχ ὁ τυχὼν ἄνθρωπος, ἀλλ' ὁ Ἀβραὰμ, ὁ τοσοῦτος ὁ πατριάρχης· οὐκ ἀλόγως γὰρ ὁ, πατριάρχης, προσέθηκεν, ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὃ προέσαπεν· καὶ ἐκ τῶν ἀκροθινίων, τουτέστιν, ἐκ τῶν λαφύρων τῶν χρειττόνων καὶ μειζοτέρων. καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι ὡς συστρατευσαμένῳ καὶ συμπονήσαντι ἀπεμέρισε ἵνα ἀμοιβὴν τοῦ καμάτου, ἀλλ' οἴκοι καθημένῳ. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ προέφθη ὑστέρῳ, ὅτι συνῳκήκει τῷ Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων. Εἰ οὖν τοῦ πατριάρχου μείζων (καὶ τοῦτο δηλοῖ ἡ τοῦ δεκάτης δόσις) πολλῷ μᾶλλον τῶν νομικῶν ἱερέων.

5 Καὶ οἱ μὲν ἐκ τῶν υἱῶν Λευὶ τὴν ἱερωσύνην λαμβάνοντες, ἐντολὴν ἔχουσιν ἀποδεκατοῦν τὸν λαὸν κατὰ τὸν νόμον, τουτέστι, τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν, καίτοι ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος Ἀβραάμ. 6 Ὃν δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν, δεδεκάτωκε τὸν Ἀβραάμ.] Νῦν κατασκευάζει πῶς μείζων ἐστὶν ὁ Μελχισεδὲκ τοῦ Ἀβραάμ.

Αβραὰμ, καί φησιν, ὅτι οἱ ἐκ τ Λευὶ τῆς φυλῆς ἱερατεύοντες ἐδεκάτουν τ λαὸν, τουτέστι δηλοῦσιν ὡς χρείττους ὄντες τοῦ τ ἱερωσύνης ἀξίωμα. Τίνος γὰρ ἄλλου ἕνεκεν οἱ τῷ λαῷ κοπιῶμενοι καὶ ταλαιπωρούμενοι, τοῖς ἱερεῦσιν ὑ κοπιῶσιν, οὐδὲ γεωργοῦσι τοσοῦτοι τὰς ἐκ πάντος γένους δεκάτας, ἢ πάντως ὡς θειοτέροις, καὶ μείζονι ἔργῳ τοσοῦτον σχολαζομένοις; τοσοῦτόν ἐστι τὸ τ ἱερωσύνης ἀξίωμα, καὶ ὅτῳ οἱ τοῦτο ἔχοντες ὑψηλότεροί εἰσι τῶν οἰκείων ἀδελφῶν, καὶ ἐκ τ αὐτῆς ὀσφύος ἐξεληλυθότων. Καὶ ὁ Μελχισεδὲκ τίνιον ὅτῳ δεδεκάτωκε τ Αβραὰμ, καὶ ταῦτα μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτοῦ, τουτέστι, μὴ τῷ αὐτοῦ ὢν γένους (ἀλλόφυλος γὰρ ἦν) κρείττων αὐτοῦ ἐστι καὶ ὑψηλότερος. Πῶς γὰρ ἂν ἔδωκεν ἀλλοφύλῳ δεκάτας ὁ Αβραὰμ, εἰ μὴ πολλὴ ἦν ἡ τιμή; εἰ δὲ ὁ Μελχισεδὲκ, ὁ τύπος ὑπερέχει, καὶ ταῦτα τῷ Αβραὰμ, πολλῷ μᾶλλον ὁ ἀληθινὸς ἀρχιερεὺς ὑπερέχει τῶν νομικῶν ἱερέων.

Καὶ τ ἔχοντα τὰς ἐπαγγελίας εὐλόγηκεν.] Ἐπιδὴ αὖθις καὶ κάτω τοῦτο ἦν ὃ μεγαλεῖον τ Αβραὰμ, ὃ, τὰς ἐπαγγελίας λαβεῖν παρὰ Θεοῦ, τοιοῦτον τοῦτο νῦν, ὅτι τ τοσοῦτον καὶ τηλικοῦτον τ ὁμιλίας θείας ἀξιωθέντα, καὶ ἔχοντα ὀφλέτην τ Θεὸν, τοῦτον εὐλόγησεν ὁ τύπος τοῦ Χριστοῦ.

7 Χωρὶς δὲ πάσης ἀντιλογίας, τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται.] Εἶπεν ὅτι εὐλόγησεν ὁ Μελχισεδὲκ τ τηλικοῦτον Αβραάμ· πάντες δὲ κοινῶς καὶ ἀναντρέπτως οἴδαμεν, ὅτι ὁ εὐλογῶν, κρείττων ἐστὶ τοῦ εὐλογουμένου. κρείττων ἄρα καὶ ὁ Μελχισεδὲκ, ὁ τ Χριστὸν προτυπῶν, τοῦ πατριάρχου.

8 Καὶ ὧδε μὲν δεκάτας ἀποδεκάτους ἄνθρωποι λαμβάνουσιν· ἐκεῖ δὲ μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ.] Καὶ ἕτερος λογισμὸς, ἀποδεικνύων μείζονα τῶν νόμων inquiens: Qui ex Levitica tribu ſacerdotio fungebantur, decimas ſumebant à populo, utpote qui præſtantiores atque honoratiores eſſent propter ſacerdotii dignitatem. Nam propter quid aliud populus ipſe qui laboribus & ærumnis affligitur, ſacerdotibus non laborantibus neque agrum colentibus omnis generis decimas offerunt, niſi quia diviniores ſunt, majorique operi vacant? Tanta eſt ſacerdotii dignitas, adeóque qui eo funguntur, ſublimiores ſunt propriis fratribus, atque iis qui ex iiſdem lumbis ſint egreſſi. Quandoquidem igitur Melchiſedec Abrahamum decimavit, cùm tamen ex eo non denumeraretur ei genealogia, id eſt, cùm non eſſet ex ejus genere (alienigena enim erat) potior ipſo eſt & ſublimior. Quomodo enim alienigenæ dediſſet decimas Abrahamus, ni multo honore ac dignitate floruiſſet? Quòd ſi Melchiſedec qui typus erat, ſublimior eſt, & quidem ipſo Abrahamo, multo magis verus Pontifex excellet ſacerdotes legis.

Et hunc, qui habebat repromiſſiones, benedixit.] Quia iſtud ubique & paſſim Abrahamum magnum & ſplendidum reddebat, nempe quòd promiſſiones à Deo accepiſſet: apponit hoc nunc, quòd tanto ac tali, qui divino colloquio dignus fuiſſet habitus, quique haberet debitorem Deum, huic, inquam, figura Chriſti benedixit.

7 *Sine ulla autem contradictione, quod minus eſt, à meliori benedicitur.*] Dixit tantum ac talem Abrahamum ab ipſo Melchiſedec benedictum fuiſſe. Omnes autem palam & ſine contradictione ſcimus, quòd benedicens eſt præſtantior eo cui benedicitur. Ergo Melchiſedec qui Chriſtum præfigurabat, ipſo Patriarcha major erat.

8 *Et hîc quidem decimas morientes homines accipiunt, illic autem teſtimonium habens quòd vivat.*] Aliud eſt argumentum, quo demonſtrat majorem ſacerdoti-

bus legis Melchiſedecum. *Hîc* enim, hoc eſt, in lege, decimas accipientes moriuntur : *illic autem*, hoc eſt, in cauſa ſecundùm Melchiſedecum, decimas accepit is, cui teſtimonium Scriptura dicit quòd vivat. *Tu enim*, inquit, *ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedec.* Vivere autem ſemper Melchiſedecum, ſic intellige perinde ac ſuprà memoratum eſt, hoc eſt, quòd Scriptura non faciat mentionem obitûs ejus. Nonnulli verò mori Levitas, & vivere Melchiſedecum etiam ſic intelligunt, quòd modus quidem ſacerdotii Levitarum mortalis erat; abolitus eſt enim : ratio autem ſacerdotii Melchiſedeci, ſive ſecundùm Chriſtum, vivit & manet, ſemperque durabit.

9 *Atque (ut ita dicam) per Abrahamum & Levi qui decimas accipit, decimatus eſt.*] Ne dicere queant legales ſacerdotes, Ecquid ad nos ſi Abrahamus decimatus eſt? ait, quòd per Abrahamum, ut medium, Levi etiam qui ſacerdotii noſtri princeps erat, decimáſque accipiebat, decimas dedit. Nónne igitur Levi Melchiſedecus eſt melior, tanquam qui ab ipſo etiam decimas accipere viſus ſit, intermediante Abrahamo? Quod autem ait, ὡς ἔπος εἰπεῖν, vel hoc ſignificat, ut breviter dicam, vel, ut ſic dicam. Quia enim audacius dictum videbatur, affirmare quòd Levi priuſquam in mundum productus eſſet per nativitatem, decimas dederit Melchiſedeco, correxit hoc.

10 *Adhuc enim in lumbis patris erat, quando obviavit ei Melchiſedec.*] Aſtruit, quânam ratione Levi decimatus ſit, aitque quòd cùm progenitor ejus decimatus eſſet, ipſe potentiâ pariter decimatus eſt, quippe qui tum in lumbis Abrahami erat, ac ex ſemine ejus naſciturus, etſi nondum natus eſſet. Nec dixit, Levitæ, ſed, *Levi*, ut excellentiam oſtendat. Papæ! quantum auſus eſt! foras ejecit Judaica, eamque ob

μου ἱερέων τ Μελχισεδέκ. οἱ μὲν γὰρ ὧδε, τυτέστιν, ἐν τῷ νόμῳ λαμβάνοντες δεκάτας, ἀποθνήσκουσιν· ἐκεῖ δέ, τυτέστιν, ἐν τῷ χῷ τ Μελχισεδὲκ προσάγματι, ἔλαβε δεκάτας ὁ μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ τ γραφῆς, ὅτι ζῇ. Σὺ γάρ, φησιν, ἱερεὺς εἰς τ αἰῶνα κῷ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Τὸ δὲ ζῆν ἀεὶ τ Μελχισεδέκ, ὅτω δέξαι, ὡς καὶ ἀνωτέρω εἴρηται· τυτέστιν, ὡς μὴ μεμνησθαι μένης τῆς τελευτῆς αὐτ διὰ τῆς γραφῆς. Τινὲς δὲ ἀποθνήσκειν μὲν τοὺς Λευίτας, ζῆν δὲ τ Μελχισεδέκ, οὕτω νοοῦσιν· ὅτι ὁ μὲν τύπος τ τῶν Λευϊτῶν ἱερωσύνης, θνητὸς ἦν· κατήργηται γάρ· ὁ δὲ τ τ Μελχισεδέκ, ὅτι τ χῦ Χριστὸν *, ζῇ κῷ μένει, καὶ ἔσται ἀεί. * ζωῆς.

9 Καὶ (ὡς ἔπος εἰπεῖν) διὰ Αβραὰμ, καὶ Λευὶ ὁ δεκάτας λαμβάνων δεδεκάτωται.] Ἵνα μὴ ἔχωσι λέγειν οἱ νομικοὶ ἱερεῖς, καὶ τί πρὸς ἡμᾶς εἰ ὁ Αβραὰμ δεδεκάτωται; φησὶν ὅτι διὰ μέσου τ Αβραὰμ, καὶ Λευὶ δεδεκάτωται, ὁ ἀρχηγὸς τῆς καθ' ἡμᾶς ἱερωσύνης, ὁ δεκάτας λαμβάνων. Ἆρα οὖν οὐκ ἔστι καὶ τ Λευὶ κρείττων ὁ Μελχισεδέκ, ὡς καὶ παρ' αὐτ δεκάτας λαβεῖν ἐοικώς, διὰ "μέσου τ Αβραάμ; Τὸ δὲ, ὡς "χαριέντως ἔπος εἰπεῖν, ἢ τοῦτο σημαίνει, ὅτι καὶ ἐν σωτόμῳ εἰπεῖν, ἢ ἀντὶ τ, ἵν' οὕτως εἴπω. Ἐπεὶ γὰρ τόλμημα ἐδόκει τὸ εἰπεῖν, ὅτι ὁ Λευὶ, μήπω εἰς γένεσιν προελθεὶς, ἐδεκατώθη προ τ Μελχισεδέκ, ἐκόλασε τοῦτο.

10 Ἔτι γὰρ ἐν τῇ ὀσφύι τ πατρὸς ἦν, ὅτε συνήντησεν αὐτῷ ὁ Μελχισεδέκ.] Κατασκευάζει πῶς ὁ Λευὶ δεδεκάτωται, καὶ φησιν ὅτι τ προπάτορος δεκατωθέντος, κῷ αὐτὸς δυνάμει δεδεκάτωται, οἷα δὴ ἐν τῇ ὀσφύι τ Αβραὰμ ὤν, κῷ οὐκ τ σπέρματος αὐτ μόνον γενεᾷ, εἰ κῷ μηδέπω ἐτέχθη. Καὶ οὐκ εἶπεν, οἱ Λευῖται, ἀλλ', ὁ Λευὶ, ἵνα δείξῃ τ ὑπερογκόν. Βαβαὶ, τί ἐτόλμησεν; ἔρριψεν ἔξω τὰ Ιουδαϊκά.

διὰ

ἀλλὰ τοῦτο παρέλεγλε, ὅτι νωθροὶ γεγόνατε, ὅθεν τοιαῦτα ἔμελλεν ἐρεῖν, ἵνα μὴ ἀποσκιρτήσωσι. Παρασκευάσας οὖν, καὶ παρασκαρτίσας αὐτοὺς ὡς ἠβούλετο, ἅπτεται ἤδη λέγειν ἃ βούλεται. Οὐ γὰρ ὥσπερ ἡ γῆ παραλαβοῦσα τὸ σπέρμα, αὔξει αὐτὸ, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ τὸν λόγον κατέχει καὶ τρέφει. Ἐκεῖ μὲν γὰρ φύσις ἐστὶν, ἥτις τὸ σπαρὲν ἔχει· ἐνταῦθα δὲ αἵρεσις, πολυτροπώτατον χρῆμα καὶ βιομεταβλητον. Διὸ χρὴ τὸν διδάσκαλον πολλὰ προοικονομεῖν.

11 Εἰ μὲν οὖν τελείωσις διὰ τῆς Λευϊτικῆς ἱερωσύνης ἦν, (ὁ λαὸς γὰρ ἐπ' αὐτῇ νενομοθέτητο) τίς ἔτι χρεία, κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἕτερον ἀνίστασθαι ἱερέα, καὶ μὴ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν λέγεσθαι;] Ἐδειξεν, ὅτι ὁ Μελχισεδὲκ πολὺ βελτίων ἦν καὶ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τοῦ Λευΐ, ᾧ τάξει ἱερέων αὐτὸς ἐμόμενος. Νῦν αὖθις ἕτερον ἐπιχείρημα εἰσάγει, δεικνὺς ὅτι ἡ κατὰ Χριστὸν ἱερωσύνη πολλῷ κρείττων τῶν Λευϊτῶν· καὶ ὅτι ἡ μὲν τοῦ Χριστοῦ τελεία, ἡ δὲ ἐκείνων ἀτελής. Καὶ γὰρ εἰ ἦν τελεία ἡ νομικὴ ἱερωσύνη, κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν ἔδει ἀναστῆναι ἱερέα. ὁ γὰρ Ἀαρὼν τῆς Λευϊτικῆς ἦν φυλῆς. Ἀλλὰ μὴν οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ λέγεται ἀνίστασθαι ἱερεύς. Λοιπὸν οὖν, ὡς ἀτελοῦς οὔσης ἐκείνης, ἄλλη αὐτεπάγει) Καὶ δὴ, ἔτι, ἐστὶ πολλοῦ τοῦ ἐμφασιν ἔχει· ὡσεμνεῖ γὰρ τοῦτο λέγει· ὅτι Εἰ μὲν ἦν ὁ Χριστὸς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ πρότερον, εἶτα ὁ νόμος ἐδόθη, εἰκότως ἄν τις εἶπεν, ὅτι ὡς ἀτελοῦς οὔσης τῆς κατὰ τὸν Μελχισεδὲκ, ἐδόθη ἡ κατὰ τὸν νόμον ἱερωσύνη, τουτέστιν, ἡ τοῦ Ἀαρών. Νῦν δὲ ὕστερός ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ ἕτερον λαμβάνων τύπον ἱερωσύνης. Περιδηλον οὖν· ὅτι ὡς ἀτελεστέρας οὔσης τῆς τοῦ Ἀαρὼν, ἀντεπάγει) ἑτέρα. Τί δέ ἐστι τὸ, ἐπ' αὐτῇ νενομοθέτητο); τοῦτ' ἔστιν, οὐκ

rem in ſuperioribus prædixit, *Segnes facti eſtis:* quia talia dicturus erat, ne reſilirent. Præparatis igitur ipſis atque præmunitis, uti volebat, ſic jam dicit quæ vult. Non enim quemadmodum terra recepto ſemine auget, ac creſcere illud facit, ſic anima verbum continet, & fovet. Illic enim natura eſt quæ ſtabilitatem habet: hîc autem voluntas, res varia, & facilè mutabilis. Quare præceptor multa præſtruere debet.

11 *Si ergo conſummatio per ſacerdotium Leviticum erat (populus enim ſub ipſo legem accepit) quid adhuc neceſſarium fuit, ſecundùm ordinem Melchiſedec alium ſurgere ſacerdotem, & non ſecundùm ordinem Aaronis dici?*] Jam antè Melchiſedecum in ſacerdotum ordine tum Abrahamo, tum Levi longè præſtantiorem fuiſſe oſtendit. Nunc rurſus aliud argumentum adducit, oſtendens quòd ſacerdotium ſecundùm Chriſtum longè ſit excellentius Levitarum ſacerdotio, & quòd Chriſti ſacerdotium ſit perfectum, illorum autem imperfectum. Nam ſi perfectum erat ſacerdotium legis, ſecundùm ordinem Aaronis oportebat exurgere ſacerdotem: nam Aaron ex tribu Levitica erat. Atqui non ſecundùm ordinem Aaronis, verùm ſecundùm ordinem Melchiſedec dicitur exurgere ſacerdos. Reliquum eſt igitur, ut veluti imperfecto illo, aliud quoddam introducatur. Porrò hæc particula, ἔτι, magnam habet emphaſin, propemodum enim hoc dicit: Si Chriſtus ſecundùm ordinem Melchiſedeci fuiſſet antea, ac deinde lex eſſet data, non immeritò quis diceret, quòd veluti imperfectum eſſet Melchiſedeci ſacerdotium, datum ſit ſacerdotium ſecundùm legem, Aaronis nimirum. Nunc autem poſterior eſt Chriſtus, & aliam ſacerdotii formam accepit. Perſpicuum eſt igitur quòd veluti imperfectiore exiſtente ſacerdotio Aaronis, aliud introducitur. Quid autem eſt, *Sub ipſo legem accepit?* hoc eſt, non poteſt quiſ-

piam dicere quòd perfectum quidem sit sacerdotium secundùm Aaronem: aliis verò datum est, non ipsis Hebræis: sed enim omnino populo datum est, atque sub ipso sacerdotio populus legem accepit: hoc est, præfinitum erat ut isto uteretur, sicque incederet, atque per ipsum omnia ageret. Cur igitur ejectum est, nisi quòd invalidum erat?

12 *Translato enim sacerdotio, necesse est ut legis translatio fiat.*] Ostendit jam legem abolitam esse ex consequenti, ac aliud testamentum surrogatum. Si enim sacerdotium tanslatum est, necesse est legem etiam aliam esse: sacerdos namque absque testamento & legibus & præceptis non est. Translatum est autem sacerdotium non solum ritu, (hoc est, ut non sit porrò secundùm ordinem Aaronis, sed secundùm ordinem Melchisedeci) verumetiam secundùm tribum. Etenim à tribu sacerdotali Aaronis, ad regiam tribum Judæ est transpositum. Considera hîc mysterium. Primùm erat regia, deinde facta est sacerdotalis: perinde ac Christus semper quidem rex, postremò autem Pontifex factus est, quando carnem accepit, quando victimam obtulit.

13 *In quem enim dicuntur hæc, de alia tribu est.*] Quomodo sacerdotium quoad tribum translatum sit, monstrat; Christus, inquiens (in quem, hoc est, de quo dicuntur hæc, & in quem evenerunt) alterius est tribûs, nempe Judæ.

De qua nullus altari præstò fuit.] De quâ tribu Judæ, *nullus præstò fuit*, hoc est, astitit altari, curámque gessit sacerdotalium operum.

14 *Manifestum est enim quòd ex Juda ortus est Dominus noster.*] Insignis est dictio, *exortus est*, & ex Balaami prophetia desumpta, dicentis, *Orietur stella ex Jacob:* & ex Malachia, solem justitiæ appellante ip-

Num. 24. 17

Mal. 4. 2.

ἔχῃ ὡς εἰπεῖν, ὅτι τελεία μὲν ὅστιν ἡ κατ' Ααρὼν ἱερωσύνη· ἄλλοις γὰρ ἐδόθη, καὶ οὐ τοῖς Ἑβραίοις, ἀλλὰ πάντως τῷ λαῷ ἐδόθη, καὶ ἐπ' αὐτῇ ἐνομοθετήθη ὁ λαός· τουτέστιν, ὡρίσθη ὥστε χεχρῆσθαι αὐτῇ, καὶ οὕτῃ στοιχεῖν, καὶ δι' αὐτῆς ἅπαντα πραγματεύεσθαι. Διὰ τί οὖν τοίνυν ἐξεβλήθη, ἢ δηλονότι ὡς ἀσθενές;

12 Μεταπιθεμένης γὰρ τῆς ἱερωσύνης, ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται.] Νῦν δείκνυσι καὶ τὸν νόμον καταργούμενον ἀκολούθως, καὶ ἕτερον παρεισαγόμενον. Εἰ γὰρ ἡ ἱερωσύνη μετετέθη, ἀνάγκη καὶ νόμον ἕτερον εἶναι. ἱερεὺς γὰρ χωρὶς διαθήκης καὶ νόμων καὶ προσταγμάτων οὐκ ἔστι. Μετετέθη δὲ ἡ ἱερωσύνη οὐ μόνον τῷ εἴδει, (τουτέστι, τῷ μὴ κατὰ τὴν τάξιν Ααρὼν εἶναι), κατὰ δὲ τὸ Μελχισεδέκ) ἀλλὰ καὶ τῇ φυλῇ. Καὶ γὰρ ἀπὸ φυλῆς ἱερατικῆς ἡ Ααρὼν, εἰς βασιλικὴν τὸ τῆς Ἰούδα μετετέθη. Καὶ ἴδε τὸ μυστήριον. πρῶτον ἦν βασιλική, καὶ τότε γέγονεν ἱερατική· ὡς καὶ ὁ Χριστὸς βασιλεὺς μὲν ἀεί, ἐπ' ἐσχάτων δὲ ἀρχιερεύς, ὅτε τὴν σάρκα ἔλαβεν, ὅτε τὴν θυσίαν προσήνεγκεν.

13 Ἐφ' ὃν γὰρ λέγεται ταῦτα, φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκεν.] Δείκνυσι πῶς μετετέθη ἡ ἱερωσύνη κατὰ τὴν φυλήν, καὶ φησιν, ὅτι ὁ Χριστὸς (ἐφ' ὃν, φησὶ τοῦτο, περὶ οὗ λέγεται ταῦτα, καὶ εἰς ὃν ἐξέβη) ἑτέρας φυλῆς ἐστι, τοῦ τοῦ Ἰούδα.

Ἀφ' ἧς οὐδεὶς προσέσχηκε τῷ θυσιαστηρίῳ.] Ἀφ' ἧς τοῦ τοῦ Ἰούδα φυλῆς, οὐδεὶς προσέσχηκε, τουτέστι, προσέστη τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ ἐπεμελήθη τῶν ἱερατικῶν ἔργων.

14 Πρόδηλον γὰρ, ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος ἡμῶν.] Σεμνὴ ἡ λέξις ἐστὶ, ἀνατέταλκε, καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ τοῦ Βαλαὰμ προφητείας ληφθεῖσα, Ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακὼβ, λέγοντος· καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ Μαλαχίου δὲ, ἥλιον δικαιοσύνης

σεως ἀποκαλυπτος αὐτου· Δι' ὧν δηλουται ὅ Εἰς φωτισμὸν τῆ κοσμῳ τὴν παρουσιαν τῆ Κυριῳ γεγενηται.

Εἰς ἣν φυλὴν οὐδὲν περὶ ἱερωσυνης Μωσῆς ἐλαλησε.] Πανται γὰρ τὰ τῆς ἱερωσυνης εἰς τὴν Λευιτικὴν ἀνηκε φυλήν· εἰς ἣν ἡ Ιουδα, ἢ τὸ ἐν πολεμοις ἡγεμονίας.

15 Καὶ περισσοτερον ἔτι καταδηλον ἐστιν, εἰ κατ' ἐμοιοτητα Μελχισεδὲκ ἀνισταται ἱερευς ἕτερος,] Τί ἐστι καταδηλον; ὅ μεσον ἑκατερας ἱερωσυνης. ἢ ὅτι ὁ ἀλλαγησεται καὶ ἡ ἱερωσυνη καὶ τὴν διαθηκην, οὐ μονον ἐκ τουτου δηλουται, ἐκ τῆ ἐξ ἑτερας φυλῆς εἶναι τὸν ἀνιστάμενον ἱερέα, καὶ μηκετι ἐκ τῆ Λευιτικῆς, ἀλλὰ καὶ ἐκ τουτου ὃ ἐροῦμεν, περισσοτερον καταφανεται· Εἶναι κατ' τὴν ὁμοιοτητα Μελχισεδὲκ, καὶ τὰ ἑξῆς· τουτεστιν, ὅτι κατ' τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἀνιστατο ἱερεύς.

16 Ος οὐ κατ' νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς γέγονεν, ἀλλὰ κατ' δυναμιν ζωῆς ἀκαταλυτου.] Ος Μελχισεδὲκ, οὐκ ὡς οἱ νομικοὶ ἱερεῖς ἐλαμβανον τὴν ἱερωσυνην ἀπὸ νόμου σαρκικὰς ἐντολὰς ἔχοντος. Περιτεμε γὰρ τὴν σαρκα, καὶ λουσον τὴν σαρκα, καὶ ἄργησον τῆ σαρκὶ, καὶ τρύφησον ἀγαθῶν σαρκικῶν. Ο δὲ Μελχισεδὲκ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ δυναμει θεία, ὥστε ζῆν ἀεὶ, καὶ ἀκαταλυτον εἶναι τὴν ἱερωσυνην αὐτου. Τὸ δὲ ζῆν οὕτω δέξαι, ὡς κρεῖττον, ἀντὶ δὲ ἀγνοεῖται δηλαδὴ τὴν τελευτὴν αὐτου. Η δὲ, ὃς, περὶ τῆ ἱερέως λέξαι, ὡσὰ ἔλεγεν, Οστις ἱερεὺς ἕτερος, τουτεστιν, ὁ Χριστὸς, οὐ κατὰ νομικὴν ἐντολὴν σαρκικὴν ἔλαβε τὴν ἱερωσυνην, ἀλλὰ διὰ τῆς δυναμεως τῆ Πατρὸς, ἤτοι τῆς οἰκείας αὐτου, καὶ ἀκαταλυτον ἔχει τὴν ἱερωσυνην. Ακόλουθον δὲ ἦν πρὸς τὸ, σαρκικῆς, πνευματικῆς ἐπαγαγειν· πῶς οὖν ἐπήγαγε, Κατὰ δυναμιν ζωῆς ἀκαταλυτου; διότι τὸ πρόσκαιρον ἐδήλωσε διὰ τῆ σαρκικου. καὶ εἰκότως πρὸς τὸ πρόσκαιρον ἐπήγαγε τὸ, ζωῆς ἀκαταλυ-

sum. Per quæ oſtenditur ad illuſtrationem mundi adventum Domini factum eſſe.

Ad quam tribum nihil de ſacerdotio Moſes locutus eſt.] Omnia enim quæ ad ſacerdotium pertinebant, ad Leviticam tribum retulit: ad tribum verò Judæ, quæ ad rei bellicæ imperium ſpectabant.

15 *Et ampliùs adhuc manifeſtum eſt, ſi ſecundùm ſimilitudinem Melchiſedec exurgat alius ſacerdos,*] Quid eſt manifeſtum? diſcrimen utriuſque ſacerdotii: vel quòd immutabitur ſacerdotium & teſtamentum, non ſolùm ex hoc indicatur, quòd ex alia tribu ſit qui exurgat ſacerdos, & non ex Levitica, verumetiam ex hoc quod dicemus, ampliùs demonſtratur: ſiquidem juxta ſimilitudinem Melchiſedec, & quæ ſequuntur: hoc eſt, quandoquidem ſecundùm ordinem Melchiſedec exurgit ſacerdos.

Καθ' ἑαυτὸν τὰ αὐτὰς θυσίαις ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκὲς, οὐδέποτε δυνάνται τοὺς προσερχομένους τελειῶσαι.] Ἡ διάνοια τοῦ χωρίου τοιαύτη ἐστίν. Εἴπερ ἰσχυὰ εἶχον αἱ νομικαὶ θυσίαι, οὐκ ἂν διηνεκῶς προσεφέροντο· ἅπαξ γὰρ προσενεχθεῖσαι, καὶ ὠφελήσασαι, ἐπαύσαντο ἄν. Νῦν δὲ ὅτι καθ' ἑαυτὸν προσφέρονται εἰς τὸ διηνεκὲς, πρόδηλον ὅτι ἀσθένειαν τελοῦσαι. Καὶ διὰ τοῦτο μὴ τῷ πρώτῳ θυσίαν, δευτέραν, καὶ ἄλλην μετ' αὐτὴν προσέφερον. ὥσπερ καὶ τῶν φαρμάκων ἰσχυὰ μέ, ὅσα ἅπαξ ἐπιτεθέντα θεραπεύει· τὰ δὲ πολλάκις ἐπιτιθέμενα, αὐτόθι δηλοῦται δύσχρηστα. Ζητεῖται δέ, Τί οὖν; οὐχὶ καὶ ἡμεῖς ἀεὶ θυσίας ἀναμάκτους προσφέρομεν; Ναί· ἀλλ' ἀνάμνησιν ποιούμενα τοῦ θανάτου. Καὶ μία ἐστὶν αὕτη, οὐ πολλαί, ἐπεὶ ἅπαξ προσηνέχθη. τὸ γὰρ αὐτὸν ἀεὶ προσφέρομεν, μᾶλλον δὲ ἀνάμνησιν τῆς προσφορᾶς ἐκείνης ποιούμεθα, ὡς νῦν γενομένης. Ωστε μία ἐστὶν ἡ θυσία. ἐπεὶ ὅσον γε ἐπὶ τῷ ζητούμενον, ἐπεὶ πολλαχοῦ προσφέρεται, ἆρα πολλοὶ Χριστοί; οὐδαμῶς· ἀλλ' εἷς πανταχοῦ, καὶ ἐνταῦθα πλήρης ὤν, καὶ ἐκεῖ πλήρης, ἓν *σῶμα. ||σῶμα. Ωσπερ οὖν πολλαχοῦ προσφερόμενος ἓν σῶμά ἐστι, καὶ οὐ πολλὰ σώματα, οὕτω καὶ μία θυσία. ἐκείνην γὰρ προσφέρομεν τὴν τότε προσενεχθεῖσαν. Ἑκὰς δὲ ἕτερος ἦν, ὁ νῦν προσενεχθεὶς, ἀμνὸς τυχὸν, ὡσανεὶ τὸ σήμερον· καὶ οὐχ ὡς ἀνάμνησιν τοῦ χθὲς, προσήγετο ὁ σήμερον, ἀλλ' ὡς αὐ-

lo dignis ſunt impertienda; quæ nunc Apoſtolus res vocat. Perinde igitur ut imago diſtat nonnihil à primo exemplari, conſimilem ad modum præſentia myſteria diſtant à perfectioribus futuri ſeculi rebus. Quemadmodum porrò prima delineatio eſt inferior imagine ipſa; hunc ad modum Lex Novo Teſtamento eſt inferior.

Per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtiis quas offerunt indeſinenter, nunquam poſſunt accedentes perfectos facere.] Hujus loci ſenſus eſt hujuſmodi. Si robur habuiſſent victimæ legales, non perpetuò offerrentur: ſemel enim oblatæ, fructu prolato, ceſſâſſent. Jam verò quia quotannis perpetuò offerebantur, planum eſt quòd infirmiores erant, quàm ut poſſent quenquam perfectum reddere. Atque hanc ob cauſam poſt primam oblationem, ſecundam ac tertiam offerebant. Quemadmodum inter pharmaca ea valida habentur, quæ vel ſemel impoſita, curant: quæ autem ſæpiùs imponuntur, hoc ipſo oſtenduntur eſſe minùs fortia. Suboritur autem hîc quæſtio; Quid igitur? Nonne & nos hoſtias incruentas perpetuò offerimus? Omnino: ſed memoriam facimus mortis Domini. Eſtque iſta unica, non multæ, quandoquidem ſemel oblatus eſt. Nam eundem ſemper offerimus, imò potiùs memoriam illius oblationis facimus, quâ ſe ipſe obtulit, ceu jam nunc facta ſit. Proinde unicum eſt ſacrificium. Nam quod ad quæſtionem attinet, quum multis in locis offertur, num igitur multi Chriſti? nequaquam: ſed unus eſt ubique, & hîc plenus, & illic plenus & perfectus, unúmque corpus. Quemadmodũ enim Chriſtus in multis locis oblatus unum corpus eſt, & non multa corpora, ſic & unum ſacrificium. Nam illam hoſtiam offerimus, quæ tum erat oblata. Illic autem alius erat qui herì oblatus erat, agnus fortaſſe, à victima quæ hodie offertur; nec veluti commemoratio erat heſternæ oblationis, qui hodie offerebatur agnus, ſed ipſe per ſe-

ipſum

ipſum ſacrificium perficiebat. Quomodo igitur hîc ait Apoſtolus, *iiſdem ſacrificiis?* Eadem ſacrificia fuerunt, quandoquidem eædem ſpecies offerebantur, veluti agnus hodie, & in craſtinum agnus: numero verò diverſa. Nonnulli autem eaſdem has eſſe dixerunt modo oblationis; hoc eſt, quòd vel per cædem, vel crematione fieri juberentur: ſpecie verò diverſas, ut oves, boves, turtures, columbas. Porrò etiamſi exemplaria quædam δυώδυ), ſcribant cum, ν, invêni tamen adnotationem, verbum iſthuc ſine, ν, ſcribendum eſſe cenſentem. Umbram enim, inquit, habens lex futurorum bonorum, nunquam poteſt accedentes perfectos facere. Ac verè quidem, quatenus juxta grammaticæ exactam rationem ſic oporteat hunc locum habere, ne ſolœciſmus emergat. Quia verò Scriptura artium ſubtilitates non moratur, ita etiam iſtud intelligamus, ſicut exemplaria habent. Nunquam enim poſſunt, offerentes videlicet, perfectos facere accedentes.

2 *Alioqui non ceſſàſſent offerri, quòd nullam haberent ultrà conſcientiam peccatorum, cultores ſemel purgati.*] Per interrogationem lege. Si enim peccata removiſſent, nónne etiam hoſtiæ deſiiſſent offerri; quippe iis abundè ſatis adjutis, qui earum commoditate indigerent, neque ullam porrò peccati conſcientiam haberent? hoc eſt, nihil ſibi conſcii alicujus rei, quæ curâ opus habeat, propterea quòd ſint ſanati, purgati ſemel.

3 *Sed in ipſis commemoratio peccatorum per ſingulos annos fit.*] Nihil aliud, inquit, efficiunt victimæ, quàm quòd peccatorum tantùm commemorationem faciant, hoc eſt, indicium. Non enim remiſſionem præſtant, ſed per aſſiduam iſtam oblationem demonſtrant, populi peccata non eſſe remiſſa. Si enim remiſſa eſſent peccata, quid opus erat ſacrificiis? *Commemorationem* autem dicens, dedit tibi intel-

τὸς καθ' αὐτὸν θυσίαν τηγῶν. Πῶς οὖν ὁ ἀπόστολος λέγει, τοῖς αὐταῖς θυσίαις; Αἱ αὐταὶ μὲν οὖν ἦσαν θυσίαι, καθὸ τὰ αὐτὰ εἴδη προσήγοντο, οἷς ἀμνὸς σήμερον, καὶ αὔριον ἀμνός· ἑτέρας δὲ τῷ ἀριθμῷ. Τινὲς δὲ τὰς αὐτὰς μὲν εἶναι ταύτας τῷ τρόπῳ τῆς προσαγωγῆς εἶπον· τουτέστιν, ἢ διὰ σφαγῆς, ἢ διὰ ὁλοκαυτώσεως γίνεσθαι προσταπομένας· ὧν δὲ εἴδη, ἑτέρας· οἷς πρόβατα, βόας, τρυγόνας, περιστερᾶς. Τὸ δὲ δυώδυ), εἰ καὶ τὰ δυπήγραφα ἔχουσι μὲν τὸ, ν, ἀλλ' ὅμως δεῖν παρεγγραφὴν χωρεῖν τοῦ, ν, τοῦτο γράφειν ἀξιοῦσιν. Σκιὰν γὰρ ἔχων, φησὶν, ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐδέποτε δύναται τοὺς προσερχομένους τελειῶσαι. Καὶ δηλῶς γε, ὅσον κεῖται τὸ τῆς γραμματικῆς ἀκριβείας ἀκόλουθον, οὕτω δεῖ ἔχειν τὴν γραφὴν, ἵνα μὴ σολοικισμὸς ἀνακύψῃ. ὅπερ δὲ τῇ γραφῇ τεχνολογιῶν οὐδεὶς λόγος, καὶ οὕτως αὐτὸ νοήσωμεν ὡς τὰ ἀντίγραφα ἔχουσιν. οὐδέποτε γὰρ δύνανται), οἱ προσφέροντες δηλαδὴ, τελειῶσαι τοὺς προσερχομένους.

2 Ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐπαύσαντο προσφερόμενα, εἰ μηδεμίαν ἔχειν ἔτι συνείδησιν ἁμαρτιῶν τοὺς λατρεύοντας, ἅπαξ κεκαθαρμένους.] Καὶ ἐρώτησιν ἀναγνωθι. Εἰ γὰρ ἔπαυον, φησιν, ἁμαρτίαι, ἃς μὴ ἐπαύσαντο καὶ αὖθις προσφερόμεναι, ἅτε τῶν δεομένων τὰ αὐτῶν ὠφελείας ἱκανῶς ὠφελημένων, καὶ μηδεμίαν ἔτι συνείδησιν ἁμαρτιῶν ἐχόντων; τουτέστι, μηδὲν ἔτι συνειδότων ἑαυτοῖς ἄξιον θεραπείας, εἰ καὶ θεραπεύεται ἅπαξ καθαρθέντας.

3 Ἀλλ' ἐν αὐταῖς ἀνάμνησις ἁμαρτιῶν καθ' ἑνιαυτόν.] Οὐδὲν ἄλλο, φησι, κατορθοῦσιν αἱ θυσίαι, εἰ μὴ μόνον ἀνάμνησιν ἁμαρτιῶν, τουτέστιν, ἔλεγχον. Οὐ γὰρ ἄφεσιν παρέχουσιν, ἀλλ' ἀποδεικνύουσι διὰ τῆς ἀεὶ προσφορᾶς, ὅτι ἄλυτοί εἰσιν αἱ ἁμαρτίαι τοῦ λαοῦ. Εἰ γὰρ ἐλύθησαν αἱ ἁμαρτίαι, τί ἔδει θυσιῶν; Ἀνάμνησιν δὲ εἶπών, δέδωκέ σοι νοῆσαι, ὅτι

" χ. ἐπιγεγονυίας.

ὅτι αἱ θυσίαι οὐκ ὑπὲρ ἁμαρτίας " ὑπεργινομένας ἐτελοῦντο, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ταῖς προγεγενημέναις, ὡς μὴ ἀφεθείσας δηλονότι. καὶ ἑαυτὸν γὰρ, φέρε εἰπεῖν, προσήγετο ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ὁ αἷμα τοῦ μόσχου. ἆρα οὖν ὡς τῶν αὐτῶν ἁμαρτιῶν ὄντων ἡ αὐτὴ θυσία προσήγετο. Οὐδέποτε· αἱ ἐπιγεγονυῖαι ἁμαρτίαι αἱ αὐταὶ ἦσαν τοῖς προγεγενημέναις. ἀλλὰ προδηλον ὅτι ἄλυτοι αἱ προτέραι ἐμέναν, καὶ διὰ τοῦτο ἀεὶ ἡ αὐτὴ θυσία· ὥσπερ καὶ φάρμακον προσαγόμενον ἀεὶ ὁ αὐτὸ, δηλοῖ τὸ αὐτῷ νόσον ἀεὶ ὀχλεῖν τοῦ κάμνοντι.

4 Ἀδύνατον γὰρ αἷμα ταύρων καὶ τράγων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας.] Βεβαιότερον ποιεῖ τὸν λόγον ἀπὸ τῆς εὐτελείας τῶν προσαγομένων, καὶ τοῦ μεγέθους τοῦ νοσήματος. ὥσπερ ἂν εἴ τις ἔμπειρος ἰατρικῆς, ὁρῶν ἐλεφαντιῶντι προσαγομένῳ τὴν λινόζωστιν καλουμένῳ βοτάνην, εἶποι, ἀδύνατον ἐλέφαντος ἀπαλλάξαι λινόζωστιν.

5 Διὸ εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον λέγει·] Ὁ Χριστὸς εἰς τὸν κόσμον εἰσερχόμενος ἐν σώματι, λέγει διὰ τοῦ Δαβὶδ. Ὁ δὲ σκοπὸς τοῦ ἀποστόλου ἐνταῦθα τοιοῦτος. Ἐπειδὴ ἔδειξεν ἀδυνάτους καὶ ἀνωφελεῖς τὰς θυσίας, ἵνα μή τις εἴπῃ αὐτῷ, Πῶς οὖν ἔτι ἐπιτελοῦσι τοῦτας οἱ Ἰουδαῖοι; (ἔτι γὰρ τότε ἵστατο ὁ ναὸς ἀθῶις, καὶ πάντα ἐτελεῖτο τὰ νόμιμα.) Πῶς δὲ οὐκ ἐπαύσαντο; τοῦτο νῦν δηλοῖ, καὶ φησιν, ὅτι ἐπαύσαντο μὲν κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ γέλημα· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι φιλόνεικοι ὄντες, καὶ ἀεὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἀντιπίπτοντες, ἔτι περιέχονται τούτων. Δείκνυσι δὲ καὶ ὅτι πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἀπεβλήθησαν τοῦτοι τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὅρα ὅτι τοῦτο βούλεται ὁ ἀπόστολος. Οὐ γὰρ εἶπεν, εἰσελθών, ἀλλ', εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον, ἵνα δείξῃ ὅτι καὶ πρὶν εἰσέλθῃ ἐμεμίσητο.

Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας,] Τὰς διὰ τοῦ νόμου διαπεπαγμένας δηλονότι. Προσφορὰ δὲ κοινῶς τὴ θυσίαν

ligere quòd victimæ istæ non ob futura peccata perficiebantur, verùm ob præterita, ut quæ non essent condonata videlicet. Per singulos enim annos, ut ita dicam, vituli sanguis pro populo offerebatur. Ergo quasi eadem peccata essent, idem sacrum offerebatur. Nequaquam autem sequentia peccata eadem erant cum præcedentibus. Itaq; perspicuum est quòd præterita scelera non dimissa permanebant, eámque ob causam idem semper sacrificium: quemadmodum pharmacum quod semper idem admovetur, significat eandem assiduò ægritudinem perturbare laborantem.

4 *Impossibile est enim sanguine hircorum vel taurorum auferri peccata.*] Firmiorem facit rationem suam, à vilitate rerum quæ offerebantur, & à magnitudine morbi. Quemadmodum siquis artis medicæ peritus, ei qui elephantiasi laborat, herbam Mercurialem dictam adhiberi videns, diceret, Impossibile est, ut herba Mercurialis ab elephantiasi liberet.

5 *Ideo ingrediens mundum, dicit.*] Christus in mundum ingressurus in corpore, dicit per Davidem. Scopus autem Apostolo hîc est ejusmodi: Quia demonstravit infirmas & inutiles esse victimas, ne quis ipsi dicat, Quomodo ergo eas Judæi adhuc perficiunt? (tum enim Templum eis adhuc stabat, omniáque legalia perficiebantur.) Quomodo verò non cessárunt? hoc iam indicat, inquiens: Cessárunt quidem quantum ad Dei voluntatem: Judæi verò utpote contentiosi, & nunquam non Spiritui sancto repugnantes, adhuc in istis occupantur. Ostendit præterea quòd ante etiam Domini incarnationem rejectæ fuerint à Deo. Considera autem id Apostolum hîc velle. Non enim dixit, ingressus, sed, *ingrediens in mundum*, ut ostendat quòd priusquam ingrederetur in terrarum orbem, ea oderit.

Hostiam & oblationem noluisti,] Per legem videlicet institutas. Oblatio autem ab hostia diversum quiddam hîc signifi-

cat: opinor autem per id vocis ſignificari exanguia ſacra.

Corpus autem aptâſti mihi.] Hoc eſt, corpus meum conſummatum & perfectum ſacrificium fieri decreviſti.

6 *Holocautomata & pro peccato non placuerunt tibi.*] Neque holocautomata placuerunt tibi, hoc eſt, voluiſti, accepta putâſti, neque ea quæ pro peccatis offeruntur. Varia autem fuerunt nomina ſacrificiorum, juxta varias nimirum cauſas: alia enim pro peccato, alia pro errore, alia ſalutis, alia propitiationis, alia votorum, alia purificationis. Omnia igitur ſublata ſunt, poſtquam ſacrificium & oblationem noluiſti.

7 *Tunc dixi: Ecce venio (in capite libri ſcriptum eſt de me) ut faciam, Deus, voluntatem tuam.*] Animadvertis hîc legis ſacrificia etiam ante incarnationem eſſe rejecta? Cùm enim repuliſſes ſacrificia, tum dixi ego Chriſtus, *Ecce venio, ut faciam voluntatem tuam.* Voluntas autem Dei Patris eſt, quòd Filius pro mundo immoletur, & ut homines juſtificentur, non in ſacrificiis legis, ſed in morte filii ſui. *Annunciavi enim*, inquit, *juſtitiam tuam in eccleſia magna.* deinde interponitur, *In capite libri ſcriptum eſt de me.* ſic enim ſyntaxis eſt ordinanda. Caput autem libri, legis volumen dicit, ſeu Veteris Teſtamenti librum. In iſta igitur ſcirptura proditum eſt memoriæ de meo adventu, & quomodo ſim pro mundo ſacrificandus. Vel caput libri, principium Veteris Teſtamenti librorum dicit. Etenim in primo Moſis volumine, in Geneſi, cùm dicit,
Gen. 1. 26. *Faciamus hominem ad imaginem noſtram*, cognitionem divinitatis Chriſti ſtatim prædicit ac revelat.

8 *Superiùs dicens, Quia hoſtiam & oblationem & holocautomata & pro peccato noluiſti, nec placitæ ſunt tibi (quæ ſecundum legem offeruntur)* 9 *Tum dixit: Ecce venio ut faciam, Deus, voluntatem tuam.*] Ipſe Paulus interpretatur Davi-

ἀλλό τι δηλοῖ σὺν τῷ, καὶ οἶμαι τὰ αἵματα αἵματος δηλοῦσθαι ἀπὸ τοῦ ὀνόματος.

Σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι.] Τουτέστι, τὸ σῶμά μου κατηρτισμένον καὶ τελείαν θυσίαν ἀφώσιας ἀμέμπτως.

6 Ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἐδόκησας.] Οὔτε ὁλοκαυτώματα ἐδόκησας, τουτέστιν, ἠθέλησας, δεκτὰ ἡγήσω, ὅτε τὰ περὶ ἁμαρτίας προσαγόμενα. Διάφορα δὲ ἦσαν ὀνόματα θυσιῶν, καὶ διαφορὰς δηλαδὴ αἰτίας. τὰ μὲν περὶ ἁμαρτίας, τὰ δὲ πλημμελείας, τὰ δὲ σωτηρίου, τὰ δὲ ἱλασμοῦ, τὰ δὲ εὐχῶν, τὰ δὲ καθαρισμοῦ. πάντα οὖν αἰνηρέθησαν, ἐπειδὴ θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας.

7 Τότε εἶπον· Ἰδοὺ ἥκω (ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπταί περὶ ἐμοῦ) τοῦ ποιῆσαι, ὁ Θεός, τὸ θέλημά σου.] Ὁρᾷς ὅτι αἱ θυσίαι "ἐξεβέβλητο καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως; μὴ γὰρ τὸ ἀπώσασθαί σε ταῖς θυσίαις, τότε εἶπον ἐγὼ ὁ Χριστός, Ἰδοὺ ἥκω ἕνεκεν τοῦ ποιῆσαι τὸ θέλημά σου. θέλημα δὲ τοῦ Θεοῦ Πατρός, τὸ τὴν ὑπὲρ τοῦ κόσμου τελεσθῆναι, καὶ δικαιωθῆναι τοὺς ἀνθρώπους, οὐκ ἐν θυσίαις, ἀλλ' ἐν τῷ θανάτῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Εὐηγγελισάμην γάρ, φησι, δικαιοσύνην ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ. εἶτα δηλοῖ μέσον· Ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπταί περὶ ἐμοῦ· ὥστε γὰρ διατετάχθαι. Κεφαλίδι δὲ βιβλίου, τὸ "ἐλλιπέστερον τοῦ νόμου, ἤτοι τὸ παλαιᾶς λέγει βιβλίον. Ἐν οὖν τῇ γραφῇ "ταύτῃ γέγραπται, περὶ τῆς ἐμῆς ἐλεύσεως, καὶ τοῦ μηδέν με τυθῆναι ὑπὲρ τοῦ κόσμου. Ἡ κεφαλὶς βιβλίου, τὴν ἀρχὴν τῶν τῆς παλαιᾶς βιβλίων λέγει*. καὶ γὰρ ἐν ᾧ προφήτῃ τοῦ Μωϋσέως βιβλίῳ ᾧ τῆς Γενέσεως, ὅτε μὲν λέγει· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον καθ' εἰκόνα ἡμετέραν, τὴν γνῶσιν τῆς θεότητος "τοῦ Χριστοῦ προεμήνυε.

8 Ἀνωτέρω λέγων, ὅτι θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, καὶ ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἠθέλησας, τοῦτ' ἐδόκησας (αἵτινες καὶ τὸν νόμον προσφέρονται) 9 Τότε εἶπον· Ἰδοὺ ἥκω τοῦ ποιῆσαι, ὁ Θεός, τὸ θέλημά σου.] Αὐτὸς

"χ. ἐμεμίσητο.

"χ. ἐλλιπέστερον.

"χ. πάσῃ.

*ἤτοι ἡ γένεσις, ἐν ᾗ ἀναγέγραπται τὰ κατὰ Ἰσαὰκ, ὃς τύπος ἦν τοῦ Χριστοῦ.

"χ. αὐτῷ.

ὁ Παῦλος ἐμμένων τῷ Δαυϊτικῷ ῥητῷ. Ζητήσεις ἴσως, τί οὖν; αἱ κατὰ νόμον θυσίαι οὐκ ἦσαν θέλημα τοῦ Θεοῦ; θέλημα μὲν· ἀλλ' ἡ μὲν θελήματος σημασία διττή. Θέλει γάρ τις τόδε τι προηγουμένως, ὡς ὁ Παῦλος· Θέλω πάντας ἀνθρώπους εἶναι ὡς ἐμαυτόν, τουτέστιν, ἀγάμους. Θέλει τις καὶ συγκαταβατικῶς, ὡς ὁ αὐτὸς Παῦλος· Βούλομαι νεωτέρας χήρας γαμεῖν· τοῦτο συγκαταβατικὸν θέλημα. ἵνα γὰρ μὴ καταφλιαίσωσι τῷ Χριστῷ, διὰ τοῦτο συγκατέβη. Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς προηγουμένως μὲν οὐκ ἤθελε κνίσας καὶ αἵματα. ὅπερ γε ἐώρα, ὡς οἱ Ἑβραῖοι θύοντες δαίμοσι, σφόδρα αὐτῶν δὴ τῶν θυσιῶν ἀνείχοντο, συγκατέβη αὐτοῖς, ἵνα εἰς τιμὴν αὐτῷ τὰ θυσίαν προσάγωσι. Τίνος οὖν ἕνεκεν ὁ Παῦλος ταύτην τὴν μαρτυρίαν προήγαγε, μυρίας ἔχων ἑτέρας; Διὰ τὴν ἀναισχυντίαν τῶν Ἰουδαίων. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι ἔλεγον, ὅτι ἡ παλαιὰ καταλέλυται πολιτεία, οὐ διὰ τὸ ἀτελὲς αὐτῆς, ἀλλὰ διὰ τὰς ἁμαρτίας τῶν προσφερόντων τὰς θυσίας· ἃ προέφερον ὅτι καὶ Ἡσαΐας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν αἱματώδεις λέγων, Αἱ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις· καὶ ὁ Δαβὶδ δὲ αὐτὸς, μὴ δέξωμαι, φησὶν, Οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους, καὶ τὰ ἑξῆς, ἐπάγει· Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός. Ἐπεὶ οὖν ταῦτα ἔλεγον οἱ φιλονεικότεροι τῶν Ἑβραίων, διὰ τοῦτο μαρτυρίαν ὁ Παῦλος, ὅτι ἡ αὐτὴ καθ' αὑτὸ ἡ παλαιὰ πολιτεία ἀπέβλητος λογίζεται τῷ Θεῷ διὰ τὸ αὐτῆς ἀτελὲς, οὐ διὰ τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ. Οὐδαμοῦ γὰρ ἐν τῷ τριακοστῷ καὶ ἐνάτῳ ψαλμῷ, ἐξ οὗ ἡ μαρτυρία αὕτη ἀμφιβόλων λαοῦ μέμνηται ὁ προφήτης. Ὅτι γὰρ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐχρήσατο τῇ ῥηθείσῃ μαρτυρίᾳ, ἄκουε αὐτοῦ·

Ἀναιρεῖ τὸ πρῶτον ἵνα τὸ δεύτερον στήσῃ.] Ποῖόν ἐστι τὸ πρῶτον; αἱ θυσίαι. Ποῖον τὸ δεύτερον; τὸ θέλημα τοῦ Παθρὸς,

dicum dictum. Ambigere autem hîc possis; Quid igitur? sacrificia secundùm legem, nonne fuerunt voluntas Dei? Voluntas quidem fuerunt: cæterùm duplex est voluntatis significatio. Vult enim quis aliquid primariò, ut Paulus, *Volo omnes homines esse ut meipsum*, hoc est, cælibes. Vult etiam quispiam quiddam permissu, ut cùm Paulus inquit, *Volo juniores viduas nubere.* Hæc est voluntas permissoria & indulgens. Ne enim libidinentur adversùs Christum, propterea obsecundat eis. Hunc ad modum Deus primo & præcipuo scopo non voluit nidores & sanguinem: quia verò videbat Hebræos dæmonibus sacrum offerre, atque eorum sacrificiis supra modum occupari, obsecundando permisit eis, ut in suum quidem honorem sacrificia offerant. Quam verò ob causam divus Paulus hoc testimonium protulit, quum haberet innumera alia? Propter impudentiam Judæorum. Quandoquidem enim illi veterem rempublicam dicerent esse abolitam, non propter imperfectionem ejus, sed propter peccata eorum qui offerrent sacrificia: ac proferrent in medium, quòd & Esaias peccata ipsorum reprehendat, dicens, *Manus vestræ sanguine plenæ sunt:* tum & David ipse quum dixisset, *Non accipiam ex domo tua vitulos*, ac reliqua quæ illic sequuntur, infert, *Peccatori dixit Deus.* Quum igitur hæc loquerentur contentiosiores Hebræi, producit testimonium Paulus, in quo ipsa per sese vetus politia, rejectitia apud Deum reputatur propter imperfectionem ejus, non propter peccata populi. Nusquam enim in trigesimo nono Psalmo, ex quo testimonium istud depromptum est, peccatorum populi mentionem fecit Propheta. Quòd enim ea de causa memorato testimonio sit usus, audi ipsum:

Aufert primum, ut secundum statuat.] Quale est *primum hoc?* sacrificia. Quale *secundum?* Voluntas Patris, hoc est, per

1 Cor. 7. 7.

2 Tim. 5.

Esai. 1. 15.

Psal. 49.

crucem corporis Christi sacrificium. Ejiciuntur itaque illa, ut statuatur & confirmetur per Christi cædem oblatio quam voluit Pater. Quocirca non ob peccata offerentium rejecta sunt sacrificia, sed propter suam ipsorum imperfectionem.

10 *In qua voluntate sanctificati sumus, qui per oblationem corporis Christi semel.*] In qua voluntate Patris sanctificati sumus, qui per oblationem corporis Christi semel factam sanctificati sumus; hoc enim subaudiendum est. Nos enim qui credidimus nos esse sanctificatos per oblationem Unigeniti, in voluntate Patris sanctificati sumus. Proinde legalia non sunt voluntas Dei, sed oblatio Christi, & quæ per hanc est sanctificatio.

11 *Et omnis quidem sacerdos stat quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias, quæ nunquam possunt auferre peccata.*] Stare igitur, signum est servitutis: sedere autem, perinde ut Christus, signum dominatûs, cui ministerium exhibetur.

12 *Ipse autem unâ pro peccatis oblatâ hostiâ in perpetuum,*] Ipse autem Christus unam, inquit, obtulit hostiam, nempe corpus suum, pro peccatis nostris, in perpetuum nobis sufficientem, ut secundâ non indigeamus.

Sedet in dextera Patris, 13 *De cætero expectans donec ponantur inimici ejus scabellum pedum ejus.*] Itaque non est tantùm Pontifex, sed Deus etiam. Completo namq; opere, propter quod & Pontifex divinâ quadam providentiâ est appellatus, sedet deinceps ut Deus, & expectat ut ponantur hostes ejus subter pedes ejus. Hostes autem hujus sunt & omnes infideles, & dæmones, qui & ipsi subjicientur: hoc est, inefficax eorum malitia manebit, quippe qui inextinguibili igni tradentur. Interim autem Paulus præcipuè hostes dicit infideles Hebræos, consolatio-

τουτέστιν, ἡ δι' ἅπαξ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ θυσία. Ἐκβάλλονται οὖν ἐκεῖναι, ἵνα " σταθῇ καὶ βεβαιωθῇ ἡ διὰ τοῦ Χριστοῦ σφαγῆς προσφορὰ ἣν ἠθέλησεν ὁ Πατήρ. Ὥστε ὑπὲρ μὲν τῶν ἁμαρτιῶν τῶν προσφερόντων ἐκβέβληται αἱ θυσίαι, ἀλλὰ διὰ τὸ αὐτῶν ἀτελές. " χ. καθιμηθῇ.

10 Ἐν ᾧ θελήματι ἡγιασμένοι ἐσμὲν, οἱ διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐφάπαξ.] Ἐν ᾧ θελήματι, φησὶ, τοῦ Πατρὸς, ἡγιάσθημεν, οἱ διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ τὴν ἐφάπαξ γενομένης, ἁγιασθέντες· τοῦτο γὰρ ἔξωθεν προσυπακουστέον. Οἱ γὰρ πιστεύσαντες ἁγιασθῆναι διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ μονογενοῦς, ἐν τῷ θελήματι τοῦ Πατρὸς ἡγιάσθημεν. Ὥστε οὐ τὰ νομικὰ θελήματα τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἡ διὰ Χριστοῦ προσφορὰ, καὶ ὁ διὰ ταύτης ἁγιασμός.

11 Καὶ πᾶς μὲν ἱερεὺς ἕστηκε καθ' ἡμέραν λειτουργῶν, καὶ τὰς αὐτὰς πολλάκις προσφέρων θυσίας, αἵτινες οὐδέποτε δύνανται περιελεῖν ἁμαρτίας.] Ἀεὶ δὲ ἑστάναι, τοῦ λειτουργεῖν σημεῖόν ἐστι· δὲ ἐκαθίσαμεν, ὥσπερ καὶ ὁ Χριστὸς, τοῦ λειτουργεῖν.

12 Αὐτὸς δὲ μίαν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσενέγκας θυσίαν εἰς τὸ διηνεκὲς,] Αὐτὸς δὲ ὁ Χριστὸς, μίαν, φησὶ, προσήνεγκε θυσίαν τὸ ἑαυτοῦ σῶμα, ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν, εἰς τὸ διηνεκὲς ἀρκοῦσαν ἡμῖν, ὥστε μὴ δευτέρας δεηθῆναι.

Ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ " Πατρὸς, 13 τὸ λοιπὸν ἐκδεχόμενος, ἕως τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ.] Ὥστε οὐκ ἔστι μόνον ἀρχιερεὺς, ἀλλὰ καὶ Θεός. Μετὰ γὰρ τὸ πληρῶσαι τὸ ἔργον, διὸ καὶ ἀρχιερεὺς φωνομάσθη γενέσθαι, ἐκάθισε λοιπὸν ὡς Θεὸς, καὶ ἐκδέχεται ἵνα τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ. Ἐχθροὶ δὲ τούτου, καὶ πάντες μὲν οἱ ἄπιστοι καὶ οἱ δαίμονες, οἳ καὶ αὐτοὶ ὑποταγήσονται· τουτέστιν, ἀνενέργητος ἡ κακία αὐτῶν μενεῖ τοῦ ἀσβέστου πυρὶ παραδεδομένων. Τέως δὲ νῦν ὁ Παῦλος ἐξαιρέτως ἐχθροὺς λέγει τοὺς ἀπίστους Ἑβραίους, " χ. θεοῦ.

πα-

ωδιγμωδούμενος τοις δι' Ιουδαίων πιστοις, μυεία δεινα παθόντας υπ' αυτων. Μη γαρ μικροψυχειτε, φησιν· υποταγήσονται, μαλλον δε και μειζον, καταπατηθήσονται οι νυν υμων καταπρομισάμενοι. Και τουτο δηλον απο του καθίσαι τον Χριστον εκ δεξιων του * Πατρος. Επει γαρ τουτο γεγονε, και εφ' ω γεγραπται, και το εν Ψαλμοις ειρημενον. Πως ουν ουκ εστησαν ευθεως υποκατω των ποδων, τουτεστιν, ουκ εκ μεσου ηρθησαν; Δια τους μελλοντας δι' αυτων πιστευειν πιστους.

* αυτου.

14 Μια γαρ προσφορα τετελείωκεν εις το διηνεκες τους αγιαζομενους.] Τελειως, φησιν, αμαρτιων απηλλαξε τους αγιαζομενους και χεομενους τω αιματι αυτου, δια του βαπτισθηναι εις τον θανατον. Παντες γαρ οι βαπτιζομενοι, συμφυτοι γενομενοι τω ομοιωματι του θανατου αυτου, δηλον ως τω αιματι αυτου αγιαζονται.

15 Μαρτυρει δε ημιν και το Πνευμα το αγιον.] Τι μαρτυρει; οτι τελειως ημας αμαρτιων απηλλαξε δια της μιας προσφορας, ωστε μη δεηθηναι δευτερας.

Μετα γαρ το ειρηκεναι· 16 Αυτη η διαθηκη ην διαθησομαι προς αυτους μετα τας ημερας εκεινας, λεγει Κυριος, διδους νομους μου επι καρδιας αυτων, και επι των διανοιων αυτων επιγραψω αυτους· 17 Και των αμαρτιων αυτων και των ανομιων αυτων ου μη μνησθω ετι.] Ορας οτι μαρτυρει ο Θεος, ως αφεσιν αμαρτιων εδωκεν; Τοτε δε εδωκεν, οτε την καινην διαθηκην εδιδου. Τιθησι δε καινην διαθηκην δια του θανατου του υιου αυτου και δεδωκε και εβεβαιωσεν, ως προαποδεδειχται.

18 Οπου δε αφεσις τουτων, ουκετι προσφορα περι αμαρτιας.] Ει γαρ εδοθη αφεσις αμαρτιων δια της μιας θυσιας, ειδοτι λοιπον τις χρεια θυσιας δευτερας; Ωστε αποδεδειχται, οτι δια της μιας προσφορας του Χριστου ετυχομεν, αφεσιν αμαρτιων λαβοντες, και ουκετι δεομεθα ετερας θυ-

nem præbens iis qui ex Judæis Chriſto nomen dederant, atque innumera mala ab illis paterentur. Ne ſitis puſillanimes, inquit. Subjicientur, imò quod majus eſt, pedibus proterentur, qui nunc inſurgunt adversùm vos. Atque hoc inde liquet, quòd Chriſtus à dextris Patris ſedeat. Poſtquam enim hoc factum eſt, & illud continget, juxta illud quod in Pſalmis dictum eſt. Quomodo igitur non ſtatim poſiti ſunt ſub pedes, hoc eſt, ſublati ex medio? propter fideles qui ex ipſis procreandi erant.

14 *Unâ enim oblatione conſummavit in ſempiternum ſanctificatos.*] Perfectè, inquit, à peccatis liberavit ſanctiſicatos, & ſanguine ipſius perunctos, eò quòd baptizati ſint in mortem ejus. Omnes enim qui baptizantur, quum ſimul fiant inſiti ſimilitudini mortis ejus, perſpicuum eſt quòd in ſanguine ipſius ſanctificantur.

15 *Conteſtatur autem nos & Spiritus ſanctus.*] Quid conteſtatur? Quòd perfectè nos liberaverit à peccatis per unam oblationem, ut non opus habeamus ſecundâ.

Poſtquam enim dixit: 16 *Hoc eſt Teſtamentum quod teſtabor ad illos poſt dies illos, dicit Dominus, dans leges meas in corda ipſorum, & in mentes eorum inſcribam eas:* 17 *Et peccatorum eorum & iniquitatum eorum non recordabor ampliùs.*] Obſervas teſtari Deum, quòd peccatorum remiſsionem dederit? Tunc autem dedit, quando Novum Teſtamentum dabat. Novum autem Teſtamentum per mortem filii ſui tum dedit, tum ſtabilivit, ſicut antea demonſtratum eſt.

18 *Ubi autem horum remiſſio, jam non eſt oblatio pro peccato.*] Si enim peccatorum remiſſio data eſt per unam hoſtiam, quid poſthac opus eſt altera hoſtiâ? Demonſtratum eſt itaque quòd per unam oblationem Chriſti conſummati ſimus, peccatorum remiſsione acceptâ, neque porrò indigeamus alia hoſtiâ. Judaïcæ itaque

oblationes ſupervacaneæ ſunt, & per contentionem peraguntur, utpote quæ ab iis a quibus peraguntur, olim inutiles fuiſſe coarguerentur.

19 *Habentes igitur, fratres, fiduciam,*] Pontificis noſtri quâ veteres exuperat, ac teſtamenti ad Teſtamentum, oblationis ad oblationem excellentiâ demonſtratâ, atque etiam oblationis Chriſti ad legales hoſtias, quódque per ipſam à peccatis liberati ſimus, deſiſtit jam à dogmatica hujuſmodi oratione, auditorem reſpirare permittens. Ad moralem autem tranſit admodum opportunè. Cùm enim proximè mentionem feciſſet remiſſionis peccatorum, adhortatur deinceps ne in eadem relabamur, inquiens; Habentes igitur fiduciam ex hoc quòd nobis dimiſſa ſint peccata. Ut enim ſcelus admiſſum, pudorem incutit, ac fiduciam aufert: ſic dimiſſio noxæ confidere facit.

Ad introitum ſanctorum,] Etenim dimiſſis nobis ſceleribus, fiduciam habemus ut introeamus in Sancta, hoc eſt, in cœlum.

In ſanguine Jeſu,] Hoc eſt, per ſanginem. Per crucem enim & ſanguinem Chriſti noxæ condonatione donati, fiduciam accepimus.

20 *Quam initiavit nobis viam recentem & viventem.*] Ad quem introitum ſanctorum ipſe nobis viam initiavit, hoc eſt, novam viam fecit, ut qui hanc primus orſus ſit, adeóque primus iverit. *Recentem* porrò, pro nova, dixit, & quæ noſtris temporibus apparuerit. Hæc autem nobis eſt gloriatio, quòd quibus Abraham non eſt dignatus, nos iis dignati ſumus, nuncque nobis cœlum eſt apertum. *Viventem* autem, quòd prima via mortifera erat, ad Sancta videlicet legis ducens. Illa enim ampliùs locum non habet, ſed ſuſcipientibus ipſam mortis cauſa extitit. Hæc autem adeò ad vitam ducit, ut & ipſa vivat & æterna ſit. Vel, *viventem*, perinde intellige atque recentem, pro viva & flo-

οσίας. Πεεισπαὶ αῤα αἱ Ιυδαϊκαὶ, καὶ χ̣ᾳ̃ φιλονεικίαν τηγούμθα, νεῶ πῤὸ ὧν τηγωῶται πάλαι ἀλγησίθν καταγνωσθεῖσαι.

19 Εχοντες οὖν, ἀδελφοὶ, πῤρησίαν,] Επειδὴ ἔδειξε τὴν ὑπεροχὴν τ̃ ἀρχιερέως ἡμῶν πεὸς τοὺς παλαιοὺς, καὶ τ̃ δίκης πεὸς τὴν δίκην, καὶ τ̃ τ̃ Χεισ̃ τεοσφορᾶς πεὸς τὰς νομικὰς θυσίας, καὶ ὅτι δἰ αὐτ̃ς ἀπολλάγημθν τ̃ν ἁμαρτιῶν, ἀναπαύει μ̓ὶ τ̃ δογματικὸν λόγον, δοὺς ἀναπνῦσαι τ̃ν ἀκροατ̃ν· Εἰς τ̃ ἦθικὸν ὁ̓ μεταβαίνει θυμηδέστατα. Πεοσηκόντως γὰρ μνησθεὶς τ̃ς ἀφέσεως τ̃ν ἁμαρτιῶν, λοιπὸν παραινεῖ, ὥστε μηκέτι τοῖς αὐτοῖς πεοσπίπτειν· Εχοντες οὖν, φησι, πῤρησίαν ἐν τ̃ ἀφεθῆναι ἡμῖν τὰ ἁμαρτήματα. Ωσπερ γὰρ ἡ ἁμαρτία αἰσχύνην ἐμποιεῖ, καὶ θ̃ ἀπῤρησίαστον· ὅτως ἡ ἄφεσις παρῤησίαν δίδωσιν.

Εἰς τ̃ Εἴσοδον τ̃ν ἁγίων,] Καὶ γὰρ Επειδὴ ἀφείθη ἡμῖν τὰ ἁμαρτήματα, πῤρησίαν ἔχομθν πεὸς τ̃ Εἰσέρχεσθαι εἰς τὰ ἅγια, τουτέστιν, εἰς τ̃ οὐρανόν.

Εν τῷ αἵματι Ιησ̃,] Τουτέστι, διὰ τ̃ αἵματος. Διὰ γὰρ τ̃ σταυρ̃ καὶ τ̃ αἵματος τ̃ Χεισ̃ τ̃ ἀφέσεως ἀξιωθέντες, τ̃ πῤρησίαν ἐλάβομθν.

20 Ην ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πεόσφατον καὶ ζῶσαν.] Ηντινα Εἴσοδον τ̃ν ἁγίων αὐτὸς ἡμῖν ὁδὸν ἐνεκαίνισε, τουτέστι, νέαν ὁδὸν "ἐποίησεν, αὐτὸς ἑαυτ̃ς ἀρξάμθνος, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν βαδίσας πεῶτος. Πεόσφατον ὁ̓, ἀντὶ τ̃ νέαν, καὶ ὅτι τ̃ν ἡμετέρων χρόνων φανῆναι. Καύχημα ὁ̓ ἡμῖν τοῦτό, ὅτι ὧν Αβρααμ οὐκ ἠξιώθη, τούτων ἡμεῖς ἠξιώθημθν, καὶ νῦν ἀνοίγεται ἡμῖν ὁ οὐρανός. Ζῶσα ὁ̓, διότι ἡ πεῶτη ὁδὸς θανατηφόρος ἦν, ἡ εἰς τὰ νομικὰ δηλαδὴ ἅγια. Οὐκέτι γὰρ χώραν ἔχει ἐκείνη, ἀλλὰ τοῖς αὐτὴν πεοδεξαμθνοις θανάτου αἰτία καθίσατο. Αὕτη ὁ̓ τοσοῦτον εἰς ζωὴν φέρει, ὅτι καὶ αὐτὴ ζῇ, καὶ δίκαιοι ζῇ. Η δ̓, ζῶσαν, ὁμοίως νόησον τ̃ν, πεόσφατον, ἀντὶ τ̃ν, νέαν καὶ θαλλθσαν, ὡς

πεὸς

"ἢ, ἐνεπίησεν.

πρὸς ἀνπεξαιρολιὼ τ' εἰς τὰ παλαιὰ ἅγια εἴσοδον. ἐκείνη γὰρ νενέκρωται.

Διὰ τῆς καταπετάσματος, τουτέστι, τ' σαρκὸς αὐτῆς.] Ενεκαίνισεν ἡμῖν τὴν ὁδὸν ταύτην τὴν εἰς οὐρανὸν, διὰ τ' σαρκὸς αὐτῆς. ὅτε γὰρ ἦρθη ἐν τῷ σταυρῷ αὕτη, καὶ ἀνῴχθη, τότε ἀπεκάλυψεν ἡμῖν τὰ οὐράνια. Διὸ καὶ εὐκαίρως καταπέτασμα αὐτὴν ἐκάλεσε. τοῦτο γὰρ ἴδιόν τῆς καταπετάσματος, ὅ, ὅταν ἀρθῇ, ἀνακαλύπτειν τὰ ἔνδον.

21 Καὶ ἱερέα μέγαν, ὁπὶ τ' οἶκον τοῦ Θεοῦ.] Ἐχοντες δηλαδὴ ἱερέα μὲν τ' Χριστὸν, οἶκον δὲ, ἡμᾶς τοὺς πιστοὺς, κατὰ τό· Ενοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπερι-πατήσω. ἢ ὅταν οἴμαι μᾶλλον, τ' οὐρανόν· ἐκεῖνον γὰρ καὶ ἅγια καλεῖ, καὶ ἐν ἐκείνῳ λειτουργεῖν τ' ἀρχιερέα λέγει, ὑπὲρ ἡμῶν ἐντυγχάνοντα.

22 Προσερχώμεθα] Τίνι; τῇ πίστει, καὶ τῇ πνευματικῇ λατρείᾳ· ἢ τοῦ οὐρανῷ, ἔνθα ὁ ἀρχιερεὺς ἡμῶν.

Μετὰ ἀληθινῆς καρδίας.] Τουτέστιν, ἀδόλου, ἀνυποκρίτου πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς, ἢ ἀδιστάκτου, μηδὲν ἀμφιβαλλούσης, μηδὲν ἐνδιαζούσης περὶ τῶν μελλόντων, καὶ διὰ τοῦτο μικροψυχούσης. Επάγει οὖν.

Εν πληροφορίᾳ πίστεως.] Διδάσκει ἡμᾶς πῶς οὐ μικροψυχήσομεν, ἐὰν πληροφορίαν ἔχωμεν πίστεως, τουτέστι, πίστιν ἀπηρτισμένην καὶ τελειοτάτην. Εστι γὰρ πιστεύειν μὲν, οὐκ ἐν πληροφορίᾳ δέ. ὥσπερ τινὲς λέγουσιν, ὅτι ἐσόμεθα μὲν ἀνάστασιν, τινῶν δὲ οὐκ ἔσεσθαι. τοῦτο οὐκ ἔστι πλήρης πίστις, ἀλλ' ἀτελής. Εν πληροφορίᾳ οὖν πίστεως προσερχώμεθα. Επειδὴ γὰρ οὐδέν ἐστιν ὁρατὸν, οὔτε ὁ ναὸς ὁ οὐράνιος, οὔτε ὁ ἀρχιερεὺς ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ κέκρυπται, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸν ὁ ἀρχιερεὺς ἀπεκρύπτετο εἰσερχόμενος, διὰ τοῦτο δεῖ πίστεως πεπληρωμένης καὶ ἀδιστάκτου.

Ερραντισμένοι τὰς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς.] Εἰπὼν περὶ πίστεως, δείκνυσι πάλιν, ὅτι οὐ πίστις μόνη, ἀλλὰ καὶ

rente, ad discrimen introitûs ad vetera sancta. mortuus enim ille est.

Per velamen, hoc est, carnem suam.] Initiavit nobis viam hanc ad cœlos ducentem, per carnem suam. Quando enim in crucem caro sublata erat, & in cœlum recepta, tum revelavit nobis cœlestia. Propterea & opportunè velamen eam appellavit. Istud enim proprium est velamenti, ut cùm remotum fuerit, revelet quæ sint intus.

21 *Et sacerdotem magnum super Domum Dei.*] Habentes videlicet sacerdotem quidem Christum; Domum verò, nos fideles, juxta illud: *Inhabitabo in ipsis, & inambulabo in eis.* Vel, quod reor esse potius, cœlum: illud enim & Sancta appellat, & in eo Pontificem ministrare dicit, pro nobis videlicet intercedendo.

22 *Accedamus*] Ad quid? ad fidem & spiritualem cultum: vel ad cœlum, ubi noster est Pontifex.

Cum vero corde,] Hoc est, experte doli, non fucato erga fratres, vel nihil hæsitante, nihil ambigente, nihil dubitante de futuris, ac propterea in pusillanimitatem recidente. Infert igitur.

In plenitudine fidei.] Docet nos quo pacto non simus desponsuri animum, nempe, si fidei plenitudinem habuerimus, hoc est, fidem consummatam & perfectissimam. Nam fieri potest ut quisquam credat, non tamen in plenitudine: quemadmodum nonnulli dicunt quorundam futuram resurrectionem, quorundam verò non futuram. Hæc sanè non est plena fides, sed imperfecta. In plenitudine igitur fidei accedamus. Quandoquidem enim nihil oculis nostris subjectum est, neque templum ipsum cœlum, neque Pontifex Christus, sed abdita sunt, utì olim pontifex ingressus in Sancta occultabatur; propterea opus est fide perfecta & indubitata.

Aspersi corda à conscientia mala.] Cùm de fide locutus esset, nunc ostendit non solam fidem, verumetiam vitam virtutibus

bus ornatam requiri. Judæi quidem corpore conſpergebantur, nos verò corde, ut nihil mali nobis conſcii ſimus. Conſpergemur autem & ipſa virtute, vel gratia Spiritûs, qui remiſit nobis in baptiſmate peccata, & confortavit nos, ut ſi animum adverterîmus, non porrò in ea recidamus.

23 *Et abluti corpus aquâ pura.*] Baptiſmatis ſcilicet: purâ verò, vel quòd puros facit, vel quòd non habeat admixtum ſanguinem, ut olim cinerea illa. Etſi enim gratia Spiritûs in baptiſmate animas purget, viſibile tamen hîc viſibili Paulus conjunxit. Siquidem in ipſo uſu baptiſmatis, corporis causâ aqua aſſumitur. Cùm enim nos gemini ſimus, gemina etiam purificatio eſt.

Teneamus ſpei confeſſionem immotam.] Hoc eſt, quam profeſſi ſimus ſpem, eam retineamus ſtabilem. Speravimus enim in principio fidei, quòd & ipſi cœlum ingreſſuri ſimus: & profeſſi ſumus, quando fœdus fidei feriebamus, reſurrectionem mortuorum nos credere, & vitam æternam. Hanc igitur confeſſionem retineamus.

Fidelis enim eſt qui promiſit.] Vires nobis largitur utì ſpem firmam teneamus; nempe, ſi dignitatem ejus qui promiſit, animo perpendamus. Fidelis enim eſt, hoc eſt, verus, ipſe Chriſtus, qui dixit: *Ubi ego ſum, & miniſter meus erit.*

24 *Et conſideremus nos mutuò ad provocationem charitatis & bonorum operum.*] Charitatis perfectionem addit. *Conſideremus* enim, inquit, *nos mutuò*, hoc eſt, inſpiciamus, ſi quis virtute inſignis, ut hunc imitemur: non ut invideamus ei, ſed potiùs ut incitemur, ut eadem cum ipſo opera perficiamus. Provocatio autem hæc charitatis eſt, non invidiæ. Ut enim ferrum ferro exacuitur: ſic anima cum anima commercium habens, ad eadem ipſam

βίος ἀναρέτος ζητῆται. Ἰουδαῖοι μὲν οὖν τὸ σῶμα ἐῤῥαντίζοντο, ἡμεῖς δὲ τὰς καρδίας, ὥστε μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδέναι πονηρόν. Ῥαντισθησόμεθα δὲ αὐτῇ τῇ ἀρετῇ, ἢ δὲ τῇ χάριτι τοῦ Πνεύματος, τοῦ ἀφέντος ἡμῖν ἐν τῷ λουτρῷ τὰς ἁμαρτίας, καὶ ἰσχύσαντος, ὥστε ἐὰν συνευδαίσωμεν, μηκέτι τοῖς αὐτοῖς ἐμπίπτωμεν.

23 Καὶ λελουμένοι τὸ σῶμα ὕδατι καθαρῷ.] Τῷ τοῦ βαπτίσματος· καθαρῷ δὲ, ἢ τῷ καθαρὸς ποιοῦντι, ἢ τῷ μὴ ἔχοντι αἷμα μεμιγμένον, ὡς τὸ παλαιὸν τὸ τῶν σποδιῶν. Εἰ γὰρ καὶ ἐν τῷ λουτρῷ χάρις τοῦ Πνεύματος τὰς ψυχὰς καθαίρει, ὅμως τὸ ὁρατὸν τῷ ὁρατῷ συνῆψεν ὁ Παῦλος. Ἐπεὶ δὲ ἐν αὐτῇ τῇ χρείᾳ τοῦ βαπτίσματος, τοῦ σώματος ἕνεκα παραλαμβάνει τὸ ὕδωρ. διπλῶν γὰρ ὄντων ἡμῶν, διπλῆ καὶ ἡ κάθαρσις. " χ. ἀορά-τῳ.

Κατέχωμεν τὴν ὁμολογίαν τῆς ἐλπίδος ἀκλινῆ.] Τουτέστι, τὴν ὁμολογηθεῖσαν ἡμῖν ἐλπίδα, κατέχωμεν αὐτὴν βεβαίαν. Ἠλπίσαμεν γὰρ ἐν ἀρχῇ τῆς πίστεως, ὅτι καὶ αὐτοὶ εἰς τὸν οὐρανὸν εἰσελευσόμεθα· καὶ ὡμολογήσαμεν ὅτε τὰς συνθήκας τῆς πίστεως ἐποιούμεθα, εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν πιστεύειν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον. Ταύτην τοίνυν τὴν ὁμολογίαν κατέχωμεν.

Πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος.] Δίδωσιν ἰσχὺν πῶς καθίξωμεν τὴν ἐλπίδα βεβαίαν· ἐὰν συνοήσωμεν τὸ ἀξιόπιστον τοῦ ἐπαγγειλαμένου. Πιστὸς γὰρ, τουτέστιν, ἀληθὴς, ὁ Χριστὸς ὁ εἰπών, Οπου ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται.

24 Καὶ κατανοῶμεν ἀλλήλους εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης καὶ καλῶν ἔργων.] Τὸ τέλειον προσθεῖναι τὴν ἀγάπης. Κατανοῶμεν γάρ, φησιν, ἀλλήλους· τουτέστιν, ὑποσκοπῶμεν εἴ τις σπουδαῖος, ἵνα τοῦτον μιμώμεθα· οὐχ ἵνα φθονῶμεν, ἀλλ' ἵνα προξενώμεθα μᾶλλον εἰς τὸ τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ καλὰ ἔργα ποιεῖν. Ὁ δὲ παροξυσμὸς οὗτος ἀγάπης ἐστὶν, " οὐχὶ φθόνου. Ὥσπερ γὰρ σίδηρος σίδηρον ὀξύνει, οὕτω καὶ ψυχὴ πρὸς ψυχὴν ὁμιλοῦσα, προξενεῖ αὐτῇ " χ. ἀφθό-νου.

τλὼ εἰς τὰ αὐτὰ, πλεῖω ἐν ἀγάπῃ. Η καὶ ὅτι στρέφετε ἀλλήλοις, ὥστε ἐκθερμαίνεσθαι εἰς τὸ ἀγαπᾶν καὶ ἀγαπᾶσθαι.

25 Μὴ ἐγκαταλείποντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν.] Οἶδεν ὅτι τὸ συνέρχεσθαι ἀλλήλοις, τὴν ἀγάπην γεννᾷ. διὸ πανταχοῦ μὴ ἐγκατοικεῖτε, τὰς ἐπισυναγωγὰς, μηδὲ χωρισμοὺς ἢ πανταχοῦ συναγωγὰς ἐπιτηδεύετε. Οπου γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν. Καὶ ἡ ἐκκλησία ἡ πανσθυχὴ καὶ Πέτρον ἔλυσε τῶν δεσμῶν, καὶ τὸν φυλακῆς ἀπέλυσε.

Καθὼς ἔθος τισίν.] Ενταῦθα μέμφεται τοῖς χωριζομένοις.

Αλλὰ πανταχοῦ παρακαλοῦντες ἑαυτούς.] Τουτέστιν, ἀλλήλοις ὄντες εἰς πανταμυθίαν, καὶ εἰς τὸ ἕνα νουθετοῦντες, καὶ διδάσκοντες, καὶ παρηγορεῖν τες. Αδελφὸς γὰρ ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος, ὡς πόλις ὀχυρά.

Καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ βλέπετε ἐγγίζουσαν τὴν ἡμέραν.] Τὴν τῶν συντελείας. Οσον γὰρ ἄπω, φησὶ, χωριζόμεθα τοῦ κόσμου τούτου, τί ἑαυτοὺς ἀλλήλων χωρίζομεν; Τοῦτο γὰρ πανταμυθία ἐστὶν αὐτοῖς, ἀπφρηκόσιν ὑπὸ τῶν πρασσόντων, ὡς καὶ ἀλαχοῦ φησιν· Ο Κύριος ἐγγύς, μηδὲν μεριμνᾶτε.

26 Εκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν,] Προσεπέφατο ἀπὸ τῶν χρηστοτέρων, ὅτι παῤῥησίαν ἔχομεν, ὅτι ἀφέσεως ἠξιώθημεν· νῦν καὶ ἀπὸ τῶν σκυθρωποτέρων φοβεῖ. Ορα γὰρ πῶς ἐστι συγγνωμικός. Εκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων, φησίν· ὡς ἐὰν ἀκουσίως, ἴσθι τις μετεῖα συγγνώμης. Ορα γὰρ πῶς οὐκ εἶπεν, ἁμαρτόντων, ἀλλ', ἁμαρτανόντων, τουτέστιν, ἐπιμενόντων τῇ ἁμαρτίᾳ ἀμετανοήτως. ὡς ἐάν γε μὴ ἐπιμείνωμεν, ἀλλὰ μετάνοιαν ἐπιδείξώμεθα, ἔσται συγγνώμη. Πῶς οὖν οἱ τὴν μετάνοιαν ἀναιρεῖσθαι ἐνταῦθα λέγοντες;

Μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας,] Η τοῦ Χριστοῦ, ἢ πάντων τῶν δογμάτων.

Οὐκέτι περὶ ἁμαρτιῶν ἀπολείπεται incitat, veruntamen in charitate. Vel conversemini mutuò, quò accendamini ut mutuò diligatis & diligamini.

25 *Non deserentes collectionem nostram.*] Compertum habet, conventum mutuum dilectionem generare: ideo monet eos ne omittant inter sese congregari, neque separationes & conciliabula prava moliantur. *Ubi enim sunt duo vel tres congregati, illic sum in medio eorum.* Quinetiam Ecclesiæ oratio Petrum à vinculis solvit, & à carcere liberavit. Mat. 18.20. Act. 12.

Sicut consuetudinis est quibusdam.] Hîc accusat eos qui ab Ecclesia separantur.

Sed consolantes vosipsos.] Hoc est, ut mutuò alter alteri sitis solatio, admonentes vos vicissim, ac docentes, & consolantes, ac levamen malorum impertientes. *Frater enim à fratre adjutus, quasi civitas firma.* Prou. 18,19.

Ac tanto magis, quanto videtis appropinquantem diem.] Consummationis nimirum. Propediem enim separabimur à mundo hoc, quare ergo nos ipsos alter ab altero dissociamus? Id verò consolationi eis erat, tentationibus nempe defatigatis, perinde ac alio in loco dicit: *Dominus propè est, nihil sitis soliciti.*

26 *Voluntariè enim peccantibus nobis,*] Adhortatus est ab his quæ utiliora erant, nempe quòd fiduciam habemus, quòd peccatorum condonatione donati sumus: nunc à tristioribus terrorem incutit. Observa autem quam propensus est ad veniam dandam. Ait enim, *Voluntariè peccantibus*; adeò ut invitò peccantibus facilis parata est venia. Considera autem, quòd non dixit, iis qui peccârunt, sed, *peccantibus*, hoc est, in peccato sine resipiscentia permanentibus. Nam si non permaneamus, sed pœnitentiæ specimen exhibuerimus, veniæ certè locus erit. Ubi sunt igitur qui hîc pœnitentiam tolli clamant?

Post acceptam notitiam veritatis,] Vel Christi, vel omnium dogmatum.

Jam non relinquitur pro peccatis hostia.] Non

Non ut pœnitentiam auferat, hæc dicit, ut quidam perperam intellexerunt : ſed oſtendit non eſſe locum ſecundo baptiſmati, ideóque nec ſecundæ morti Chriſti. Hoſtiam enim eam appellat, ut poſthac videbimus. Unâ enim hoſtiâ conſummavit in perpetuum. Noſtrum enim baptiſma mortem Chriſti repræſentat. Ut igitur mors Chriſti una, ſic & baptiſma unum. Quid igitur adeò intrepidè peccas, cùm non ſit ſpes ampliùs te per baptiſma denuò ſine labore peccata delere poſſe? Bona igitur opera tibi vendica.

27 *Sed terribilis quædam expectatio judicii, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt adverſarios.*] Animadverte quomodo ignem, quaſi animatus eſſet, inducit. Perinde enim ut bellua exacerbata non deſiſtit tantiſper dum apprehenderit quempiam, quo devorato exſaturet cupiditatem ſuam : ſic & ille ignis pro tranſgreſſione mandatorum ſæviens, ac propter illa efferatus, quemcunque apprehenderit, devorat ſemper. Non enim dixit, manducatura, ſed, devoratura, in ſempiternum videlicet. Adverſarios autem, non ſolos infideles, verùm ipſos etiam fideles quidem, indigna tamen mandatis Dei patrantes.

28 *Irritam quis faciens legem Moſis,*] A minori oſtendit meritò futurum ſupplicium, ut plus fidei orationi ſuæ conciliet. Legem autem Moſis dicit, quandoquidem multa eis ipſe injunxerit.

Deut. 17. *Sine ulla miſeratione, duobus aut tribus teſtibus moritur.*] Conſtructio eſt hujuſmodi : Si quis legem Moſaïcam rejeciſſet, ſub duobus aut tribus teſtibus ſine ulla miſeratione moritur : hoc eſt, ſi confeſſum fuerit à duobus tribúſve teſtibus quòd prævaricatus ſit legem.

29 *Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & ſanguinem Teſtamenti pollutum duxerit?*] Ipſis judicium permittit : quòd in valde apertis facere ſolemus, cùm au-

θυσία.] Οὐ τὴν μετάνοιαν αἴρωσιν λέγει ταῦτα, ὡς τινες " παρενόησαν, ἀλλὰ " κ. ὑπονοῦσ. δείκνυσιν, ὅτι οὐκ ἔστι δεύτερον βάπτισμα· οὐδὲ δεύτερος θάνατος τοῦ Χριστοῦ. Θυσίαν γὰρ τοῦτον καλεῖ, ὡς καὶ ἐν τοῖς κατόπιν. Μιᾷ γὰρ θυσίᾳ τετελείωκεν εἰς τὸ διηνεκές· τὸ γὰρ βάπτισμα ἡμῶν τὸν θάνατον εἰκονίζει τοῦ Χριστοῦ. Ὥσπερ οὖν εἷς ὁ θάνατος, οὕτω καὶ τοῦτο ἕν. Τί τοίνυν ἁμαρτάνεις οὕτως ἀδεῶς, μὴ ὄσης ἐλπίδος ὄπι σὺν τῷ βαπτίσματος ἀπαλαιπώρως ἀπαλείψῃς τὰ ἁμαρτήματα; Καλῶν οὖν ἔργων αὐτποιοῦ.

27 Φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως, καὶ πυρὸς ζῆλος, ἐσθίειν μέλλοντος τοὺς ὑπεναντίους.] Ὅρα πῶς οἷς ἐμψύχωσε τὸ πῦρ. Καθάπερ γὰρ θηρίον προξενόμενον, οὐ παύεται ἕως οὗ λάβῃ τινά, καὶ καταφαγὸν κορέσῃ τὸν θυμόν· οὕτω κἀκεῖνο τὸ πῦρ, ζηλοῖ ὑπὲρ τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν τὴν παράβασιν, καὶ ἀγριαῖνον ὑπὲρ ἐκείνων, ὃν ἂν συλλάβῃ, τοιοῦτον ἀφανίζει ἀεί. Οὐ γὰρ εἶπε, φαγεῖν μέλλον, ἀλλ', ἐσθίειν, αἰωνίως δηλαδή. Ὑπεναντίους δέ, οὐ μόνον τοὺς ἀπίστους, ἀλλὰ καὶ τοὺς πιστοὺς μέν, τὰ ἐναντία δὲ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ ἐργαζομένους.

28 Ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως,] Ἀπὸ τοῦ ἐλαττόνος δείκνυσι δικαίως γενησομένην τὴν τιμωρίαν, ἵνα καὶ μᾶλλον πιστότερος ὁ λόγος ᾖ. Νόμον δὲ Μωϋσέως λέγει, ὅτι πολλὰ αὐτὸς διετάξατο.

Χωρὶς οἰκτιρμοῦ, ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει.] Ἡ συνταξις οὕτως· Ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως, ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσι χωρὶς οἰκτιρμοῦ ἀποθνήσκει· τετέσιν, ἐὰν ὁμολογηθῇ ἢ ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων, ὅτι παρέβη τὸν νόμον.

29 Πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθῆναι τιμωρίας, ὁ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος;] Τίνων κρίσιν αὐτοῖς ὑποτρέπει· ὥσπερ ἐν ὠδαμοῦ ποιῶν ὅτι τὴν σφόδρα

δρα ὁμολογημένων, τοὺς ἀκροατὰς δικαστὰς ποιοῦντες. Τί δέ ἐστι ὃ, καταπατήσας; τοῦτ' ἔστι, καταφρονήσας. Ὥσπερ γὰρ τῶν καταπατημένων οὐδένα λόγον ἔχομεν, οὕτω καὶ τὸν Χριστὸν μηδένα λόγον ἔχοντες, οὕτως ἐπὶ τὸ ἁμαρτάνειν ἐρχόμεθα. Καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος· τουτέστι, μηδὲν πλέον ἔχον τῶν λοιπῶν. Διαθήκης δὲ, ὅτι δι' αὐτοῦ ἐβεβαιώθη ἡ πρὸς ἡμᾶς διαθήκη, ἡ τὴν κληρονομίαν ἡμῖν δεδοῦσα τῶν ἀγαθῶν, ὡς ἀνωτέρω εἴπομεν. Ταῦτα δὲ περὶ τῶν μυστηρίων εἴρηται. Ὅταν γὰρ μεταλαμβάνοντες τοῦ ἀχράντου σώματος καὶ αἵματος, τοῦ βορβόρου τῆς σωματικῆς ἀκαθαρσίας τὴν μεταληψομένην σάρκα ἐγκυλίωμεν, ἆρα οὐ καταπατοῦμεν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ; Ὁ πηλὸς γὰρ τῆς γῆς οὐ τοσοῦτον ἀνάξιος τοῦ θείου σώματος, ὡς ἡ ἀκαθαρσία. Χρήσῃ δὲ [a] τοῖς ῥητοῖς καὶ κατὰ Νεστοριανῶν. Οὗτοι γὰρ ψιλὸν ἄνθρωπον νομίσαντες τὸν Χριστὸν, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ κοινὸν [b] οἷον, καὶ οὐδὲν τῶν λοιπῶν διαφέρον.

[a] χ. τὸ ῥητὸν.

[b] χ. ὥσπερ.

Ἐν ᾧ ἡγιάσθη,] Τὸ ἀνάξιον καὶ ἀγνωμον αὐτῶν δείκνυσιν· ἔδει γάρ, φησι, τὸν ἁγιασμὸν δυσωπηθῆναι, ὃν ἠξιώθη ἐν τῷ αἵματι.

Καὶ τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας;] Ὁ γὰρ τὴν δεδομένην ἐνέργειαν μὴ ἀξίως οἰκονομήσας, ὕβρισε τὸν δεδωκότα. Ἐποίησέ σε υἱὸν Θεοῦ, σὺ δὲ δοῦλος γέγη παθῶν; Ἦλθεν ἐνοικῆσαί σοι, σὺ δὲ ἐπάγῃ σαυτῷ τὸν διάβολον; Ἆρα ταῦτα οὐχ ὕβρεις τὸ Πνεύματος;

30 Οἴδαμεν γὰρ τὸν εἰπόντα· Ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος, Καὶ πάλιν· Κύριος κρινεῖ τὸν λαὸν αὐτοῦ. 31 Φοβερὸν τὸ ἐμπίπτειν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος.] Ταῦτα εἴρηκε μὲν καὶ πρὸς ἐκείνους τοὺς ἀκηκοότας, ποιεῖται δὲ καὶ πρὸς ἡμᾶς τὸν λόγον. Παραμυθεῖται δὲ καὶ αὐτοὺς μικροψύχους τοὺς διὰ τοὺς ἐν τῷ θλίβοντι αὐτοὺς Ἰουδαίων πειρασμοὺς. ὡσανεὶ

ditores arbitros faciamus. Quid autem est, *Qui conculcaverit?* hoc est, qui contempserit. Ut enim conculcatorum nullam rationem habemus, ita Christi nullâ ratione habitâ ad peccandum venimus. *Et sanguinem Testamenti pollutum duxerit*, hoc est, nihil ab alio cruore differre putârit. *Testamenti* autem, quòd testamentum, quod bonorum nobis hæreditatem impertit, ut suprà memoravimus, per ipsum stabilitum est. Hæc autem de Sacramento cœnæ Dominicæ dicta sunt. Quando enim assumentes impollutum corpus & sanguinem Christi, in cœno ac luto coporalis impuritatis carnem nostram quæ illud assumpsit, volutamus, nonne Filium Dei conculcamus? Lutum enim terræ non adeò indignum est corpore divino, quàm impuritas. Utêris autem hoc loco adversùs Nestorianos. Nam illi merum hominem existimantes Christum, sanguinem ejus communem censuerunt, neque quicquam à reliquis differre.

In quo sanctificatus est.] Stupiditatem & ingratitudinem hîc ostendit. Oportebat enim, inquit, sanctificationem revereri, quâ in sanguine donatus est.

Et Spiritui gratiæ contumeliam fecerit?] Qui enim beneficium collatum non rectè administrârit, injuriâ afficit eum qui contulit. Fecit te Filium Dei, tu verò servus efficeris affectuum? Venit ut in te habitaret, tu verò superinduces tibi diabolum? Nonne ista est contumelia Spiritûs?

30 *Scimus enim eum qui dixit: Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus. Et iterum, Dominus judicabit populum suum.* 31 *Horrendum est incidere in manus Dei viventis.*] Hæc dixit ex consequenti, ut ostendat Dominum ultionem sumpturum de peccatoribus. Nam id per Prophetam dixit. Consolatur autem eos, qui ob Judæorum tentationes quibus exercebantur, animo jam concidebant. Propemodum enim hæc dicit: Ne desponde-

tis

tis animum, habetis qui vos sit vindicaturus, ac compensaturus vestros labores, eum qui semper vivit, quem illi qui vos affligunt, nulla ratione effugient. Vos quidem in illorum manus incidistis, qui sunt homines, & morti obnoxii: isti verò in manus Dei semper viventis, quem propterea effugere non poterint.

32 *Rememoramini autem pristinos dies,*] Non ergo frustrà diximus, quòd istud, *Mihi vindicta*, ad consolationem eorum clàm inducit. Ecce enim clariùs nunc cum illis disserit, adhortans eos ne deficiant à patientia. Proinde ne alios, inquit, imitemini, sed ipsi vosmetipsos. Principio enim fidei vestræ certâstis: hoc certamen semper vobiscum expendite: ea quæ primùm rectè certando assecuti estis, per socordiam ne amittatis. Contemplare autem hîc spiritualem sapientiam. Quum anteà concussisset illorum mentes per gehennæ commemorationem, nunc per encomia lenit, non adulans eis, sed per hæc ipsa eos exhortans. Faciliùs enim persuadet, qui cuipiam consulit ut seipsum imitetur, in iis operibus quæ anteà perfecit.

In quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis afflictionum.] Vel de baptismate dicit, *illuminati*, vel de cognitione mysterii simpliciter, ac de bonis quæ fideles exceptura sunt. Illuminati enim cognitione futurorum bonorum sic sustinuistis. Non dixit, tentationes, sed, *certamen* (quod ingenuitatis & fortitudinis est indicium) & istud quidem magnum.

33 *Partim quidem opprobriis & tribulationibus spectaculum facti.*] Vide illorum encomium. Generosâ enim profectò animâ opus est ut opprobria perferas, sicut & Propheta testatur: *Factæ sunt mihi lacrymæ meæ, cùm diceretur mihi, Ubi-*
Psal. 41. 4. *nam est Deus tuus?* Et: *Si hostis convicia-*
Psal. 54. 13. *tus esset mihi, sustinuissem equidem.* Et:
Psa. 38. 6. *Opprobrium insipienti dedisti me.* Et Job, licèt in cæteris adamantis instar sustinuit,

γὰρ ταυτὰ φησι. Μὴ καταπίπτετε, ἔχετε τὸν ἐκδικοῦντα καὶ ἀνταποδιδόντα, ὅστις ἀεὶ ζῇ, καὶ οὐκ ἐκφεύξονται αὐτὸν πάντως οἱ ἐπηρεάζοντες ὑμᾶς. Ὑμᾶς μὲν εἰς τὰς ἐκείνων χεῖρας ἐνεπέσατε θνητῶν ἀνθρώπων· ἐκεῖνοι δὲ, εἰς τὰς τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀεὶ ζῶντος, καὶ ὅθεν τοῦτο ἀναποδράσου.

32 Ἀναμιμνήσκεσθε δὲ τὰς πρότερον ἡμέρας,] Οὐκ ἄρα μάτην *ἐλέγομεν ὅτι Ὅ, Ἐμοὶ ἐκδίκησις, πρὸς ἀνταμοιβὴν αὐτῶν εἰσάγει λεληθότως. Ἰδοὺ γὰρ ἐκδηλότερον αὐτοῖς διαλέγεται, πρότρεπόμενος μὴ ἐκκῆναι τῆς ὑπομονῆς. Φησὶν οὖν, ὅτι μὴ ἄλλους τινὰς μιμήσασθε, ἀλλ' αὐτοὶ ἑαυτούς. Ἐν ἀρχῇ γὰρ τῆς πίστεως ὑμῶν ἠγωνίσασθε· τοῦτον τὸν ἀγῶνα ἀεὶ ἀναλογίζεσθε· μὴ διὰ ῥᾳθυμίαν ἀπολέσητε τὰ προηγωνισμένα. Ὅρα γὰρ πνευματικῶς Σοφίαν, πρότερον κατασείσας αὐτῶν τὰς ψυχὰς, διὰ τῆς γεέννης ἀναμνήσας, νῦν μαλακῇ δι' ἐγκωμίων, καὶ κολακείαν, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τούτων προτρεπόμενος. Ἀξιοπιστότερος γὰρ ὁ συμπαθοῦν τινὶ ἑαυτὸν μιμήσασθαι, ἃ αὐτὸς κατώρθωσε ἔργα.

Ἐν αἷς φωτισθέντες, πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων.] Ἡ περὶ τοῦ βαπτίσματός φησι τοῦτο, φωτισθέντες, ἢ περὶ τῆς ἐπιγνώσεως ἁπλῶς τοῦ μυστηρίου, καὶ τῶν ἀγαθῶν τοῖς πιστοῖς ἀγαθῶν. Φωτισθέντες γὰρ τὴν γνῶσιν τῶν μελλόντων, ὅτως ὑπεμείνατε. Οὐκ εἶπε, πειρασμοὺς, ἀλλ' ἄθλησιν (ὃ γενναιότητος καὶ καρτερίας ἐνδεικτικὸν) καὶ τοῦτο, πολλήν.

33 Τοῦτο μὲν, ὀνειδισμοῖς τε καὶ θλίψεσι θεατιζόμενοι.] Ὅρα ἐγκώμιον. Γενναίας γὰρ τῷ ὄντι δεῖται ψυχῆς, τὸ ὑπομεῖναι ὀνειδισμοὺς, ὡς καὶ ὁ προφήτης μάρτυρς. Ἐλυπήθη τὰ δάκρυά μου ἐν τῷ λέγεσθαί μοι, ποῦ ἔστιν ὁ Θεός σου; Καὶ, Εἰ ὁ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπεμεινα ἄν. Καὶ, Ὀνείδος ἔδωκας ἄφρονι ἔδωκάς με. Καὶ Ἰὼβ ἐδυσχέρανε πρὸς τὸν ὀνειδισμὸν, καίτοι πάλλα

ὡς

ὡς ἀδάμας κατηρτήσας. Εἰ δὲ καὶ παῤῥησία γίνοιτο καὶ ἐνώπιον πολλῶν ὁ ὀνειδισμὸς, ἔτι μᾶλλον χρεία γενναιοτέρας ψυχῆς: ὃ δὴ ἐνταῦθα ἐδήλωσε, θεατιζόμενοι, εἰπών. Ἐννόησον δὲ πῶς ἦσαν μεγάλοι οὗτοι, καταφρονήσαντες μὲν ἁπλῶς χειρὸς καὶ δόξης καὶ πλούτου. Υβριζόμενοι δὲ καὶ θεατιζόμενοι, τουτέστιν, ὥσπερ ἐπὶ θεάτρου παιγνιζόμενοι, καὶ ταῦτα τυχὸν παῤῥ ὑπελῶν τινων, καὶ οὐδαμινῶν, καὶ ἀνεχόμενοι.

Τοῦτο δὲ, κοινωνοὶ τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων γενηθέντες.] Οὐ μόνον, φησὶ, τὰς ὑμετέρας θλίψεις, ἀκουσίως δοκούσας ἐπάγεσθαι, κατεμείνατε, ἀλλ' οὕτως ἦτε γενναῖοι, ὥστε καὶ κοινωνοὶ ἐγένεσθε τῶν ἀποστόλων τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων, τουτέστιν, ἐν θλίψεσι καὶ ὀνειδισμοῖς, καὶ ἐκόντες ὑπεθήκατε ἑαυτοὺς, ὥστε συγκακουχεῖσθαι ἐκείνοις καὶ κοινωνεῖν τῶν αὐτῶν παθημάτων. Οὐκ εἶπε δὲ, ἐμοὶ μόνου, ἀλλὰ κοινῶς πάντων, ἵνα δὲ ἐγκώμιον αὐτῶν αὐξήσῃ.

34 Καὶ γὰρ τοῖς δεσμοῖς μου συνεπαθήσατε.] Οὐ μόνον ἐν τοῖς ὑμετέροις οὐκ ἐδεήθητε παρακλήσεως, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐγένεσθε παράκλησις· καὶ μάρτυς ἐγώ.

ctio autem est hujusmodi: Fide Moses renuit dici filius filiæ Pharaonis. Quando? magnus factus, hoc est, quum in virum jam crevisset. Perspicuum enim est eum majora expectâsse accepturum sese. Verbum autem, *negavit*, intensum odium significat, ac propensam ejus à regia Pharaonis abalienationem. Animadverte verò, quomodo peccatum nominârit, *non affligi unà cum fratribus*. Hoc per Prophetas objicit Deus: *Nihil patiebantur super contritione Ioſephi*. & rursus, *Non est egressa ad plangendum vicinam domum*. Ac super ingemiscentes in Ezechiele datum est signum: eos verò qui nihil hujusmodi paterentur, Angeli jubentur excindere. Quòd si ii qui voluntariè unà cum afflictis non affliguntur, peccant; quid, quæso, de iis cogitandum est, qui malè tractant alios, & ipsi malè faciunt? Ergo per *temporariam peccati jucunditatem* regiarum deliciarum participationem significat. Amos 6. 6.

26 *Majores divitias existimans Ægypti thesauris improperium Christi.*] Non dixit, quæ in cœlis reposita sunt bona, verùm virtutem ejus demonstrans, & illos refovens atque erigens, *improperium Christi*, dixit. Quemadmodum enim postea Christum contumeliâ afficiebant, qui ab eo beneficia acceperant, ac tandem cruci affixerunt: sic & antea Mosen ignominiâ notabant ii in quos beneficia contulerat. Qui enim ab Ægyptio per Mosen liberatus erat Hebræus, ille ipse postero die dixit ei, *Quis te constituit principem & judicem super nos? numquid me occidere vis, perinde ac interfeciſti Ægyptium?* Omnino enim à domesticis & beneficio affectis contumeliâ affici vel affligi, Christi est opprobrium. Quinetiam omnis contumelia adversùs eum qui bonum facit, ac simpliciter molitio frustra susceptа, Christi est opprobrium. Sic enim & Dominus diffamabatur, dicebatúrque publicanorum amicus, quòd cùm illis cibum Exhd 2. 14.

caperet propter eorum ſalutem. Ut igitur deliciæ ſunt peccati, ſic improperium eſt Chriſti. Ne igitur ægrè feratis vos, ſi à contribulibus affligamini, ad Moſen virum tam celebrem & inclytum reſpicientes, & quod majus eſt, in ipſum Chriſtum. Sic contumelia Chriſti erat murmur apud petram contra Moſen factum. Nam petra erat Chriſtus.

Aſpiciebat enim ad remunerationem.] Fidei nimirum oculis.

27 *Fide reliquit Ægyptum, non veritus indignationem regis.*] Ecquid ais? In
Exo: 2. 14. Exodo tamen ſcriptum eſt, *Perterrefactus eſt autem Moſes, quia res iſthæc patefacta erat.* Cæterùm, *non veritus*, hîc accipe, quaſi dixiſſet, Ægypto rurſus præeſſe, atque Hebræorum præfecturam ſuſcipere. Nam non omnino reverti neque ea quæ priùs aggredi, metuentis erat. Quia verò reverſus eſt, indicavit ſe fidem adhibere Deo. Quare igitur non manſit in Ægypto, ſed reliquit eam, ſi non metuebat? Quoniam in manifeſtum periculum ſeipſum conjicere, ac dicere, Fortaſſe me ſervabit Deus, tentantis eſt Deum, ac planè diabolicum: ſicut & Satanas Domino di-
Mat. 4. cebat, *Mitte te deorſum.* Vel, *non veritus indignationem regis*, hunc ad modum intellige, nempe quòd fugerit credens quòd ſit evaſurus, neque perſecuturum regem, tanquam ſuccenſentem ipſi, nec etiamſi perſequeretur, apprehenſurum. Hujus autem rei ſignum eſt, quòd in vicinia morari ſelegerit, atque ibi latuerit. Proinde fidei & hoc eſt.

Inviſibilem enim tanquam videns, ſuſtinuit.] Perinde enim quaſi videret Deum ſecum converſantem, ſic omnia conſtanter tolerabat. Plurimum enim ad patientiam confert, habere ſemper in mente
Pſal. 15. Deum, perinde ac David inquit: *Prævidebam Dominum in conſpectu meo*, & quæ ſequuntur.

28 *Fide celebravit Paſcha & effuſionem ſanguinis, ne qui vaſtabat primogeni-*

ἐκείνοις ὅτι σωτηρία αὐτῶν. Ὥσπερ οὖν ἡ ὄψεσις, τ' ἁμαρτίας ἐστὶν, ὕτως ὁ ὀνειδισμὸς, τ' Χριστοῦ. Μὴ τοίνυν ἀγανακτῆτε ὑμῖς τοῖς τ' συμφυλετῶν θλιβόμενοι, τοὺς τ' Μωσῆν τ' ὕτως ἔνδοξον ἀποβλέποντες, καὶ ὃ μεῖζον, τ' Χριστόν. Ὀνειδισμὸς τ' Χριστοῦ ἦν ὁ ὅτι τῇ πέτρᾳ κ' Μωσέως γογγυσμός. Χριστὸς " γὰρ ἦν ἡ πέτρα. " 1 Cor. 10.

Ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τ' μισθαποδοσίαν.] Τοῖς τ' πίστεως δηλαδὴ ὀφθαλμοῖς.

27 Πίστει κατέλιπεν Αἴγυπτον, μὴ φοβηθεὶς τ' θυμὸν τ' βασιλέως.] Τί λέγεις; καὶ μέλλων ἐν τῇ Ἐξόδῳ γέγραπται, Ἐφοβήθη " Μωσῆς ὅτι ἐμφανὲς ἐγένετο ὃ ῥῆμα. Ἀλλὰ ὅ, μὴ φοβηθεὶς, σωθῆναι δέξαι, ὡς τοὺς ὃ πάλιν ἐπιζῆναι τῇ Αἰγύπτῳ, κ' ἀναδέξασθαι τ' ἡγεμονίαν τ' Ἑβραίων. Φοβηθεὶς μὲν γὰρ ἦν ὃ μηδόλως ἐπαναστρέψαι, μηδὲ ἐγχειρῆσαι οἷς κ' τοσούτοις. Ἐπεὶ ὃ πάλιν ἐπέστρεψεν, ἔδειξεν ὅτι πιστεύει τ' Θεῷ. Πῶς οὖν οὐκ ἔμενεν ἐν Αἰγύπτῳ, ἀλλὰ κατέλιπε τὴν Αἴγυπτον, εἶγε οὐκ ἐφοβεῖτο; Ὅτι ὃ εἰς τοσοῦτον κίνδυνον ἐπιρρίπτειν ἑαυτὸν, ἢ λέγειν, εἰ ἄρα σώσει με ὁ Θεὸς, ἐκπεφευγότος ὅτι τ' Θεὸν, κ' δειλοληπτόν· ὥσπερ κ' ὁ διάβολος τῷ Κυρίῳ ἔλεγε, Βάλε σεαυτὸν κάτω. Ἡ ὅ, ἵ' φοβηθεὶς τ' θυμὸν τ' βασιλέως, ὕτω νόησον, ὅτι ἔφυγε πιστεύσας ὅτι διαδράσῃ, κ' οὐκ ὑποδιώξει αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, ὡς θυμούμενος καὶ αὐτῷ, οὐδὲ εἰ κ' ὑποδιώξῃ, καταλήψῃ. τούτου ὃ σημεῖον, ὅτι κ' ἐκ γειτόνων διατρίβειν εἵλετο κ' ἔλαθεν. Ὠφελεῖ τ' πίστεως τοῦτο.

Τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησεν.] Ὡσεμεὶ γὰρ ὁρῶν τὸν Θεὸν συνόντα αὐτῷ, ὕτως ἐκαρτέρει πολύτα. Μεγάλης γὰρ ἐστὶ μονῆς ποιητικὸν ὃ ἔχειν ἀεὶ ἐν νῷ " τ' Θεόν· ὡς κ' ὁ Δαβὶδ φησι· Προορώμην " τ' Κύριον ἐνώπιόν μου· καὶ τὰ ἑξῆς.

28 Πίστει πεποίηκε τ' Πάσχα, καὶ τὴν προσχυσιν τ' αἵματος, ἵνα μὴ ὁ ὀλεθρεύων

ὀλοθρεύων τὰ πρωτότοκα, θίγῃ αὐτῶν.]

" χ. πολλαχοῦ καὶ ὁ. " Πανταχοῦ ὁ Παῦλος ἐν παρόδῳ παρεμβάλλει μυστήριον, ὥσπερ οὖν καὶ ἐνταῦθα ἐν παύσει παρακλήσεως ὃ τοῦ Πάσχα μυστήριον καταλέγει. Ἡ γὰρ πρόχυσις αἵματος ἐκείνου, τουτέστιν, ἡ χρίσις τῶν φλιῶν, τὸ τοῦ δεσποτικοῦ αἵματος ἐδήλου, δι' οὗ χριόμεθα, φεύγομεν τὸν ἐν τῇ νυκτὶ τοῦ βίου τούτου ὀλοθρεύοντα τὰ πρωτότοκα τῶν μὴ κεχρισμένων. Ὁ Μωσῆς τοίνυν τότε πιστεύσας, ὅτι τὸ αἷμα ἡ χρίσις φυλάξει τὰ πρωτότοκα, παρήγγελε τῷ λαῷ τοῦτο ποιῆσαι. Καίτοι ἐκεῖνο ἀμνοῦ αἷμα ἦν· ἀλλ' ὅμως καθὸ ἐτύπου ὃ τοῦ Χριστοῦ αἷμα, τοσαύτην ἰσχὺν ἔδειξεν. ὑμεῖς δὲ ὃ δηλονότι αἵματι χριόμενοι, οὐ θαρρεῖτε τούτῳ τυχεῖν; Ναὶ μήν. Καὶ ὁ Πάσχα ἐτέθυκεν, τουτέστι, τὸ βρῶσιν τοῦ ἀμνοῦ, καὶ τῶν ἀζύμων, καὶ τῶν πικρίδων, καὶ ὀπτὸς θύσιν ὅτι ὁ λαὸς ἐξελθὼν τὴν Αἰγύπτου δουλωσύνην. ἐξόδιος γὰρ ἦν ὁ τύπος τοῦ δείπνου ἐκείνου.

29 Πίστει διέβησαν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, ὡς " δι' ξηρᾶς.] Ἵνα μὴ λέγωσι, τί φέρεις εἰς μέσον ἀμιμήτους ἄνδρας; ἔωθεν καὶ λαὸν εἰς ὑπόδειγμα. Μιμήσασθε γάρ, φησι, τοὺς μὲν τοὺς πολλοὺς, οἳ ὀπτὸς θυὸς ὡς οὐκ ὀπτικλύστῳ ἀνθρὶ ὃ ὕδωρ, καὶ ὅτε κατετόλμησαν, θαρρήσαντες τῷ Θεῷ, ὅτι ὡς δι' ξηρᾶς ἐλθόντες]· ὅτε γὰρ ἀδύνατα δυνατὰ ποιεῖ ἡ πίστις· καὶ πῶς ὑμεῖς ἀπιστεῖτε;

Ἧς πεῖραν λαβόντες Αἰγύπτιοι, κατεπόθησαν.] Καὶ οὐκ ἔχει τις εἰπεῖν, φησιν, ὅτι φαντασίαν ἦν, ὕδωρ οὐκ ἦν· ὅτι γὰρ θάλασσα ἦν, ἔδειξαν οἱ Αἰγύπτιοι, πεφοβημένοι μὲν εἰσελθεῖν, καταποθέντες δὲ ὑπ' αὐτῆς, ἀθρόας κινηθείσης καὶ αὐτῶν, τοῦ ἐν τῇ διαβάσει τῶν Ἑβραίων ὡς τεῖχος ἱσταμένης· ὥσπερ καὶ ὕστερον ἡ κατὰ τοὺς περὶ παῖδας φλὸξ, ἔδειξε φλὸξ οὖσα, ὅτε τοὺς Βαβυλωνίους διέβοσκήθη· καὶ οἱ κατὰ τὸν Δανιὴλ λέοντες τοὺς κατηγόρους αὐτοῦ διαφύξαντες.

30 Πίστει, τὰ τείχη Ἰερειχὼ ἔπεσε, κυκλωθέντα ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας.] Πίστει·

ta, tangeret eos.] Paulus ubique obiter myſterium interponit, quemadmodum hoc in loco inter conſolandum Paſchatis ſacramenti meminit. Effuſio enim ſanguinis illius, hoc eſt, inunctio poſtium, Dominici ſanguinis effuſionem ſignificabat, quo peruncti, fugimus in nocte vitæ hujus exterminantem non peructorum primogenita. Moſes igitur quum tum credidiſſet ſanguinis inunctionem conſervaturam primogenita, demandabat populo hoc facere. Atqui ille agni ſanguis erat. Attamen quatenus ſanguinis Chriſti figura erat, tantam vim & virtutem demonſtrabat. Vos autem vero ſanguine peruncti, non confiditis iſto communiri? Imò certè. Porrò, Paſcha celebravit, hoc eſt, eſum agni, & azymorum, & lactucarum agreſtium, & credidit populum ex Ægypto egreſſum conſervatum iri. Erat autem ratio cœnæ illius egreſſui ipſorum accommoda.

29 *Fide tranſierunt mare rubrum, tanquam per aridam.*] Ne dicant, Ut quid profers in medium viros inimitabiles? protulit & populum in exemplum. Imitamini enim, inquit, iſtos ſaltem è vulgo, qui crediderunt ſeſe haud ſubmergendos aquâ, ſicque auſi fuerunt, confidentes Deo quòd veluti per aridam ſint pertranſituri: adeò quæ ſunt impoſſibilia, fides poſſibilia efficit. Quare itaque vos diffiditis?

Quod experti Ægyptii, devorati ſunt.] Ac nemo, inquit, dicere poteſt, quòd imaginarium erat, aqua non erat. Nam quòd mare erat, Ægyptii ſunt indicio, utpote qui ingredi quidem tentabant, abſorpti verò ſunt ab eo, toto ſimul contra eos permoto, quod in tranſitu Hebræorum inſtar muri erectum conſtiterat: perinde ac poſtea flamma adverſùm tres pueros parata, commonſtravit quòd flamma erat, quum Babylonios devorârit: itidem Danielis leones, qui delatores ejus dilaniârunt.

30 *Fide muri Jericho corruerunt, circumdati ad ſeptem dies.*] Fide: Deo enim

istud mandante, neque Josue neque populus hæsitabant, nec dixerunt, Ecquid hoc est? num tubarum sonitus naturam habet dejiciendi lapides & munitiones? sed enim crediderunt sic fore, & sic factum est.

31 *Fide Rahab meretrix non periit cum inobedientibus, excipiens exploratores in pace.*] Ecce, quod & suprà dixi, contumeliosissimam personam producit, ut pudefaciat eos, quum tali mulierculâ inferiores esse videantur, ac simul ut fidei potentiam magnam esse ostendat, cùm vel in reprobis talia efficiat. Fidem igitur ipsa submonstravit, quum abderet viros qui quærebantur ceu exploratores. Non occuluisset autem, nisi credidisset urbem esse intercipiendam. Sic enim dixit: *Compertum habeo quòd capietis hunc locum: audivimus enim opera vestra.* Et ipsa quidem auditis credidit: qui verò Dei mirandis rebus gestis non adhibuerunt fidem, perierunt.

32 *Ecquid adhuc dicam?*] Postquam sermonem in meretricem finiisset, ac abundè satìs eis à personæ qualitate pudorem induxisset, deinceps compendii gratiâ figillatim omnes alios non explicat, ne ineptus esse videatur: verùm nec omnino tamen reticet, sed visus prætermittere, non prætermittit. Sic neque auditorem tædio afficit, ac nihilominus quæ vult pluribus conficit.

Deficiet enim me tempus renarrantem,] Quale tempus? vel universum: dictum autem est istud ut solemus nos loqui, hyperbolicè: vel tempus quod Epistolæ convenit.

De Gedeon, Barac, Sampson, & Jephthe, David, Samuel, & prophetis.] Quæruntur nonnulli, quâ de causa Jepthe & Sampson & Barac hîc ponat. Quid ais? Qui sortum posuit, hos prætermitteret? Nec enim est quòd reliquam eorum vitam mihi recenseas; sed num in fide resplenduerint, hoc tecum reputa. Non enim vitarum explorationem facit, sed fidei indicationem.

τῷ γὰρ Θεοῦ προσταξαντος, ὑ διεκελευσθη ὅ, τε Ιησοῦς καὶ ὁ λαὸς, καὶ ἔλεγον, τί τοῦτο; σαλπίγγων ἦχος φύσιν ἔχει καταβάλλειν λίθους καὶ ἐπάλξεις; ἀλλ' ὑπίσθυσαν ὅτι ἔσται, καὶ ἐγένετο.

31 Πίστει Ραὰβ ἡ πόρνη ὑ συναπώλετο τοῖς ἀπειθήσασι, δεξαμένη τοὺς κατασκόπους " μετ' εἰρήνης.] Ἰδοὺ, ὅπως καὶ ἀνωτέρω ἔλεγον, ἀτιμότατον προσωπον προτίθησι, ἵνα ἀντιστήσῃ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ, εἰ γε τοιαύτης γυναικὸς ἥττους φαίνοιντο, ἅμα δείξῃ καὶ τὴν δυνάμιν τῆς πίστεως μεγάλην οὖσαν, εἰ γε καὶ ἐν τοῖς κατεγνωσμένοις τοιοῦτα κατορθοῖ. Πίστιν οὖν ἐνεδείξατο αὕτη, κρύψασα τοὺς ἄνδρας ζητουμένους ὡς κατασκόπους. Οὐκ ἂν δὲ ἔκρυψεν, εἰ μὴ ὑπίσθυσεν ὅτι ἁλώσει ἡ πόλις. Ὅτω γὰρ ἔφη· Ἐπίσαμεν ὅτι λήψεσθε τὴν χώραν ταύτην· ἠκούσαμεν γὰρ τὰ ἔργα ὑμῶν. Καὶ αὕτη μὲν τοῖς ἀκουσθεῖσιν ὑπίσθυσεν· οἱ δὲ μὴ πισθύσαντες τοῖς τοῦ Θεοῦ θαυμασίοις, ἀπώλοντο.

32 Καὶ τί ἔτι λέγω;] Καταλύσας τὸν λόγον εἰς τὴν πόρνην, καὶ ἰκανῶς δυσωπήσας αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ προσώπου πονηρίας, λοιπὸν συντομίας χάριν καὶ μέρος μὲν πᾶσιν οὐκ ἐπεξέρχεται, ἵνα μὴ ἀπροσκαλὲς δόξῃ· πλὴν ὅτε μὲν παύεται ἀποσιωπᾷ, ἀλλὰ δοκεῖ παραλείπειν, ὑ παραλείπει· καὶ ὅτως ὅτε τὴν ἀκροατὴν ἀποκναίῃ, καὶ σφόδρα ἦττον καταπονεῖσθαι δοκῇ πλειόνων ὁ βαλλόμενος.

Ἐπιλείψει γάρ με διηγουμένον ὁ χρόνος,] Ποῖος; ἢ ὁ πᾶς. Εἴρηται δὲ τοῦτο, ὡς συνήθως ἡμῖν λέγειν, ὑπερβολικῶς. ἢ ὁ τῇ ἐπιστολῇ σύμμετρος.

Περὶ Γεδεὼν, Βαρὰκ τε καὶ Σαμψὼν καὶ Ἰεφθαὲ, Δαβίδ τε καὶ Σαμουὴλ, καὶ τῶν προφητῶν.] Ζητοῦσί τινες τίνες ἕνεκεν Ἰεφθαὲ καὶ Σαμψὼν καὶ Βαρὰκ τέθεικεν ὀνόματι. Τί λέγεις; τὸν πόρνην φεύγεις, τούτους δὲ θεὸς; Μὴ γάρ μοι τὸν ἄλλον αὐτῶν ἐξέτασον βίον, ἀλλ' εἰ μὴ ἐλάμψαν ἐν τῇ πίστει, τοῦτο σκόπει. Οὐ γὰρ βίων ἐξέτασιν ποιεῖται, ἀλλὰ πίστεως ἔνδειξιν.

33 Οἳ

33 Οἳ διὰ πίστεως κατηγωνίσαντο βασιλείας.] Οἱ περὶ τὸν Γεδεών.

Εἰργάσαντο δικαιοσύνην.] Τίνες; δῆλον ὅτι καὶ ὁ Σαμψών. Καὶ γὰρ τοὺς ἐχθροὺς τῶν συγγενῶν καὶ ὁμοφύλων ἠμύναντο, τοῖς μὲν οἰκείοις φιλάνθρωποι φανέντες, τοῖς δὲ ἀδικοῦσιν ἐχθροῖς ἐπεξιόντες. Τοῦτο δὲ δικαιοσύνης, ὃ ἑκάστῳ ἀποτίνειν ὃ καὶ ἀξίαν.

Ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν.] Οἷον ὁ Δαβίδ. Ὤμοσε γάρ, φησι, Κύριος τῷ Δαβὶδ· Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ὅτι θρόνου σου· ὅπερ ἀληθῶς μὲν ἐπὶ Σολομῶντα ἀπέβη, νοητῶς δὲ, ἐπὶ τὸν Κύριον Ἰησοῦν τὸν ὄντως Σολομῶντα, τὸν εἰρηνικὸν, τὸν εἰρήνην αὐτοζωντα. Τοῦτο γὰρ ἑρμηνεύεται Σολομών, εἰρηνικός.

Ἔφραξαν στόματα λεόντων.] Ὁ Δανιὴλ καὶ ὁ Σαμψών.

34 Ἔσβεσαν δύναμιν πυρός.] Οἱ τρεῖς παῖδες. Οὐκ εἶπε δέ, ἔσβεσαν πῦρ, ἀλλὰ δύναμιν πυρός, ὅ ἐστι μεῖζον. ἐξαπλούμενον γάρ, ὅμως δύναμιν τοῦ καίειν οὐκ εἶχε καὶ αὐτόν.

Ἔφυγον στόματα μαχαίρας.] Καὶ οἱ τρεῖς παῖδες· ἢ ὁ Ἠλίας, οἰκειότερον εἰπεῖν, τὸν Ἰεζάβελ, τὸν Δαβὶδ δὲ αὐτὸς τὸν τοῦ Σαοὺλ.

Ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας.] Καὶ οἱ ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπανελθόντες· νεκρῶν γὰρ ὀστέων οὐδὲν διέφερον, ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰεζεκιὴλ εἴρηται. Ἀλλὰ μὴν καὶ Ἐζεκίας ἀσθενήσας, παράθημα ζωῆς ἔλαβεν.

Ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ, παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων.] Ταῦτα καὶ αὐτοῖς μὲν τοῖς ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπανελθοῦσιν ἁρμόττει. Καὶ γὰρ τὰ περίοικα ἔθνη, ἀεὶ βασκαίνοντα αὐτοῖς καὶ ἐπιβουλεύοντα μᾶλλον τότε, θαρροῦντες ὅμως τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει, διὰ πίστεως κατεπολέμησαν. Ἁρμόττει δὲ καὶ τῷ Σαμψὼν μάλιστα.

" κ. κατεπολέμησαν.

35 Ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν.] Ἡ Σαρεπτία διὰ τοῦ Ἠλιοῦ, καὶ ἡ Σωμανῖτις διὰ τοῦ Ἐλισαίου.

Ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν.] Τουτέστιν,

33 *Qui per fidem vicerunt regna.*] Hi ſcilicet qui cum Gedeone militârunt.

Operati ſunt juſtitiam.] Quinam? illi ipſi, & Sampſon. Etenim hoſtes congenerum & contribulium ſuorum ulti ſunt, domeſticis & amicis ſuis clementes viſi: adversùs autem vim inferentes hoſtes, inſurgentes. Juſtitiæ porrò iſtud munus eſt, unicuique pro merito tribuere.

Adepti ſunt promiſſiones.] Ut David. *Juravit enim*, inquit, *Dominus Davidi*, Pſal. 131. *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* Quod ſenſibiliter quidem in Solomone evênit, ſpiritualiter autem in Domino Jeſu qui verè Solomon, pacificus, ac reipſa pax eſt. Id enim Solomon valet, ſi interpreteris, pacificus videlicet.

Obturaverunt ora leonum.] Daniel & Sampſon.

34 *Extinxerunt impetum ignis.*] Tres pueri. Non dixit autem, extinxerunt ignem, ſed vim ignis, quod majus eſt. Etiamſi enim accenderetur, virtutem tamen urendi adversùm ipſos non habebat.

Effugerunt aciem gladii.] Hi quoque tres pueri, vel ut magis propriè dicamus, Elias gladium Iezabelis, & ipſe David Saulis.

Confortati ſunt ab infirmitate.] Ex captivitate Babylonis reverſi: nihil enim ab oſſibus mortuorum differebant, ut apud Ezechielem dictum eſt. Quinetiam Ezechias ægrotans, vitæ appendicem accepit.

Fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum.] Hæc & illis ipſis à Babylone reverſis quadrant. Nam finitimas gentes ſemper invidentes eis, ac inſurgentes tum magis quàm antea, Dei tamen virtuti confidentes, per fidem debellârunt. Conveniunt etiam Sampſoni potiſſimùm.

35 *Acceperunt mulieres ex reſurrectione mortuos ſuos.*] Sareptana per Eliam, & Sunamitis per Eliſæum.

Alii autem diſtenti ſunt.] Hoc eſt, decollati

collati ſunt, ut Joannes, ut Jacobus filius Zebedæi. Quidam autem, *diſtendi*, pro, fuſtibus verberari, acceperunt.

Non ſuſcipientes redemptionem.] Hoc eſt, potuiſſent non reprehendere quos reprehendebant, ac liberari ab eo quod ipſis inferebatur ſupplicio, verùm noluerunt hoc.

Ut meliorem reſurrectionem aſſequerentur.] Meliorem, non talem, qualem pueri mulierum: vel meliorem reſpectu aliorum mortalium. Sancti enim ad occurſum Domini ſplendidi in nubes attollentur, quod alio in loco ὀξαναστασιν vocat. Præterea & in vitam æternam. Reliqui autem infrà manebunt, & ad ſupplicium æternum ipſis erit reſurrectio.

36 *Alii verò ludibria,*] Quemadmodum Eliſæus illuſus à pueris, vel Sampſon ab alienigenis, poſtquam effodiſſent ei oculos.

Et verbera experti.] Et multi prophetarum, & Petrus poſtea, & Ioannes.

Inſuper vincula & carcerem.] Ut Ieremias, Michæas, & Apoſtoli poſtea.

37 *Lapidati ſunt.*] Ut Nabuthe, ac Stephanus poſtea.

Secti ſunt.] Ut Eſaias à Manaſſe, quem & ligneâ ſerrâ aiunt ſectum eſſe, ut eo triſtius & acerbius eſſet ſupplicium, quum ita ſupra modum cruciaretur.

In occiſione gladii mortui ſunt.] Ut Michæas, & Zacharias, & Joannes, & Iacobus. Animadverte autem quomodo alii quidem per fidem ora gladii evaſerint, alii verò in occiſione gladii mortem obierint. Hujuſmodi enim res fides eſt, quæ & magna perficit, & magna patitur, & nihil tamen ſe pati æſtimat. Quî igitur vos nihil adhuc tale paſsi, mœretis ac triſtes eſtis?

Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis.] Ut Elias, & qui cum eo erant; adeò rerum poſſeſſione carebant. Quia e-

ἀπελιθάσθησαν, ὡς Ιωαννης, ὡς Ιακωβος ὁ Ζεβεδαίου. Τινὲς δὲ, τυμπανιαθῆναι, ῥοπάλοις τυφθῆναι ἔφασαν.

Οὐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν.] Τουτέστιν, ἠδυνατο μὴ ἐλέγχειν οὓς ἤλεγχον, καὶ λυτρωθῆναι τῆς ἐπαγομένης αὐτοῖς τιμωρίας, ἀλλ' οὐκ ἠθέλησαν τοῦτο.

Ινα κρείττονος ἀναστάσεως τύχωσι.] Κρείττονος, ὑ τοιαύτης, οἵας τὰ παιδία τῶν γυναικῶν· ἢ κρείττονος πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων. Οἱ μὲν γὰρ ἅγιοι εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου λαμπροὶ ἐν νεφέλαις ἁρπασθήσονται· ὅπερ ἀλλαχοῦ ἀναστάσιν ὀνομάζει. Καὶ ἄλλως, ὅτι εἰς ζωὴν αἰώνιον. Οἱ δὲ λοιποὶ κάτω τε μενοῦσι, καὶ εἰς κόλασιν αἰώνιον ἡ ἀνάστασις αὐτοῖς.

36 Ετεροι δὲ ἐμπαιγμῶν,] Ως ὁ Ελισαῖος παιζόμενος ὑπὸ τῶν παιδαρίων, ἢ ὁ Σαμψὼν ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων, μετὰ δὲ ἐκκοπῆναι τοὺς ὀφθαλμούς.

Καὶ μαστίγων πεῖραν ἔλαβον.] Καὶ πολλοὶ τῶν προφητῶν, καὶ Πέτρος ὕστερον, καὶ Ιωάννης.

Επὶ δὲ δεσμῶν καὶ φυλακῆς.] Ως Ιερεμίας καὶ Μιχαίας, καὶ οἱ ἀπόστολοι ὕστερον.

37 Ελιθάσθησαν,] Ως ὁ Ναβουθαὶ, καὶ ὁ Στέφανος δὲ ὕστερον.

Επρίσθησαν,] Ως ὁ Ησαΐας ὑπὸ Μανασσῆ, ὃν καὶ ξυλίνῳ πρίονί φασι πριαθῆναι, ἵνα ἀλγεινοτέρα αὐτῷ ἐγένετο ἡ τιμωρία ὅτι πλεῖον κολαζόμενος. Εν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον.] Ως Μιχαίας, καὶ Ζαχαρίας, καὶ Ιωάννης, καὶ Ιάκωβος. Οσα δὲ πάσχουσιν οἱ μὲν ἀπὸ πίστεως σώματα μαχαίρας ἔφυγον, οἱ δὲ ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον· Τοιοῦτον γὰρ ἡ πίστις, καὶ δύναται μεγάλα, καὶ πάσχει μεγάλα, καὶ οὐδὲν οἴεται πάσχειν. Πῶς οὖν ὑμεῖς μήπω μηδὲν τοιοῦτον παθόντες, ἀθυμοῦντε;

Περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν.] Ως οἱ περὶ Ηλίαν, οὕτως ἦσαν ἀκτήμονες. Επειδὴ γὰρ

οὔπω

οὔπω τοσαύτην εἶχον ὑπόληψιν περὶ τῶν ἀποστόλων, μὴ ὃ σκείνων μνησθῶσι, ὅτι τ' προφήτην τ' ἔνδοξον καὶ ἀναληφθέντα ἦκε. Τὸ δ', περιῆλθον, ὃ διώκεσθαι αὐτοὺς δηλοῖ καὶ ἀσατεῖν. Μηλωτὴ δ', ὃ τῶ μήλου, ἤτοι τῶ προβάτου δέρμα.

Υστερούμενοι,] Ως αὐτὸς ὢν Ηλίας καὶ Ελισσαῖος. Γυναῖκες γὰρ αὐτοὺς ἔτρεφον.

Θλιβόμενοι, κακουχούμενοι.] Οὐ μικρὰ γὰρ Ηλίαν Ιεζάβελ ἔθλιβε διώκουσα.

38 Ων οὐκ ἦν ὁ κόσμος.] Οὐκ ἔχετέ, φησιν, εἰπεῖν ὅτι ἁμαρτωλοὶ ὄντες, ἔπασχον, ἀλλὰ δίκαιοι, οἷοι καὶ τῶ κόσμω αὐτῶ ἀμείνονες ἦσαν. Κόσμον δ', καὶ ὃ πλῆθος καὶ τὴν κτίσιν αὐτὴν φησιν ἡ γραφή. καὶ ἑκάτερα οὖν ἀμφότερα. Εἰ πᾶσαν οὖν, φησι, τὴν κτίσιν μὴ τῶν ἐν αὐτῇ ἀνθρώπων ἀντιστήσῃς τούτοις, οὐδὲν ἀπάξιον εὑρήσεις τούτων. Ενταῦθα δ' ἀφανίζησιν αὐτῶν τὰς καρδίας, ὥστε μηδὲν ζητεῖν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, εἴγε ὁ κόσμος οὐκ ἔστιν ἄξιος τῶν ἁγίων. Υβρεις γάρ σου ἔστιν ἐὰν ἐνταῦθα λάβῃς τ' μισθόν· ἐβλαξας γὰρ σαυτὸν ὑποβαλὼν ὄντα ἄξιον. Εἰ πᾶς ὁ κόσμος οὐκ ἔστιν ἄξιος ἑνὸς ἁγίου, τί μέρος ζητεῖς;

Εν ἐρημίαις πλανώμενοι καὶ ὄρεσι καὶ σπηλαίοις καὶ τ' ὀπαῖς τ' γῆς.] Ως Ηλίας, & οἱ προφῆται ἢ οἱ ὑπὸ Αβδίου κρυβδην ἐν τῷ σπηλαίῳ. Οὐδὲ τὴν ἐρημίαν, φησὶ, μὴ ἀδείας οἰκεῖν συνεχωρεῖτο, ἀλλὰ κἀκεῖθεν ἠλαύνοντο τῷ φόβῳ, καὶ ἄλλοτε ἀλλαχοῦ ἐπλανῶντο. Αλλ' ὅμως ὑπέμενον προσκλησιν αἰώνιον λήψεσθαι παρὰ Θεοῦ, & ὑπέμενον ταῦτα.

39 Καὶ οὗτοι πάντες μαρτυρηθέντες διὰ τ πίστεως, οὐκ ἐκομίσαντο τ' ἐπαγγελίαν.] Τί, φησι, μικροψυχεῖτε, ὅτι ἐν τῷ ἀγῶνι ὄντες οὔπω τὰς ἀμοιβὰς ἐδέξασθε; Οἱ ἐνάρετοι πάντες ἅγιοι, καίτοι ἤδη μαρτυρηθέντες διὰ τῆς

nim nondum tantam de Apoſtolis opinionem conceperant, poſtquam illorum mentionem feciſſet, ad inclytum Prophetam qui in cœlum ſublatus eſt, venit. Quod autem ait, *Circumierunt*, eos perſecutionem eſſe paſſos indicat, & in uno loco non potuiſſe morari. *Melote* autem, ovis vel pecudis eſt pellis.

Egentes,] Ut ille ipſe Elias & Eliſæus. Mulieres enim eos alebant.

Angustiati, afflicti.] Haud parùm enim Eliam Jezabel perſecutione ſuâ afflixit.

38 *Quibus dignus non erat mundus.*] Non poteſtis dicere, inquit, quòd peccatores quum eſſent, hæc ſint paſſi: verùm tales fuerunt, ut & ipſo mundo honoratiores eſſent. Mundum autem & hominum multitudinem, & mundi ſtructuram Scriptura appellat. Utraque autem hîc accipiuntur. Si itaque univerſam, inquit, mundi ſtructuram cum hominibus qui in eo ſunt cum iſtis conferas, nihil invenies quod illis dignitate reſpondeat. Hîc autem excitat eorum corda, ut nihil mundanum quærant: ſiquidem mundus eſt indignus Sanctis. Injuria enim tua eſt, ſi hîc acceperis mercedem. Monſtrâſti enim teipſum nullius eſſe precii. Si univerſus mundus non eſt dignus uno Sancto, quid partem quæritas?

In solitudinibus errantes & montibus & speluncis & cavernis terræ.] Ut Elias, & Prophetæ, qui clanculum ab Abdia in ſpelunca alebantur. Neque ſolitudinem, inquit, ſine timore incolere permittebantur, verùm inde etiam metu abigebantur, & nunc hîc, nunc illic oberrabant. Attamen credebant ſeſe conſolationem æternam accepturos à Deo, ideóque hæc patiebantur. 3 Reg. 18.

39 *Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem.*] Quid, inquit, puſillanimes eſtis, quòd quum in certamine ſitis, nondum acceperitis præmium? Prædicti omnes Sancti, etiamſi teſtimonium haberent quòd Deo per fidem placebant, nondum

nondum tamen assequuti sunt cœlestium bonorum promissiones. Inferas quidem adeóque terrestres promissiones nonnulli adepti sunt, ut David. Cæterùm id non erat quod quærebatur: sed quæ in cœlis sunt, ista revera sunt promissiones.

40 *Deo de nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur.*] Melius aliquid, hoc est, ad honorem nostrum. Ne videantur enim nobis esse potiores si primi coronarentur, unum omnibus coronarum tempus statuit. Nec dixit, ut non coronarentur, sed, *ut non consummarentur.* Proinde tunc perfecti videbuntur. Præterea, jam nunc arrhabonem & pignus honoris habent. Unde enim eis potestas anxiliandi invocantibus se? Unde ipsis fiducia intercedendi? Perfectionem autem & consummationem tum accipient. Nonne igitur injustus est illis Deus, si nos anteverterint laboribus, in coronis autem nos expectent? Minimè: nam & illis hoc gratum est, ut cum fratribus consummentur. Corpus unum omnes sumus. Majorem igitur corpori voluptatem præbet, si communiter secundùm omnia membra sua coronetur. Deus est pater liberorum amantissimus, qui varios habet filios; alii quidem, perfectis operibus suis, ex agris celeriùs redeunt, alii verò laborantes adhuc ibi persistunt. Dedit iis qui primùm laborârunt, prægustationem quandam, dicens ac mandans eis, ut ad perfectum usque convivium fratres expectent: qui, humani quum sint, læti expectant, ut in commune exhilarentur.

πίστεως ὑπερεχέναι, οὔπω τετυχήσασι τῶν ἐν οὐρανοῖς ἐπαγγελιῶν. Τῶν γὰρ κάτω τινὲς ἐπέτυχον ἐπαγγελιῶν, ὡς ὁ Δαβίδ. Ἀλλ' οὐ τοῦτο ὃ ζητούμενον· τὰ ἐν οὐρανοῖς, ταῦτά εἰσιν ὄντως ἐπαγγελίαι.

40. Τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσιν.] Κρεῖττόν τι, τουτέστι, πρὸς ὑμᾶς ἡμῶν. Ἵνα γὰρ μὴ δόξωσι πλεονεκτεῖν ἡμῶν τῶν προτέρων στεφανοῦσθαι, ἕνα πᾶσι καιρὸν ὥρισε τῶν στεφάνων. Καὶ οὐκ εἶπεν, ἵνα μὴ στεφανωθῶσιν, ἀλλ', ἵνα μὴ τελειωθῶσιν. Ὥστε καὶ τέλειοι τότε φανοῦνται. Ἄλλως τε νῦν ἀῤῥαβῶνας ἔχουσι τῆς τιμῆς. Πόθεν γὰρ ἀκοὴ ἡ εἰς τὸ βοηθεῖν τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτοὺς δυνάμις; πόθεν δὲ παῤῥησίαν ἔχειν εἰς τὸ προσεύξασθαι; τὸ δὲ τέλειον τότε ἀπολήψονται. Ἆρα οὖν οὐκ ἀδικεῖ ὁ Θεὸς ἐκείνους, εἰ γε προέλαβον μὲν ἐν τοῖς κάμασιν, ἐν δὲ τοῖς στεφάνοις ἡμᾶς προλαμβάνουσιν; ἀλλὰ καὶ ἐκείνοις τοῦτο ἀσπαστόν, τὸ μετὰ τῶν ἀδελφῶν τελειωθῆναι. Σῶμα ἓν οἱ πάντες ἐσμέν· μείζων τῷ σώματι ἡδονὴ ὅταν κοινῇ στεφανῶται. Πατὴρ φιλότεκνος ὁ Θεὸς, διαφόρους ἔχων υἱούς· οἱ μὲν ἐπανῆλθον ἐκ τῶν ἀγρῶν τάχιον, τὰ ἔργα διύσαντες, οἱ δὲ ἔτι μένουσιν ἐκεῖ ἐργαζόμενοι. δέδωκε τοῖς προκαμοῦσι προγεύσασθαί τι, εἰπὼν προλαμβάνειν εἰς τὸ τελείαν εὐωχίαν τοὺς ἀδελφούς· οἱ δὲ φιλάνθρωποι ὄντες χαίροντες ἀναμένουσιν, ἵνα κοινῇ εὐφρανθῶσι.

CAP. XII.

ΚΕΦ. ιβ.

Deóque & nos tantam habentes circumpositam nubem testium,] Non dixit, elevatam super nos, sed, *circumpositam*, hoc est, undique nos ambientem. Testes autem non eos tantùm vocat qui sunt in Novo

Τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον νέφος μαρτύρων,] Οὐκ εἶπεν, ὑπεραιωρούμενον ἡμῶν, δηλονότι, περικείμενον, τουτέστι, πανταχόθεν ἡμᾶς περιέχον. Μαρτύρας δὲ, οὐ τοὺς ἐν τῇ

καινῇ

κτισιν κτιστ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τῇ παλαιᾷ. Καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ ἐμαρτύρησαν τῇ τοῦ Θεοῦ μεγαλοδότητι, ὡς οἱ τρεῖς παῖδες καὶ Δανιὴλ καὶ πάντες οἱ προφῆται. Οὐκ εἶπε ὄχλος, ἀλλὰ, νέφος, οἰκειότατα πρὸς τὸν παρόντα τόπον. Ἐπεὶ γὰρ καύσωνα εἶχον αὐτοὶ τῶν θλίψεων, ὥσπερ τις νεφέλη, φησὶν, ἡ μνήμη τῶν μαρτύρων ἀναψύξει ὑμᾶς πάντοθεν περιέχουσα.

Ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα.] Τουτέστι, τὸ βάρος τῶν γηίνων πραγμάτων καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς φορτίδων. Οὐδὲν γάρ, φησιν, ἄλλό εἰσιν ἢ ὄγκος μάταιος. Τί οὖν ὅτι τῆς ἀπαλλαγῆς τούτων δυσχεραίνετε;

Καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν.] Ἡ τὴν εὐχόλως περιισταμένην ἡμᾶς, ἢ τὴν εὐκόλως περίστασιν παθεῖν δυναμένην. Ῥᾴδιον γὰρ, ἐὰν θέλωμεν, περιγενέσθαι τῆς ἁμαρτίας. Ἢ δὶ ὃ εὐχόλως τις εἰς περίστασις ἐμπίπτει. Οὐδὲν γὰρ οὕτω κινδυνώδες ὡς ἁμαρτία.

Δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα.] Οὐκ εἶπε, πυκτεύωμεν, οὐδὲ παλαίωμεν, ἀλλ' ὃ πάντων κουφότερον ἦν, τὸ τοῦ δρόμου, τοῦτο εἰς μέσον τέθεικεν. Οὐδὲ εἶπε, προσθῶμεν τῷ δρόμῳ, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τούτῳ ὑπομείνωμεν. Ἄλλοι μὲν γὰρ δι' ἐγκρατείας, ἄλλοι δι' ἐλεημοσύνης, ἄλλοι δι' ἄλλης ἀρετῆς ὀφείλουσι τρέχειν· ὑμᾶς δὲ δι' ὑπομονῆς. Ταύτης γὰρ ὑμῖν χρεία, ὡς καὶ ἀνωτέρω προείρηται.

2 Ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν.] Τουτέστιν, ἐὰν θέλωμεν μαθεῖν ὃ πέφυκε δι' ὑπομονῆς, πρὸς τὸν Χριστὸν ἀφορᾶν δεῖ, ὥσπερ οἱ τέχνας μανθάνοντες πρὸς τοὺς διδασκάλους· ὅπερ οὖν καὶ αὐτὸς ἔλεγε, Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ. Καὶ πάλιν· Εἰ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἐκάλεσαν, πόσῳ μᾶλλον τοὺς οἰκιακοὺς αὐτοῦ; Καὶ, Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον. Τί δέ ἐστιν, ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν; τουτέστιν, αὐτὸς καὶ τὴν πίστιν ἡμῖν δεδώρηται. Οὐ γὰρ ὑμεῖς με, φησὶν, ἐξελέ-

Testamento, sed qui in Veteri etiam. Nam & ipsi testimonium præbuerunt Dei magnificentiæ, utì tres pueri, Daniel, & omnes Prophetæ. Non dixit autem, multitudinem, sed, *nubem*, proprio maximè usus vocabulo ad præsens argumentum. Quoniam enim ipsi afflictionum æstu premebantur, testium, inquit, memoria instar nubeculæ cujusdam undique ambientis vos refocillabit.

Deponentes omne pondus.] Hoc est, terrestrium negociorum sarcinam, & curas illis admixtas. Nihil enim aliud sunt quàm vana sarcina. Quid igitur ægrè fertis ab istis liberari?

Et facilè circumstans peccatum.] Vel quòd facilè nos circumstet, vel quòd facilè devictionem pati possit: facilè enim est, si modò velimus, vincere peccatum. Vel propter quod facilè quisquam in pericula incidit: nihil enim adeò periculosum ut peccatum.

Per patientiam curramus propositum nobis certamen.] Non dixit, pugillatum exerceamus aut luctemur, sed quod omnium facillimum erat, quod ad cursum spectat, istud in medium profert. Neque dixit, Addamus cursui: verùm in illo ipso permaneamus. Alii enim per continentiam, alii per eleemosynam, alii per aliam virtutem currere debent; vos verò per patientiam: vobis enim isthac opus est, utì suprà dictum est.

2 *Aspicientes in authorem fidei & consummatorem Jesum.*] Hoc est, si velimus discere quomodo per patientiam sit currendum, ad Christum respiciamus, quemadmodùm qui artes discunt, præceptores suos intuentur. quod & ipse dixit, *Discite à me.* Et rursus, *Quòd si patrem familiàs Beelzebub appellàrunt, quanto potiùs vos domesticos ipsius?* Et, *Non est discipulus supra magistrum.* Quid autem est quòd ait, *authorem & consummatorem?* hoc est, ipse fidem nobis ab initio imposuit. *Non enim vos me*, inquit, *elegistis, sed ego vos elegi,*

Mat. 11. 29. Mar. 10. 25. Mat. 10. 24. Ioan. 15. 16.

elegi. Ac finem etiam & conſummationem ipſe apponet, ut vos eam perfectiſſimam habeatis.

Qui pro propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, ignominiâ contemptâ.] Licebat enim ipſi non pati, non mori. Quum enim peccati omnis expers eſſet: morti non
Ioan. 14.30 ſubjicebatur: quod & ipſe ait: *Venit mundi princeps, & in me non habet quicquam.* Si igitur noluiſſet, non eſſet crucifixus: quod
Ioan. 10.18 & ipſe dixit: *Poteſtatem habeo ponendi animam meam.* Attamen crucem ſuſtinuit, hoc eſt, non ſimpliciter mortem, ſed contumelioſam, aſpernatúſque eſt ignominiam inde provenientem. Non autem dixit, Triſtitiâ contemptâ: neque enim cum triſtitiâ iſta ferebat.

Atque in dextera ſedis Dei ſedet.] Vides finem patientiæ, quò perduxit? id quod
Philip. 2.9. alibi dixit: *Propterea Deus etiam ſuperexaltavit eum*: de carne loquens. Poteſt itaque vobis mercedem rependere pro afflictionibus ſuo nomine toleratis. Cathedra enim & ſeſſio ad dextram, æqualitatem cum Patre ſignificat.

3 *Recogitate enim eum qui talem ſuſtinuit à peccatoribus adversùm ſe contradictionem.*] Quòd ſi quis conſervorum ſuorum afflictiones reputans, abundè ſe conſolatur, quanto magis ſi Domini ſui, qui tantam contradictionem pertulit, afflictiones ſecum expendat? hoc eſt, riſus, ſubſannationes, convicia, in faciem verbera, quæcunque contra doctrinam ejus dicebant, clamores apud Pilatum, poſtremò crucem ipſam. Emphatica enim eſt iſta dictio, *Talem*, hoc eſt, ad mortem uſque perducentem, idque unà cum latronibus, idque à peccatoribus, Ethnicis videlicet, ſive ipſis Judæis.

Ne defatigemini animabus veſtris deficientes.] Chriſtum enim in animo verſare, animabus veſtris & vires ac nervos addet, nec ſinet deficere, nec in afflictionibus deſperare.

4 *Nondum ad ſanguinem uſque reſtitiſtis.*

Ος ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς, ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας.] Ἐξιὼν γὰρ αὐτὸς μὴ παθεῖν, μὴ ἀποθανεῖν· ἀναμάρτητος γὰρ ὢν, θανάτῳ οὐχ ὑπέκειτο. ὃ καὶ αὐτὸς λέγει· Ἔρχεται ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων, καὶ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδέν. Εἰ οὖν οὐκ ἤθελεν, οὐκ ἂν ἐσταυρώθη· ὃ καὶ αὐτὸς ἔλεγεν· Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου. Ἀλλ' ὅμως σταυρὸν ὑπέμεινε, τουτέστιν, οὐχ ἁπλῶς θάνατον, ἀλλὰ τὸν ἐπονείδιστον, ὃν κατεφρόνησε τὸ ὑπὲρ τοιούτου θανάτου αἰσχύνης. Οὐκ εἶπε γὰρ, λύπης καταφρονήσας· οὐδὲ γὰρ μετὰ λύπης ταῦτα ἔφερεν.

Ἐν δεξιᾷ τε τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ κεκάθικεν.] Ὁρᾷς τὸ τέλος τῆς ὑπομονῆς ποῦ ἀναβιβάζει; ὃ καὶ ἀλλαχοῦ φησι· Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, τοῦτ' ἔστι σάρκα λέγων. Ὥστε δυνατὸν καὶ ὑμᾶς ἀμείψασθαι ὑπὲρ τῶν δι' αὐτὸν θλίψεων. Ἡ γὰρ ἐν δεξιᾷ καθέδρα, τὸ πρὸς τὸν Πατέρα ἰσότιμον δηλοῖ.

3 Ἀναλογίσασθε γὰρ τὸν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν.] Καίτοι εἴ καὶ ὁμοδούλων παῖδα ἀναλογίζεταί τις, ἱκανῶς παραμυθεῖται, πόσῳ μᾶλλον τὰ τοῦ δεσπότου τοῦ τοιαύτην ἀντιλογίαν ὑπομείναντος; ὅ ἐστι, γλώσσας, χλευασίας, ὀνείδη, τοῦ πρόσωπον πληγάς, ὅσα ἀπετέλουν τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ, τὰς ὑπὸ Πιλάτου κραυγάς, τελευταῖον σταυρόν. Ἐμφατικὸν γὰρ τὸ, τοσαύτην, τουτέστιν, ἄχρι θανάτου φέρουσαν, καὶ ταῦτα, τοῦ μὴ λῃστῶν, καὶ ταῦτα ὑπὸ ἁμαρτωλῶν, τῶν ἐθνικῶν δηλαδὴ, ἢ καὶ αὐτῶν τῶν Ἰουδαίων.

Ἵνα μὴ κάμητε τὰς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι.] Τὸ γὰρ ἀναλογίσασθαι τὸν Χριστὸν, τονώσει ὑμῶν τὰς ψυχὰς καὶ νευρώσει, καὶ οὐκ ἐάσει ἐκλελύσθαι καὶ ἀπαγορεύσαι πρὸς τὰς θλίψεις.

4 Οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε.]

τέρπτε,] Δύο εἴδη παρακλήσεως ἀλλήλοις εἰσὶν ἐναντία· ἓν μέν, ὅταν τις πρός τινα λέγῃ τις, ὅτι μεγάλα πέπονθας, ἀναμνήσθητι ἐκείνων. ἕτερον δέ, ὅταν λέγῃ, οὐδὲν μέγα οὔπω πέπονθας. Τὸ μὲν γὰρ κάμνουσαν ἀναπαύει τὴν ψυχὴν, ἔχουσαν πολλοὺς συνίστορας τῶν παθημάτων αὐτῆς. Τὸ δὲ φυσᾶσθαι μηκύνει καταπαύει, καὶ ῥᾳθυμοῦσαν διεγείρει. Τούτοις τοῖς δυσὶ χρᾶται Παῦλος νῦν πρὸς Ἑβραίους. Εἰπὼν γὰρ ἀνωτέρω, ὅτι πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων, καὶ προτρεψάμενος μιμήσασθαι ἑαυτὸν, νῦν τὸ ἐναντίον, δείκνησιν αὖθις μήπω μηδὲν ἀξιόλογον ὑποστάντας, ὡς ἀῤῥωστεῖν μὴ ἐπιτρέπῃ. Καὶ ὅρα σοφίαν. Μέλλων ἐμνήσθη τῶν δεχαίων ἀγώνων τῶν μεγάλα ὑποστάντων, καὶ αὐτὸν τὸν Κύριον, τότε δείκνησι τὰ αὐτῶν οὐδὲν ὄντα. Οὔπω γάρ, φησὶν, ἄχρι θανάτου ἐφθάσατε, ἀλλὰ ἄχρι διωγμῶν, ἄχρι ἁρπαγῆς· ὁ δὲ Χριστὸς ἄχρι θανάτου ἦλθεν. Ἀντικατέστη δέ, εἰπὼν, δείκνησι τὸ τὴν ἁμαρτίαν σφοδρόν τι πνέοντα, καὶ ἀντικείμενον, τὰ αὐτῶν δὲ ἑστῶτας καὶ ἀγωνιζομένους, οὔπω μέντοι ἐν τοῖς χαλεπωτέροις, ἀλλὰ τοῖς κουφοτέροις.

Πρὸς ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι.] Πρὸς τὸν διάβολον τὸ αὐτόχρημα ἁμαρτάνον, ὡς εὑρετὴν αὐτῆς καὶ διδάσκαλον. Ἢ πρὸς αὐτὴν τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὰ αὐτῆς ἄτιμα πάθη, τὰ πολέμια ἡμῖν καὶ ὀλέθρια.

5 Καὶ ἐκλέλησθε τῆς παρακλήσεως,] Τοσοῦτον πρέπητε καὶ ἐξελύθητε, ὥστε καὶ τῶν παρακαλούντων εἰς ἀνδρείαν λόγων ἐπιλαθέσθαι, καίτοι μήπω παθόντες τι μέγα. Τὰ γὰρ μεγάλα καὶ ἀξιόλογα πάθη, λήθην ἐμποιοῦσι πολλάκις τῶν ἀναγκαίων.

Ἥτις ὑμῖν ὡς υἱοῖς διαλέγεται· Υἱέ μου, μὴ ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου,] Οὐ γὰρ ἰδίοις υἱοῖς ὁ Σολομὼν ἐλάλει, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς ἀκούειν δυναμένοις.

stis,] Duæ ſunt adhortationis & conſolationis ſpecies inter ſe contrariæ : altera quidem, cùm quis alicui dicat, Magna quidem paſſus es, memento illorum : altera verò, cùm dicat, Nihil dum ardui paſſus es. Illud enim animam fatiſcentem refocillat, dum multos afflictionum ſuarum teſtes habet. Iſtud verò intumeſcentem deducit, & languentem excitat. Hiſce duabus nunc utitur Paulus ad Hebræos. Quum enim ſuprà dixiſſet, Magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum, adhortatúſque eſſet ut ſeipſos imitarentur ; nunc è contrà oſtendit, eos nondum quicquam æſtimatione dignum ſuſtinuiſſe, ne efferantur. Ac vide ejus ſapientiam. Poſteaquam priſcorum ſanctorum, qui magna ſuſtinuerant, atque adeò Domini ipſius meminiſſet, tunc oſtendit eorum afflictiones nullas eſſe. Nondum enim ad mortem uſque, inquit, perveniſtis, ſed ad perſecutiones uſque, & uſque ad rapinas : Chriſtus autem uſque ad mortem venit. Porrò quum ait, *reſtitiſtis*, oſtendit peccatum vehemens quiddam ſpirare, eſſéque eis oppoſitum, ipſos autem ſtantes & contra-nitentes, nondum tamen in letalibus, verùm in levioribus.

Adversùs peccatum repugnantes.] Contra diabolum, qui eſt peccatum ipſum, utpote primus inventor ejus & præceptor. Vel contra ipſum peccatum, ejuſque ignominioſos affectus, nobis inimicos & perniciosos.

5 *Et obliti eſtis adhortationis,*] Adeò, inquit, remiſſi eſtis & in ſegnitiem reſoluti, ut adhortantium vos ad fortitudinem ſermonum ſitis obliti, etſi nondum magni quicquam paſſi eſtis. Ingentes enim ac dignæ ratione aliquâ afflictiones, oblivionem ſæpenumero incutiunt rerum neceſſariarum.

Quæ vobis tanquam filiis loquitur : Fili mi, noli negligere diſciplinam Domini,] Non enim propriis filiis loquebatur Solomon, ſed omnibus qui audire poterant, Prov. 3. 11.

& vobis omnino : propterea, *tanquam*, apponitur.

Neque defatigeris dum ab eo argueris.] A Deo igitur tentationes adducuntur: quòd ſi à Deo, ad commoditatem omnino nobis cedent. Aut enim ipſi imprimis placet ut nos tentemur, quò à peccatis liberemur: aut nos tentari permittit, ad probationem, utque plures conſequamur coronas.

6 *Quem enim diligit Dominus, caſtigat: flagellat autem omnem filium quem recipit.*] Fieri non poteſt ut quiſpiam inveniatur dilectus Deo citra afflictiones. Nónne igitur latrones & fures flagris cæduntur? filiine & illi ſunt? Minimè gentium. Non enim dixit, Quiſquis flagellatur, eſt filius, ſed, omnis filius flagellatur. Latrones igitur non filiorum inſtar flagellantur, verùm ut ſcelerati puniuntur. Hîc autem quum priùs dixiſſet, *Caſtigat*; intulit poſtea, *Flagellat*: ut non veluti ſceleris ultionem, ſed veluti eruditionem intelligas flagellationem filii. *Quem recipit*, hoc eſt, quem admittit, quem præ cæteris aſſumit, & familiarem amicum ſibi conciliat.

7 *Si caſtigationem ſuſtinetis, tanquam filiis offert ſe vobis Deus. Quis enim eſt filius quem non caſtigat pater?* 8 *Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, cujus participes facti ſunt omnes, ergo adulterini, & non filii eſtis.*] Ex quibus illi putabant ſeſe á Deo derelictos, ex iis oſtendit eis quòd Deo curæ fuerint. Si enim, inquit, afflictionibus caruiſſetis, nothi fuiſſetis, illegitimique filii, & non genuini. Cui enim parentum nothorum inſtitutio curæ eſt? Quia verò affligimini, exhinc autem obveniat vobis, ut ornatè atq; moderatè vivatis, perinde ac omnes præmemorati, videlicet juſti, qui & filii Dei vocati ſunt; planum eſt & irrefragabile quòd vobis ut filiis ſeſe offerat Deus, atque veſtrî curam gerat, ne diſciplinæ expertes evadatis, atque hinc vos hæreditate abdicet.

νοις, καὶ ὑμῖν ὃ πάντως· Διὰ τοῦτο δέ, ὡς, κεῖται.

Μὴ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος.] Ἆρα οὖν παιδὰ Θεοῦ οἱ πειρασμοὶ ἐπάγονται· εἰ δὲ παιδὰ Θεοῦ, πρὸς ὠφέλειαν ἡμῶν πάντως. Αὐτὸς γὰρ ἢ προηγουμένως βούλεται ἡμᾶς πρὸς ἀπόθεσιν ἁμαρτιῶν, ἢ παραχωρεῖ πρὸς δοκιμασίαν καὶ στεφάνους πλείους.

6 Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει, μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται.] Ἀδιάφορον γάρ βύρσῃ τινὰ τῶν ἀγαπωμένων τῷ Κυρίῳ χωρεῖν θλίψεων. Ἆρα οὖν οὐ μαστιγοῦνται οἱ λῃσταὶ καὶ κλέπται; υἱοὶ οὖν εἰσὶ ὅτι; Οὐχί. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι πᾶς ὁ μαστιγούμενος, υἱός, ἀλλὰ πᾶς υἱὸς μαστιγοῦται. Λῃσταὶ μὲν οὖν οὐχ ὡς υἱοὶ μαστιγοῦνται, ἀλλ' ὡς κακοὶ κολάζονται. Ἐνταῦθα δὲ προφπών, ὅτι παιδεύει, πάλιν ἐπήγαγε δέ, μαστιγοῖ. ἵνα μὴ ὡς κακίας ἔκτισιν, ἀλλ' ὡς παιδεύσιν νοήσῃς τὴν μαστίγωσιν τοῦ υἱοῦ. Ὃν δὲ παραδέχεται, τουτέστιν, ὃν ἀποδέχεται, ὃν προσλαμβάνεται πλέον τῶν ἄλλων, ὃν οἰκειοῦται.

7 Εἰ παιδείαν ὑπομένετε, ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ Θεός. Τίς γάρ ἐστιν υἱὸς ὃν οὐ παιδεύει πατήρ; 8 Εἰ δὲ χωρὶς ἐστε παιδείας, ἧς μέτοχοι γεγόνασι πάντες, ἄρα νόθοι ἐστέ, καὶ οὐχ υἱοί.] Ἀφ' ὧν ἐνόμιζον αὐτοὶ εἰς καταλελεῖφθαι ὑπὸ Θεοῦ, ἀπὸ τούτων δείκνυσιν αὐτοὺς μεμνημένους τοῦ Θεοῦ. Εἰ μὲν γὰρ ἐκτὸς θλίψεων ἦτε, ἐφαίνεσθε ἂν ὅτι νόθοι ἐστὲ καὶ οὐχ υἱοί. Τίς γὰρ πατὴρ φροντίζει παιδεύσεως νόθων υἱῶν, καὶ κοσμιότητος; Ἐπεὶ δὲ θλίβεσθε, ἐκ δὲ τούτου προσκύπτει ὑμῖν τὸ κοσμίως καὶ κατεσταλμένως ζῆν, ὥσπερ καὶ πάντες οἱ προρρηθέντες, δηλονὴ δίκαιοι, οἵ καὶ υἱοὶ Θεοῦ ἐγκεκλήκασι· πρόδηλον καὶ ἀναντίρρητον, ὅτι ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ Θεὸς, καὶ ἐξ ἀγαθοῦ φροντίδος ὑμᾶς ἔχει, ἵνα μὴ ἀπαίδευτοι ἀποβῆτε, καὶ ἐκ τούτου ἀποκλήρους ὑμᾶς ἀξιωθῇσε.

9 Εἶτα

9 Εἶτα τοὺς μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρας εἴχομεν παιδευτὰς, καὶ ἐνετρεπόμεθα· οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑποταγησόμεθα τῷ πατρὶ τῶν πνευμάτων, καὶ ζήσομεν;] Ex rebus eorum demonstrat rursus quòd oporteat eos patientes esse. Si enim quum carnales patres nos castigabant, non audebamus resilire, sed pudore suffundebamur, & patienter sustinebamus quæcunque nobis inferebant: quanto potiùs nunc Deo nos castigante? Animadverte autem: Non dixit, quanto magis sufferemus, sed, *obtemperabimus*, ostendens quòd sit contra-nitentis & adversantis Deo, non sustinere afflictionem. *Patrem* autem *spirituum*, vel donorum, vel incorporearum virtutum dixit; vel, quod magis proprium est, animarum. Ad discrimen enim carnalium parentum, spirituale posuit. Porrò addidit, *& vivemus*, ut submonstret inobedientem non vivere: alienus enim est à Deo, qui est vita.

9 *Deinde patres quidem carnis nostræ habuimus eruditores, & reverebamur eos: non multo magis obtemperabimus patri spirituum, & vivemus?*

10 Οἱ μὲν γὰρ πρὸς ὀλίγας ἡμέρας,] Οὔτε γὰρ ἰσχύουσι δι' ὅλου παιδεύειν ἡμᾶς, ἵνα τελείους ἐργάσωνται. ἢ γὰρ θάνατος τοῦ παιδὸς, ἢ αὔξησις, ἢ σκληρότης τοῦ παιδὸς, ἴσχει τὴν παιδείαν· ὁ δὲ Θεὸς ἀεὶ παιδεύων, δύναται τελείους ποιεῖν.

Κατὰ δὲ δοκοῦν αὐτοῖς, ἐπαίδευον.] Οὐ πάντως δὲ ὃ δοκοῦν τῷ πατρὶ λυσιτελεῖ καὶ ἐμοί· πολλοὶ γὰρ καὶ αἰσχρὰς διδάσκουσι τέχνας.

Ὁ δὲ ἐπὶ τὸ συμφέρον, πρὸς τὸ [a] μεταλαμβάνειν τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ.] Ὁ δὲ Θεὸς πρὸς τὸ συμφέρον ἡμῖν ἐπάγει τὴν παιδείαν· οὐχ ἵνα λάβῃ τι παρ' ἡμῶν, ἀλλ' ἵνα μεταδῷ μᾶλλον τῆς ἁγιότητος, τουτέστι, τῆς καθαρότητος αὐτοῦ· ὥστε, φησὶ, χωρεῖς ἡμᾶς δεκτικοὺς τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος. Ἀρα οὖν ἡ παιδεία μετάληψις ἁγιότητός ἐστι· καὶ εἰκότως· συστρέφει γὰρ τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ ἅγιον Θεὸν, μὴ ἐῶσα αὐτὴν πρὸς ἀνθρώπινόν τι ῥέμβεσθαι.

10 *Et illi quidem tempore paucorum dierum*,] Neque enim possunt omnino nos erudire, ita ut perfectos reddant. Aut enim obitus patris, vel ætas provectior, vel durities filii institutionem sistit: at verò Deus, utpote qui semper erudit, perfectos efficere potest.

Secundùm voluntatem suam erudiebant nos.] Non autem omnino quod patri visum est, commodat etiam filio: plerique enim turpes etiam docent artes.

Hic verò ad id quod utile est in recipiendo sanctificationem ejus.] Deus autem ad commoditatem nostram castigationem inducit, non ut quicquam à nobis accipiat, verùm ut impertiat nobis potiùs sanctitatem, hoc est, puritatem suam, ut simus, inquit, nos capaces bonorum ejus. Disciplina igitur est participatio sanctitatis: nec immeritò: convertit enim animam ad Deum sanctum, non sinens eam ad humanum quiddam devolvi.

[a] χ. μεταλαβεῖν.

11 Πᾶσα δὲ παιδεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης.]

11 *Omnis autem disciplina in præsenti quidem non videtur esse gaudii, sed mœroris.*]

ris.] Rursus à vulgari opinione, adhortationis occasionem accepit, & ait: *Omnis disciplina*, tam divina quàm humana, *non videtur esse gaudii, sed mœroris.* Pulchrè autem dicit, *Videtur*: non enim verè est mœroris: quomodo enim propriè fuerit mœroris, quum sit lætitiæ mater? Sed nostrî respectu, qui ægrè ferimus disciplinam, *Videtur*, dictum est.

Postea verò fructum pacatum exercitatis per eam reddit justitiæ.] Quid est, *pacatum*? hoc est, turbâ vacantem, lævem, svavem. Qui enim contristatur, conturbatur: qui verò lætatur, lævorem quendam habet, ac tranquillitatem. Fructus autem ille justitiæ est, nempe quòd Deus, cùm sit justus, in hoc seculo turbatos illic refocillat. Observa autem, quòd exercitationem vocet disciplinam, quippe quæ confortet fideles, ac velut quosdam athletas & robustiores faciat. Quid igitur eam aversamini quæ animas vestras confirmat?

12 *Propterea remissas manus ac dissoluta genua erigite.*] Veluti ad pugiles quosdam & certatores differit. Ex Esaia autem hunc sibi desumpsit locum, indicans per metaphoram præcipuarum partium, quòd toti sint soluti animo. Manus enim operationis, pedes verò motionis sunt symbolum. Mœrentis igitur, imprimis animæ instrumenta, deinde & corporis ex consequenti sunt remissa. Esa 35.

13 *Et gressus rectos facite pedibus vestris, ut ne quod claudum est aberret, magis autem sanetur.*] Hìc veluti ad cursores differit, perinde ac in superioribus dictum est: *Per patientiam curramus.* Ait ergo, *gressus rectos facite.* Τροχιὰ verò, est vel vestigium rotæ currûs, quod terræ imprimitur, vel locus currentium pedibus subjectus. Sint igitur, inquit, orbitæ, vel viæ vestræ læves, planæ & æquales, hoc est, nihil asperum, vel triste, vel inæquale sit in animabus vestris: verùm æqualiter & planè & citra mœrorem currite, ut non claudum ἄλλην ἀπὸ τῆς κοινῆς ἐννοίας τὰς ἀφορμὰς ἔλαβε τῆς παιδεύσεως, καὶ φησι· Πᾶσα ἡ παιδεία, καὶ θεία καὶ ἀνθρωπίνη, οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης. Καλῶς δέ, δοκεῖ· οὐ γὰρ ἀληθῶς ἐστι λύπης. Πῶς γὰρ ἂν εἴη κυρίως λύπης, εὐφροσύνης οὖσα μήτηρ; ἀλλ' ὡς πρὸς ἡμᾶς τοὺς δυσχεραίνοντας τὰς παιδείας δέ, δοκεῖ, εἴρηται.

Τέρψιν ἡ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης.] Τί ἐστιν, εἰρηνικόν; τοῦτ' ἔστιν, ἀπαθὲς ἔχον, λεῖον, ἡδύ. Ὁ μὲν γὰρ λυπούμενος ταράττεται· ὁ δὲ χαίρων λειότητά τινα ἔχει καὶ γαλήνην. Ὁ δὲ καρπὸς ἐστὶ δικαιοσύνης ὅτι, ὅτι δίκαιος "ὢν ὁ Θεὸς, τοὺς ἐν τῷ "αἰῶνι τούτῳ" λυπηθέντας ἐκεῖ ἀναπαύει. Ὅρα δὲ ὅτι γυμνασίαν καλεῖ τὴν παιδείαν, ῥωννύουσαν τοὺς πιστοὺς, καὶ οἷ' τινας ἀθλητὰς, καὶ εὐτονωτέρους ποιοῦσαν. Τί οὖν ἀποῤῥίπτετε τὴν ἐνισχύουσαν τὰς ψυχὰς ὑμῶν;

"χ. ἐστιν.
"χ. αἰῶνι ἐκεῖνι ἀναπαύων.

12 Διὸ τὰς πεπτωκυίας χεῖρας καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώσατε.] Ὡς πρὸς πύκτας τινὰς καὶ ἀγωνιστὰς διαλέγεται. Ἀπὸ τῆς γραφῆς δὲ τοῦτο ἔλαβε, δηλονότι ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν κυριωτέρων μερῶν, ὅτι ὅλοι πεπτωκότες εἰσὶ τῇ ψυχῇ. Αἱ μὲν γὰρ χεῖρες, ἐνεργείας, οἱ δὲ πόδες κινήσεως σύμβολον. Τὰ οὖν ἀθυμοῦντος, καὶ τὰ ψυχικὰ μὲν ὄργανα πεφηγμένως, καὶ τὰ σωματικὰ ἀκολούθως πεπτωκέναι.

13 Καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, ἰαθῇ δὲ μᾶλλον.] Ἐνταῦθα ὡς πρὸς δρομεῖς διαλέγεται, καθὼς καὶ ἀνωτέρω εἴρηκε, διὰ ὑπομονῆς τρέχωμεν. Φησὶν οὖν, ποιήσατε τροχιὰς ὀρθάς. Τροχιὰ δέ ἐστιν ἢ τὸ ἴχνος τοῦ ἁρματείου τροχοῦ, ὃ κεῖται τῆς γῆς χαράττει), ἢ ἡ ὑποκειμένη χώρα τοῖς τὸν τροχὸν ποσίν. Ἐστω οὖν, φησιν, αἱ τροχιαὶ ὑμῶν, ἤγουν αἱ ὁδοὶ ὑμῶν λεῖαι καὶ ὁμαλαὶ, τουτέστι, μηδὲν τραχὺ καὶ λυπηρὸν καὶ ἀνώμαλον ἐν τῇ ὑμετέραις ψυχαῖς ἔστω, ἀλλ' ὁμαλῶς καὶ ἀλύπως καὶ λείως τρέχητε,

τρέχετε, ἵνα μὴ χωλοὶ ὄντες, τυτέστι, φύσει μικροψυχότερον διακείμενοι, ἅτε Ιουδαῖοι· τοιοῦτον γὰρ τὸ ἔθνος· ἢ καὶ χωλεύοντες περὶ τὸ πιστεύειν τοῖς μυθοισιν, ἐκτραπῆτε, καὶ σκιρτήσωσιν οἱ πόδες ὑμῶν, τυτέστι, πανταχῶς στρεβλοὶ γένωνται. Ὁ γὰρ τῇ φυσικῇ, ἢ τῇ ἐξ ἀρχῆς παρεστώσῃ μικροψυχίᾳ συνεπαγόμενος, καὶ μὴ ἀνέχων ἑαυτὸν, ἀλλ' εὐδιδοὺς, λανθάνει πανταπάσιν ἐκπίπτων
" γρ. βυθὸν. εἰς τὸ " ἀπογνώσεως " κρημνὸν, ἢ δυσανάκλητος ἐκεῖθεν ὤν. Ἀλλὰ μᾶλλον σπουδάσατε, ἵνα ἰαθῇ τὸ ἐν ὑμῖν χωλεῦον, τυτέστι, κἂν ἵνα ἀπιστίαν ἔχητε μέχρι τοῦ νῦν, διορθώσητε μᾶλλον. Πῶς γὰρ ἐν τῷ ὑστεροῦντι ἀπιστία; Ὅρα δὲ πῶς εἰσάγει φανερὸς τὸ μετανοεῖν, καὶ σημειώσαι τοῦτο διὰ τοὺς Ναυατιανούς.

14 Εἰρήνην διώκετε μετὰ πάντων.] Ὅπερ ἀνωτέρω εἶπε, Μὴ ἐγκαταλείποντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν, τοῦτο καὶ νῦν φησι, Εἰς ἀγάπην συνάγων. καὶ οὐ μόνον πρὸς τοὺς οἰκείους, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς εἰρηνεύειν παραινῶ. Μετὰ πάντων γάρ, φησι, καὶ Ἑλλήνων καὶ Ιουδαίων καὶ τῶν ἐχθρῶν. Ὅσον γάρ, φησι, τὸ ἐφ' ὑμῖν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύετε. Ἐὰν δὲ τοιαύτην πρόθεσιν ἔχητε, οὐδὲν μικροψυχήσετε ἐπηρεαζόμενοι. Ὅρα δὲ καὶ ὅτι, διώκετε, τυτέστι, καὶ πόρρω οὖσαν τὴν εἰρήνην σπουδάζετε καταλαβεῖν, πρὸς ἑαυτοὺς ἐφέλκοντες.

Καὶ τὸν ἁγιασμὸν,] Τυτέστι, τὴν καθαρότητα· εἰ μὲν ἄγαμός ἐστί τις, φυλάττων τὴν παρθενίαν· εἰ δὲ ἐν γάμῳ, τὴν σωφροσύνην· οὐχ ὅτι ἁγιασμός ἐστιν ὁ γάμος, ἀλλ' ὅτι τηρεῖ τὸν ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἁγιασμὸν ἀναπόλλυτον διὰ τῆς νομίμου μίξεως. Ἅγιος μὲν γὰρ ὁ γάμος, οὐχ ἅγιος δέ, ἀλλὰ τοῦ ἁγιασμοῦ φύλαξ.

Οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον.] Οὔτε γὰρ πόρνοι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, βασιλείαν Θεοῦ κληρονομήσουσι. Καὶ ὁ Κύριος δὲ ἐν ᾧ

dicantes, hoc est, naturâ pusillanimes, Judæorum in morem: (hujusmodi enim gens est Hebræa.) vel etiam claudicantes circa fidem futurorum, adhuc offendatis, aberrentque pedes vestri, hoc est, omnino perversi fiant. Qui enim naturali, ac quæ principio ei accidit, pusillanimitate impellitur, non cohibens seipsum, sed dedens potiùs, clam in desperationis præcipitium omnino incidit, adeò ut inde vix revocari possit. Date autem potiùs operam, ut quod in vobis claudum est, curetur: hoc est, etiamsi hactenus incredulitatis nonnihil habuistis, corrigite potiùs: ubinam enim esset in patiente incredulitas? Animadverte autem quomodo manifestè inducat pœnitentiam, atque istud observa propter Novatianos.

14 *Pacem persequimini cum omnibus.*] Quod suprà dixit, *Non deserentes collationem nostram*, id nunc etiam agit, ad dilectionem congregans: nec solùm erga amicos ac familiares, verumetiam erga hostes pacem habere ac sectari admonet. *Cum omnibus* enim, inquit, & Græcis, & Judæis & hostibus. *Quantum enim*, inquit, Rom. 12. *in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habete.* Si hujusmodi propositum habueritis, non eritis pusillanimes in afflictione. Reputa etiam quòd dixit, *Persequimini*, hoc est, pacem, etiam quæ procul est, studete comprehendere, eam ad vos ipsos attrahentes.

